

BRASILIA  
Rua da ...rdia, 79  
Tel. 1920 — LISBOA



068459787

QUEDA  
HOMIN  
SASO  
T  
Es M  
Nimne feligris  
Siqui Cortina  
Es Antori  
Nec illas Abi  
eti quam Meber  
Es T  
Jam vero ad em  
geni magnitudo  
Quis enim de Ori  
dum ut audeat em  
Es T  
Tuo vincitur in  
det manum tollere  
quam inuenit, C  
fuit dicitur, &c.  
Hoc et non me  
ptore, ita puri fa  
vorum stratione,  
vidua.  
H. Ant  
Oridum etiam  
fiamum neco pa  
PHIF  
Tomo N

QUÆDAM MAGNORUM  
HOMINUM DE P. OVIDIO  
NASONE TESTIMONIA.

*Vellejus Paterculus, lib. II.*

**T**ibullusque & Naso; perfectissimi in forma operis sui.

*Ex Martialis libro VIIII.*

Non me Pelignus, nec spernet Mantua vatem,  
Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

*Ex Autore De causis corruptæ eloquentiæ.*

Nec ullus Asinii aut Messalæ liber tam illustris  
est quam Medea Ovidii.

*Ex Julii Scaligeri Hypercritico.*

Jam vero ad eum perveniunt locum, in quo ingenii magnitudo & acumen judicii exercenda sunt. Quis enim de Ovidio satis dignè dicere possit, nec ut audeat eum reprehendere?

*Ex Josephi Scaligeri Prolegomenis  
Manilianis, &c.*

Uno vincitur (nimirum Manilius) quod non potest manum tollere de tabula, & (quod tam falso quam immerito, Ovidio objectum olim) nunquam scit desinere, &c.

*Ibidem.*

Hoc ut non mediocre vitium est in nitido scriptore, ita puri sunt ab hac labe (nimia earundem vocum iteratione) principes Poætæ, Virgilius & Ovidius.

*M. Antonius Muretus, in Orat.*

Ovidium etiam, cui præter unum Virgilium, Latinorum nemo par fuit, contemnere audent.

BIBLIOTECA MUNICIPALE

MUSEO LINGUE ITALICÆ

Tombo N. 27285 SCRIP.

MUSEO LINGUE ITALICÆ

SCRIPTA P. OVIDII  
QUÆ EXTANT.  
TOM. I.

HEROIDES.  
AMORUM LIBRI III.  
ARTIS AMATORIÆ LIBRI III.  
REMEDIVM AMORIS.  
DE MEDICAMINE FACIÆ.  
HALIEUTICON FRAGMENTVM.  
CONSOLATIO AD LIVIAM.  
N. X.  
EPISTOLÆ QUÆ SABINO ASSCRIBVNTVR.

TOM. II.

METAMORPHOSEON LIB. XV.

TOM. III.

FASTORVM LIB. VI.  
TRISTIVM LIB. V.  
DE PONTO LIB. IV.  
IN IBIN.

Scripta quæ interierunt.

PHÆNOMENA.  
MEDEA TRAGOEDIA.  
VATICINIA.  
LAUDES AVGVSTI.  
EPIGRAMMATA.  
LIBER IN MALOS POETAS.  
FASTORVM LIBRI VI RELIQUV.  
DE BELLO ACTIACO liber inchoatus.  
LIBELLVS SERMONE GETICO CONSCRIPTVS.

Nam adulterina, Ad Pisonem, cujus autorens volunt Lucanum eruditi, inprimis autem ineptissima, De Vetula, De Pulice, De Somno, De Cuculo, De Aurora, De Philomela, De Limace, De quatuor humoribus, De Ludo latrunculorum, & alia, vix digna iudicamus, quorum ipsa nomina hic exprimitur.

PUBLII  
OVIDII  
NASONIS  
OPERUM  
TOMUS I.

*Quo qua contineantur, versa pagella indicat.*



AMSTELODAMI,  
Ex Officina Elzeviriana,  
Sumptibus Societatis.

clō lōc LXIV.  
MDC

Tomo I continentur,  
*Heroides.*

*Amorum, Libri III.*

*Artis Amatoria, Libri III.*

*Remedium Amoris, Liber unus.*

*De medicamine Faciei, Fragmentum.*

*Nux.*

*Fragmentum Halicutici.*

*Epistola tres qua Sabino ascribuntur.*

P. OV

HER

pp. I.

H  
An tu  
Nisi  
Tui y  
Vir

Quoniam tuus,  
Olympe infans  
Nisi ego deserto  
Nec quereret  
Nec mihi, quere  
Lassaret vidua

Quando ego non  
Res et volu

In te frangebam  
Nocere in E

Sine ego dardio  
An lacus et

Sine Mezentide  
Plebs faceret

Merite Troia  
Troiam leti

Dardio, quibus  
Frigida ghae

Sed bene contulit  
Verū ubi in cr

Argolica rediere  
Ponitur ad p

Grati ferunt Nix  
Illi vicia suis I

Miratur jussu  
Narravit con

Atque aliquis po  
Fugit et erig

Hic dicit Semonis  
Hic Hecate Pr

Ille Hecides, il  
Hic laet admi

Omnia namque  
Rendit ad

## HEROÏDE S.

*Epist.* I. PENELOPE ULYSSI.

**H**anc tua Penelope læto tibi mittit, Ulyſſe.  
 Nil mihi reſcribas attamen: ipſe veni.  
 Troja jacet certe Danaïs inviſa puellis:  
 Vix Priamus tanti, totaque Troja, fuit.  
 O utinam tunc, cum Lacedæmona claſſe petebat,  
 Obrutus infanis eſſet adulter aquis!  
 Non ego deſerto jacuiſſem frigida lecto,  
 Nec quererer rardos ire relicta dies:  
 Nec mihi, quærenti ſpatioſam fallere noctem,  
 Laſſaret viduas pendula tela manus.  
 Quando ego non timui graviora pericula veris?  
 Res eſt ſolliciti plena timoris amor.  
 In te fingebam violentos Troas ituros:  
 Nomine in Heſtoreo pallida ſemper eram.  
 Sive quis Antilochum narrabat ab Heſtore viſtum;  
 Antilochus noſtri cauſa timoris erat:  
 Sive Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis;  
 Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.  
 Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefeceſerat haſtam;  
 Tlepolemi leto cura novata mea eſt.  
 Denique, quiſquis erat caſtris jugulatus Achivis,  
 Frigidius glâcie peſtus amantiſ erat.  
 Sed bene conſuluit caſto Deus æquus amori.  
 Verſa eſt in cinerem ſoſpitem Troja viro.  
 Argolici rediere duces: altaria fumant:  
 Ponitur ad patrios barbara præda Deos.  
 Grata ferunt Nymphæ pro ſalvis dona maritis:  
 Illi viſta ſuis Troia fata canunt.  
 Mirantur juſtique ſenes trepidæque puellæ:  
 Narrantiſ conjux pendet ab ore viri.  
 Atque aliquiſ poſita monſtrat fera prælia menſa;  
 Pingit & exiguo Pergama tota mero.  
 Hac ibat Simoiſ, hic eſt Sigeia telluſ,  
 Hic ſteterat Priami regia celſa ſeniſ.  
 Illic Æacideſ, illic tendebat Ulyſſeſ:  
 Hic lacer admiſſoſ terruit Heſtor equoſ.  
 Omnia namque tuo ſenior, te quæreſ miſſo,  
 Rettulerat nato Neſtor: at ille mihi.

## 4 PENELOPE ULYSSI.

Rettulit & ferro Rhœsumque Dolonæque cæsos :  
 Utque sit hic somno proditus , ille dolo.  
 Ausus es , ô nimium nioiumque oblite tuorum ,  
 Thracia nocturno tangere castra dolo ;  
 Totque simul mactare viros adjutus ab uno.  
 At bene cautus eras , & memor ante mei.  
 Usque metu micuere sinus ; dum victor amicum  
 Dictus es Ithariis ille per agmen equis.  
 Sed mihi quid prodest vitris disiecta lacertis  
 Ilios ; & , murus quod fuit ante , solum :  
 Si maneo , qualis Troja durante manebam ;  
 Virque mihi , demito sine carendus , abest ?  
 Diruta sunt aliis , uni mihi Pergama restant ;  
 Incola captivo quæ bove victor arat.  
 Jam seges est , ubi Troja fuit , refecandaque falce ,  
 Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.  
 Semisepulta virum curvis feriuntur aratris  
 Ossa : ruinosas occulit herba domos.  
 Victor abes ; nec scire mihi , quæ causa morandi ,  
 Aut in quo lateas ferreus orbe , licet.  
 Quisquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim ,  
 Ille mihi de te multa rogatus abit.  
 Quamque tibi reddat , si te modo viderit usquam ,  
 Traditur huic digitis charta notata meis.  
 Nos Pylon , antiqui Neleia Nestoris arva ,  
 Milinus : incerta est fama remissa Pylo.  
 Misimus & Sparten. Sparte quoque nescia veri ,  
 Quas habitas terras , aut ubi lentus abes.  
 Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi.  
 Irascor votis heu levis ipsa meis !  
 Scirem ubi pugnares ; & tantum bella timerem ;  
 Et mea cum multis juncta querela foret.  
 Quid timeam ignoro : timeo tamen omnia demens ;  
 Et patet in curas area lata meas.  
 Quæcunque æquor habet , quæcunq ; pericula tellus ,  
 Tam longæ causas suspicor esse moræ.  
 Hæc ego dum stulte meditor , (quæ vestra libido est)  
 Esse peregrino captus amore potes.  
 Forsitan & narres , quam sit tibi rustica conjux ;  
 Quæ tantum lanas non sinat esse rudes.  
 Fallar ; & hoc crimen tenues vanescat in auras :  
 Neve revertendi liber abesse velis.  
 Me pater Icarius viduo discedere lecto

Cogit ,



PHYLLIS DEMOPHOONTI. 5

Cogit, & immensas increpat usque moras.  
 Increpat usque licet: tua sum; tua dicar oportet.  
 Penelope conjux semper Ulyssis ero.  
 Ille tamen pietate mea precibusque pudicis  
 Frangitur, & vires temperat ipse suas.  
 Dulichii, Samiique, & quos tulit alta Zacynthos,  
 Turba ruunt in me luxuriosa, proci  
 Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula.  
 Viscera nostra tuæ dilaniantur opes. (dirum,  
 Quid tibi Pisandrum, Polybumque, Medontaque  
 Eurymachique avidas Antinoique manus,  
 Atque alios referam, quos omnes turpiter absens  
 Ipse tuo partis sanguine rebus alis?  
 Ius egens, pecorisque Melanthius actor edendi,  
 Ultimus accedunt in tua damna pudor.  
 Tres sumus imbelles numero; sine viribus uxor,  
 Laertesque senex, Telemachusque puer.  
 Me per insidias pene est mihi nuper ademptus;  
 Dum parat incitis omnibus ire Pylon.  
 Di precor hoc jubeant, ut, euntibus ordine fati,  
 Ille meos oculos comprimat, ille tuos.  
 Hoc faciunt custosque boum longævaque nutrix;  
 Tertius, immundæ cura fidelis haræ.  
 Sed neque Laertes, ut qui sit inutilis armis,  
 Hostibus in mediis regna tenere valet.  
 Telemacho veniet (vivat modo) fortior ætas:  
 Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.  
 Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis.  
 Tu citius venias, portus & ara tuis.  
 Est tibi, sitque precor, natus; qui mollibus annis  
 In patrias artes erudiendus erat.  
 Respice Laerten, ut jam sua lumina condas:  
 Extremum fati sustinet ille diem.  
 Certe ego, quæ fueram te discedente puella,  
 Protinus ut redeas, facta videbor anus.

Epist. II. PHYLLIS DEMOPHOONTI.

**H**ospita, Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis  
 Ultra promissum tempus abesse queror.  
 Cornua cum Lunæ pleno semel orbe coissent,  
 Littoribus nostris anchora pacta tua est.  
 Luna quater latuit; toto quater orbe recrevit;  
 Nec venit Actæas Sithonis unda rates.

Tempora si numeres, bene quæ numeramus aman-  
 Non venit ante suum nostra querela diem. (tes;  
 Spes quoque lenta fuit. tarde, quæ credita lædunt,  
 Credimus : invita nunc & amante nocent.  
 Sæpe fui mendax pro te mihi : sæpe putavi  
 Alba procellosos vela referre notos.  
 Thesca devovi , quia te dimittere nollet ;  
 Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.  
 Interdum timui, ne, dum vada tendis ad Hebri,  
 Mersa foret cana naufraga puppis aqua.  
 Sæpe Deos supplex, ut tu, scelerate, valeres,  
 Sum prece thuricremis devenerata focis.  
 Sæpe videns ventos cælo pelagoque faventes,  
 Ipsa mihi dixi ; Si valet, ille venit.  
 Denique fidus amor , quicquid properantibus ob-  
 Finxit ; & ad causas ingeniosa fui. (stat,  
 At tu lentus abes : nec te jurata reducunt  
 Numina ; nec nostro motus amore redis.  
 Demophoon , ventis & verba & vela dedisti.  
 Vela queror reditu, verba carere fide.  
 Dic mihi quid feci ; nisi non sapienter amavi ?  
 Crimine te potui demeruisse meo.  
 Unum in me scelus est ; quod te , scelerate, recepi.  
 Sed scelus hoc meriti pondus & instar habet.  
 Jura, fides, ubi nunc, commissâque dextera dextræ ?  
 Quique erat in falso plurimus ore Deus ?  
 Promissus socios ubi nunc Hymenæus in annos,  
 Qui mihi conjugii sponzor & obses erat ?  
 Per mare, quod totum ventis agitatur & undis ;  
 Per quod sæpe ieras, per quod iturus eras :  
 Perque tuum mihi jurasti (nisi fictus & ille est)  
 Concita qui ventis æquora mulcet, avum :  
 Per Venerem, nimiumque mihi facientia tela,  
 Altera tela arcus, altera tela faces :  
 Junonemque, toris quæ præsidet Alma maritis,  
 Et per tædiferæ mystica sacra Deæ.  
 Si de tot læsis sua numina quisque Deorum  
 Vindicet ; in pœnas non satis unus eris.  
 At laceras etiam puppes furiosa refeci :  
 Ut, qua desereret, firma carina foret.  
 Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.  
 Heu patior telis vulnera facta meis !  
 Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis :  
 Cre-

Credidimus generi, nominibusque tuis :  
 Credidimus lacrymis. an & hæc simulare docentur?  
 Hæc quoque habent artes, quaque jubentur, eunt?  
 Dis quoque credidimus. quo jam tot pignora nobis ?  
 Parte fati potui qualibet inde capi.  
 Nec moveor, quod te juvi portuque locoque.  
 Debuit hoc meriti summa fuisse mei.  
 Turpiter hospitium lecto cumulasse jugali  
 Pœnitet, & lateri conseruisse latus.  
 Quæ fuit ante illam; mallem suprema fuisset  
 Nox mihi; dum potui Phyllis honesta mori.  
 Speravi melius, quia me meruisse putavi.  
 Quæcumque ex merito spes venit, æqua venit.  
 Fallere credentem non est operosa puellam  
 Gloria. simplicitas digna favore fuit.  
 Sum decepta tuis & amans & fœmina verbis.  
 Di faciant, laudis summa sit ista tuæ.  
 Inter & Ægidas media statuaris in urbe :  
 Magnificus titulis stet pater ante suis.  
 Cum fuerit Scyron lectus, torvusque Procrustes,  
 Et Sinis, & tauri mistaque forma viri ;  
 Et domitæ bello Thebæ, fuscique bimembres,  
 Et pulsata nigri regia cæca Dei :  
 Hoc tua post illum titulo signetur imago :  
 Hic est, cujus amans hospita capta dolo est.  
 De tanta rerum turba, factisque parentis,  
 Sedit in ingenio Cressa relicta tuo.  
 Quod solum excusat, solum miraris in illo.  
 Heredem patriæ, perfide, fraudis agis.  
 Illa (nec invideo) fruitur meliore marito;  
 Inque capistratis tigribus alta sedet.  
 At mea despecti fugiunt connubia Thraces,  
 Quod ferar externum præposuisse meis.  
 Atque aliquis, Doctas jam nunc eat, inquit, Athenas  
 Armiferam Thracen, qui regat, alter erit.  
 Exitus acta probat. careat successibus opto,  
 Quisquis ab eventu facta notanda putat.  
 At si nostra tuo spumescant æquora remo,  
 Jam mihi, jam dicar consuluisse meis.  
 Sed neque consului : nec te mea regia tanget,  
 Fessaque Bistoniam membra lavabis aqua.  
 Illa meis oculis species abeuntis inhæret,  
 Cum premeret portus classis itura meos.

## 8 PHYLIS DEMOPHOONTI.

Ausus es amplecti ; colloque infusus amantis  
 Oscula per longas jungere pressa moras : stras ;  
 Cumque tuis lacrymis , lacrymas confundere no-  
 Quodque foret velis aura secunda , queri :  
 Et mihi discedens suprema dicere voce ;  
 Phylli , face expectes Demophoonta tuum.  
 Expectem , qui me nunquam visurus abisti ?  
 Expectem pelago vela negata meo ?  
 Et tamen expecto. redeas modo serus amanti :  
 Ut tua sit solo tempore lapsa fides.  
 Quid precor infelix ? jam te tenet altera conjux  
 Forlitan , & nobis qui male favit , amor.  
 Utque tibi excidimus nullam , puto , Phyllida nosti.  
 Hei mihi ! si qua sum Phyllis , & unde , rogas.  
 Quæ tibi , Demophoon , longis erroribus acto  
 Threïcios portus , hospitiumque dedi.  
 Cujus opes auxere meæ : cui dives egenti  
 Munera multa dedi , multa datura fui.  
 Quæ tibi subjeci latissima regna Lycurgi ,  
 Nomine scæmineo vix satis apta regi : (mura,  
 Qua patet umbrosam Rhodope glacialis ad Hæ-  
 Et sacer admittas exigit Hebrus aquas.  
 Cui mea virginitas avibus libata sinistris ,  
 Castaque fallaci zona recincta manu.  
 Fronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis ,  
 Et cecinit mœstum devia carmen avis.  
 Adfuit Alecto brevibus torquata colubris ;  
 Suntque sepulchrali lumina mota face.  
 Mœsta tamen scopulos fruticosaque littora calco ,  
 Quaque patent oculis æquora lata meis.  
 Sive die laxatur humus , seu frigida lucent  
 Sidera ; prospicio quis freta ventus agat.  
 Et quæcunque procul venientia lintea vidi ,  
 Protinus illa meos auguror esse Deos.  
 In freta procuro , vix me retinentibus undis ,  
 Mobile qua primas porrigit æquor aquas.  
 Quo magis accedunt , minus & minus utilis asto :  
 Linquor , & ancillis excipienda cado.  
 Est sinus adductos modice falcatus in arcus ,  
 Ultima prærupta cornua mole rigent.  
 Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas  
 Mens tuit ; & , quoniam fallere pergis , erit.  
 Ad tua sic fluctus projectam littora portent ,  
 Occur-

Occurrantque oculis intumulata tuis.  
 Duritia ferrum ut superes, adamantaque, teque;  
 Non tibi sic, dices, Phylli, sequendus eram.  
 Sape venenorum fitis est mihi: saepe cruenta  
 Trajectam gladio morte perire iuvat.  
 Colla quoque, infidis quia te necanda lacertis  
 Præbuerunt, laqueis implicuisse liber.  
 Stat nece matura tenerum pensare pudorem:  
 In necis electu parva futura mora est.  
 Inscribere meo causa invidiosa sepulcro:  
 Aut hoc, aut simili carmine notus eris.  
 Phyllida Demophoon leto dedit, hospes amantem:  
 Ille neci causam præbuit, ipsa manum.

## Epist. III. BRISËÏS ACHILLI.

Q Uam legis, à rapta Briseide littera venit,  
 Vix bene barbarica Græca notata manu.  
 Quascunque aspicias, lacrymæ fecere, lituras;  
 Sed tamen & lacrymæ pondera vocis habent.  
 Si mihi pauca queri de te dominoque viroque  
 Fas est; de domino pauca viroque querar.  
 Non, ego poscenti quod sum cito tradita Regi,  
 Culpa tua est: quamvis hoc quoque culpa tua est.  
 Nam simul Eurybates me Talthybiusque vocarunt;  
 Eurybati data sum Talthybioque comes.  
 Alter in alterius jactantes lumina vultum,  
 Quærebant taciti, noster ubi esset amor.  
 Differri potui. pœnæ mora grata fuisset.  
 Hei mihi! discedens oscula nulla dedi.  
 At lacrymas sine fine dedi, rupique capillos.  
 Infelix iterum sum mihi visa capi.  
 Sape ego decepto volui custode reverti;  
 Sed, me qui timidam prenderet, hostis erat.  
 Si progressa forem, caperer ne forte timebam,  
 Quamlibet ad Priami munus itura nurum.  
 Sed data sum, quia danda fui. tot noctibus abssum,  
 Nec repetor. cessas, iraque lenta tua est.  
 Ipse Menœtiades, tunc, cum tradebar, in aurem,  
 Quid fles? hic parvo tempore, dixit, eris.  
 Nec repetisse parum est: pugnas, ne reddar, Achille.  
 I nunc, & cupidi nomen amantis habe.  
 Venerunt ad te Telamone & Amyntore nati;  
 Ille gradu propior sanguinis, ille comes:

Laërtaque fatus : per quos comitata redirem.

Auxerunt blandæ grandia dona preces :

Viginti fulvos operoso ex ære lebetas ;

Et tripodas septem, pondere & arte pares.

Addita sunt illis auri bis quinque talenta :

Bis sex assueti vincere semper equi.

Quodque supervacuum, forma præstante puellæ

Lesbides, eversa corpora capta domo.

Cumq; tot his (sed non opus est tibi conjuge) con-

Ex Agamemnoniis una puella tribus.

(jux

Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissèm,

Quæ dare debueras, accipere illa negas ?

Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille ?

Quo levis à nobis tam cito fugit amor ?

An miseris tristis fortuna tenaciter urget ?

Nec venit inceptis mollior aura meis ?

Diruta Marte tuo Lyrnesia mœnia vidi :

Et fueram patriæ pars ego magna meæ.

Vidi consortes pariter generisque necisque

Tres cecidisse : tribus, quæ mihi, mater erat.

Vidi, quantus erat, fufum tellure cruenta,

Pectora jaçantem sanguinolenta, virum.

Tot tamen amissis te compensavimus unum.

Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

Tu mihi, juratus per numina matris aquosæ,

Utile dicebas ipse fuisse capi.

Scilicet ut, quamvis veniam dotata, repellas ;

Et mecum fugias, quæ tibi dentur, opes.

Quin etiam fama est, cum craftina fulserit Eos,

Te dare nubiferis linea vela notis.

Quod scelus ut pavidas miseræ mihi contigit aures,

Sanguinis atque animi pectus inane fuit.

Ibis : & ô miseram cui me, violente, relinques ?

Quis mihi desertæ mite levamen erit ?

Devorer ante precor subito telluris hiatu,

Aut rutilo missi fulminis igne cremer :

Quam sine me Phthiis canescant æquora remis,

Et videam puppes ire relicta tuas.

Si tibi jam reditusque placent, patriique penates ;

Non ego sum classi farcina magna tuæ.

Victorem captiva sequar, non nupta maritum :

Est mihi, quæ lanas molliat, apta manus.

Inter Achaiadas longe pulcherrima matres

In thalamos conjux ibit (eatque) tuos.

Di-

Digna caræ fac  
 Cuppe loqui ?  
 Nos amicos sui  
 Et nunc pa  
 Exiguit enim tu  
 Quæ illis macta  
 Novæ in a caram  
 Et levis etiam  
 Vel picea lea ;  
 Et mihi ve mi  
 Quil tamen expe  
 Et jacet ante tuo  
 Vixit amicos iram  
 Quil loqueret Da  
 Altera cape, Et ad  
 Et preme turbat  
 Proprietæ nota  
 Sinque ego tri  
 Nec tibi turpe pe  
 Conjuge O Eia  
 Res nostra mihi,  
 Devorut nisi sp  
 Bellum erat : ille f  
 Et parve rigida  
 Sola virum conju  
 At mea pro tall  
 Nec tamen indaga  
 Sæpius in domi  
 Me quædam mem  
 Servius, dicit, i  
 Per tamen esse vir  
 Sæpius judicis  
 Perque tuam forte  
 Qui bene pro pe  
 Perque tuam no  
 Perque tuos eni  
 Nulla Mycenæ m  
 Jovis : filiamem  
 Si tibi tunc dicam  
 Quis tibi sine m  
 Et dicitur mone  
 Te tunc in tempo  
 Et tunc quædam

Digna nurus socero , Jovis Æginæque nepote ;  
 Cuique senex Nereus profocer esse velit.  
 Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus :  
 Et minuent plenas itamina nostra colos.  
 Exagitet ne me tantum tua deprecor uxor ,  
 Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo.  
 Neve meos coram scindi patiare capillos :  
 Et leviter dicas , Hæc quoque nostra fuit.  
 Vel patiare licet ; dum ne contempta relinquir.  
 Hic mihi væ miseræ concutit ossa metus.  
 Quid tamen exspectas ? Agamemnona pœnitet iræ ,  
 Et jacet ante tuos Græcia mœsta pedes.  
 Vince animos iramque tuam , qui cætera vincis.  
 Quid lacerat Danaas impiger Hæctor opes ?  
 Arma cape , Æacida , sed me tamen ante recepta :  
 Et preme turbatos Marte favente viros.  
 Propter me mota est , propter me desinat ira :  
 Simque ego tristitiæ causa modusque tuæ.  
 Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris :  
 Conjugis OËnides versus in arma prece est.  
 Res audita mihi , nota est tibi. fratribus orba  
 Devovit nati spemque caputque parens.  
 Bellum erat : ille ferox positus secessit ab armis ,  
 Et patriæ rigida mente negavit opem.  
 Sola viram conjux flexit. felicior illa !  
 At mea pro nullo pondere verba cadunt.  
 Nec tamen indignor : nec me pro conjuge gessi ,  
 Sæpius in domini serva vocata torum.  
 Me quædam (memini) dominam captiva vocabat :  
 Servitio , dixi , nominis addis onus.  
 Per tamen ossa viri subito male tecta sepulcro ,  
 Semper judiciis ossa verenda meis.  
 Perque trium fortes animas , mea numina , fratrum ,  
 Qui bene pro patria cum patriaque jacent ,  
 Perque tuum nostrumq ; caput , quæ junximus una ;  
 Perque tuos enses , cognita tela meis ;  
 Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum  
 Juro : fallentem deseruisse velis.  
 Si tibi nunc dicam : Fortissime , tu quoque jura ,  
 Nulla tibi sine me gaudia facta : neges.  
 At Danaï mœrere putant. tibi plectra moventur :  
 Te tenet in tepido mollis amica sinu.  
 Et si quis quærat , quare pugnare recuses :

Pugna nocet : citharæ noxque Venusque juvant ;  
 Tutius est jacuisse toro , tenuisse puellam ,  
 Threiciam digitis increpuisse lyram :  
 Quam manibus clypeos , & acutæ cuspidis hastam ,  
 Et galeam pressa sustinuisse coma.  
 Sed tibi pro tutis insignia facta placebant :  
 Partaque bellando gloria dulcis erat.  
 An tantum, dum me caperes , fera bella probabas ?  
 Cumque mea patria laus tua victa jacet ?  
 Di melius : validoque, precor, vibrata lacerto  
 Transeat Hecstoreum Pelias hasta latus.  
 Mittite me, Danaï ; dominum legata rogabo :  
 Multaque mandatis oscula mista feram. (ses,  
 Plus ego quam Phœnix, plus quam facundus Ulys-  
 Plus ego quam Teuceri (credite) frater agam.  
 Est aliquid collum solitis tetigisse lacertis ,  
 Præsensque oculos admonuisse sui.  
 Sis licet immitis, matrisque ferocior undis ;  
 Ut taceam , lacrymis comminuere meis.  
 Nunc quoq; sic omnes Peleus pater impleat annos ;  
 Sic eat auspicii Pyrrhus in arma tuis)  
 Respice sollicitam Briseïda , fortis Achille ;  
 Nec miseram lenta ferreus ure mora.  
 Aut, si versus amor tuus est in rædia nostri ;  
 Quam sine te cogis vivere , coge mori.  
 Utque facis , coges. abiit corpusque colorque.  
 Sustinet hoc animæ spes tamen una tui.  
 Qua si destituor , repetam fratresque virumque ;  
 Nec tibi magnificum fœmina iussa mori.  
 Cur autem jubeas ? stricto pete corpora ferro.  
 Est mihi , qui fosso pectore sanguis eat.  
 Me petat ille tuus, qui, si Dea passa fuisset ,  
 Ensis in Atridæ pectus iturus erat.  
 Ah potius serves nostram tua munera vitam.  
 Quod dederas hosti victor, amica rogo.  
 Perdere quos melius possis, Neptunia præbent  
 Pergama. materiam cædis ab hoste pete.  
 Me modo, sive paras impellere remige classem ,  
 Sive manes , domini jure venire jube.

Epist. IV. PHÆDRA HIPPOLYTO

**Q**ua, nisi tu dederis, caritura est ipsa ; salutem  
 Mittit Amazonio Cressa puella viso.



Perlege quodcunq; est. quid epistola lecta nocebit ?

Te quoque, in hac aliquid, quod iuvet, esse potest.

His arcana notis terra pelagoque feruntur :

Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.

Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit

Lingua, ter in primo destitit ore sonus.

Qua licet & sequitur, pudor est miscendus amori.

Dicere quæ puduit, scribere iussit Amor.

Quidquid Amor iussit, non est contemnere tutum.

Regnat, & in dominos jus habet ille Deos.

Ille mihi primo dubitanti scribere, dixit,

Scribe; dabit victas terreus ille manus.

Adsit, & ut nostras avido rovet igne medullas,

Fingat sic animos in mea vota tuos.

Non ego nequitia socialia fœdera rumpam.

Fama (velim quæras, crimine nostra vacat.

Venit Amor gravius, quo ferius. urimur intus,

Urimur; & cæcum pectora vulnus habent.

Scilicet ut teneros lædunt juga prima juvencos,

Frenaque vix patitur de grege captus equus:

Sic male vixque subit primos rude pectus amores;

Sarcinaque hæc animo non sedet apta meo.

Ars sit, ubi à teneris crimen condiscitur annis.

Quæ venit exacto tempore, pejus amat.

Tu nova servatæ capies libamina famæ;

Et pariter nostrum fiet uterque nocens.

Est aliquid, plenis pomaria carpere ramis,

Et tenui primam deligerè ungue rosam.

Si tamen ille prior, quo me sine crimine gessi,

Candor ab insolita labe notandus erat;

At bene successit, digno quod adurimur igni:

Pejus adulterio turpis adulter abest.

Si mihi concedat Juno fratremque virumque;

Hippolytum videor præpositura Jovi.

Jam quoque (vix credas ignotas mutor in artes:

Est mihi per sevas impetus ire feras.

Jam mihi prima Dea est, arcu præsignis adunco

Delia. iudicium subsequor ipsa tuum.

In nemo ire libet, pressisque in retia cervis,

Hortari celeres per juga summa canes:

Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto;

Aut in graminea ponere corpus humo.

Sæpe juvat versare leves in pulvere currus,

Tor-

Torquentem frænis ora sequacis equi.  
 Nunc feror , ut Bacchi furiis Eleleïdes actæ,  
 Quæque sub Idæo tympana colle movent.  
 Aut quas semidæ Dryades, Faunique bicornes,  
 Numine contactas attonuere suo.  
 Namque mihi referunt, cum se furor ille remisit,  
 Omnia. me tacitam conscius urit Amor.  
 Forsitan hunc generis fato reddamus amorem ;  
 Et Venus è tota gente tributa petat.  
 Jupiter Europen (prima est ea gentis origo)  
 Dilexit, tauro dissimulante Deum.  
 Pasiphaë mater decepto subdita tauro  
 Enixa est utero crimen onusque suo.  
 Perfidus Ægides, ducentia fila secutus,  
 Curva mex fugit tecta sororis ope.  
 En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar,  
 In socias leges ultima gentis eo.  
 Hoc quoque fatale est: placuit domus una duabus.  
 Me tua forma capit , capta parente soror.  
 Theseïdes Theseusque duas rapuere sorores.  
 Ponite de nostra bina tropæa domo.  
 Tempore , quo vobis inita est Cerealis Eleusin,  
 Gnosia me vellem detinuisset humus.  
 Tunc mihi præcipue ( nec non tamen ante) place-  
 Acer in extremis ossibus hæsit amor. (bas:  
 Candida vestis erat, præinçcti flore capilli :  
 Flava verecundus tinxerat ora rubor.  
 Quemq; vocant alix vultum rigidumq; trucemque,  
 Pro rigido , Phædra iudice, fortis erat.  
 Sint procul à nobis juvenes, ut sæmina, comiti.  
 Fine coli modico forma virilis amat.  
 Te tuus iste rigor, positique sine arte capilli,  
 Et levis egregio pulvis in ore decet.  
 Sive ferocis equi luctantia colla recurvas ;  
 Exiguo flexos miror in orbe pedes.  
 Seu lentum valido torques hastile lacerto ;  
 Ora ferox in se versa lacertus habet.  
 Sive tenes lato venabula cornea ferro.  
 Denique, nostra iuvat lumina , quicquid agas.  
 Tu modo duritiam silvis depone jugosis :  
 Non sum materia digna perire tua.  
 Quid iuvat incinctæ studia exercere Dianæ ;  
 Et Veneri numeros eripuisse suos ?

Quod caret alterna requie , durabile non est.

Hæc reparat vires , fessaque membra novat.

Arcus (& arma tuæ tibi sunt imitanda Dianæ,)

Si nunquam cesses tendere, mollis erit.

Clarus erat silvis Cephalus, multæque per herbam

Conciderant, illo percutiente , feræ.

Nec tamen Auroræ male se præbebat amandum.

Ibat ad hunc sapiens à sene Diva viro.

æpe sub ilicibus Venerem, Cinyraque creatum,

Sustinuit positos quælibet herba duos.

Arfit & OEnides in Mænalia Atalanta.

Illa feræ spoliū pignus amoris habet.

Hos quoque jam primum turba numeremur in ista.

Si Venerem tollas , rustica silva tua est.

æsa comes veniam : nec me salebrosâ movebunt

Saxa, nec obliquo dente timendus aper.

Equora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon,

Et tenuis tellus audit utrumque mare.

Hic tecum Træzena colam Pittheia regna.

Jam nunc est patria gratior illa mea.

Tempore abest, aberitque diu, Neptunius heros.

Ullum Pirithoi detinet ora sui.

æposuit Theseus (nisi si manifesta negamus)

Pirithoum Phædræ, Pirithoumque tibi.

æola nec hæc nobis injuria venit ab illo.

In magnis læsi rebus uterque sumus.

Æssa mei fratris clava perfracta trinodi

Sparsit humi: soror est præda relicta feris.

Ærima securigeras inter virtute puellas

Te peperit , nati digna vigore parens.

æi quæras, ubi sit ; Theseus latus ense peregit :

Nec tanto mater pignore tuta fuit.

æt nec nupta quidem, tædæque accepta jugali.

Cur , nisi ne caperes regna paterna nothus ?

æddidit & fratres ex me tibi : quos tamen omnes

Non ego tollendi causa, sed ille fuit.

æutinam nocitura tibi , pulcherrime rerum,

In medio nisi viscera rupta forent !

ænunc, æi meriti læctum reverere parentis ;

æQuem fugit , & factis abdicat ille suis.

æNec, quia privigno videar coitura noverca,

æTerruerint animos nomina vana tuos.

æta vetus pietas , ævo moritura futuro,

Rustica Saturno regna tenente , fuit.  
 Jupiter esse piū statuit quodcunque iuaret :  
 Et fas omne facit fratre marita soror.  
 Illa coit̄ firma generis junctura catena ,  
 Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.  
 Nec labor est ; celare licet. pete munus ab illa.  
 Cognato poterit nomine culpa tegi.  
 Viderit amplexos aliquis ; laudabimur ambo.  
 Dicar privigno fida noverca meo.  
 Non tibi per tenebras duri referanda mariti  
 Janua , non custos decipiendus erit.  
 Ut tenuit domus una duos, domus una tenebit.  
 Oscula aperta dabas , oscula aperta dabis.  
 Tutus eris mecum , laudemque merebere culpa ;  
 Tu licet in lecto conspiciare meo.  
 Tolle moras tantum , properataque fœdera junge.  
 Qui mihi nunc sœvit , sic tibi parcat Amor.  
 Non ego dedignor supplex humilisque precari.  
 Heu ! ubi nunc saltus , altaque verba jacent ?  
 Et pugnare diu , nec me submittere culpæ  
 Certa fui : certi si quid haberet Amor.  
 Victa precor , genibusque tuis regalia tendo  
 Brachia. quid deceat , non videt ullus amans.  
 Depudit , profugusque pudor sua signa relinquit.  
 Da veniam fassæ , duraque corda doma.  
 Quo mihi , quod genitor , qui possidet æquora ,  
 Minos ?  
 Quod veniant proavi fulmina torta manu ?  
 Quod sit avus, radiis frontem vallatus acutis .  
 Purpureo tepidum qui movet axe diem ?  
 Nobilitas sub Amore jacet. miserere priorum :  
 Et , mihi si non vis parcere , parce meis.  
 Est mihi dotalis tellus Jovis insula Crete.  
 Serviat Hippolyto regia tota meo.  
 Fleste feros animos. potuit corrumpere taurum  
 Mater. eris tauro sœvior ipse truci ?  
 Per Venerem parcas oro, quæ plurima mecum est .  
 Sic nunquam , quæ te spernere possit , ames.  
 Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit ,  
 Silvaeque perdendas præbeat alta feras.  
 Sic faveant Satyri, montanaque numina Panes :  
 Et cadat adversa cuspide follus aper.  
 Sic tibi dent Nymphæ quamvis odisse puellas

Diceris arentem quæ levet unda sitim.  
 Addimus his lacrymas precibus quoque : verba  
 precantis  
 Perlegis , & lacrymas finge videre meas.

## Epist. V. OENONE PARIDI.

Perlegis? an conjux prohibet nova? perlege. non  
 Ita Mycenæa littera facta manu. (est  
 Pegasus Oenone, Phrygiis celeberrima silvis,  
 Læsa queror de te, si linis ipse, meo.  
 Quis Deus opposuit nostris sua numina votis?  
 Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?  
 Veniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est:  
 Quæ venit indignæ pœna, dolenda venit.  
 Nondum tantus eras, cum, te contenta marito,  
 Edita de magno flumine Nympha fui.  
 Qui nunc Priamides, (ad sit reverentia vero)  
 Servus eras. servo nubere Nympha tuli.  
 Sæpe greges inter requievimus arbore tecti;  
 Mistaque cum foliis præbuit herba torum.  
 Sæpe super stramen fœnoque jacentibus alto  
 Defensa est humili cana pruina casa.  
 Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos;  
 Et tegeter catulos qua fera rupe suos?  
 Retia sæpe comes maculis distincta tetendi;  
 Sæpe citos egi per juga longa canes.  
 Incisæ servant à te mea nomina fagi:  
 Et legor Oenone falce notata tua.  
 Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt:  
 Crescite, & in titulos surgite recta meos.  
 Populus est (memini) fluviali consita ripa.  
 Est in qua nostri littera scripta memor.  
 Popule, vive precor, quæ consita margine ripæ  
 Hoc in rugoso cortice carmen habes:  
 Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,  
 Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.  
 Xanthe, retro propera; versæque recurrite lymphæ,  
 Sustinet Oenonen deseruisse Paris.  
 Illa dies fatum miseræ mihi dixit: ab illa  
 Pessima mutati cœpit amoris hyems:  
 Qua Venus & Juno, sumtisque decentior armis  
 Venit in arbitrium nuda Minerva tuum.  
 Attoniti micuere sinus, gelidusque cucurrit,

Ut mihi narraſti, dura per oſſa tremor.  
 Conſului (neque enim modice terrebar) anuſque,  
 Longævofque ſenes : conſtitit eſſe nefas.  
 Cæſa abies, ſectæque trabes, &c, claſſe parata,  
 Carula cerataſq; accipit unda rates.  
 Fleſti diſcedens : hoc ſaltem parce negare.  
 Præterito magis eſt iſte pudendus amor.  
 Et fleſti, & noſtros vidifti nentis ocellos.  
 Miſcuimus lacrymas mœſtus uterque ſuas.  
 Non ſic appoſitis vincitur vitibus ulmus,  
 Ut tua ſunt collo brachia nexa meo.  
 Ah quoties, cum te vento quererere teneri,  
 Riferunt comites ! ille ſecundus erat.  
 Oſcula dimiſſæ quoties repetita dedifti !  
 Quam vix ſuſtinuit dicere lingua, Vale !  
 Aura levis rigido pendentia lintea malo  
 Suſcitat ; & remis eruta canet aqua.  
 Proſequor infelix oculis abeüntia vela,  
 Qua licet ; & lacrymis humet arena meis.  
 Utque celer venias virides Nereïdas oro.  
 Scilicet ut venias in mea damna celer.  
 Votis ergo meis aliis rediture redifti ?  
 Hei mihi, pro dira pellice blanda fui !  
 Aſpicit immenſum moles nativa profundum ;  
 Mons fuit : æquoreis illa reſultat aquis.  
 Hinc ego vela tuæ cognovi prima carinæ :  
 Et mihi per fluctus impetus ire fuit.  
 Dum moror, in ſumma fulſit mihi purpura prora.  
 Pertinui : cultus non erat ille tuus.  
 Fit propior, terrasque cita ratis attingit aura :  
 Fœmineas vidi corde tremente genas.  
 Non ſatis id fuerat : quid enim furioſa morabar ?  
 Hærebat gremio turpis amica tuo.  
 Tunc vero rapide ſinus, & pectora planxi,  
 Et ſecui madidas ungue rigente genas :  
 Implevique ſacram querulis ululatibus Iden.  
 Illinc has lacrymas in mea ſaxa tuli.  
 Sic Helene doleat, deſertaque conjuge ploret ;  
 Quæque prior nobis intulit, ipſa ferat.  
 Nunc tibi conveniunt, quæ te per aperta ſequantur  
 Æquora, legitimos deſtituantque viros.  
 At cum pauper eras, armenta que paſtor agebas,  
 Nulla, nili OEnone, pauperis uxor erat.

Non ego miror opes, nec me tua regia tangit,  
 Nec de tot Priani dicar ut una nurus.  
 Non tamen ut Prianius Nymphæ socrer esse recuset;  
 Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.  
 Digna que sum, & cupio fieri matrona potentis.  
 Sunt mihi, quas possint scepra decere, manus.  
 Nec me, faginea quod tecum fronde jacebam,  
 Despice: purpureo sum magis apta toro.  
 Denique, tutus amor meus est tibi. nulla parantur  
 Bella, nec ultrices advehit unda rates.  
 Tyndaris infestis fugitiva reposcitur armis.  
 Hac venit in thalamos dote superba tuos.  
 Quæ si sit Danaïs reddenda, vel Hæctora fratrem,  
 Vel cum Deïphobo Pulidamanta roga.  
 Quid gravis Antenor, Priamus quid suadeat ipse,  
 Consule; quis ætas longa magistra fuit.  
 Furpe rudimentum, patriæ præponere raptam.  
 Causa pudenda tua est; iusta vir arma movet.  
 Nec tibi, si sapias, fidam promitte Lacænam,  
 Quæ sit in amplexus tam cito versa tuos.  
 It minor Atrides temerati fœdera lecti  
 Clamat, & externo læsus amore dolet;  
 Tu quoque clamabis. Nulla reparabilis arte  
 Læsa pudicitia est: deperit illa semel.  
 rdet amore tui: sic & Menelaon amavit.  
 Nunc jacet in viduo credulus ille toro.  
 elix Andromache, certo bene nupta marito!  
 Uxor ad exemplum fratris habenda fui.  
 u levior foliis, tunc cum, sine pondere succi,  
 Mobilibus ventis arida facta cadunt.  
 t minus est in te, quam summa pondus arista,  
 Quæ levis assiduis solibus usta riget.  
 oc tua (nam recolo) quondam germana canebat,  
 Sic mihi diffusis vaticinata comis:  
 uid facis, OEnone? quid arenæ semina mandas?  
 Non profecturis littora bubus aras.  
 raja juvenca venit, quæ te, patriamque, domum-  
 Perdat. iò prohibe; Graja juvenca venit. (que  
 um licet, obscenam ponto, Di, mergite puppim.  
 Heu quantum Phrygiæ sanguinis illa vehit!  
 ixerat. in cursu famulæ rapuere furentem.  
 At mihi flavescentes diriguere comæ.  
 h nimium vates miseræ mihi vera sussi!

Possidet en saltus illa juvenca meos.  
 Sit facie quamvis insignis, adultera certe est.  
 Deseruit socios hospite capta Deos.  
 Illam de patria Theseus, (nisi nomine fallor)  
 Nescio quis Theseus, abstulit ante sua.  
 A juvene & cupido credatur reddita virgo.  
 Unde hoc compererim tam bene, quaris? amo-  
 Vim licet appelles, & culpam nomine veles;  
 Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi.  
 At manet Oenone fallenti casta marito:  
 Et poteras falli legibus ipsè tuis.  
 Me Satyri celeres silvis ego tecta latebam)  
 Quæsierunt rapido turba proterva pede:  
 Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta  
 Faunus, in immensis qua tumet Ida jugis.  
 Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit.  
 Ille meæ spoliū virginittatis habet.  
 Id quoque luctando, rupi tamen ungue capillos;  
 Oraque sunt digitis aspera facta meis.  
 Nec pretium stupri gemmas aurumve poposci.  
 Turpiter ingenuum munera corpus emunt.  
 Ipse, ratus dignam, medicas mihi tradidit artes;  
 Admisitque meas ad sua dona manus.  
 Quæcumq; herba potens ad opem, radixq; medendi  
 Utilis in toto nascitur orbe, mea est.  
 Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis?  
 Deficior prudens artis ab arte mea.  
 Ipse repertor opis vaccas pavisse Pheræas  
 Fertur, & e nostro faucibus igne fuit.  
 Quod neque graminibus tellus fœcunda creandis,  
 Nec Deus auxilium, tu mihi ferre potes.  
 Et potes, & merui, dignæ miserere puellæ.  
 Non ego cum Danaïs arma cruenta fero.  
 Sed tua sum, tecumque fui puerilibus annis:  
 Et tua, quod superest temporis, esse precor.

*Epist. VI. HYP S I P Y L E J A S O N I.*

**L** Ittora Thesalix reduci tetigisse carina  
 Diceris, auratæ vellere dives ovis.  
 Gratulor incolumi, quantum sinis. hoc tamen ipsa  
 Debueram scripto certior esse tuo.  
 Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires,  
 Cum cuperes; ventos non habuisse potes.

Quam-



quamlibet adverso signetur epistola vento.  
 Hypsipyle missa digna salute fui.  
 Cur mihi fama prior, quam nuncia littera, venit,  
 Isse sacros Marti sub juga panda boves?  
 Meminibus jactis segetes adolesse virorum,  
 Inque necem dextra non eguisse tua?  
 Ervigilem spoliū pecudis servasse draconem,  
 Rapta tamen forti vellera fulva manu?  
 Ego si possem timide credentibus, ista  
 Ipse mihi scripsit, dicere, quanta forem!  
 Quid queror officium lenti cessasse mariti?  
 Obssequium, maneo si tua grande tuli.  
 Barbara narratur venisse, & cetera tecum,  
 In mihi promissi parte recepta sori.  
 Reddula res amor est. utinam temeraria dicar  
 Criminibus falsis insimulanda, & cetera  
 Super ab Hæmoniis hospes mihi Thespius oris  
 Venerat; & tactum vix bene limen erat:  
 Esonides, dixi, quid agit meus? Ille pudore  
 Hæsit in opposita lumina fixus humo.  
 Rotinus exilui; tunicisque à pectore ruptis,  
 Vivit? an, exclamo, me quoque fata trahunt?  
 Vivit, ait. timidumque mihi jurare coëgi.  
 Vix mihi, teste Deo, credita vita tua est.  
 Et rediit animus, tua facta requirere cœpi.  
 Narrat ahenipedes Martis arasse boves:  
 Ipereos dentes in humum pro semine jactos,  
 Et subito natos arma tulisse viros:  
 Errigenas populos, civili Marte peremptos,  
 Implese ætatis fata diurna suæ.  
 Perivicto serpente, iterum, si vivat Iason,  
 Quærimus alternant spesque timorque fidem.  
 Ingula dum narrat; studio cursuque loquendi,  
 Detegit ingenio vulnera facta tuo.  
 Ubi! ubi pacta fides? ubi connubialia jura?  
 Faxque sub arsuos dignior ire rogos?  
 Non ego sum fartim tibi cognita. pronuba Juno  
 Adfuit, & fertis tempora vinctus Hymen.  
 Et mihi nec Juno, nec Hymen, sed tristis Erinny's  
 Prætulit infaustas sanguinolenta faces.  
 Quid mihi cum Minyis? quid cum Tritonide pinu?  
 Quid tibi cum patria, navita Tiphys, mea?  
 Non erat hic aries villo spectabilis aureo:

Nec senis Ætæ regia Lemnos erat.  
 Certa fui primo (sed me mala fata trahebant)  
 Hospita fœminea pellere castra manu.  
 Lemniadesq; viros, nimium quoque, vincere norunt.  
 Milite tam forti vita tuenda fuit.  
 Urbe virum vidi, tectoque animoque recepi:  
 Hic tibi bisque æstas, bisque cucurrit hiems.  
 Tertia messis erat: cum tu, dare vela coactus,  
 Implesti lacrymis talia verba tuis:  
 Abiitrahor, Hypsipyle: sed (dent modo fata recur-  
 Vir tuus hinc abeo) vir tibi semper ero. (sus)  
 Quod tamen è nobis gaudida celatur in alvo,  
 Vivat; & ejusdem paterque parens.  
 Hactenus: &, lacrymis in falsa cadentibus ora,  
 Cætera te memini non potuisse loqui.  
 Ultimus è scis sacra, non conscendis in Argo.  
 Illa volat: ventus concava vela tenet.  
 Cæcula propulsæ subducitur unda carinæ:  
 Terra tibi, nobis aspiciuntur aquæ.  
 In latus omne patens turris circumspicit undas.  
 Huc feror; & lacrymis osque sinusque madent.  
 Per lacrymas specto; cupidæque faventia menti  
 Longius assuetu lumina nostra vident.  
 Adde preces castas, immistaque vota timori,  
 Nunc quoque te salvo persolvenda mihi.  
 Vota ego persolvam? votis Medea fruetur?  
 Cor dolet; atque ira mistus abundat amor.  
 Dona feram templis, vivum quod læsiona perdo?  
 Hostia pro damnis concidat ista meis?  
 Non equidem secuta fui; semperque verebar,  
 Ne pater Argolica sumeret urbe nurum.  
 Argolidas timui: nocuit mihi barbara pellex.  
 Non expectata vulnus ab hoste tuli.  
 Nec facie meritivæ placet; sed carmine movit:  
 Diraque cantata pabula falce metit.  
 Illa reluctantem curru deducere Lunam  
 Nititur, & tenebris abdere Solis equos.  
 Illa refrænât aquas, obliquaque flumina sistit:  
 Illa loco silvas, vivaque saxa movet.  
 Per tumulos errat passis distincta capillis,  
 Cætaque de tepidis colligit ossa rogis.  
 Devovet absentes; simulacraque cerea figit,  
 Et miserum tenues in jecur urget acus.

Et quæ nescierim melius. male quæritur herbis,  
 Moribus & forma conciliandus, amor.  
 Hanc potes amplecti? thalamoque relictus in uno  
 Impavidus somno nocte silente frui?  
 Scilicet ut tauros, ita te juga ferre coëgit:  
 Quaque feros angues, te quoque mulcet ope.  
 Adde, quod adscribi factis procerumque tuique  
 Se favet; & titulo conjugis uxor obest.  
 Atque aliquis Pelix de partibus acta venenis  
 Imputat, & populum, qui sibi credat, habet.  
 Non hæc Æsonides, sed Phasias Ætine  
 Aurea Phryxæ terga revellit ovis.  
 Non probat Alcimede mater tua; consule matrem:  
 Non pater, à gelido cui venit axe nurus.  
 Illa sibi Tanai, Scythiæque paludibus  
 Quærat, & à patria Phasidæ hæc <sup>os</sup> <sup>me</sup> <sup>irum</sup>.  
 Mobilis Æsonide, vernaque incertior aura,  
 Cur tua polliciti pondera verba carent?  
 Vir meus hinc ieras, vir non meus inde redisti.  
 Sim reducis conjux, sicut euntis eram.  
 Si te nobilitas, generosaque nomina tangunt;  
 En ego Minoo nata Thoante feror.  
 Bacchus avus, Bacchi conjux redimita corona,  
 Præradiat stellis signa minora suis.  
 Dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti:  
 Me quoque res tales inter habere potes.  
 Nunc etiam peperit. gratare ambobus, Iason:  
 Dulce mihi gravidæ fecerat auctor onus.  
 Felix in numero quoque sum; prolemque gemel-  
 Pignora Lucina bina favente dedi. (lam  
 Si quæria, cui sint similes; cognosceris illis.  
 Fallere non norunt: cætera patris habent.  
 Legatos quos pæne dedi pro matre ferendos:  
 Sed tenuit cæptas sæva noverca vias.  
 Medeam timui; plus est Medea novercâ.  
 Medæ faciunt ad scelus omne manus.  
 Spargere quæ fratris potuit laniata per agros  
 Corpora, pignoribus parceret illa meis?  
 Hanc tamen, ô demens Colchisque ablata venenis,  
 Diceris Hypsipyles præposuisse toro.  
 Turpiter illa virum cognovit adultera virgo:  
 Me tibi, teque mihi tæda pudica dedit.  
 Prodidit illa patrem; rapui de cæde Thoanta.

Deseruit Colchos : me mea Lemnos habet.  
 Quid refert , scelerata piam si vincit , & ipso  
 Crimine dotata est , emeruitque virum ?  
 Lemniadum facinus culpo, non miror, Iafon.  
 Quamlibet iratis ipse dat arma dolor.  
 Dic age, si ventis ut oportuit), actus iniquis  
 Intrasses portus tuque comesque meos ;  
 Obviaque exissem fœtu comitata gemello :  
 (Hiscere nempe tibi terra roganda fuit.)  
 Quo vultu natos, quo me, scelerate, videres ?  
 Perfidiæ pretio qua nece dignus eras ?  
 Ipse quidem per me tutus sospesque fuisses :  
 Non quia tu dignus sed quia mitis ego.  
 Pellicis ipsa meos implestem sanguine vultus ,  
 Quosque veneficiis abstulit illa suis.  
 Medæ Medr<sup>is</sup> <sup>is</sup> <sup>factis</sup> . quod si quid ab alto  
 Justus ad<sup>is</sup> <sup>is</sup> <sup>factis</sup> Jupiter ipse meis ;  
 Quod gemit Hyplipyle, lecti quoque subnuba nostris  
 Mœreat , & leges sanciat ipsa suas.  
 Utque ego destituor conjux materque ditorum ;  
 A rotidem natis orba sit , aque viro.  
 Nec male parta diu teneat ; pejusque relinquat.  
 Exulet ; & toto quærat in orbe fugam.  
 Quam fratri germana fuit , miseroque parenti  
 Filia ; tam natis , tam sit acerba viro.  
 Cum mare, cum terras consumserit ; aëra tentet.  
 Erret inops , exspes , cæde cruenta sua.  
 Hæc ego conjugio fraudata Thoantias oro.  
 Vivite devoto nuptaque virque toro.

*Epist. VII. D I D O Æ N E Æ.*

**S** Ic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis  
 Ad vada Mæandri concinit albus olor.  
 Nec, quia te nostra sperem prece posse moveri ,  
 Alloquor : adverso vorinus ista Deo.  
 Sed merita & famam, corpusq; animumq; pudicum  
 Cum male perdiderim ; perdere verba leve est.  
 Certus es ire tamen, miseramque relinquere Dido :  
 Atque idem venti vela fidemque ferent.  
 Certus es, Ænea, cum scædere solvere naves ;  
 Quæque ubi sint nescis , Itala regna sequi.  
 Nec nova Carthago, nec te crescentia tangunt  
 Mœnia ; nec scepro tradita summa tuo.

*Facta*

facta fugis ; facienda petis. quærenda per orbem  
 Altera , quæsita est altera terra tibi.  
 Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam?  
 Quis sua non notis arva tenenda dabit ?  
 Alter habendus amor tibi restat, & altera Dido :  
 Quamque iterum fallas , altera danda fides.  
 Quando erit, ut condas instar Carthaginiis urbem ,  
 Et videas populos altus ab arce tuos ?  
 Omnia ut eveniant , nec te tua vota morentur ;  
 Unde tibi , quæ te sic amet , uxor erit ?  
 Quæror , ut induceto ceratæ sulfure tædæ :  
 Ut pia fumosis addita thura fœcis.  
 Æneas oculis semper vigilantis inhæret :  
 Ænean animo noxque diesque refert.  
 Ne quidem male gratus, & ad mea, munera surdus ;  
 Et quò , si non sim stulta , carer hæc :  
 Non tamen Ænean, quamvis male cogitat, odi :  
 Sed queror infidum , quæstaque pejus amo.  
 Arce Venus nurui, durumque amplectere fratrem,  
 Frater Amor : castris militet ille tuis.  
 Ut ego, quem corpori (neque enim dedignor) amare ;  
 Materiam curæ præbeat ille meæ.  
 Illos ; & ista mihi falso jactatur imago.  
 Matris ab ingenio dissidet ille suæ.  
 De lapis , & montes, innataque rupibus altis  
 Robora , te sævæ progenere feræ :  
 Ut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis :  
 Quo tamen adversis fluctibus ire paras.  
 Quo fugis? obstat hiems : hiemis mihi gratia proficit.  
 Aspice ; ut everfas concitet Euris aquas.  
 Quod tibi maluerim, sine me debere procellis.  
 Justior est animo ventus & unda tuo.  
 Non ego sum tanti (quamvis merearis, inique,)  
 Ut pereas , dum me per freta longa fugis.  
 Merces pretiosa odia, & constantia magno ;  
 Si , dum me careas , est tibi vile mori.  
 Non venti ponent ; strataque æqualiter unda ,  
 Cæruleis Triton per mare curret equis.  
 Quoque cum ventis utinam mutabilis esses !  
 Et , nisi duritia robora vincis , eris.  
 Quid ? si nescieris, insana quid æquora possint ?  
 Expertæ toties tam male credis aquæ ?  
 In pelago suadente etiam retinacula solvas ,

Multa tamen latus tristitia pontus habet.  
 Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest.  
 Perfidix pœnas exigit ille locus.  
 Præcipue cum læsus Amor : quia mater Amoris  
 Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.  
 Perdita ne perdam timeo, noceamve nocenti ;  
 Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.  
 Vive, precor : sic te melius, quam funere, perdam.  
 Tu potius leti causa ferare mei.  
 Finge, age, te rapido (nullum sit in omine pondus)  
 Turbine deprendi : quid tibi mentis erit ?  
 Protinus occurrent falsæ perjuriam linguæ,  
 Et Phrygia Dido fraude coacta mori.  
 Conjugis ante oculos deceptæ stabit imago  
 Tristis, & effusis sanguinolenta comis.  
 Quicquid id ær totum merui, concedite dicas :  
 Quæque cadent, in te fulmina missa putes.  
 Da breve sævitix spatium pelagique tuæque :  
 Grande moræ pretium tuta futura via est.  
 Nec mihi parcatur ; puero parcatur Iulo.  
 Te satis est titulum mortis habere mex.  
 Quid puer Ascanius, quid Di meruere Penates ?  
 Ignibus ereptos obruet unda Deos.  
 Sed neque fers tecum : nec, quæ mihi, perfide, ja-  
 Presserunt humeros sacra paterque tuos. (Etas,  
 Omnia mentiris. nec enim tua fallere lingua  
 Incipit à nobis ; primaque plector ego.  
 Si quæras, ubi sit formosi mater Iuli :  
 Occidit à duro sola relicta viro.  
 Hæc mihi narraras : at me movere merentem.  
 Illa minor culpa pœna futura mea est. (innent.  
 Nec mihi mens dubia est, quin te tua numina da-  
 Per mare, per terras septima jactat hiems.  
 Fluctibus ejectum tuta statione recepi,  
 Vixque bene audito nomine, regna dedi.  
 His tamen officiis utinam contenta fuissèm ;  
 Et mihi concubitûs fama sepulta foret !  
 Illa dies nocuit, quæ nos declive sub antrum  
 Cæruleus subitis compulit imber aquis.  
 Audieram vocem ; Nymphas ululasse putavi.  
 Eumenides fati signa dedere meis.  
 Exige læse pudor pœnas, violate Sichæo :  
 Ad quas ( me miseram ! ) plena pudoris eo.

Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus :  
 Appositæ frondes velleraque alba tegunt.  
 Hinc ego me sensu noto quater ore citari :  
 Ipse sono tenui dixit , Elissa , veni.  
 Nulla mora est ; venio. venio tibi debita conjux :  
 Sed tamen admissi tarda pudore mei.  
 Da veniam culpæ ; decepit idoneus auctor.  
 Invidiam noxæ detrahit ille meæ.  
 Diva parens , seniorque pater pia sarcina nati ,  
 Spem mihi mansuri rite dedere viri.  
 Si fuit errandum , causas habet error honestas.  
 Adde fidem ; nulla parte pigendus erit.  
 Durat in extremum , vitæque novissima nostræ  
 Prosequitur fati , qui fuit ante , tenor.  
 Occidit internas conjux mactatus ad aras :  
 Et sceleris tanti præmia frater habet.  
 Exul agor ; cineresque viri patriamque relinquo :  
 Et feror in duras hoste sequente vias.  
 Applicor ignotis : fratrique elapsa fretoque ,  
 Quod tibi donavi , perfide , littus emo.  
 Urbem constitui ; lateque patentia fixi  
 Mœnia , finitimis invidiosa locis.  
 Bella tument : bellis peregrina & fœmina tentor :  
 Vixque rudes portas urbis & arma paro.  
 Mille procis placui : qui me coiere querentes  
 Nescio quem thalamis præposuisse suis.  
 Quid dubitas vincetam Gætulo tradere Iarbæ ?  
 Præbuerim sceleri brachia nostra tuo.  
 Est etiam frater ; cuius manus impia possit  
 Respergi nostro , sparsa cruore viri.  
 Nonne Deos , & quæ tangendo sacra profanas :  
 Non bene cælestes impia dextra colit.  
 Si tu cultor eras elapsis igne futurus ;  
 Pœnitet elapsos ignibus esse Deos.  
 forsitan & gravidam Dido , scelerate , relinquas ;  
 Parsque tui lateat corpore clausa meo.  
 Accedet fati matris miserabilis infans ;  
 Et nondum nato funeris auctor eris.  
 Cumque parente sua frater morietur Iuli ;  
 Pœnaque connexos auferet una duos.  
 Sed jubet ire Deus. vellem vetuisset adire ;  
 Punica nec Teucris pressâ fuisset humua.  
 Hoc duce ( nempe Deo ) ventis agitaris iniquis ,

Et teris in rapido tempora longa freto.  
 Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore,  
 Hectore si vivo quanta fuere forent.  
 Non patrium Simoënta petis; sed Tybridis undas.  
 Nempe, ut pervenias quo cupis, hospes eris.  
 Utque latet, viratque tuas abstrusa carinas,  
 Vix tibi continget terra petita feni.  
 Hos potius populos in dotem, ambage remissa,  
 Accipe; & advectas Pygmalionis opes.  
 Ilion in Tyriam transfer felicibus urbem:  
 Inque loco regis sceptrata sacrata tene.  
 Si tibi mens avida est belli, si quærit Iulus  
 Unde suo partus Marte triumphus eat;  
 Quem superet, ne quid desit, præbeamus hostem.  
 Hic pacis leges, hic locus arma capit.  
 Tu modo, per matrem, fraternaque tela sagittas,  
 Perque sugæ comites Dardana sacra Deos:  
 (Sic superent quoscumque tua de gente reportas,  
 Mars ferus & damni sit modus ille tui,  
 Ascaniusque suos feliciter impleat annos,  
 Et senis Anchisæ molliter ossa cubent)  
 Parce precor domui, quæ se tibi tradit habendam.  
 Quod crimen dicis, præter amasse, meum?  
 Non ego sum Phthias, magnisq; oriunda Mycenis:  
 Nec steterunt in te virque paterque meus.  
 Si pudet uxoris; non nupta, sed hospita dicar.  
 Dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.  
 Nota mihi freta sunt Afrum frangentia littus:  
 Temporibus certis dantque negantque viam.  
 Cum dabit aura viam, præbebis carbasa ventis.  
 Nunc levis ejectam continet alga ratem.  
 Tempus ut observem, manda mihi; certius ibis:  
 Nec te, si cupies, ipsa manere sinam.  
 Et socii requiem poscunt, laniataque classis  
 Postulat exiguas semirefecta moras.  
 Pro meritis, & siqua tibi debemus ultro,  
 Pro spe conjugii tempora parva peto.  
 Dum freta mitescunt, & Amor: dum tempore & usu  
 Fortiter edisco tristitia posse pati.  
 Sin minus; est animus nobis effundere vitam.  
 In me crudelis non potes esse diu.  
 Adspicias utinam, quæ sit scribentis imago!  
 Scribimus; & gremio Troicus ensis adest:



Perq; genas lacrymæ strictum labuntur in ensẽ ;

Qui jam pro lacrymis sanguine tinctus erit.

Quam bene conveniunt fato tua munera nostro !

Instruis impensa nostra sepulcra brevi.

Nec mea nunc primo feriuntur pectora telo :

Ille locus sævi vulnus Amoris habet.

Anna soror, soror Anna, mea male conscia culpæ,

Jam dabis in cineres ultima dona meos.

Nec, consumpta rogis, inscribar Elisa Sichæi ;

Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit :

Præbuit Æneas & causam mortis & ensẽ.

Ipsa sua Dido concidit usã manu.

*Epist. VIII. HERMIONE ORESTÆ.*

A lloquor Hermione nuper fratremque virumq;

Nunc fratrem; nomen conjugis alter habet.]

Pyrrhus Achillides, animosus imago patris,

Inclusam contra jusque piumque tenet.

Quod potui, renui; ne non invita tenerer :

Cætera sœminæ non voluere manus.

Quid facis, Æacide? non sum sine vindice, dixi :

Hæc tibi sub domino, Pyrrhe, puella suo est.

Burdior ille freto clamantem nomen Orestæ

Traxit inornatis in sua tecta comis.

Quid gravius capta Lacedæmone serva tulissem,

Si raperet Grajas barbara turba nurus?

Parcius Andromachen vexavit Achæia victrix,

Cum Danaüs Phrygias ureret ignis opes.

At tu, cura mei si te pia tangit, Oreste,

Injice non timidas in tua jura manus.

An, si quis rapiat stabulis armenta reclusis,

Arma feras? rapta conjuge lentus eris?

Sit focer exemplo, nuptæ repetitor ademtæ :

Cui pia militiæ causa puella fuit.

Si focer ignavus vidua stertisset in aula;

Nupta foret Paridi mater, ut ante fuit.

Nec tu mille rates sinuosaque vela pararis;

Nec numeros Danaï militis: ipse veni.

hic quoq; eram repetenda tamen: nec turpe marito,

Aspera pro caro bella tulisse toro.

Quid, quod avus nobis idem Pelopæius Atreus?

Et si non esses vir mihi, frater eras?

Vir precor uxori, frater succurre sorori :

Instant

Instant officio nomina bina tuo.

Me tibi Tyndareus, vita gravis auctor & annis,

Tradidit : arbitrium neptis habebat avus.

At pater Æacidæ promiserat in sciis acti.

Plus quo, qui prior est ordine, posset avus.

Cum tibi nubebam, nulli mea ræda nocebat :

Si jungar Pyrrho, tu mihi læsus eris.

Et pater ignoscet nostro Menelæi amor.

Succubuit telis præpetis ipse Dei.

Quem sibi permisit, genero permittet amorem,

Proderit exemplo mater amata suo.

Tu mihi, quod matri pater, es : quas egerat olim

Dardanius partes advena, Pyrrhus agit.

Ille licet patriis sine fine superbiat actis ;

Et tu quæ referas acta parentis habes.

Tantalides omnes ipsumque regebat Achillem.

Hic pars infilitiæ; dux erat ille ducum. (rentem:

Tu quoque habes proavum Pelopem Pelopisq; pa-

Si melius numeres, à Jove quintus eris.

Nec virtute cares : arma invidiosa tulisti.

Sed tu quid faceres ? induit illa pater.

Materia vellem fortis meliore fuisses :

Non lecta est, operi sed data causa tuo.

Hanc tamen implesti ; juguloque Ægyptus aperto

Tecta cruentavit, quæ pater ante tuus.

Increpat Æacides, laudemque in crimina vertit.

Et tamen aspectus sustinet ille meos. (scunt:

Rumpor ; & ora mihi pariter cum mente tume-

Pectoraque inclusis ignibus usta dolent.

Hermione coram quicquamne objecit Oresti ?

Nec mihi sunt vires ; nec ferus ensis adest.

Flere licet certe : flendo diffundimus iram :

Perque sinum lacrymæ fluminis iustar eunt.

Has solas habeo semper, semperque profundo.

Hument incultæ fonte perenne genæ.

Hoc generis fato, quod nostros errat in annos,

Tantalides matres apta rapina sumus.

Non ego fluminei referam mendacia cygni :

Nec querar in plumis delituisse Jovem.

Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmos,

Vecta peregrinis Hippodamia rotis.

Castori Amyclæo & Amyclæo Polluci

Reddita Mopsopia Tænaris urbe soror.

ænaris , Idæo trans æquor ab hospite raptâ,  
 Argolicas pro se vertit in arma manus.  
 ix equidem memini ; memini tamen. omnia lu-  
 Omnia solliciti plena timoris erant. (ctus,  
 lebat avus , Phœbeque soror, fratresque gemelli:  
 Orabat superos Leda, solumque Jovem.  
 osa ego non longos etiam nunc scissa capillos  
 Clamabam, Sine me, me sine, mater, abis ?  
 am conjux aberat. ne non Pelopeïa credar,  
 Ecce Neoptolemo præda parata fui.  
 elides utinam vitasset Apollinis arcus !  
 Damnaret nati facta proterva pater.  
 ec quondam placuit, nec nunc placuisset Achilli,  
 Abducta viduum conjuge flere virum.  
 uæ mea cælestes injuria fecit iniquos ?  
 Quod mihi væ miseræ sidus obesse querar ?  
 arva mea sine matre fui ; pater arma ferebat :  
 Et, duo cum vivant , orba duobus eram. .  
 on tibi blanditias primis , mea mater , in annis  
 Incerto dictas ore puella tuli.  
 on ego captavi brevibus tua colla lacertis :  
 Nec gremio sedi sarcina grata tuo.  
 on cultûs tibi cura mei : nec pacta marito  
 Intravi thalamos , matre parante , novos.  
 bvia prodieram reduci tibi ; vera fatebor :  
 Nec facies nobis nota parentis erat.  
 e tamé esse Helenen, quod eras pulcherrima, sensi.  
 Ipsa requirebas , quæ tibi nata foret.  
 ars hæc una mihi conjux bene cessit Orestes :  
 Is quoque, ni pro se pugnet , ademptus erit.  
 rrrhus habet raptam reduce & victore parente :  
 Muneris hoc nobis diruta Troja dedit.  
 am tamen altus equis Titan radiantibus instat,  
 Perfruoꝝ infelix liberioꝝ malo.  
 ox ubi me thalamis ululantem & acerba gemen-  
 Condidit, in mœsto procubique toro ; item  
 o somno lacrymis oculi funguntur obortis :  
 Quaque licet fugio , sicut ab hoste , virum.  
 pe malis stupeo ; rerumque oblita locique  
 Ignara tetigi Scyria membra manu.  
 que nefas sensi ; male corpora tacta relinquo :  
 Et mihi pollutas credor habere manus.  
 pe Neoptolemi pro nomine , nomen Orestæ  
 Exit :

Exit : & errorem vocis , ut omen , amo.  
 Per genus infelix juro , generisque parentem ;  
 Qui freta , qui terras , qui sua regna quatit ;  
 Per patris ossa tui , patruī mihi ; quæ tibi debent ;  
 Quod se sub tumulo fortiter ulta jacent :  
 Aut ego præmoriar , primoque extinguar in ævo  
 Aut ego Tantalidæ Tantalus uxor ero.

*Epist. IX. DEIANEIRA HERCULI.*

**G** Ratulor Oechaliam titulis accedere vestris :  
 Victorem victæ succubuisse queror.  
 Fama Pelasgiadas subito pervenit in urbes  
 Decolor , & factis inficianda tuis ;  
 Quem nunquam Juno , seriesque immensa laborum  
 Fregerit ; huic Iölen imposuisse jugum.  
 Hoc velit Eurytheus , velit hoc germana Tonantis ;  
 Lætaque sit vitæ labe noverca tuæ.  
 At non ille velit , cui nox ( si creditur ) una  
 Non tanti , ut tantus conciperê , fuit.  
 Plus tibi , quam Juno , nocuit Venus . illa preme[n]da  
 Sustulit : hæc humili sub pede colla tenet.  
 Respice vindicibus pacatum viribus orbem ,  
 Qua latam Nereus cærulū ambit humum .  
 Se tibi pax terræ , tibi se tuta æquora debent :  
 Implesti meritis Solis utramque domum .  
 Quod te laturum est , cælum prior ipse tulisti :  
 Hercule supposito sidera fullit Atlas .  
 Quid nisi notitia est misero quæsita pudori ,  
 Si maculas turpi facta priora nota ?  
 Tene ferunt geminos pressisse tenaciter angues ;  
 Cum tener in cunis jam Jove dignus eras ?  
 Cœpisti melius , quam desinis . ultima primis  
 Cedunt : dissimiles hic vir & ille puer .  
 Quem non mille feræ , quem non Stheneleius ho[m]i[n]is  
 Non potuit Juno vincere ; vincit Amor . (stis,  
 At bene nupta feror ; quia nominer Herculis uxor  
 Sitque focer , rapidis qui tonat altus equis .  
 Quam male inæquales veniant ad aratra juvenci ,  
 Tam premitur magno conjuge nupta minor .  
 Non honor est , sed onus , species læsura ferentem  
 Si qua voles apte nubere , nube pari .  
 Vir mihi semper abest ; & conjuge notior hospes  
 Montraque terribiles persequiturque feras .

Ipsa domo vidua, votis operata pudicis,  
 Torqueor; infesto ne vir ab hoste cadat.  
 Enter serpentes aprosque avidosque leones  
 Jactor, & efuros terna per ora canes.  
 Me pecudum fibræ, simulacraque inania somni,  
 Ominaque arcana nocte petita movent.  
 Ancupor infelix incertæ murmura famæ:  
 Speque timor dubia, spesque timore cadit.  
 Mater abest; queriturque Deo placuisse potentem.  
 Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest.  
 Arbitratur Eurystheus iræ Junonis iniquæ  
 Sentitur nobis, iraque longa Deæ.  
 Hæc mihi ferre parum est: peregrinos addis amo-  
 Et mater de te quælibet esse potest. (res:  
 Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen,  
 Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos.  
 Non tibi crimen erunt Theutrantia turba sorores;  
 Quarum de populo nulla relicta tibi.  
 Una recens crimen præfertur adultera nobis;  
 Unde ego sum Lydo facta noverca Lamo.  
 Mæandros, toties qui terris errat in isdem,  
 Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas;  
 Vidit in Herculeo suspensa monilia collo;  
 Illo, cui cælum sarcina parva fuit.  
 Non puduit fortes auro cohibere lacertos,  
 Et solidis gemmas apposuisse toris.  
 Nempe sub his animam pestis Nemeæa lacertis.  
 Edidit: unde humerus tegmina lævus habet.  
 Ausus es hirsutos mitra redimire capillos:  
 Aptior Herculeæ populus alba comæ.  
 Nec te Mæonia, lascivæ more puellæ,  
 Incingi zona dedecuisse putas?  
 Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,  
 Efferus humana qui dape pavit equas?  
 Si te vidisset cultu Busris in isto;  
 Huic victor victo nempe pudendus eras.  
 Detrahat Antaus duro redimicula collo;  
 Ne pigeat molli succubuisse viro.  
 Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas.  
 Diceris; & dominæ pertimuisse minas.  
 Non fugis, Alcide, victricem mille laborum  
 Rasilibus calathis imposuisse manum?  
 Crassaque robusto deducis pollice fila,

Æquaque formosæ pensa rependis heræ?  
 Ah quoties, digitis dum torques stamina duris,  
 Prævalidæ fufos comminuere manus.  
 [Credereis, infelix, scuticæ tremefactus habenis,  
 An e pedes dominæ pertinuiffe minas].  
 Eximiis pompis præconia summa triumphî,  
 Factaque narrabas dissimulanda tibi.  
 Scilicet immanes elisis faucibus hydros  
 Infantem cunis involuiffe manum?  
 Ut Tegeêus aper cupressifero Erymantho  
 Incubet, & vasto pondere lædat humum?  
 Non tibi Threiciis affixa penatibus ora,  
 Non hominum pingues cæde tacentur equæ?  
 Prodigiumque triplex, armenti dives Iberi  
 Geryones; quamvis in tribus unus erat?  
 Inque canes totidem trunco digestus ab uno  
 Cerberos, implicitis angue minante comis?  
 Quæque redundabat fœcundo vulnere serpens  
 Fertilis, & damnis dives ab ipsa suis?  
 Quique inter lævumque latus lævumque lacertum  
 Prægrave compressa fauce pependit onus?  
 Et male confsum pedibus formaque bimembri  
 Pullum Theffalicis agmen equestre jugis?  
 Hæc tu Sidonio potes insignitus amictu  
 Dicere? non cultu lingua retenta silet?  
 Se quoque Nympha tuis ornavit lærdanis armis,  
 Et tulit è capto nota tropæa viro.  
 I nunc, tolle animos, & fortia gesta recense.  
 Quod tu non effes jure, vir illa fuit.  
 Qua tanto minor es, quanto te, maxime rerum,  
 Quam quos vicisti, vincere majus erat.  
 Illi procedit rerum mensura tuarum.  
 Cede bonis: hæres laudis amica tuæ.  
 Pro pudor! hirsuti costas exuta leonis  
 Aspera texerunt vellera molle latus.  
 Falleris, & nescis: non sunt spolia ista leonis,  
 Sed tua. tuque ferî victor es; illa tui.  
 Fœmina tela tulit Lernæis atra venenis,  
 Ferre gravem lana vix satis apta colum:  
 Instruxitque manam clava domitrice ferarum:  
 Vidit & in speculo conjugis arma sui.  
 Hæc tamen audieram: licuit non credere famæ.  
 Tu venit ad sensus mollis ab aure dolor.

Ante meos oculos adducitur advena pellex:  
 Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.  
 Non finis averti? mediam captiva per urbem  
 Invitis oculis aspicienda venit.  
 Nec venit incultis captarum more capillis,  
 Fortunam vultus falsâ tegendo suos.  
 Ingreditur latè lato spectabilis auro:  
 Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.  
 Dat vultum populo sublime sub Hercule victo:  
 OEchaliani vivo stare parente putes.  
 Forsitan &, pulsa Ætolide Deïanira,  
 Nomine deposito pellicis, uxor erit:  
 Eurytidosque Iôles, atque insani Alcidae  
 Turpia famosus corpora junget Hymen.  
 Mens fugit admonitu, frigusque perambulat artus,  
 Et jacet in gremio languida facta manus.  
 Me quoque cum multis, sed me sine crimine amasti:  
 Ne pigeat, pugnae bis tibi causa fui.  
 Cornua fiens legit ripis Achelous in udis,  
 Truncaque limosa tempora mentit aqua.  
 Semivir occubuit in letifero Eveno  
 Nessus; & infecit sanguis equinus aquas.  
 Sed quid ego hæc refero? scribenti nuncia venit  
 Fama, virum tunicæ tabe perire meæ.  
 Hei mihi! quid feci? quo me furor egit amantem?  
 Impia quid dubitas Deïanira mori?  
 An tuus in media conjux lacerabitur OËta?  
 Tu sceleris tanti causa superstes eris?  
 Si quid adhuc habeo facti, cur Hercules uxor  
 Credar; conjugii mors mihi pignus erit.  
 Tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem:  
 Impia quid dubitas Deïanira mori?  
 Heu devota domus! folio sedet Agrios alto:  
 OEnea desertum nuda senecta premit.  
 Exulat ignotis Tydeus germanus in oris.  
 Alter fatali vivus in igne fuit.  
 Exegit ferrum sua per præcordia mater.  
 Impia quid dubitas Deïanira mori?  
 Deprecor hoc unum, per jura sacerrima lecti;  
 Ne videar fati insidiata tuis.  
 Nessus, ut est avidum percussus arundine pectus,  
 Hic, dixit, vires sanguis amoris habet.  
 Illa Nessæo misi tibi texta veneno.

Impia quid dubitas Deianira mori?  
 Jamque vale, seniorque pater, germanaque Gorge,  
 Et patria, & patriæ trater adenite tuæ.  
 Et tu lux oculis hodierna novissima nostris,  
 Virque, (sed ô possis!) & puer Hylle, vale.

*Epist. X. ARIADNE THESEO.*

**M**itius inveni, quam te, genus omne ferarum:  
 Credita non ulli, quam tibi, pejus eram.  
 Quæ legis, ex i lo, Theseu, tibi littore mitto,  
 Unde tuam sine me vela tulere ratem.  
 In quo me somnusque meus male prodidit, & tu  
 Per facinus somnis insidiate meis.  
 Tempus erat; vitrea quo primum terra pruina  
 Spargitur, & tectæ fronde queruntur aves.  
 Incertum vigilans, a somno languida, movi  
 Thesea prensuras semisupina manus.  
 Nullus erat: referoque manus, iterumque retento,  
 Perque torum moveo brachia: nullus erat.  
 Excussere metus somnum. conterrita surgo:  
 Membraque sunt viduo præcipitata toro.  
 Protinus adductis sonuerunt pectora palmis:  
 Utque erat è somno turbida, rapta comæ est.  
 Luna fuit: specto, si quid, nisi littora, cernam.  
 Quod videant oculi, nil, nisi littus, habent.  
 Nunc huc, nunc illuc, & utroque sine ordine curro:  
 Alta puellares tardat arena pedes.  
 Interea toto clamanti littore, Theseu,  
 Reddebant nomen concava saxa tuum:  
 Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat.  
 Ipse locus miseræ ferre volebat opem.  
 Mons fuit; apparent frutices in vertice rari:  
 Nunc scopulus raucis pendet adæsus aquis.  
 Ascendo; vires animus dabat: atque ita late  
 Æquora prospectu metior alta meo.  
 Inde ego nam ventis quoque sum crudelibus usa)  
 Vidi præcipiti carbala tenta noro.  
 Aut vidi: aut etiam, cum me vidisse putarem,  
 Frigidior glaciæ semanimisque fui.  
 Nec languere diu patitur dolor. excitor illo,  
 Excitor; & summa Thesea voce voco.  
 Quo fugis? exclamo: scelerate, revertere, Theseu.  
 Flecte ratem. numerum non habet illa suum.



Hæc ego, quod voci deerat, plangore replebam.  
 Verbera cum verbis multa fuere meis.  
 Si non audires, ut saltem cernere posses,  
 Jactatæ late signa dedere manus.  
 Candidaque imposui longæ velamina virgæ,  
 Scilicet oblitos admonitura mei.  
 Jamque oculis ereptus eras: tum denique flevi.  
 Torpuerant molles ante dolore genæ.  
 Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent,  
 Postquam desieram vela videre tua?  
 Aut ego diffusis erravi sola capillis,  
 Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo:  
 Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi:  
 Quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui.  
 Cape torum repeto, qui nos acceperat ambos;  
 Sed non acceptos exhibiturus erat.  
 Et tua, qua possum, pro te vestigia tango;  
 Strataque, quæ membris intepuere tuis.  
 Incumbo; lacrymisque toro manantem profusis,  
 Pressimus, exclamo, te duo: redde duos.  
 Venimus huc ambo: cur non discedimus ambo?  
 Perfide, pars nostri, lectule, major ubi est?  
 Quid faciam? quo sola ferar? vacat insula cultu.  
 Non hominum video, non ego facta boum.  
 Omne latus terræ cingit mare. navita nusquam:  
 Nulla per ambiguas puppis itura vias.  
 Inge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque;  
 Quid sequar? accessus terra paterna negat.  
 Et rate felici pacata per æquora labar;  
 Temperet ut ventos Æolus; exul ero.  
 Non ego te, Crete, centum digesta per urbes,  
 Aspiciam, puero cognita terra Jovi.  
 Nam pater, & tellus justo regnata parenti,  
 Proditæ sunt factæ nomina cara meo.  
 Num tibi, ne victor tecto morerere recurvo,  
 Quæ regerent passus, pro duce fila dedi.  
 Num mihi dicebas, Per ego ipsa pericula juro,  
 Te fore, dum nostrum vivet uterque, meam.  
 Vivimus: & non sum, Theseu, tua. si modo vivis,  
 Fœmina, perjuri fraude sepulta viri.  
 Ne quoque, qua fratrem, mactasses, improbe, clava.  
 Esset, quam dederas, morte soluta fides.  
 Hunc ego non tantum, quæ sum passura, recordor;

ARTADNE THESEO.

Sed quæcumque potest ulla relicta pati.  
 Occurrunt animo pereundi mille figuræ :  
 Morsque minus pœnæ , quam mora mortis , ha-  
 Jam jam venturos aut hac , aut suspicor illac , (bet.  
 Qui lanient avido viscera dente , lupos.  
 Forlitan & fulvos tellus alat ista leones.  
 Quis scit , an hæc lævas tigridas insula habet ?  
 Et freta dicuntur magnas expellere phocas.  
 Quid vetat & gladios per latus ire meum ?  
 Tantum ne religer dura captiva catena ;  
 Neve traham serva grandia pensa manu :  
 Cui pater est Minos , cui mater filia Phæbi :  
 Quodque magis memini , quæ tibi pacta fui.  
 Si mare , si terras , porrectaque littora vidi ;  
 Multa mihi terræ , multa minantur aquæ.  
 Cælum restabat . timeo simulacra Deorum.  
 Destituor rapidis præda cibusque feris.  
 Sive colunt habitantque viri , diffidimus illis.  
 Externos didici læsa timere viros.  
 Viveret Androgeos utinam : nec facta luisses  
 Impia funeribus , Cecropi terra , tuis !  
 Nec tua inactasset nodoso stipite , Theseu ,  
 Ardua parte virum dextera , parte bovem !  
 Nec tibi , quæ reditus monstrarent , fila dedissem.  
 Fida per adductas sæpe recepta manus !  
 Non equidem miror , si stat victoriam tecum ,  
 Strataque Cretæam bellua tinxit humum.  
 Non poterant figi præcordia ferrea cornu :  
 Ut te non tegeres , pectore tutus eras.  
 Illic tu silices , illic adamanta tulisti :  
 Illic qui silicem Thesea vincat habes.  
 Crudeles somni , quid me tenuistis inertem ?  
 At semel æterna nocte premenda fui.  
 Vos quoque , crudeles venti , nimiumque parati ;  
 Flammaque in lacrymas officiosa meas.  
 Dextera crudelis , quæ me fratremque necavit :  
 Et data poscenti nomen inane fides.  
 In me jurarunt somnus ventusque fidesque.  
 Proditum sum causis una puella tribus.  
 Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo :  
 Nec , mea qui digitis lumina condar , erit ?  
 Spiritus infelix peregrinas ibit in auras :  
 Nec positos artus unget amica manibus ?

Ossa superstabunt volucres inhumata marinæ ?  
 Hæc sunt officiis digna sepulera meis ?  
 bis Cecropios portus : patriaque receptus  
 Cum steteris urbis celsus in arce tuæ,  
 Et bene narraris letum taurique virique,  
 Sectaque per dubias saxea tecta vias ;  
 se quoque narrato sola tellure relictam.  
 Non ego sum titulis surripienda suis.  
 Nec pater est Ægeus ; nec tu Pittheïdos Æthraë  
 Filius : auctores saxa fretumque tui.  
 si facerent , ut me summa de puppe videres !  
 Movisset vultus mœsta figura tuos.  
 Nunc quoq; non oculis, sed, qua potes, aspice mente  
 Hærentem scopulo , quem vaga pulsat aqua.  
 spice demissos lugentis in ore capillos ;  
 Et tunicas lacrymis , sicut ab imbre , graves.  
 corpus , ut impulsæ segetes Aquilonibus , horret:  
 Litteraque articulo pressa tremente labat.  
 Non te per meritum , quoniam male cessit , adoro.  
 Debita sit factò gratia nulla meo:  
 sed nec pœna quidem. si non ego causa salutis,  
 Non tamen est , cur sis tu mihi causa necis.  
 Mas tibi , plangendo lugubria pectora , lassas  
 Infelix tendo trans freta longa manus.  
 los tibi , qui superant , ostendo mœsta capillos.  
 Per lacrymas oro , quas tua facta movent :  
 lecte ratem , Theseu ; versoque relabere vento.  
 Si prius occidero ; tu tamen ossa feres.

*Epist. XI. CANACE MACAREO.*

I qua tamen cæcis errabunt scripta lituris ;  
 Oblitus à dominæ cæde libellus erit.  
 extra tenet calamum ; strictum tenet altera fer-  
 Et jacet in gremio charta soluta meo. . (rum.  
 hæc est Æolidos fratri scribentis imago :  
 Sic videor duro posse placere patri.  
 se necis cuperem nostræ spectator adesset ;  
 Auctorisque oculis exigere opus.  
 t ferus est , multoque suis truculentior Euris,  
 Spectasset siccis vulnera nostra genis.  
 silicet est aliquid , cum sævis vivere ventis :  
 Ingenio populi convenit ille sui.  
 le Noto Zephyroque , & Sithonio Aquiloni

Imperat, & pennis, Eure proterve, tuis.  
 Imperat (heu!) ventis; tumidæ non imperat iræ:  
 Possidet & vitii regna minora suis.  
 Quid iuvat admotam per avorum nomina calo  
 Inter cognatos posse referre Jovem?  
 Num minus infestum funebria munera ferrum  
 Fœminea teneo, non mea tela, manu?  
 O utinam, Macareu, quæ nos commisit in unum,  
 Venisset leto serior hora meo!  
 Cur unquam plus me, frater, quam frater amasti?  
 Et tibi, non debet quod soror esse, fui?  
 Ipsa quoque incalui: qualemque audire solebam,  
 Nescio quem sensi corde repente Deum.  
 Fugerat ore color: macies adduxerat artus:  
 Sumbant minimos ora coacta cibos.  
 Nec somni faciles, & nox erat annua nobis:  
 Et gemitum nullo læsa dolore dabam. (sam 2  
 Nec cur hæc facerem, poteram mihi reddere causam  
 Nec noram, quid amans esset: at illud eram.  
 Prima malum nutrix animo præsensit anili:  
 Prima mihi nutrix, Æoli, dixit, amas.  
 Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos.  
 Hæc satis in tacita signa fatentis erant.  
 Jamque tumescabant vitiatum pondera ventris,  
 Ægraque furtivum membra gravabat onus.  
 Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix  
 Attulit, audaci suppositaque manu?  
 Ut penitus noltris (hoc te cela imus unum)  
 Visceribus crescens excuteretur onus.  
 Ah! nimium vivax admotis restitit infans  
 Artibus; & tectus tutus ab hoste fuit.  
 Jam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi,  
 Denaque luciferos Luna movebat equos.  
 Nescia quæ faceret subitum mihi causa dolores,  
 Et rudis ad partum, & nova miles eram.  
 Nec tenui vocem. Quid, ait, tua crimina prodis?  
 Oraque clamantis conscia pressit anus.  
 Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit;  
 Sed timor, & nutrix, & pudor ipse, vetant.  
 Continuo gemitus elapsaque verba rependo:  
 Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.  
 Mors erat ante oculos; & opem Lucina negabat:  
 Et grave, si morerer, mors quoque crimen erat.  
 Cum

In superincumbens, scissa tunicaque comaque,  
 Pressa refovisti pectora nostra tuis.  
 Mihi, Vive soror, soror ô carissima, dixi,  
 Vive: nec unius corpore perde duos.  
 Es bona det vires: fratri nam nupta futura es.  
 Illius, es de quo mater, & uxor eris.  
 Virtua (crede mihi) tamen ad tua verba revixi:  
 Et positum est uteri crimen onusque mei.  
 Id tibi grataris? media sedet Æolus aula.  
 Crimina sunt oculis surripienda patris.  
 Ungibus infantem, ramisque albensis olivæ,  
 Et levibus vittis sedula celat anus:  
 Itaque sacra facit, dicitque precantia verba.  
 Dat populus sacris, dat pater ipse, viam.  
 In prope limen erat: patrias vagitus ad aures  
 Venit, & indicio proditur ille suo.  
 Apert infantem, mentitaque sacra revelat  
 Æolus. infana regia voce sonat.  
 In mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura;  
 Ut quatitur tepido fraxina virga noto;  
 Mea vibrari pallentia membra videres.  
 Quassus ab imposito corpore lectus erat.  
 Igitur; & nostrum vulgat clamore pudorem:  
 Et vix à misero continet ore manus.  
 Quia nihil, præter lacrymas, pudibunda profudi:  
 Torpuerat gelido lingua retenta metu.  
 Inque dari parvum canibusque avibusq; nepotem  
 Iussit; in solis destituitque locis.  
 Igitur dedit ille miser; sensisse putares:  
 Quaque suum poterat voce rogabat avum.  
 Id mihi tunc animi credas, germane, fuisse;  
 Nam potes ex animo colligere ipse tuo)  
 In mea me coram silvas inimicus in altas  
 Viscera montanis ferret edenda lupis?  
 Ierit thalamo: tunc demum pectora plangi  
 Contigit, inque meas unguibus ire genas.  
 Verea patrius vultu moerente fatelles  
 Venit, & indignos edidit ore sonos:  
 Æolus hunc ensẽ mittit tibi: tradidit ensẽ:  
 Et jubet ex merito scire quid iste velit.  
 Quis; & utemur violento fortiter ensẽ:  
 Pectoribus condam dona paterna meis.  
 Quis mea muneribus, genitor, connubia donas?

Hæc tua dote , pater , filia dives erit ?  
 Tolle procul decepte faces , Hymenæe , maritas ;  
 Et fuge turbato tecta nefanda pede .  
 Ferte faces in me , quas fertis , Erinnyes atræ :  
 Ut meus ex isto luceat igne rogas .  
 Nubite felices Parca meliore , sorores :  
 Admissi memores sed tamen este mei .  
 Quid puer admisit tam paucis editus horis ?  
 Quo læsit facto , vix bene natus , avum ?  
 Si potuit meruisse necem , meruisse putetur .  
 Ah miser admissio plectitur ille meo !  
 Nate , dolor matris , rapidarum præda ferarum ,  
 ( Hei mihi ! ) natali dilacerate tuo :  
 Nate , parum fausti miserabile pignus amoris ;  
 Hæc tibi prima dies , hæc tibi summa fuit .  
 Non mihi te licuit lacrymis perfundere justis :  
 In tua non tonsas ferre sepulcra comas .  
 Non super incubui : non oscula frigida carpsi .  
 Diripiunt avidæ viscera nostra feræ .  
 Ipsa quoque infantes cum vulnere prosequar um-  
 Nec mater fuero dicta , nec orba diu . ( bras :  
 Tu tamen , ô frustra miseræ sperate sorori ,  
 Sparsa precor nati collige membra tui :  
 Et refer ad matrem , socioque impone sepulcro :  
 Urnaque nos habeat , quamlibet arcta , duos .  
 Vive memor nostri , lacrymasque in vulnere funde :  
 Neve reformida corpus amantis amans .  
 [Tu ( rogo ) projectæ nimium mandata sororis  
 Perfer . mandatis perfruar ipsa patris] .

*Epist. XII. MEDEA JASONI.*

**A**T tibi Colchorum (memini) regina vacavi,  
 Ars mea , cum peteres , ut tibi ferret opem .  
 Tunc , quæ dispensant mortalia fila , sorores  
 Debuerant fulôs evolvitisse meos .  
 Tunc potui Medea mori bene . quicquid ab illo  
 Produxi vitæ tempore , pœna fuit .  
 Hei mihi ! cur unquam juvenilibus acta lacertis .  
 Phryxëam petiit Pelias arbor ovem ?  
 Cur unquam Colchi Magnetida vidimus Argo ;  
 Turbaque Phasiacam Graja bibistis aquam ?  
 Cur mihi plus æquo flavi placere capilli ;  
 Et decor , & linguæ gratia sicta tuæ ?

semel in nostras quoniam nova puppis arenas  
 merat, audaces attuleratque viros)  
 inhelatos non præmedicatus in ignes  
 memor Æsonides, oraque adunca boum.  
 ana jecisset; totidem tenuisset & hostes:  
 caderet cultu cultor ab ipse suo.  
 tum perfidiæ tecum, scelerate, perisset!  
 emta forent capiti quam mala multa meo!  
 aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.  
 ac fruar: hæc de te gaudia sola feram.  
 is inexpertam Colchos advertere puppim,  
 astrasti patriæ regna beata meæ.  
 illic Medea sui, nova nupta quod hic est.  
 quam pater est illi, tam mihi dives erat.  
 Ephyren bimarem; Scythia tenuis ille nivosa  
 ane tenet, Ponti qua plaga læva jacet.  
 pit hospitio juvenes Ætæa Pelasgos,  
 ut premitis pictos corpora Graja toros.  
 Sic ego te vidi: tunc cœpi scire quid esses.  
 Ma fuit mentis prima ruina meæ.  
 vidi, ut perii; nec notis ignibus arsi.  
 rdet ut ad magnos pinea tæda Deos.  
 Formosus eras, & me mea fata trahebant.  
 bstulerant oculi lumina nostra tui.  
 fide, sensit. quis enim bene celat amorem?  
 minet indicio prodita flamma suo.  
 datur interea tibi lex; ut dura ferorum  
 solito premeres vomere colla boum.  
 carnis erant tauri plus, quam per cornua, savi;  
 Quorum terribilis spiritus ignis erat.]  
 e pedes solidi, prætentaque naribus æra:  
 Nigra per affatus hæc quoque facta suos.  
 aina præterea populos genitura juberis  
 spargere devota sata per arva manu,  
 si peterent secum natis tua corpora telis.  
 illa est agricolæ messis iniqua suo.  
 imina custodis succumbere nescia somno  
 Ultimus est aliqua decipere arte labor.  
 xerat Æetes. inæsti consurgitis omnes:  
 Mensaque purpureos deserit alta toros.  
 am tibi nunc longe regnum dotale Creüsæ,  
 Et socer, & magni nata Creontis erant?  
 istis abis. oculis abeuntem prosequor udis:

Et dixit tenui murmure lingua , Vase.  
 Ut positum tetigi thalamo male saucia lectum ;  
 Acta est per lacrymas nox mihi , quanta fuit.  
 Ante oculos taurique meos , segetesque nefandæ ;  
 Ante meos oculos pervigil anguis erat. (remansit)  
 Hinc amor, hinc timor est. ipsum timor auget amor,  
 Mane erat , & thalamo chara recepta foror ;  
 Disjectamque comas averſaque in ora jacentem  
 Invenit , & lacrymis omnia plena meis.  
 Orat opem Minyis : petit altera , & altera habebit.  
 Æſonio juveni , quod rogat illa , damus.  
 Est nemus & piceis & frondibus ilicis atrum :  
 Vix illuc radiis ſolis adire licet.  
 Sunt in eo , fuerantque diu , delubra Dianæ :  
 Aurea barbarica ſtat Dea facta manu.  
 Neſcio an exciderint mecum loca. venimus illuc.  
 Orſus es infido ſic prior ore loqui.  
 Jus tibi & arbitrium noſtræ Fortuna ſalutis  
 Tradidit : inque tua vitæque morſque manu.  
 Perdere poſſe ſat eſt ; ſi quem juvet ipſa poteſtas.  
 Sed tibi ſervatus gloria major ero.  
 Per mala noſtra precor, quorum potes eſſe levamen ;  
 Per genus & numen cuncta videntis avi ;  
 Per triplicis vultus arcanaque ſacra Dianæ ;  
 Et ſi forte alios gens habet iſta Deos :  
 O virgo , miſerere mei ; miſerere meorum !  
 Effice me meritis tempus in omne tuum.  
 Quod ſi forte virum non dedignare. Pelasgum ,  
 (Sed mihi tam faciles unde meosque Deos ?)  
 Spiritus ante meus tenues vanescat in auras ,  
 Quam thalamo , niſi tu , nupta ſit ulla meo.  
 Conſcia ſit Juno , ſacris præſecta maritis ;  
 Et Dea , marmorea cujus in æde ſumus. (puellæ)  
 Hæc animum (& quota pars hæc ſunt ?) movere  
 Simplicitis ; & dextræ dextera juncta meæ.  
 Vidi etiam lacrymas. an pars eſt fraudis in illis ?  
 Sic cito ſum verbis capta puella tuis.  
 Jungis & arripes inaduſto corpore tauros ,  
 Et ſolidam juſſo vomere ſindis humum.  
 Arva venenatis pro ſemine dentibus implet :  
 Naſcitur , & gladios ſcutaque miles habet.  
 Ipſa ego , quæ dederam medicamina , pallida ſedi ;  
 Cum vidi ſubitos arma tenere viros.



Nec terrigenæ (facinus miserabile) fratres  
 per se strictas conseruere manus.  
 Vigil ecce draco squammis crepitantibus horrens  
 orlat; & torto pectore verrit humum.  
 Quis opes ubi tunc? ubi tunc tibi regia conjux?  
 Quisque maris gemini distinet Isthmos aquas?  
 Ergo, quæ tibi sum nunc denique barbara facta,  
 nunc tibi sum pauper, nunc tibi visa nocens;  
 Quæ mea subluxi medicato lumina somno:  
 Quæ tibi, quæ raperes, vellera tuta dedi.  
 Quis est genitor: regnum patriamque reliqui:  
 Quis unus in exilio quodlibet esse tuli.  
 Quis finitas facta est peregrini præda latronis:  
 Quis optima cum cara matre relicta soror.  
 Non te fugiens sine me, germane, reliqui.  
 Quis efficit hoc uno littera nostra loco. (xtra.  
 Quis id facere ausa mea est, non audet scribere de-  
 c ego, sed tecum, dilaceranda fui.  
 Quis tamen extimui (quid enim post illa timerem?)  
 Quis sedere me pelago læmina, jamque nocens.  
 Quis veni ubi est? ubi Di? meritas subeamus in alto,  
 Quis in fraudis pœnas, credulitatis ego.  
 Quis in pressos utinam Symplegades elisissent,  
 Quis in ostraque adhærerent ossibus ossa tuis!  
 Quis in nos Scylla rapax canibus misisset edendos!  
 Quis in ebuit ingratis Scylla nocere viris.  
 Quis in quoque vomit fluctus totidem, totidemq; resorbet,  
 Quis in quos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ.  
 Quis in res ad Hæmonias victorque reverteris urbes.  
 Quis in conitur ad patrios aurea lana Deos.  
 Quis in quod referam Pelix natas pietate nocentes,  
 Quis in quæsq; virginea membra paterna manu?  
 Quis in Quis pulsent alii, tibi me laudare necesse est:  
 Quis in pro quo sum toties esse coacta nocens.  
 Quis in Quis es ô, (iusto defunt sua verba dolori)  
 Quis in Quis usus es, Æsonia, dicere, cede domo.  
 Quis in Quis in domo cessi, natis comitata duobus;  
 Quis in Quis t, qui me sequitur semper, amore tui.  
 Quis in Quis subito nostras Hymen cantatus ad aures  
 Quis in Quis venit, & accenso lampades igne micant,  
 Quis in Quis Tiaque effundit socialia carmina vobis,  
 Quis in Quis t mihi funesta fiebiliora tuba;  
 Quis in Quis Extimui; nec adhuc tantum scelus esse putabam:  
 Sed

Sed tamē in toto pectore frigus erat. (quantum  
 Turba ruunt, & Hymen, clamant: Hymenæe, fr  
 Quo propior vox hæc, hoc mihi pejus erat.  
 Diversi flebant servi, lacrymasque tegebant.  
 Quis vellet tanti nuncius esse mali?  
 Me quoque, quidquid erat, potius nescire juvaba  
 Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.  
 Cum minor è pueris, iussus studioque videndi,  
 Constitit ad geminæ limina prima foris;  
 Hic mihi, Mater, abi; pompam pater, inquit, iussu  
 Ducet; & adjunctos aureus urget equos.  
 Protinus abscissa planxi mea pectora veste:  
 Tuta nec à digitis ora fuere meis.  
 Ire animus mediæ suadebat in agmina turbæ,  
 Sertaque compositis demere rapta comis.  
 Vix me continui, quin sic laniata capillos  
 Clamarem, Meus est; injiceremque manus.  
 Læse pater, gaude: Colchi gaudete relictī.  
 Inferias umbræ fratris habete mei.  
 Deseror (amissis regno patriaque domoque)  
 Conjuge: qui nobis omnia solus erat.  
 Serpentes igitur potui, taurosque furentes;  
 Unum non potui perdomuisse virum?  
 Quæque feros pepuli doctis medicatibus ignes,  
 Non valeo flammam effugere ipsa meas?  
 Ipsi me cantus, herbæque artesque relinquunt?  
 Nil Dea, nil Hecates sacra potentis agunt?  
 Non mihi grata dies: noctes vigilantur amaræ:  
 Nec tener in misero pectore somnus adest.  
 Quæ me non possum, potui sopire draconem.  
 Utilior cuivis, quam mihi, cura mea est.  
 Quos ego servavi, pellex amplectitur artus:  
 Et nostri fructus illa laboris habet.  
 Forsitan & stultæ dum te jactare maritæ  
 Quæris, & injustis auribus apta loqui,  
 In faciem moresque meos nova crimina fingas.  
 Rideat, & vitiis læta sit illa meis.  
 Rideat, & Tyrio jaceat sublimis in ostro;  
 Flebit: & ardores vincet adusta meos.  
 Dum ferrum flammæq; aderunt, succusque venenis  
 Hostis Medæ nullus inultus erit.  
 Quod si forte preces præcordia ferrea tangunt;  
 Nunc animis audi verba minora meis.

In tibi sum supplex, quam tu mihi sæpe fuisti:  
 Nec moror ante tuos procubuisse pedes.  
 Sibi sum vilis; communes respice natos.  
 æviet in partus dira noverca meos.  
 Enimium similes tibi sunt: & imagine tangor:  
 t, quoties video, lumina nostra madent.  
 Esuperos oro, per avitæ lumina flammæ,  
 er meritum, & natos pignora nostra duos:  
 de torum; pro quo tot res insana reliqui.  
 dde fidem distis; auxiliumque refer.  
 Ni ego te imploro contra taurosque virosque;  
 tque tua serpens victa quiescat ope.  
 Tpeto, quem merui, quem nobis ipse dedisti;  
 um quo sum pater facta parente parens.  
 Dabi sit, quæris: campo numeravimus illo,  
 qui tibi laturo vellus arandus erat.  
 Deus ille aries villo spectabilis aureo,  
 os mea: Quam, dicam si tibi, redde; neges.  
 I mea, tu sospes: dos est mea, Graja juvenus.  
 nunc, Sisyphias, improbe, confer opes.  
 Quid vivis; quod habes nuptâ focerumq; potentē;  
 oc ipsum, ingratus quod potes esse, meum est.  
 Os equidem actutum! sed quid prædicere pœnam  
 ttinet? ingentes parturit ira minas.  
 Q feret ira, sequar. facti fortasse pigebit.  
 t piget infido consuluisse viro.  
 Verit ista Deus, qui nunc mea pectora versat.  
 escio quid certe mens mea majus agit.

Epist. XIII. LAODAMEIA PROTESILAO.

Irtit, & oprat amans, quo mittitur, ire salutem,  
 Hæmonis Hæmonio Laodameia viro.  
 Aide te fama est vento retinente morari.  
 h! me cum fugeres, hic ubi ventus erat?  
 Ti freta debuerant vestris obistere remis.  
 lud erat sævis utile tempus aquis.  
 Cula plura viro, mandataque plura dedissem:  
 te sunt quæ volui dicere plura tibi.  
 Dtus es hinc præceps: &, qui tua vela vocaret,  
 quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat.  
 Utus erat nautis aptus, non aptus amanti.  
 Vol-or ab amplexu Protesilæ tuo;  
 Ignaque mandantis verba imperfecta relinquit.

Vix illud potui dicere triste Vale.  
 Incubuit Boreas, abreptaque vela tetendit.  
 Jamque meus longe Protesilaüs erat.  
 Dum potui spectare virum, spectare juvabat:  
 Sumque tuos oculos usque secuta meis.  
 Ut te non poteram, poteram tua vela videre:  
 Vela diu vultus detinere meos.  
 At postquam nec te, nec vela fugacia vidi;  
 Et quod spectarem, nil, nisi pontus, erat;  
 Lux quoque tecum abiit; tenebris exanguis obortus  
 Succiduo dicor procubuisse genu.  
 Vix focer Iphiclus, vix me grandævus Acastus,  
 Vix mater gelida mœsta refecit aqua.  
 Officium fecere pium, sed inutile nobis.  
 Indignor miseræ non licuisse mori.  
 Ut rediit animus, pariter rediere dolores;  
 Pectora legitimus casta momordit amor.  
 Nec mihi peccendos cura est præbere capillos:  
 Nec libet aurata corpora veste tegi.  
 Ut quas pampinea tetigisse Bicorniger hasta  
 Creditur; huc illuc, quo furor egit, eo.  
 Conveniunt matres Phylleides, & mihi clamant,  
 Indue regales, Laodamia, sinus.  
 Scilicet ipsa geram saturatas murice vestes:  
 Bella sub Iliacis mœnibus ille gerat?  
 Ipsa comas peccat: galea caput ille prematur?  
 Ipsa novas vestes: dura vir arma ferat?  
 Qua possum, squalore tuos imitata labores  
 Dicar: & hæc belli tempora tristis agam.  
 Dux Pari Priamide, damno formosè tuorum,  
 Tam sis hostis iners, quam malus hospes eras.  
 Aut te Tænaricæ faciem culpasse maritæ,  
 Aut illi vellem displicuisse tuam.  
 Tu, qui pro rapta nimium, Menelae, laboras,  
 Hei mihi, quam multis flebilis ultor eris!  
 Di, precor, a nobis omen removete sinistrum:  
 Et sua det reduci vir meus arma Jovi.  
 Sed timeo: quotiesque subit miserabile bellum,  
 More nivis lacrymæ sole madentis eunt.  
 Ilion & Tenedos, Simoisque & Xantus & Ide,  
 Nomina sunt ipso pæne timenda sono.  
 Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset,  
 Hospes erat: vires noverat ille suas.

enerat ( ut fama est ) multo spectabilis auro ,  
 Quique suo Phrygias corpore ferret opes.  
 Classe virisque potens, per quæ fera bella geruntur:  
 Et sequitur regni pars quota cunque sui.  
 Iis ego te victam , consors Ledaëa gemellis ,  
 Suspitor : hæc Danaïs posse nocere puto.  
 Hectora nescio quem timeo. Paris Hectora dixit  
 Ferrea sanguineâ bella movere manu.  
 Hectora , quisquis is est , si sum tibi cara, caveto.  
 Signatum memori pectore nomen habe.  
 Hinc ubi vitaris, alios vitare memento :  
 Et multos illic Hectoras esse puta.  
 : facito dicas, quoties pugnare parabis,  
 Parcere me iussit Laodamia sibi.  
 cadere Argolico fas est sub milite Trojam;  
 Te quoque non ullum vulnus habente cadat.  
 gnet, & adversos tendat Menelaüs in hostes :  
 Ut rapiat Paridi , quam Paris ante sibi.  
 tuat; & causa quem vincit, vincat & armis.  
 Hostibus è mediis nupta petenda viro est.  
 iusa tua est dispar. tu tantum vivere pugna ,  
 Inque pios dominæ posse redire sinus.  
 recite, Dardanidæ, de tot (precor) hostibus uni:  
 Ne meus ex illo corpore sanguis eat.  
 on est, quem deceat nudo concurrere ferro,  
 Sævaque in oppositos pectora ferre viros.  
 rtius ille potest, multo quum pugnat amore ,  
 Bella gerant alii ; Protefilaiis amet.  
 hinc fateor; volui revocare; animusque ferebat.  
 Substitit auspicii lingua timore mali.  
 m foribus velles ad Trojam exire paternis,  
 Pes tuus offenso limine signa dedit.  
 vidi, ingemui, tacitoque in pectore dixi:  
 Signa reversuri sint precor isti viri.  
 ec tibi nunc refero, ne sis animosus in armis.  
 Fac meus in ventos hic timor omnis eat.  
 rs quoque nescio quem fato designat iniquo ,  
 Qui primus Danaüm Troada tangat humum.  
 Felix, quæ prima virum lugebit ademtum!  
 Di faciant, ne tu strenuus esse velis!  
 er mille rates tua sit millesima puppis,  
 sanique fatigatas ultima verset aquas.  
 ec quoque præinoneo : de nave novissimus exi.

Non est, quo properes, terra paterna tibi.  
 Cum venies, remoque move veloque carinam;  
 Inque tuo celerem littore siste gradum.  
 Sive latet Phœbus, seu terris altior extat;  
 Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte, venis.  
 Noctē tamen, quam luce, magis. nox grata puellis:  
 Quarum suppositus colla lacertus habet.  
 Aucupor in lecto mendaces cælibe somnos.  
 Dum careo veris, gaudia falsa juvant.  
 Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?  
 Cur venit à verbis multa querela tuis?  
 Excitior somno; simulacraque noctis adoro.  
 Nulla caret fumo Thesſalis ara meo.  
 Thura damus, lacrymamq; super; qua sparsa relucet;  
 Ut solet adfuso surgere flamma mero.  
 Quando ego, te reducem cupidis amplexa lacertis,  
 Languida lætitia solvar ab ipsa mea?  
 Quando erit, ut lecto mecum bene junctus in uno  
 Militiæ referas splendida facta tuæ?  
 Quæ mihi dum referes; quamvis audire juvabit;  
 Multa tamen capies oscula, multa dabis.  
 Semper in his apte narrantia verba resistunt.  
 Promptior est dulci lingua referre mora.  
 Sed cum Troja subis, subeunt ventique fretumque;  
 Spes bona sollicito victa timore cadit.  
 Hoc quoque, quod venti prohibent exire carinas,  
 Me movet: invitis ire paratis aquis.  
 Quis velit in patriam vento prohibente reverti?  
 A patria pelago vela vetante datis.  
 Ipse suam non præbet iter Neptunus ad urbem.  
 Quo ruitis? vestras quisque redite domos.  
 Quo ruitis, Danaï; ventos audite vetantes.  
 Non subiti casus, numinis ista mora est.  
 Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?  
 Dum licet, Inachiæ vertite vela rates.  
 Sed quid ego revoco hæc? omen revocantis abesto,  
 Blandaque compositas aura secundet aquas.  
 Troas in invideo. quæ si lacrymosa suorum  
 Funera conspicient, nec procul hostis erit;  
 Ipsa suis manibus forti nova nupta marito  
 Imponet galeam, barbaraque arma dabit.  
 Arma dabit: dumq; arma dabit, simul oscula sumet.  
 Hoc genus officii dulce duobus erit.

Producetque virum ; dabit & mandata reverti :

Et dicet, Referas ista face arma Jovi.

Ille, ferens dominæ mandata recentia secum,

Pugnabit caute, respicietque domum.

Exuēt hęc reduci clypeum, galeamque resolvēt,

Excipietque suo pectora lassā sinu.

Nos sumus incertæ : nos anxius omnia cogit,

Quæ possunt fieri, facta putare, timor.

Dum tamen arma gerēs diverso miles in orbe,

Quæ referat vultus est mihi cera tuos.

Ille blanditias, illi tibi debita verba

Dicimus : amplexus accipit illa meos.

Crede mihi ; plus est, quam quod videatur imago.

Adde sonum cæræ ; Proteulilæis erit.

Hanc specto, teneoque sinu pro conjuge vero :

Et tanquam possit verba referre, queror.

Per reditus, corpusque tuum mea numina juro ;

Perque pares animi conjugiique faces :

Perque, quod ut videam canis albere capillis,

Quod tecum possis ipse referre, caput ;

Se tibi venturam comitem, quocunque vocaris :

Sive, (quod heu timeo ! ) sive superstes eris.

Ultima mandato claudetur epistola parvo.

Si tibi cura mei, sit tibi cura tui.

*piß.* XIV. HYPERMNESTRA LYNCEO.

**M**ittit Hypermnestra de tot modo fratribus uni:

Cætera nuptarum crimine turba jacet.

Clausa domo teneor, gravibusque coercita vinculis,

Est mihi supplicii causa, fuisse piam.

Quod manus extimuit jugulo dimittere ferrum,

Sum rea. laudarer, si scelus ausa forem.

Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti.

Non piget immunes cædis habere manus.

Se pater igne licet, quem non violavimus, urat ;

Quæque aderant sacris, tendat in ora faces ;

ut illo jugulet, quem non bene tradidit, ense ;

Ut qua non cecidit vir nece, nupta cadam :

Non tamen, ut dicant morientia, Pœnitet, ora,

Efficiet nos es, quam piget esse piam.

Pœniteat sceleris Danaum sævasque sorores.

Hic solet eventus facta nefanda sequi.

Hor pavet admonitu temerata sanguine noctis ;

Et subitus dextræ præpedit ossa tremor.  
 Quam tu cæde putes fungi potuissè maritâ,  
 Scribere de facta non sibi cæde timet.  
 Sed tamen experiar. Modo facta crepuscula terris;  
 Ultima pars noctis, primaque lucis erat:  
 Ducimur Inachides magni sub tecta Pelasgi;  
 Et focer armatas accipit æde nurus.  
 Undique collucent præcinctæ lampades auro.  
 Dantur in invitos impia thura focos.  
 Vulgus, Hymê, Hymenææ, vocât: fugit ille vocâtes.  
 Ipsa Jovis conjux cessit ab urbe sua.  
 Ecce mero dubii, comitum clamore frequentès,  
 Flore novo madidas impediende comas,  
 In thalamos læti, thalamos sua busta feruntur;  
 Strataque corporibus funere digna premunt.  
 Jamque cibo vinoque graves somnoque jacebant;  
 Securumque quies alta per Argos erat:  
 Circum me genitus morientum audire videbar:  
 Et tamen audibam; quodque verebar, erat.  
 Sanguis abit; mentemque calor corpusque relinquit;  
 Inque novo jacui frigida facta toro.  
 Ut leni Zephyro fragiles vibrantur aristæ;  
 Frigida populeas ut quatit aura comas;  
 Aut sic, aut etiam tremui magis, ipse jacebas:  
 Quæque tibi dederam vina, soporis erant.  
 Excussère metum violenti jussâ parentis.  
 Erigor; & capio tela tremente manu.  
 Non ego falsa loquar. ter acutum sustulit ense,  
 Ter male sublato recidit ense manus.  
 [ Admovi jugulo; sine me tibi vera fateri;  
 Admovi jugulo tela paterna tuo. ]  
 Sed timor & pietas crudelibus obstitit ausis:  
 Castaque mandatam dextra refugit opus.  
 Purpureos laniata sinus, laniata capillos,  
 Exiguo dixi talia verba sono:  
 Sævus, Hypermnestra, pater est tibi. jussâ parentis  
 Effice. germanis sit comes iste suis.  
 Fœmina sum & virgo, natura mitis & annis.  
 Non faciunt molles ad fera tela manus.  
 Quin age, dumque jacet, fortes imitare sorores.  
 Credibile est cæsos omnibus esse viros.  
 Si manus hæc aliquam posset committere cædem;  
 Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.



Quo meruere necem patruelia regna tenendo,  
 Quæ tamen externis danda forent generis?  
 Inge viros meruisse mori quid fecimus ipsæ?  
 Quo mihi commissio non licet esse piæ?  
 Quid mihi cum ferro? quo bellica tela puellæ?  
 Aptior est digitis lana colusque meis. (tur,  
 hæc ego: dumq; queror, lacrymæ sua verba sequun-  
 Deque meis oculis in tua membra cadunt.  
 Num petis amplexus, sopitaque brachia jactas;  
 Pæne manus telo faucibus facta tua est.  
 amq; patrem, famulosq; patris, lucemq; timebam.  
 Expulerunt somnos hæc mea dicta tuos:  
 Urge age, Belide, de tot modo fratribus unus:  
 Nox tibi, ni properas, ista perennis erit.  
 Erritus exurgis: fugit omnis inertia somni.  
 Aspicias in timida fortia tela manu.  
 Parenti causam, Dum nox sinit, effuge, dixi.  
 Dum nox atra sinit, tu fugis: ipsa moror.  
 Sane erat: & Danaüs generos ex cæde jacentes  
 Dinumerat. summæ criminis unus abes.  
 Erat male cognata jacturam mortis in uno;  
 Et queritur facti sanguinis esse parum.  
 Abstrahor à patriis pedibus, raptamque capillis  
 (Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.  
 Quicquid licet ex illo Junonia permanet ira;  
 Quo bos ex homine est, ex bove facta Dea.  
 Et satis est pœnæ teneram mugisse puellam:  
 Nec modo formosam posse placere Jovi.  
 Constitit in ripa liquidi nova vacca parentis,  
 Cornuaque in patriis non sua vidit aquis:  
 Conatoque queri mugitus edidit ore:  
 Territaque est forma, territa voce sua.  
 Quid furis, infelix? quid te miraris in umbra?  
 Quid numeras factos ad nova membra pedes?  
 Quæ Jovis magni pellex metuenda sorori,  
 Froude levas nimiam cespitibusque famem.  
 Ante bibis, spectasque tuam stupefacta figuram:  
 Et te ne feriant, quæ geris, arma times.  
 Quæque modo, ut possis etiam Jove digna videri,  
 Dives eras; nudâ nuda recumbis humo.  
 Per mare, per terras, cognataque flumina curris.  
 Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.  
 Quæ tibi causa fugæ? quid Io freta longa pererras?

Non poteris vultus effugere ipsa tuos.  
 Inachi, quo properas? eadem sequerisque fugisque.  
 Tu tibi dux comiti: tu comes ipsa duci.  
 Per septem Nilus portus emissus in æquor  
 Exiit insanæ pellicis ora bovi.  
 Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus  
 Auctor? dant anni quod querar, ecce, mei.  
 Bella pater patruusque gerunt: regnoque domoque  
 Pellimur. ejectos ultimus orbis habet.  
 Ille ferox solus folio sceproque potitur:  
 Cum sene nos inopi turba vagamur inops.  
 De fratrum populo pars exiguissima restas.  
 Quique dati leto, quæque dedere, fleo.  
 Nam mihi quot fratres, totidem periære sorores.  
 Accipiat lacrymas utraque turba meas.  
 En ego, quod vivis, pœnæ crucianda reserbor.  
 Quid fiat fonti, cum rea laudis agar?  
 Et consanguineæ quondam centesima turbæ  
 Infelix, uno fratre manente, cadam.  
 At tu, si qua piæ, Lynceu, tibi cura fororis,  
 Quæque tibi tribui munera, dignus habes;  
 Vel fer opem, vel dede neci: defunctaque vita  
 Corpora furtivis insuper adde rogis.  
 Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa:  
 Scriptaque sint titulo nostra sepulcra brevi.  
 Exul Hypernæstra pretium pietatis iniquum,  
 Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.  
 Scribere plura libet: sed pondere lassæ catenæ  
 Est manus; & vires subtrahit ipse timor.

*Epist. XV. SAPPHO PHAONI.*

**E** Cquid, ut inspecta est studiosæ littera dextræ;  
 Protinus est oculis cognita nostra tuis?  
 An, nisi legisse auctoris nomina Sapphus,  
 Hoc breve nescires unde movetur opus?  
 Forsitan & quare mea sint alterna requiras  
 Carmina; cum lyricis sim magis apta modis.  
 Flendus amor meus est: elegeia flebile carmen.  
 Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas.  
 Uror, ut, indomitis ignem exercentibus Euris,  
 Fertilis accensis messibus ardet ager.  
 Arva Phaon celebrat diversa Typhoidos Ætneæ.  
 Me calor Ætneæ non minor igne coquit.

Ecce mihi, dispositis quæ jungam carmina nervis,  
 Proveniunt; vacuæ carmina mentis opus.  
 Ecce me Pyrrhiades Methynniadesve puellæ,  
 Nec me Lesbiadum cætera turba juvant.  
 His Anactorie, vilis mihi candida Cydno:  
 Non oculis grata est Atthis, ut ante, meis.  
 Que alia centum, quas non sine crimine amavi.  
 Improbe, multarum quod fuit, unus habes.  
 In te facies, sunt apti lusibus anni.  
 O facies oculis infidiosa meis!  
 Ne fidem & pharetram; fies manifestus Apollo.  
 Accedant capiti cornua; Bacchus eris.  
 Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit.  
 Nec norat Lyricos illa vel illa modos.  
 Mihi Pegasides blandissima carmina dicant:  
 Nam canitur toto nomen in orbe meum.  
 Ecce plus Alexus, consors patriæque lyræque,  
 Laudis habet: quamvis grandius ille sonet.  
 Mihi difficilis formam natura negavit;  
 Ingenio formæ damna rependo meæ.  
 Brevis. at nomen, quod terras impleat omnes,  
 Est mihi: mensuram nominis ipsa fero.  
 Candida si non sum; placuit Cephæia Perseo  
 Andromede, patriæ fusca colore suæ.  
 Variis albæ junguntur sepe columbæ;  
 Et niger à viridi turtur amatur ave.  
 Nisi quæ facie poterit te digna videri,  
 Nulla futura tua est; nulla futura tua est.  
 Me, me cum legeres, etiam formosa videbar.  
 Innam jurabas usque decere loqui.  
 Mentabam; memini: (meminerunt omnia amantes)  
 Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.  
 Nec quoque laudabas: omnique a parte placebam.  
 Sed tum præcipue, cum sit amoris opus.  
 Nec te plus solito lascivia nostra juvabat,  
 Crebraque mobilitas, aptaque verba joco:  
 Quæque, ubi jam amborum fuerat confusa voluptas,  
 Plurimus in lassò corpore languor erat.  
 Hinc tibi Sicelides veniunt nova præda puellæ.  
 Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse voio.  
 Vos erronem tellure remittite nostrum  
 Nisiades matres, Nisiadesque nurus.  
 Ne vos decipiant blandæ mendacia linguæ.

Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi.  
 Tu quoque quæ montes celebras, Erycina, Sicanos,  
 (Nam tua sum) vati consule, Diva, tuæ.  
 An gravis inceptum peragit Fortuna tenorem,  
 Et manet in cursu semper acerba suo?  
 Sex mihi natales ierant; cum lecta parentis  
 Ante diem lacrymas ossa bibere meas.  
 Arsit inops frater victus meretricis amore;  
 Millaque cum turpi damna pudore tulit.  
 Factus inops agili peragit freta cærulea remos;  
 Quasque male amisit, nunc male quærit opes.  
 Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.  
 Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.  
 Et tanquam delint, quæ me sine fine fatigent,  
 Accumulat curas filia parva meas.  
 Ultima tu nostris accedis causa querelis.  
 Non agitur vento nostra carina suo.  
 Ecce, jacent collo sparii sine lege capilli:  
 Nec premit articulos lucida gemma meos.  
 Veste tegor vili: nullum est in erinibus aurum:  
 Non Arabo noster rore capillus olet.  
 Cui colar infelix, aut cui placuisse laborem?  
 Ille mei cultus unicus auctor abest.  
 Molle meum levibus cor est violabile telis:  
 Et semper causa est, cur ego semper amem.  
 Sive ita nascenti legem dixere sorores,  
 Et data sunt vitæ illa severa meæ.  
 Sive abeunt studia in mores, arteisque magistræ;  
 Ingentum nobis molle Thalia facit.  
 Quid mirum, primæ si me lanuginis ætas  
 Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?  
 Hunc ne pro Cephala raperes, Aurora, timebam.  
 Et faceres: sed te prima rapina tenet.  
 Hunc si conspiciat, quæ conspicit omnia, Phœbe;  
 Jussus erit somnos continuare Phaon.  
 Hunc Venus in cælum, curru vexisset eburno;  
 Sed videt & Marti posse placere suo.  
 O nec adhuc juvenis, nec jam puer; utilis ætas!  
 O decus, atque ævi gloria magna tui!  
 Hac ades: inque sinus, formose, relabere nostros.  
 Non ut ames oro, verum ut amare sinas.  
 Scribimus, & lacrymis oculi rorantur abortis.  
 Aspice, quam sit in hoc multa litura loco.

Sam certus eras hinc ire, modestius isles;  
 Et modo dixisses; Lesbi puella, vale.  
 In tecum lacrymas, non oscula summa tulisti.  
 Denique non timui, quod dolitura fui.  
 De te mecum est, nisi tantum injuria: nec te  
 admonuit; quod tu pignus amantis habes.  
 In mandata dedi. neque enim mandata dedissem  
 Illa, nisi, ut nolles immemor esse mei.  
 Et tibi, qui nunquam longe discedat, Amorem,  
 Perque novem juro numina nostra Deas!  
 Tu mihi nescio quis, Fugiunt tua gaudia, dixit;  
 Nec me flere diu, nec potuisse loqui.  
 Lacrymæ deerant oculis, & lingua palato.  
 Strictum gelido frigore pectus erat.  
 Et quam se dolor invenit; nec pectora plangi,  
 Nec puduit scissis exululare comis.  
 In aliter, quam si gnati pia mater ademti  
 Fortet ad extractos corpus inane rogos.  
 Cadet, & è nostro crescit mœrore Charaxus  
 Trater; & ante oculos itque reditque meos.  
 Que pudenda mei videatur causa doloris;  
 Quid dolet hæc? certe filia vivit, ait. (bat  
 In veniunt in idem pudor atq; amor. omne vide-  
 Pulgus; erant lacero pectus aperta sinu.  
 Tu mihi cura, Phaon: te somnia nostra reducant;  
 Omnia formoso candidiora die.  
 De te invenio; quanquam regionibus absis.  
 Sed non longa fatis gaudia somnus habet.  
 De tuos nostra cervice onerare lacertos,  
 Nepe tuæ videor supposuisse meos.  
 Indior interdum, verisque simillima verba  
 Loquor: & vigilant sensibus ora meis.  
 Cula cognosco, quæ tu committere linguæ,  
 Aptaque consuevas accipere, apta dare.  
 Veriora pudet narrare: sed omnia fiunt.  
 Et juvat, & sine te non libet esse mihi.  
 Et cum se Titan ostendit, & omnia secum;  
 Nam cito me somnos destituisse queror. (sin.  
 Et ara nemusq; peto; tanquam nemus antraq; pro-  
 onficia deliciis illa fuere tuis.  
 Et mentis inops, ut quam furialis Erichtho  
 Impulit, in collo crine jacente, feror.  
 Et ara vident oculi scabro pendentia tofo,

Quæ mihi Mygdonii marmoris instar erant.  
 Invenio silvam, quæ sæpe cubilia nobis  
 Præbuit, & multa texit opaca coma :  
 At non invenio dominum silvæque meumque.  
 Vile solum locus est : dos erat ille loci.  
 Agnovi pressas noti mihi cespitis herbas :  
 De nostro curvum pondere gramen erat.  
 Incubui; tetigique locum, qua parte fuisti.  
 Grata prius lacrymas combibit herba meas.  
 Quin etiam rami positis lugere videntur  
 Frondibus; & nullæ dulce queruntur aves.  
 Sola virum non ulta piè mœstissima mater  
 Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.  
 Ales Ityn, Sappho desertos cantat anores.  
 Hactenus; ut media cætera nocte silent.  
 Est nitidus, vitroque magis perlucidus omni,  
 Fons sacer : hunc multi numen habere putant.  
 Quem supra ramos expandit aquatica lotos,  
 Una nemus : tenero cespite terra viret.  
 Hic ego cum lassos posuissem fletibus artus,  
 Constitit ante oculos Naias una meos.  
 Constitit, & dixit, Quoniam non ignibus æquis  
 Ureris, Ambracias terra petenda tibi.  
 Phœbus ab excelso, quantum patet, aspicit æquor:  
 Actæum populi Leucadiumque vocant.  
 Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore  
 Misit, & illæso corpore pressit aquas.  
 Nec mora : versus Amor tetigit lentissima Pyrrhæ  
 Pectora; Deucalion igne levatus erat.  
 Hanc legem locus ille tenet. pete protinus altam  
 Leucada; nec saxo desiluisse time.  
 Ut monuit; cum voce abiit. ego frigida surgo :  
 Nec gravidæ lacrymas continuêre genæ.  
 Ibimus, ô Nymphe, monstrataque saxa petemus.  
 Sit procul insano victus amore timor.  
 Quidquid erit, melius quam nunc erit, aura, subito.  
 Et mea non magnum corpora pondus habent.  
 Tu quoque, mollis Amor, pennas suppone cadenti :  
 Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.  
 Inde chelyn Phœbo communia munera ponam :  
 Et sub ea versus unus & alter erunt.  
 Grata lyram posui tibi, Phœbe, poëtria Sappho :  
 Convenit illa mihi, convenit illa tibi.

amamen Actiacas miseram me mittis ad oras,  
 m profugum possis ipse referre pedem?  
 mihi Leucadia potes esse salubrior unda:  
 formâ & meritis tu mihi Phœbus eris.  
 ptes, ô scopulis undaque ferocior illa,  
 moriar, titulum mortis habere meæ?  
 tanto melius jungi mea pectora tecum,  
 nam poterant saxis præcipitanda dari!  
 sunt illa, Phaon, quæ tu laudare solebas;  
 que sunt toties ingeniosa tibi.  
 vellem facunda forent. dolor artibus obstat;  
 reniumque meis substitit omne malis.  
 mihi respondent veteres in carmina vires.  
 Extra dolore tacent: muta dolore lyra est.  
 des æquoræ, nupturaque nuptaque proles;  
 Libides, Æoliâ nomina dicta Iyrâ;  
 des, infamem quæ me fecistis amatae;  
 nite ad citharas turba venire meas.  
 lit omne Phaon, quod vobis ante placebat.  
 miseram! dixi quam modo pænè, meus!  
 fite ut redeat: vates quoque vestra redibit.  
 renio vires ille dat, ille rapit.  
 d ago precibus? pectusne agreste movetur?  
 riger? & Zephyri verba caduca ferunt?  
 mea verba ferunt, vellem tua vela referrent.  
 te, si saperes, lente, decebat opus.  
 medis, puppique tuæ votiva parantur  
 nera; quid laceras pectora nostra morâ?  
 ratem: Venus orta mari, mare prætet eunti.  
 ra dabit cursum. tu modo solve ratem.  
 ubernabit residens in puppe Cupido:  
 e dabit tenerâ vela legetque manu.  
 uvat longè fugissè Pelasgida Sappho;  
 n tamen invenies, cur ego digna fugâ.  
 Item miseræ, crudelis, epistola dicat:  
 mihi Leucadiæ fata petantur aquæ.]

## Epist. XVI. PARIS HELENÆ.

Anc tibi Priamides mitto, Ledæa, salutem;  
 Quæ tribui solâ te mihi dante potest.  
 liar? an flammæ non est opus indice notæ;  
 plus, quam vellem, jam meus extat amor?  
 quidem malim lateat; dum tempora dentur

Lætitie mistos non habitura metus.  
 Sed male dissimulo. quis enim celaverit ignem,  
 Lumine qui semper proditur ipse suo?  
 Si tamen expectas, vocem quoque rebus ut addam;  
 Uror. habes animi nuncia verba mei.  
 Parce, precor, falso: nec vultu cætera duro  
 Perlege, sed formæ conveniente tuæ.  
 Jamdudum gratum est, quod epistola nostra recepta  
 Spem facit, hoc recipi me quoque posse modo.  
 Quæ rata sint, nec te frustra promiserit, opto,  
 Hoc mihi quæ suasit mater Amoris iter.  
 Namque ego divino monitu, ne nescia pecces,  
 Avehor: & cœpto non leve numen adest.  
 Præmia magna quidem, sed non indebita, posco.  
 Pollicita est thalamo te Cytheræa meo.  
 Hac duce Sigæo dubias à littore feci  
 Longa Phereclæa per freta puppe vias.  
 Illa dedit faciles auras, ventolque secundos.  
 In mare nimirum jus habet orta mari.  
 Perstet: &, ut pelagi, sic pectoris adjuvet æstum:  
 Deferat in portus & mea vota suos.  
 Attulimus flammæ; non hic invenimus, illas.  
 Hæ mihi tam longæ causæ fuere viæ.  
 Nam neque tristis hiems, neq; nos huc appulit error.  
 Tanaris est classi terra petita mee.  
 Nec me crede fretum merces portante carina  
 Findere, quas habeo, Di tueantur, opes.  
 Nec venio Grajas veluti spectator ad urbes.  
 Oppida sunt regni divitiora mei.  
 Te peto; quam lecto pepigit Venus aurea nostro.  
 Te prius optavi, quam mihi nota fores.  
 Ante tuos animo vidi, quam lumine, vultus:  
 Prima fuit vultus nuncia fama tui.  
 Nec tamen est mirum, si sicut oporteat, arcu  
 Missilibus telis eminus ictus, amo.  
 Sic placuit fati: quæ ne convellere tentes,  
 Accipe cum vera dicta relata fide.  
 Matris adhuc utero, partu remorante, tenebar:  
 Jam gravidus justo pondere venter erat.  
 Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni  
 Flammiferam pleno reddere ventre facem.  
 Territa confurgit; metuendaque noctis opacæ  
 Visa seni Priamo, vatibus ille, refert.



ram Paridis vates canit Ilion igni.  
 Etbris, ut nunc est, fax fuit illa mei.  
 Na vigorque animi, quamvis de plebe videbar,  
 licium testæ nobilitatis erant.  
 locus in mediæ nemorosus vallibus Idæ  
 vius, & piceis ilicibusque frequens:  
 nec ovis placidæ, nec amantis saxa capellæ,  
 nec patulo tardæ carpitur ore bovis.  
 Ego Dardaniæ muros excelsaque testæ,  
 freta prospiciens, arbore nixus eram.  
 pedum pulsu visa est mihi terra moveri:  
 tra loquar, veri vix habitura fidem.  
 citit ante oculos, aëtus velocibus alis,  
 lantis magni Pleionesque nepos.  
 didisse fuit; fas sit mihi visa referre:  
 que Dei digitis aurea virga fuit.  
 ue simul Divæ, Venus & cum Pallade Juno  
 aminibus teneros imposuere pedes.  
 apui; gelidusque comas erexerat horror.  
 m mihi, Pone metum, nuncius ales ait.  
 er es formæ: certamina siste Dearum;  
 ncere quæ formâ digna sit una duas.  
 recusarem, verbis Jovis imperat: & se  
 otinus ætheriâ tollit in astra viâ.  
 e mea convaluit, subitoque audacia venit:  
 e timui vultu quamque notare meo.  
 ire erant omnes dignæ: judexque verebar  
 in omnes causam vincere posse suam.  
 omen ex illis jam tunc magis una placebat:  
 sic esse ut scires, unde movetur amor.  
 que vincendi cura est; ingentibus ardent  
 Jicium donis sollicitare meum.  
 ea Jovis conjux, virtutem filia jactat.  
 e potens dubito, fortis an, esse velim.  
 Venus risit, Nec te, Pari, munera tangant;  
 aque suspensi plena timoris, ait.  
 abimus quod ames: & pulcræ filia Ledæ  
 in in amplexus, pulcrior ipsa, tuos.  
 a: & ex æquo donis formæque probatâ,  
 storem cælo rettulit illa pedem.  
 caa (credo, versis ad prospera fatis)  
 Eius agnoscor per rata signa puer.  
 olomus nato per tempora longa recepto.

Addit & ad festos hunc quoque Troja diem.  
 Utque ego te cupio, sic me cupièrè puellæ.  
 Multarum votum sola tenere potes.  
 Nec tantum regum natæ petièrè ducumque :  
 Sed Nymphis etiam curaque amorque fui.  
 At mihi cunctorum subeunt fastidia, postquam  
 Conjugii spes est, Tyndari, facta tui.  
 Te vigilans oculis, animo te nocte videbam ;  
 Lumina cum placido victa sopore jacent.  
 Quid facies præsens, quæ nondum visa placebas ?  
 Ardebam; quamvis hic præcul ignis erat.  
 Nec potui debere mihi spem longius istam,  
 Caruleâ peterem quin mea vota viâ.  
 Troia cæduntur Phrygiâ pineta securi,  
 Quæque erat æquoreis utilis arbor aquis :  
 Ardua proceris spoliantur Gargara silvis :  
 Innumeræque mini longa dat Idâ trabes.  
 Fundatura citas flectuntur robora naves :  
 Textitur & costis panda carina suis.  
 Addimus antennas, & vela sequentia malos :  
 Accipit & pictos puppis adunca Deos.  
 Qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine parvo,  
 Sponsor conjugii stat Dea picta sui.  
 Imposita est factæ postquam manus ultima classi ;  
 Protinus Ægis ire lubebat aquis.  
 Et pater & genitrix inhihent mea vota rogando ;  
 Propositumque piâ voce morantur iter.  
 Et soror effusis, ut erat, Cassandra capillis,  
 Cum vellent nostræ jam dare vela rates ;  
 Quo ruis ? exclamat : referes incendia tecum.  
 Quanta per has nescis flamina petatur aquas.  
 Vera fuit vates ; dictos invenimus ignes :  
 Et ferus in molli pectore flagrat amor.  
 Portubus egredior; ventisque ferentibus usus.  
 Applicor in terras, Oebali Nympha, tuas.  
 Excipit hospitio vir me tuus. hoc quoque factum  
 Non sine consilio numinibusque Deûm.  
 Ille quidem ostendit, quidquid læcedæmone totâ  
 Ostendi dignum conspicuumque fuit.  
 Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,  
 Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.  
 Ut vidi, obstupui ; præcordiaque intima sensi.  
 Attonitus curis intumuisse novis.

s similes vultus , quantum reminiscor, habebat ,  
 Venit in arbitrium cum Cytheræa meum.  
 tu venisses pariter certamen in illud ;  
 in dubium Veneris palma futura fuit.  
 gna quidem de te rumor præconia fecit,  
 Nullaque de facie nescia terra tuâ est.  
 te tibi par usquam Phrygiâ , nec solis ab ortu  
 inter formosâs altera nomen habet.  
 dis & hoc nobis ? minor est tua gloria vero :  
 amaque de forma pæne maligna tua est.  
 s hic invenio, quam quod promiserit illa :  
 et tua materia gloria victa sua est.  
 Eo arsit merito, qui noverat omnia, Theseus :  
 et visa es tanto digna rapina viro :  
 Bre tuæ gentis nitida dum nuda palæstra  
 nudis ; & es nudis fœmina mista viris.  
 Quod rapuit, laudo: miror, quod reddidit unquam.  
 tam bona constanter præda tenenda fuit.  
 ne recessisset caput hoc cervice cruenta,  
 quam tu de thalamis abstraherere meis.  
 ne manus unquam nostræ dimittere vellent ?  
 ne meo paterer vivus abire sinu ?  
 Seddenda fores , aliquid tamen ante tulissem :  
 nec Venus ex toto nostra fuisset iners.  
 Vt mihi virginitas esset libata ; vel illud,  
 quod poterat salva virginitate rapi.  
 In modo te ; quæ sit Paridi constantia nosces.  
 flamma rogi flammâs finiet una meas.  
 Eposui regnis ego te ; quæ maxima quondam  
 sollicita est nobis nupta sororque Jovis.  
 Inque tuo possem circumdare brachia collo ,  
 contenta est virtus Pallade dante mihi.  
 Ne piget ; aut unquam stulte legisse videbor :  
 permanet in voto mens mea firma suo.  
 Non modo ne nostram fieri patiare caducam  
 te precor, ô tanto digna labore peti.  
 Ne ego conjugium generosæ degener opto :  
 nec mea (crede mihi) turpiter uxor eris.  
 Et hæc, si quæras, in nostra gente Jovemque  
 venies : medios ut taceamus avos.  
 Sætra parens Asiæ , qua nulla beatior ora,  
 in nubibus immensis vix obeunda tenet.  
 Numeras urbes atque aurea tecta videbis :

Quæque suos dicas templa decere Deos.  
 Ilion aspicias, firmataque turribus altis  
 Mœnia, Phœbææ structa canore lyræ.  
 Quid tibi de turba narrem numeroque virorum?  
 Vix populum tellus sustinet illa suunt.  
 Occurrent denso tibi Troades agmine matres :  
 Nec capient Phrygias atria nostra nurus.  
 O quoties dices , Quam pauper Achæia nostra est  
 Una domus quasvis urbis habebit opes.  
 Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere vestram.  
 In qua tu nata es, terra beata mihi est.  
 Parca sed est Sparte : tu cultu divite digna es.  
 Ad talem formam non facit iste locus.  
 Hanc faciem largis sine fine paratibus uti,  
 Deliciisque decet luxuriare novis.  
 Cum videas cultum nostra de gente virorum ;  
 Qualem Dardanidas credis habere nurus?  
 Da modo te facilem : nec dedignare maritum,  
 Rure Therapnæo nata puella, Phrygem.  
 Phryx erat & nostro genitus de sanguine, qui nunc  
 Cum Dis potandas nectare miscet aquas.  
 Phryx erat Auroræ conjux, tamen abstulit illum  
 Extremum noctis quæ Dea finit iter.  
 Phryx etiâ Anchises : volucrum cui mater Amorâ  
 Gaudet in Idæis concubuisse jugis.  
 Nec, puto, collatis formâ Menelæus & annis,  
 Judice te, nobis anteferendus erit.  
 Non dabimus certe socerum tibi clara fugantem  
 Lumina; qui trepidos a dape vertat equos.  
 Nec pater est Priamo soceri de cæde cruentus ;  
 Et qui Myrtoas crimine signet aquas.  
 Nec proavo Stygia nostro captantur in unda  
 Poma, nec in mediis quæritur humor aquis,  
 Quid tamen hoc æfert, si te tenet ortus ab illis?  
 Cogitur huic domui Jupiter esse socer.  
 Heu facinus ! totis indignus noctibus ille  
 Te tenet; amplexu perfruiturque tuo.  
 At mihi conspiceris positâ vix denique mensâ.  
 Multaque , quæ lædant , hoc quoque tempus ha-  
 bet.

Hostibus eveniant convivia talia nostris,  
 Exuperio posito qualia sæpe mero.  
 Pœnitet hospitii, cum, me spectante, lacertos

Imposuit collo rusticus iste tuo.

Impor, & invideo (quid enim tamen omnia nar-  
rem?)

Membra superjectâ cum tua veste fovet.

Gula cum verò coram non dura daretis;

Ante oculos posui pocula sumpta meos.

Imina demitto, cum te tenet arctius ille:

Crepscit & inuito lentus in ore cibus.

Spe dedi gemitus: & te, lasciva, notavi

In gemitu risum non tenuisse meo.

Spe merò volui flammam compescere: at illa

Crevit; & ebrietas ignis in igne fuit.

Itaque ne videam, versâ cervice recumbo.

sed revocas oculos protinus ipsâ meos.

Quid faciam dubito. dolor est meus illa videre.

sed dolor à facie major abesse tuâ.

Quia licet & possim, luctor celare furorem:

sed tamen apparet dissimulatus amor.

Ecce tibi verba damus: sentis mea vulnera, sentis.

Atque utinam soli sint ea nota tibi!

quoties lacrymis venientibus ora reflexi,

Ne causam fletûs quæreret ille mei!

quoties aliquem narraui potus amorem,

Ad vultus referens singula verba tuos!

Deliciumque mei ficto sub nomine feci.

Ille ego, si nescis, verus amator eram.

Quin etiam, ut possem verbis petulantius uti,

Non semel ebrietas est simulata mihi.

Modica sunt (memini) tunicâ tua pectora laxâ,

Atque oculis aditum nuda dedere meis;

Stora vel puris nivibus, vel lacte, tuamque

Complexo matrem candidiora Jove.

Quin stupeo visis, (nam pocula forte tenebam)

Tortilis è digitis excidit ansâ meis.

Gula si natâ dederas; ego protinus illa

Hermiones tenero letus ab ore tuli.

Quin modo cantabam veteres resupinus amores:

Et modo per nutum signa tegenda dabam.

Quin comitum primas Clymenen Æthramque tuarû

Aufus cum blandis nuper adire sonis.

Quæ mihi non aliud, quam formidare, locutæ,

Orantis medias deseruere preces.

Quæ facerent, magni pretium certaminis esses;

Teque suo victor possit habere toro.  
 Ut tulit Hippomenes Schœneïda præmia cursus,  
 Venit ut in Phrygios Hippodamia sinus ;  
 Ut ferus Alcides Acheloïa cornua fregit,  
 Dum petit amplexus, Deïanira, tuos ;  
 Nostra per has leges audacia fortiter issit :  
 Teque mei scires esse laboris opus.  
 Nunc mihi nil superest, nisi te, formosa, precari  
 Amplectique tuos, si patiare, pedes.  
 O decus, ô præsens geminorum gloria fratrum ;  
 O Jove digna viro, ni Jove nata fores !  
 Aut ego Sigëos repetam te conjuge portus :  
 Aut ego Tænariâ contegar exul humo.  
 Non mea sunt summâ leviter districta sagittâ  
 Pectora : descendit vulnus ad ossa meum.  
 Hoc mihi, (nam repeto) fore ut à cœleste sagittâ  
 Figar, erat verax vaticinata soror.  
 Parce datum fatis, Helene, contemnere amorem :  
 Sic habeas faciles in tua vota Deos. mur. peder.  
 Multa quidem subeunt : sed coram ut plura loqua- mur. peder.  
 Excipe me lecto nocte silente tuo.  
 An pudet, & metuis Venerem temerare maritam ?  
 Castaque legitimi fallere jura tori ?  
 Ah nimium simplex, Helene, ne rustica dicam,  
 Hanc faciem culpa posse carere putas !  
 Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est.  
 Lis est cum formâ magna pudicitia.  
 Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis.  
 Hæc tibi nempe patrem furta dedere Jovem.  
 Vix fieri, si sunt vires in femine avorum,  
 Et Jovis & Ledæ filia, casta potes.  
 Casta tamen tum sis, cum te mea Troja tenebit :  
 Et tua sim, quæso, crimina solus ego.  
 Nunc ea peccemus, quæ corrigat hora jugalis :  
 Si modo promisit non mihi vana Venus.  
 Sed tibi & hoc suadet rebus, non voce, maritus :  
 Neve sui furtis hospitis obstet, abest.  
 Non habuit tempus, quo Cressia regna videret,  
 Aptius, ô mira calliditate virum !  
 Ivit, & Idæi mando tibi, dixit iturus,  
 Curam pro nobis hospitis, uxor, agas.  
 Negligis absentis (testor) mandata mariti :  
 Cura tibi non est hospitis ulla tui.

Hunc-

Nec tu speres hominem sine pectore dotes  
 posse satis formæ, Tyndari, nosse tuæ?  
 Eleris: ignorat. nec, si bona magna putaret  
 Quæ tenet, externo crederet illa viro.  
 Nec nec mea vox, nec te meus incitet ardor;  
 Cogimur ipsius commoditate frui.  
 Terimus stulti, sic ut superemus & ipsum,  
 si tam securum tempus abibit iners.  
 Nec suis ad te manibus deducit amantem.  
 Utere non vatri simplicitate viri.  
 Tu jaces viduo tam longâ nocte cubili:  
 In viduo jaceo solus & ipse toro.  
 Mihi, meque tibi communia gaudia jungant.  
 Candidior medio nox erat illa die.  
 Nec ego jurabo quævis tibi numina; meque  
 Adstringam verbis in sacra jura tuis.  
 Nec ego, si non est fallax fiducia nostri,  
 Efficiam præsens, ut mea regna petas.  
 Pudet; & metuis, ne me videre secuta;  
 Ipse reus sine te criminis hujus ero.  
 In sequar Ægidæ factum, fratrumque tuorum.  
 Exemplo tangi non propiore potes.  
 Rapuit Theseus; geminas Leucippidas illi:  
 Quartus in exemplis enumerabor ego.  
 Omnia classis adest, armis instructa virisque.  
 Nam facient celeres remus & aura vias.  
 Quis Dardanias ingens regina per urbes:  
 Teque novam credet vulgus adesse Deam.  
 Quæque feres gressus, adolebunt cinnama flammæ:  
 Cæsaque sanguineam victima planget humum.  
 Quæna pater fratresque, & cum genitrice sorores,  
 Iliadesque omnes, totaque Troja, dabunt.  
 Quæ mihi! pars à me vix dicitur ulla futuri.  
 Plura feres, quam quæ littera nostra refert.  
 Nec tu raptâ time, ne nos fera bella sequantur;  
 Concitet & vires Græcia magna suas.  
 Quod prius abductis, ecquæ repetita per arma est?  
 Crede mihi; vanos res habet ista metus.  
 Quomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces:  
 Et tuta à bello Bistonis ora fuit.  
 Quæ asida puppe nova vexit Pagasæus Iason:  
 Quæ læsa nec est Colchâ Thessalæ terra manu.  
 Quæ quoque qui rapuit, rapuit Minoïda Theseus:

Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.  
 Terror in his ipso major solet esse periclo:  
 Quæque timere libet, pertinuisse pudet.  
 Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum.  
 Et mihi sunt vires: & mea tela nocent.  
 Nec minor est Asiae, quam vestrae copia terræ.  
 Illa viris dives, dives abundat equis.  
 Nec plus Atrides animi Menelaüs habebit,  
 Quam Paris; aut armis anteferendus erit.  
 Pæne puer caesis abducta armenta recepi  
 Hostibus: & causam nominis inde tuli.  
 Pæne puer vario juvenes certamine vici.  
 In quibus Ilioneus, Deiphobusque fuit.  
 Neve putes, non me nisi cominus esse timendum:  
 Figitur in jussu nostra sagitta loco.  
 Num potes hæc illi primæ dare facta juventæ?  
 Instruere Atriden num potes arte meâ?  
 Omnia si dederis; nunquid dabis Hæctora fratrem?  
 Uaus is innumeri militis instar habet.  
 Quid valeam, nescis: & te mea robora fallunt.  
 Ignoras, cui sis nupta futura viro.  
 Aut igitur nullo belli repetere tumultu:  
 Aut cedent Marti Dorica castra meo.  
 Nec tamen indignè pro tanta sumere ferrum  
 Conjuge. certamen præmia magna movent.  
 Tu quoque, si de te totus contenderit orbis,  
 Nomen ab æterna posteritate feres.  
 Spe modo non timida, Dis hinc egressa secundis,  
 Exige cum plenâ munera pacta fide.

*Epist. XVII. HELENA PARIDI.*

**N**unc oculos tua cum violarit epistola nostros;  
 Non rescribendi gloria visa levis.  
 Ausus es hospitii temeratis advena sacris  
 Legitimam nuptæ sollicitare fidem?  
 Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum  
 Exceptit porta Tanjaris ora suo?  
 Nec tibi diversa quamvis è gente venires,  
 Oppositas labuit regia nostra fores;  
 Effet ut officii merces injuria tanti?  
 Qui sic intrabas, hospes an hostis eras?  
 Nec dubito, quin hæc, cum sit tam justa, vocetur  
 Rustica judicio nostra querela tuo.



Rica sim sane; dum non oblita pudoris:  
 umque tenor vitæ sit sine labe mea.  
 Non est ficto vultus mihi tristis in ore;  
 nec sedeo duris torva superciliis;  
 a tamen clara est: & adhuc sine crimine lusi:  
 t laudem de me nullus adulter habet.  
 magis admiror, quæ sit fiducia cæpto;  
 nemque tori dederit quæ tibi causa mei.  
 Quia vim nobis Neptunius attulit heros,  
 rapta semel, videor bis quoque digna rapti?  
 Men erat nostrum, si delinita fuisset.  
 tum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?  
 tamen è facto fructum tulit ille petatum:  
 cepto redii passâ timore nihil.  
 ula fluctanti tantummodo pauca protervus  
 ostulit: ulterius nil habet ille mei.  
 tua nequitia est, non his contenta fuisset.  
 i melius! similis non fuit ille tui.  
 didit intractam; minuitque modestia crimen:  
 t juvenem facti pœnituisse patet.  
 sea pœnituit, Paris ut succederet illi;  
 e quando nomen non sit in ore meum?  
 tamen irascor: (quis enim succenset amanti?)  
 modo, quem præfers, non simulatur amor.  
 quoque enim dubito non quod fiducia delit,  
 ut mea sit facies non bene nota mihi:  
 quia credulitas damno solet esse puellis;  
 rbaque dicuntur vestra carere fide.  
 peccant alix; matronaque rara pudica est.  
 quid prohibet raris nomen inesse meum?  
 n mea quod visa est tibi mater idonea; cujus  
 exemplo facti me quoque posse putes:  
 ris in admissio falsa sub imagine luse  
 rror inest: pluinâ tectus adulter erat.  
 Ego, si peccem, possim nescisse: nec ullus  
 rror, qui facti crimen obumbret, erit.  
 bene erravit, vitiumque auctore redemit.  
 elix in culpa quo Jove dicar ego?  
 od genus & proavos, & regia nomina jactas:  
 lara satis domus hæc nobilitate sua.  
 piter ut soceri proavus taceatur, & omne  
 antalidæ Pelopis Tyndarei que decus;  
 mihi Leda Jovem cycno decepta parentem;

Quæ falsam gremio credula fovit avem.  
 I nunc, & Phrygiæ latè primordia gentis,  
 Cumque suo Priamum Laomedonte refer.  
 Quos ego suspicio. sed, qui tibi gloria magna est,  
 Quintus, is à nostro nomine primus erit.  
 Sceptra tuæ quamvis rear esse potentia Trojæ,  
 Non tamen hæc illis esse minora puto.  
 Si jam divitiis locus hic numeroque virorum,  
 Vincitur: at certe barbara terra tua est.  
 Munera tanta quidem promittit epistola dives,  
 Ut possint ipsas illa movere Deas.  
 Sed si jam fines vellem transire pudoris;  
 Tu melior culpæ causâ futurus eras.  
 Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo;  
 Aut ego te potius quam tua dona sequar.  
 Utque ea non sperno; sic acceptissima semper  
 Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit. (boris;  
 Plus multo est, quod amas; quod sum tibi causâ la-  
 Quod per tam longas spes tua venit aquas.  
 Illa quoq;, apposita quæ nunc facis, improbe, mēsa,  
 (Quamvis experiar dissimulare) noto.  
 Cum modo me spectas oculis, lascive, protervis;  
 Quos vix instantes lumina nostra ferunt:  
 Et modo suspiras: modo pocula proxima nobis  
 Sumis; quaque bibi, tu quoque parte bibis.  
 Ah quoties digitis, quoties ego testâ notavi  
 Signa supercilio pæne loquente dari!  
 Et sæpe extimui, ne vir meus illa videret:  
 Non satis occultis erubique notis.  
 Sæpe vel exiguo, vel longo murmure dixi,  
 Nil pudet hunc. nec vox hæc mea falsa fuit.  
 Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro.  
 Quod deducta mero littera fecit, A M O.  
 Credere me tamen hoc oculo renſente negavi.  
 Hei mihi! jam didici: sic quoque posse loqui.  
 His ego blanditiis, si peccatura fuissetem,  
 Flecterer: his poterant pectora nostra capi.  
 Est quoque (confiteor) facies tibi rara: potestque  
 Velle sub amplexus ire puella tuos.  
 Altera vel potius felix sine crimine fiat,  
 Quam cadat externo noster amore pudor.  
 Disce meo exemplo, formosis posse carere.  
 Est virtus placitis abstinuisset bonis.

Quam multos credas juvenes optare, quod optas,  
 qui sapiant? oculos an Paris unius habes?  
 Non tu plus cernis: sed plus temerarius audes.  
 Nec tibi plus cordis, sed minus oris adest.  
 Sic ego te vellem celeri venisse carina,  
 cum mea virginitas mille petita procis.  
 Se vidissem, primus de mille fuisses.  
 Iudicio veniam vir dabit ipse meo.  
 Apposita venis præceptaque gaudia seruis.  
 Pes tua lenta fuit: quod petis, alter habet.  
 Crimen optarem fieri tibi Troia conjux,  
 invitam nec me nec Menelaus habet.  
 Sine molle, precor, verbis convellere pectus:  
 Neve mihi, quam te dicis amare, noce.  
 Sine, quam tribuit sortem Fortuna, tueri:  
 Nec spoliū nostri turpe pudoris habe.  
 Venus hoc pacta est: & in altæ vallibus Idæ  
 Tres tibi se nudas exhibuere Deæ:  
 Equæ cum regnum, belli daret altera laudem;  
 Tyndaridos conjux, tertia dixit, eris.  
 Sedere vix equidem cælestia corpora possum  
 Arbitrio formam supposuisse tuo.  
 Equæ sit hoc verum; certe pars altera ficta est,  
 Iudicii pretium qua data dicor ego.  
 Non est tanta mihi fiducia corporis, ut me  
 Maxima teste Deâ dona fuisse putem.  
 Contenta est oculis hominum mea forma probari:  
 Laudatrix Venus est invidiosa mihi.  
 Sed nihil inficior: faveo quoque laudibus istis.  
 Nam mea vox quare, quod cupit, esse neget?  
 Nec tu succense nimium mihi creditus ægre.  
 Tarda solet magnis rebus inesse fides.  
 Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas:  
 Proxima, me visam præmia summa tibi:  
 Nec te Palladios, nec te Junonis honores  
 Auditis Helenæ præposuisse bonis.  
 Ego ego sum virtus? ego sum tibi nobile regnum?  
 Ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.  
 Ferrea, crede mihi, non sum: sed amare repugno  
 Illum, quem fieri vix puto posse meum.  
 Quid bibulum curvo proscindere lictus aratro,  
 Spemque sequi coner, quam locus ipse neget?  
 Num rudis ad Veneris furtum: nullaque fidelem

(Di mihi sunt testes) lusimus arte virum.  
 Nunc quoque, quod tacito mado mea verba libello,  
 Fungitur officio littera nostra novo.  
 Felices, quibus usus adest! ego nescia rerum  
 Difficilem culpæ suspicor esse viam.  
 Ipse malo metus est jam nunc confundor, & omnes  
 In nostris oculis vultibus esse reor.  
 Nec reor hoc falso. sensi mala murmura vulgi:  
 Et quasdam voces rettulit Æthra mihi.  
 At tu dissimula: nisi si desistere mavis.  
 Sed cur desistas? dissimulare potes.  
 Lude, sed occulte. major, non maxima nobis  
 Est data libertas, quod Menelaüs abest.  
 Ille quidem procul est, ita re cogente, profectus.  
 Magna fuit subita justaque causa via.  
 Aut mihi sic visum est. ego, cum dubitaret an iret,  
 Quamprimum, dixi, tac rediturus eas.  
 Omne latatus dedit oscula: Resque, domusque,  
 Et tibi sit curæ Troicus hospes, ait.  
 Vix tenui risum. quem dum compescere luctor,  
 Nil illi potui dicere, præter, Erit.  
 Vela quidem Creten ventis dedit ille secundis.  
 Sed tu non ideo cuncta licere puta.  
 Sic meus hinc vir abest, ut me custodiat absens.  
 An nescis longas Regibus esse manus?  
 Fama quoque est oneri nam quo constantius ore  
 Laudamur vestro, justius ille timet.  
 Quæ juvat, ut nunc est, eadē mihi gloria damno est:  
 Et melius famæ verba dedisse foret.  
 Nec, quod abest, hic me tecum mirare relictam:  
 Moribus & vitæ credidit ille meæ.  
 De facie metuit, vitæ confidit: & illum  
 Securum probitas, forma timere facit.  
 Tempora ne pereant ultro data præcipis; utque  
 Simplicis utamur commoditate viri.  
 Et libet, & timeo: nec adhuc exacta voluntas  
 Est satis. in dubio pectora nostra labant.  
 Et vir abest vobis; & tu sine conjugē dormis:  
 Inque vicem tua me, te inea forma capit.  
 Et longæ noctes: & jam sermone coïmus:  
 Et tu (me miseram!) blandus: & una domus.  
 Et peream, si non invitant omnia culpam.  
 Nescio quo tardor, sed tamen ipsa metu.

od male persuades, utinam bene cogere possis!

Si mea rusticitas excutienda fuit.

Nilis interdum est ipsis injuria passis.

Sic certe felix esse coacta velim.

Am novus est, potius cœpto pugnemus amori:

Flamma recens parva sparfa resedit aqua.

Amor in hospitibus non est amor. errat, ut ipsi:

Cumque nihil speres firmitus esse, fuit.

Ulysses testis, testis Minoia virgo est;

Non exhibitis utraque quæsta toris.

quoque dilectam multos, infide, per annos

Diceris OEnonen destituisse tuam.

Ecce tamen ipse negas; & nobis omnia de te

Quærere, si nescis, maxima cura fuit.

De quod, ut cupias constans in amore manere,

Non potes. expediunt jam sua vela Phryges.

Am loqueris mecum, dum nox sperata paratur,

Qui ferat in patriam, jam tibi ventus erit.

Amoribus in mediis novitatis plena relinques

Gaudia: cum ventis noster abibit amor.

sequar, ut suades; laudataque Pergama visam;

Procurus & magni Laomedontis ero?

Non ita contemno volucris præconia Famæ,

Ut probris terras impleat illa meis.

Quid de me Sparte poterit, quid Achaia tota,

Quid gentes Asia, quid tua Troja loqui?

Quid Priamus de me, Priami quid sentiet uxor;

Totque tui fratres, Dardanidesque nurus?

quoque, qui poteris tibi me sperare fidelem,

Et non exemplis anxius esse tuis?

Quicumque Iliacos intraverit advena portus,

is tibi solliciti causa timoris erit.

Ecce mihi quoties iratus, Adultera, dices!

Oblitus nostro crimen inesse tuum.

Ulysses fies idem reprehensor & auctor.

Terra, precor, vultus obruat ante meos.

fruar Iliacis opibus, cultuque beato:

Donaque promissis uberiora feram.

Impura nempe mihi, pretiosaque texta dabuntur:

Congestoque auri pondere dives ero.

Ulysses veniam lassæ, non sunt tua munera tanti.

Nescio quo tellus me tenet ista modo.

Ulysses his mihi, si lædar, Phrygiis succurrat in oris?

Unde petam fratres, unde parentis opem ?  
 Omnia Medæ fallax promisit Iâson :  
 Pulsa est Æsoniâ num minus illa domo ?  
 Non erat Æetes, ad quem despecta rediret :  
 Non Ipsæ parens, Chalciopèque soror.  
 Tale nihil timeo : sed nec Medea timebat.  
 Fallitur augurio spes bona sæpe suo.  
 Omnibus invenies, quæ nunc jactantur in alto,  
 Navibus à portu lene fuisse fretum.  
 Fax quoque me terret : quam se peperisse cruentam  
 Ante diem partûs est tua visa parens.  
 Et vatum timeo monitus : quos igne Pelasgo  
 Ilion arsuram præmonuisse ferunt.  
 Utque favet Cytheræa tibi, quia vicit, habetque  
 Parta per arbitrium bina tropæa tuum ;  
 Sic illas vereor, quæ, si tua gloria vera est,  
 Judice te causam non tenuere duæ.  
 Nec dubito, quin, te si prosequar, arma parentur.  
 Ibit per gladios ( hei mihi ! ) noster amor.  
 An fera Centauris indicere bella coëgit  
 Atracis Hæmonios Hippodamia viros ?  
 Tu fore tam justa lentum Menelaon in ira,  
 Et geminos fratres, Tyndareumque putas ?  
 Quod bene te jactas, & fortia facta recensens ;  
 A verbis facies dissidet ista suis.  
 Apta magis Veneri, quam sint tua corpora Marti.  
 Bella gerant fortes : tu, Pari, semper ama.  
 Hæctora, quem laudas, pro te pugnare jubeto :  
 Militia est operis altera digna tuis.  
 His ego, si saperem, pauloque audacior essem,  
 Uterer, utetur, si qua puella sapit.  
 Aut ego deposito faciam fortasse pudore ;  
 Et dabo conjunctas tempore victa manus.  
 Quod peris, ut furtim præsentem plura loquamur ;  
 Scimus quid captes, colloquiumque voces. ( est.  
 Sed nimium properas ; & adhuc tua messis in herbâ  
 Hæc mora sit voto forsan amica tuo.  
 Hactenus arcanum furtivæ conscia mentis  
 Littera jam lasso pollice sistat opus.  
 Cætera per socias Clymenen Æthramque loquamur,  
 Quæ mihi sunt comites consiliumque duæ.

## Epist. XVIII. LEANDER HERONI.

Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem,  
 Si cadat ira maris, Sesta puella, tibi.  
 mihi Di faciles & sunt in amore secundi;  
 Invitis oculis hæc mea verba leges.  
 id non sunt faciles. nam cur mea vota morentur,  
 Currere me notâ nec patiantur aquâ?  
 sâ vides cælum pice nigrius; & freta ventis  
 Turbida, perque cavas vix adeunda rates.  
 nus, & hic audax, à quo tibi littera nostra  
 Redditur, è portu navita movit iter.  
 scensurus eram: nisi quod, cum vincula proræ  
 Solveret, in speculis omnis Abydos erat.  
 non poteram celare meos, velut ante, parentes:  
 Quemque regi volumus, non latuisset amor.  
 rotinus hæc scribens, Felix, i, littera, dixi:  
 Jam tibi formosam porriget illa manum.  
 forsitan admotis etiam tangere labellis;  
 Rumpere dum niveo vincula dente volet.  
 alibus exiguo dictis mihi murmure verbis,  
 Cætera cum chartâ dextra locuta mea est.  
 h quanto mallet, quam scriberet, illa nataret,  
 Meque per assuetas sedula ferret aquas?  
 ptior illa quidem placido dare verbera ponto.  
 Est tamen & sensûs apta ministra mei.  
 ptima nox agitur, spatium mihi longius anno,  
 Sollicitum raucis ut mare fervet aquis.  
 is ego si vidi mulcentem pectora somnum  
 Noctibus; insani sit mora longa freti.  
 upe sedens aliqua spectro tua littora tristis:  
 Et quo non possum corpore, mente feror.  
 umina quin etiam summâ vigilantia turæ,  
 Aut videt, aut acies nostra videre putat.  
 er mihi deposita est in sicca vestis arena.  
 Ter grave tentavi carpere nudus iter.  
 bstitit inceptis tumidum juvenilibus æquor:  
 Meruit & adversis ora natantis aquis.  
 t tu de rapidis immanissimè ventis,  
 Quid mecum certâ prælia mente geris?  
 me, si nescis, Borea, non æquora, sævis.  
 Quid faceres, esset ni tibi notus amor? (dam  
 am gelidus cum sis, non te tamen, improbe, quon-  
 igni-

Ignibus Aëtaïs incaluisse negas.  
 Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet  
 Aërios aditus; quo paterere modo?  
 Parce precor; facilemque move moderatius auram.  
 Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.  
 Vana peto, precibusque meis obmurmurat ipse :  
 Quasque quatit, nulla parte coërcet aquas.  
 Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas!  
 Icarium quamvis hic prope littus adest.  
 Quidquid erit, patiar : liceat modo corpus in auras  
 Tollere; quod dubia sæpe pependit aqua.  
 Interea, dum cuncta negant ventique fretumque,  
 Mente agito furti tempora prima mei.  
 Nox erat incipiens (namq; est meminisse voluptas)  
 Cum foribus patriis egrediebar amans.  
 Nec mora: deposito pariter cum veste timore,  
 Jactabam liquido brachia lenta mari.  
 Luna fere tremulum præbebat lumen eunti,  
 Ut comes in nostras officiosa vias.  
 Hanc ego suspiciens, Faveas, Dea candida, dixi;  
 Et subeant animo Latmia saxa tuo.  
 Non sinat Endymion te pectoris esse severi.  
 Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.  
 Tu, Dea, mortalem cælo delapsa petebas.  
 Vera loqui liceat : quam sequor, ipsa Dea est.  
 Neu referam mores cælesti pectore dignos;  
 Forma nisi in veras non cadit illa Deas.  
 A Veneris facie non est prior ulla tuâque.  
 Neve meis credas vocibus, ipsa vides.  
 Quanto, cum fulgens radiis argentea puris,  
 Concedunt flammis sidera cuncta tuis;  
 Tanto formosis formosior omnibus illa est.  
 Si dubitas, cæcum, Cynthia, lumen habes.  
 Hæc ego, vel certe non his diversa, locutus  
 Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.  
 Unda repercussæ radiabat imagine Lunæ,  
 Et nitor in tacita nocte diurnus erat :  
 Nullaque vox, nostras nullum veniebat ad aures,  
 Præter dimotæ corpore murmur aquæ.  
 Alcyones solæ memores Ceycis amati  
 Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.  
 Jamque fatigatis humero sub utroque lacertis,  
 Fortiter in summas erigor altus aquas.



et procul aspexi lumen, Meus ignis in illo est,  
 Illa meum, dixi, littora lumen habent.  
 subito lassas vires redire lacertis :  
 Visaque, quam fuerat, mollior unda mihi.  
 igitur ne possim gelidi sentire profundi,  
 Qui calet in cupido pectore, prestat amor.  
 Non magis accedo, propioraque littora fiunt,  
 Quoque minus restat; plus libet ire mihi.  
 Non vero possum cerni quoque; protinus addis  
 Spectatrix animos, ut valeamque facis.  
 Non enim nando dominæ placuisse laboro,  
 Atque oculis jacto brachia nostra tuis.  
 tua vix prohibet nutrix descendere in altum.  
 Hoc quoque enim vidi: nec mihi verba dabas.  
 Ne tamen effecit, quam vis retinebat euntem,  
 Ne fieret prima pes tuus udus aqua.  
 accipis amplexu, feliciaque oscula jungis :  
 Oscula ( Di magni! ) trans mare digna peti.  
 que tuis demptos humeris mihi tradis amictus:  
 Et madidam siccas æquoris imbre comam.  
 cetera nox & nos, & turris conscia novit,  
 Quodque mihi lumen per vada monstrat iter.  
 nec magis illius numerari gaudia noctis,  
 Hellepontiaci quam maris alga potest.  
 Non brevius spatium nobis ad furta dabatur,  
 Hoc magis est cautum, ne foret illud iners.  
 que, fugatura Tithoni conjuge noctem,  
 Prævius Auroræ Lucifer ortus erat.  
 oscula congerimus properata sine ordine raptim,  
 Et querimur parvas noctibus esse moras.  
 que ita, cunctatus monitum nutricis amaræ,  
 Frigida deserta littora turre peto.  
 gredimur flentes: repetoque ego virginis æquor,  
 Respiciens dominam, dum licet, usque meam.  
 qua fides vero est; veniens huc esse natator;  
 Cum redeo, videor naufragus esse mihi.  
 hoc quoque si credas; ad te via prona videtur :  
 A te cum redeo, clivus inertis aquæ.  
 vitus repeto patriam : quis credere possit?  
 Invitus certe nunc moror urbe mea.  
 ei mihi! cur animo juncti, fecernimur undis?  
 Unaque mens, tellus non habet una duos?  
 et tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos :

Tam tua terra mihi , quam tibi nostra placet.  
 Cur ego confundor, quoties confunditur æquor ?  
 Cur mihi causa levis ventus obesse potest ?  
 Jam nostros curvi norunt delphines amores ?  
 Ignotum nec me piscibus esse reor.  
 Jam patet attritus solitarum limes aquarum ;  
 Non aliter, multâ quam via pressa rotâ.  
 Quod mihi non esset , nisi sic iter, ante querebar :  
 At nunc per ventos hoc quoque deesse queror.  
 Fluctibus inmodicis Athamantidos æquora canent,  
 Vixque manet portu tuta carina suo.  
 Hoc mare, cum primum de virgine nomina mersâ,  
 Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto.  
 Et satis amisâ locus hic infamis ab Helle est :  
 Utque mihi parcat , crimine nomen haber.  
 Invideo Phryxo ; quem per freta tristia tutum  
 Aurea lanigero vellere vexit ovis.  
 Nec tamen officium pecoris navisve requiro :  
 Dummodo , quas findam corpore , dentur aquæ.  
 Arte ego nullâ : fiat modo copia nandi ,  
 Idem navigium, navita, vector, ero. (Ston :  
 Nec sequar aut Helicen, aut, qua Tyros utitur, Ar-  
 Publica non curat sidera noster amor.  
 Andromedan alius spectet, claramve Coronam,  
 Quæque micat gelido Parrhæsis Urâ polo.  
 At mihi, quas Perseus & cum Jove Liber amarunt,  
 Indicium dubiæ non placet esse viæ.  
 Est aliud lumen multo mihi certius istis ;  
 Non erit in tenebris quo duce noster amor.  
 Hoc ego dum spectem, Colchos, & in ultima Ponti,  
 Quaque viam fecit Tæssala pinus , eam :  
 Et juvenem possim superare Palæmona nando,  
 Miraque quem subito reddidit herba Deum.  
 Sæpe per assiduos languent mihi brachia motus,  
 Vixque per immensas fessa trahuntur aquas.  
 His ego cum dixi, Pretium non vile laboris  
 Jam dominæ vobis colla tenenda dabo :  
 Protinus illa valent, atque ad sua præmia tendunt ;  
 Ut celer Elæo carcere missus equus.  
 Ipse meos igitur servo, quibus uror, amores :  
 Teque, magis cælo digna puella, sequor.  
 Digna quidem cælo, sed adhuc tellure morare :  
 Aut dic ad Superos & mihi quâ sit iter.

es, & exiguum misero contingis amanti :  
 tumque meâ fiunt turbida mente freta.  
 Quid mihi, quod lato non separor æquore, prodest?  
 Num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua?  
 Malim dubito toto procul orbe remotus  
 Num domina longè spem quoque habere mea.  
 Quod propius nunc es, flammâ propiore caleasco :  
 Quod res non semper, spes mihi semper adest.  
 Ne manu, quod amo, (tanta est vicinia) tango :  
 Ne spe sed (heu!) lacrymas hoc mihi pæne movet.  
 Vnde quid est aliud fugientia prendere poma,  
 Vnde demque suo refugii fluminis ore sequi?  
 Quid ego te nunquam, nisi cum volet unda, tenebo?  
 Quod tunc me felicem nulla videbit hiems?  
 Quod minus firmum nil sit, quam ventus & unda,  
 Quod ventis & aquâ spes mea semper erit?  
 Quod si adhuc tamen est, quid cum mihi læserit æquor  
 Quod ias & Arctophylax Oleniumque pecus?  
 Quod ego non novi, quam sit temerarius; aut me  
 Quod freta non cautus tum quoque mittet Amor.  
 Quod si cutes id me, quod abest, promittere tempus :  
 Quod ignora polliciti non tibi tarda dabo.  
 Quod si humidum paucis etiam nunc noctibus æquor;  
 Quod si e per invitas experiemur aquas.  
 Quod si mihi continget felix audacia salvo :  
 Quod si ut mors solliciti suis amoris erit.  
 Quod si dabo tamen, ut partes expellar in illas;  
 Quod si teneant portus naufraga membra tuos.  
 Quod si his enim, tactuque meum dignabere corpus :  
 Quod si tunc, Mortis, dices, huic ego causâ fui.  
 Quod si sciet interitus offenderis omine nostri :  
 Quod si litteraque invisâ est hac mea parte tibi.  
 Quod si dno; parce queri. sed & ut mare finiat iram,  
 Quod si ccedant, quæso, fac tua vota meis.  
 Quod si brevi nobis opus est; dum transferor istò :  
 Quod si tum tua contigero littora, perstet hiems.  
 Quod si illud est aptum nostræ navale carinæ :  
 Quod si tunc melius nulla stat mea puppis aqua.  
 Quod si illud me claudat Boreas, ubi dulce morari.  
 Quod si tunc nunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.  
 Quod si non faciam surdis convitia fluctibus ulla :  
 Quod si non risse nataturo nec querar esse fretum.  
 Quod si pariter venti teneant, pariterque lacerti :

Tam tua terra mihi , quam tibi nostra placet.  
 Cur ego confundor , quoties confunditur æquor ?  
 Cur mihi caufâ levis ventus obesse potest ?  
 Jam nostros curvi norunt delphines amores ?  
 Ignotum nec me piscibus esse reor.  
 Jam patet attritus folitarum limes aquarum ;  
 Non aliter , multâ quam via pressa rotâ.  
 Quod mihi non esset , nisi sic iter , ante querebar :  
 At nunc per ventos hoc quoque deesse queror.  
 Fluctibus inmodicis Athamantidos æquora canent ,  
 Vixque manet portu tuta carina suo.  
 Hoc mare , cum primum de virgine nomina mersâ ,  
 Quæ tenet , est nactum , tale fuisse puto.  
 Et satis amissâ locus hic infamis ab Helle est :  
 Utque mihi parcat , crimine nomen habet .  
 Invideo Phryxo ; quem per freta tristia tutum  
 Aurea lanigero vellere vexit ovis.  
 Nec tamen officium pecoris navisve requiro :  
 Dummodo , quas findam corpore , dentur aquæ.  
 Arte ego nullâ : fiat modo copia nandi ,  
 Idem navigium , navita , vector , ero . (Eton :  
 Nec sequar aut Helicen , aut , qua Tyros utitur , Ar-  
 Publica non curat sidera noster amor.  
 Andromedan alius spectet , claramve Coronam ,  
 Quæque micat gelido Parrhæsis Urâ polo.  
 At mihi , quas Perseus & cum Jove Liber amarunt ,  
 Indicium dubiæ non placet esse viæ.  
 Est aliud lumen multo mihi certius istis ;  
 Non erit in tenebris quo duce noster amor.  
 Hoc ego dum spectem , Colchos , & in ultima Ponti ,  
 Quaque viam fecit Thæssala pinus , eam :  
 Et juvenem possim superare Palæmona uando ,  
 Miraque quem subito reddidit herba Deum.  
 Sæpe per assiduos languent mihi brachia motus ,  
 Vixque per immensas fessa trahuntur aquas.  
 His ego cum dixi , Pretium non vile laboris  
 Jam dominæ vobis colla tenenda dabo :  
 Protinus illa valent , atque ad sua præmia tendunt ;  
 Ut celer Elæo carcere missus equus.  
 Ipse meos igitur servo , quibus uror , amores :  
 Teque , magis cælo digna puella , sequor.  
 Digna quidem cælo , sed adhuc tellure morare :  
 Aut dic ad Superos & mihi quâ sit iter .

es, & exiguum misero contingis amanti :  
 umque meâ fiunt turbida mente freta.  
 Quid mihi, quod lato non separor æquore, prodest?  
 Num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua?  
 Malim dubito toto procul orbe remotus  
 Num domina longè spem quoque habere mea.  
 Quod propius nunc es, flammâ propiore caleasco :  
 Et res non semper, spes mihi semper adest.  
 Me manu, quod amo, (tanta est vicinia) tango :  
 Ne spe sed (heu!) lacrymas hoc mihi pæne movet.  
 Vides quid est aliud fugientia prendere poma,  
 Nemque suo refugi fluminis ore sequi?  
 Quod ego te nunquam, nisi cum volet unda, tenebo?  
 Et me felicem nulla videbit hiems?  
 Quod minus firmum nil sit, quam ventus & unda,  
 Ventis & aquâ spes mea semper erit?  
 Quis adhuc tamen est, quid cum mihi læserit æquor  
 Vias & Arctophylax Oleniumque pecus?  
 An ego non novi, quam sit temerarius; aut me  
 Freta non cautus tum quoque mittet Amor.  
 Nec putes id me, quod abest, promittere tempus :  
 Ignora polliciti non tibi tarda dabo.  
 Sum idum paucis etiam nunc noctibus æquor;  
 Ne per invitas experiemur aquas.  
 An mihi continget felix audacia salvo :  
 Ut mors solliciti suus amoris erit.  
 Quod tamen, ut partes expellar in illas;  
 Et teneant portus naufraga membra tuos.  
 Fugis enim, tactuque meum dignabere corpus :  
 Et, Mortis, dices, huic ego causâ fui.  
 Scilicet interitus offenderis omine nostri :  
 Quod uttraque invisâ est hac mea parte tibi.  
 Dico; parce queri. sed & ut mare finiat iram,  
 Succedant, quæso, fac tua vota meis.  
 Per brevi nobis opus est; dum transferor istò :  
 Num tua contigero littora, perstet hiems.  
 Illud est aptum nostræ navale carinæ :  
 Quod melius nulla stat mea puppis aqua.  
 Illud me claudat Boreas, ubi dulce morari.  
 Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero.  
 Ne faciam surdis convitia fluctibus ulla :  
 Quod iste nataturo nec querar esse frerum.  
 Ne pariter venti teneant, pariterque lacerti :

Per causas istic impediaturque duas.  
 Cum patietur hiems, remis ego corporis utar.  
 Lumen in aspectu tu modo semper habe.  
 Interea pro me pernoctet epistola tecum;  
 Quam precor ut minima prosequar ipse mora.

*Epist. XIX. HERO LEANDRO.*

Quam mihi misisti verbis, Leandre, salutem,  
 Ut possim missam rebus habere; veni.  
 Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt.  
 Da veniam lassæ; non patienter amo.  
 Urimur igne pari: sed sum tibi viribus impar.  
 Fortius ingenium suspicor esse viris.  
 Ut corpus, teneris ita mens infirma puellis.  
 Deficiam; parvi temporis adde moram.  
 Vos, modo venando, modo rus geniale colendo,  
 Ponitis in varia tempora longa mora.  
 Aut fora vos retinent, aut unctæ dona palæstræ:  
 Flectitis aut fræno colla sequacis equi.  
 Nunc volucrem laqueo, nunc pisceum ducitis hamo.  
 Diluitur posito serior hora mero.  
 His mihi submotæ, vel si minus acriter urar,  
 Quod faciam, superest, præter amare, nihil.  
 Quod superest, facio: teque, ô mea sola voluptas,  
 Plus quoque, quam reddi quod mihi possit, amo.  
 Aut ego cum cara de te nutrice susurro;  
 Quæque tuum miror causâ moretur iter:  
 Aut mare prospiciens, odioso concita vento  
 Corripio verbis æquora pæne tuis:  
 Aut ubi sævitix paulum gravis unda remisit;  
 Possè quidem, sed te nolle venire, queror.  
 Dumque queror; lacrymæ per amantia lumina manant:  
 Pollice quas tremulo conscia siccatur anus.  
 Sæpe tui specto si sint in littore passus:  
 Impositas tanquam servet arena notas.  
 Utque rogem de te & scribam tibi, si quis Abydo  
 Venerit, aut quæro, si quis Abydon ear.  
 Quid referam, quoties dem vestibus oscula, quas tu  
 Hellepontica ponis iturus aqua?  
 Sic ubi lux acta est, & noctis amicitior hora  
 Exhibuit pulso sidera clara die;  
 Protinus in fumo vigilantia lumina tecto

onimus, assuetæ signa notamque viæ.  
 Etæque versato ducentes stamina fuso  
 æmineâ tardas fallimus arte moras.  
 Ad loquar interea tam longo tempore, quæris?  
 Nil, nisi Leandri nomen, in ore meo est.  
 Ne putes exisse domo mea gaudia, nutrix?  
 In vigilant omnes? & timet ille suos?  
 Ne suas humeris illum deponere vestes;  
 Callade jam pingui tingere membra putes?  
 Quis illa fere: non nostra quod oscula curet;  
 Sed movet obrepens somnus anile caput.  
 Et quæ moræ minimum, Jam certe navigat, inquam;  
 Etæque dimotis brachia jactat aquis.  
 Etæque cum tacta perfeci stamina tela,  
 In medio possis quærimus esse freto.  
 In nodo prospicimus: timida modo voce precamur,  
 Et tibi det faciles utilis aura vias.  
 Acribus interdum voces captamus, & omnem  
 Adventus strepitum credimus esse tui.  
 Subi deceptæ pars est mihi maxima noctis  
 Etæta; subit furtim lumina fessa sopor.  
 Esitan invitus, mecum tamen, improbe, dormis:  
 Et quamquam non vis ipse venire, venis.  
 In modo te videor prope jam spectare natantem:  
 Brachia nunc humeris humida ferre meis.  
 Nec dare, quæ soleo, madidis velamina membris:  
 Spectora nunc juncto nostra fovere sinu.  
 Etætaque præterea, linguæ reticenda modestæ;  
 Quæ fecisse juvat, facta referre pudet.  
 O miseram! brevis est hæc & non vera voluptas.  
 Jam tu cum somno semper abire soles.  
 Inius o cupidi tandem coeamus amantes:  
 Nec careant verâ gaudia nostra fide.  
 O ego tot viduas exegi frigida noctes?  
 Cur toties à me, lente natator, abes?  
 In mare (confiteor) nondum tractabile nanti:  
 Nocte sed hesternâ lenior aura fuit.  
 Et ea præterita est? cur non ventura timebas?  
 Nam bona cur periit, nec tibi rapta via est?  
 Utinam ut similis detur tibi copia cursus;  
 Hoc melior certe, quo prior, illa fuit.  
 Cito mutata est jactati forma profundi:  
 In tempore, cum properas, sæpe minore venis.

Hic, puto, deprensus nil, quod querereris, habere

Meque tibi amplexo nulla noceret hiems.

Certe ego tum ventos audirem lenta sonantes,

Et nunquam placidas esse precarer aquas.

Quid tamen evenit, cur sis metuentior undæ?

Contentumque prius, nunc vereare, fretum?

Nam memini, cum te sævum veniente minaxque

Non minus, aut multo non minus, æquor erat.

Cum tibi clamabam, Sic tu temerarius esto,

Ne miseræ virtus sit tua flendâ mihi.

Unde novus timor hic? quóque illa audacia fugit

Magnus ubi est spretis ille natator aquis?

Sis tamen hoc potius, quam quod prius esse solebas

Et facias placidum per mare tutus iter.

Dum modo sis idem: dum sic, ut scribis, amemur

Flammaque non fiat frigidus illa cinis.

Non ego tam ventos timeo mea vota morantes,

Quam similis vento ne tuus erret amor:

Ne non sim tanti, superentque pericula causam:

Et videar merces esse labore minor.

Interdum metuo, patria ne lædar; & impar

Ducar Abydeno Thressa puella toro.

Ferre tamen possum patientius omnia; quam si

Otia nescio qua pellice captus agas:

In tua si veniant alieni colla lacerti:

Sitque novus nostri finis amoris amor.

Ah potius peream, quam crimine vulnerer isto:

Fataque sint culpâ nostra priora tuâ!

Nec quia venturi dederis mihi signa doloris,

Hæc loquor; aut famâ sollicitata novâ.

Omnia sed vereor: (quis enim securus amavit?)

Cogit & absentes plura timere locus.

Felices illas, sua quas præsentia nosse

Crimina vera jubet, falsa timere vetat!

Nos tam vana movet, quam facta injuria fallit:

Incitat & morsus error uterque pares.

O utinam venias! aut ut ventusve paterve,

Causaque sit certæ foemina nulla moræ!

Quod si quam sciero; moriar mihi crede) dolendo.

Jamdudum peccas; si mea sata petis.

Sed neque peccabis, frustra que ego terreor istis:

Quoque minus venias, invida pugnat hiems.

Me miseram! quanto planguntur littora fluctu!



Et latet obscurâ condita nube dies !  
 orsitam ad pontum mater pia venerit Hellês,  
 Merisâque roratis nata fleatur aquis :  
 n mare ab invisô privignâ nomine dictum  
 Vexat in æquoream versâ noverca Deam ?  
 on favet, ut nunc est, teneris locus iste puellis.  
 Hac Helle periit; hac ego lædor aqua.  
 t tibi flammaram memori, Neptune, tuarum  
 Nullus erat ventis impediendus amor :  
 neque Amymone, nec laudatissima forma  
 Criminis est Tyro fabula vana tui,  
 ucidaquê Alcyone, Circeque & Alymone nata,  
 Et nondum nexis angue Medusâ comis,  
 lavaque Laodice, cæloque recepta Celæno;  
 Et quarum memini nomina lecta mihi.  
 as certe pluresque canunt, Neptune, poëtæ  
 Molle latus lateri composuisse turo.  
 ur igitur toties vires expertus amoris,  
 Assuetum nobis turbine claudis iter ?  
 arce, ferox ; latoque mari tua prælia misce.  
 Seducit terras hæc brevis unda duas.  
 e decet aut magnas magnum jactare carinas ;  
 Aut etiam totis classibus esse truceam.  
 urpe Deo pelagi, juvenem terrere natantem :  
 Gloriaque est stagno quolibet ista minor.  
 obilis ille quidem est, & clarus origine : sed non  
 A tibi suspecto ducit Ulyssè genus.  
 a veniam, servaque duos. natus ille : sed istena  
 Corpus Leandri, spes mea, pendet aquis.  
 ernuit & lumen :posito nam scribimus illo.  
 Sternuit ; & nobis prospera signa dedit.  
 ce merum nutrix faustos instillat in ignes :  
 Crasque erimus plures, inquit, & ipsa bibit.  
 fice nos plures evicta per æquora lapsus,  
 O penitus toto corde recepte mihi.  
 tua castra redi, socii desertor Amoris.  
 Ponuntur medio cur mea membra toro ?  
 od timeas, non est. auso Venus ipsa favebit :  
 Sternet & æquoreas æquore nata vias.  
 : libet medias ipsi mihi sæpe per undas :  
 Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.  
 am cur, hoc vectis Phryxo Phryxique sorore,  
 Sola dedis vastis foemina nomen aquis ?

Fortitan ad reditum metuas ne tempora desint,  
 Aut gemini nequeas ferre laboris onus.  
 At nos diversi medium coëamus in æquor :  
 Obviaque in summis oscula demus aquis :  
 Atque ita quisque suas iterum redeamus ad urbes.  
 Exiguum, sed plus, quam nihil, illud erit.  
 Vel pudor hic utinam, qui nos clam cogit amare,  
 Vel timidus famæ cedere vellet amor!  
 Nunc male res junctæ calor & reverentia pugnant  
 Quid sequar in dubio est. hæc decet; ille juvat.  
 Ut semel intravit Colchos Pagasæus Iâson;  
 Impositam celeri Phasida puppe tulit.  
 Ut semel Idæus Lacedæmona venit adulter;  
 Cum præda rediit protinus ille sua.  
 Tu, quam sæpe petis quod amas, tam sæpe relinquis;  
 Et quoties grave sit puppibus ire, natas.  
 Sic tamen, ô juvenis timidarum victor aquarum,  
 Sic facito spernas, ut vereare, fretum.  
 Arte laboratæ merguntur ab æquore puppes :  
 Tu tua plus remis brachia posse putes?  
 Quod cupis, hoc nautæ metuunt, Leandre, natare.  
 Exitus hic fractis puppibus esse solet.  
 Me miseram! cupio non persuadere, quod hortor:  
 Sisque, precor, monitis fortior ipse meis.  
 Dummodo pervenias, excussaque sæpe per undas  
 Injicias humeris brachia lassâ meis.  
 Sed mihi, cæruleas quoties obvertor ad undas,  
 Nescio quæ pavidum frigora pectus habent.  
 Nec minus hesternæ confundor imagine noctis,  
 Quamvis est sacris illa piata meis.  
 Namque sub Auroram, jam dormitante lucerna,  
 (Somnia quo cerni tempore vera solent)  
 Stamina de digitis cecidère sopore remissis :  
 Collaque pulvino nostra ferenda dedi.  
 Hic ego ventosâs nantem delphina, per undas  
 Cernere non dubiâ sumi mihi visâ fide.  
 Quem, postquam bibulis illis fluctus arenis,  
 Unda simul miserum vitæque deseruit.  
 Quidquid id est, timco. nec tu mea somnia ride ;  
 Nec nisi tranquillo brachia crede mari.  
 Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ :  
 Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.  
 Spes tamen est fractis vicinæ pacis in undis.

Tum placidas tuto pectore finde vias.  
 Tereæ, nanti quoniam freta pervia non sunt,  
 Leniat invisâs littera missâ moras.

*Epist. XX. ACONTIUS CYDIPPÆ.*

One metum : nihil hic iterum jurabis amanti.

Promissam fatis est te semel esse mihi.

Relege : discedat sic corpore languor ab isto,

Qui meus est, ulla parte dolente, dolor.

Id pudor ora subit; nam, sicut in æde Dianæ,

Suspicio ingenuas erubuisse genas.

Injugium pactamque fidem, non crimina, posco:

Debitum ut conjux, non ut adulter, amo.

Verba licet repetas, quæ demtus ab arbore fœtus

Pertulit ad castas, me jaciente, manus;

Denies illic id te spondere, quod opto,

Te potius, virgo, quam meminisse Deam.

Hinc quoque idem timeo : sed idem tamen acrius

illud

Assumit vires; auStaque flamma morâ est.

Quique fuit nunquam parvus, nunc tempore longo,

Et spe, quam dederas tu mihi, crevit amor.

Quam mihi tu dederas: meus hic tibi credidit ardor

Non potes hoc factum teste negare Deâ.

Quæ fuit, & præsens, ut erat, tua verba notavit:

Et visa est motâ dicta probasse comâ.

Septem dicas nostra te fraude licebit :

Dum fraudis nostræ causâ feratur amor.

Quis mea quid petiit, nisi uti tibi jungerer uni?

Id me, quod quereris, conciliare potest.

Non ego naturâ, nec sum tam callidus usu :

Polertem tu me, (crede) puella, facis.

Quam mihi compositis (si quid tamen egimus) à me

Adstrinxit verbis ingeniosus Amor.

Quæ tatis ab eo feci sponsalia verbis :

Consultoque fui juris amore vaser.

Si fraus huic nomen facto; dicarque dolosus :

(si tamen est, quod ames velle tenere, dolus.)

Iterum scribo, mittoque rogantia verba.

Altera fraus hæc est: quodque quereris, habes.

Proceco quod amo; fateor, sine fine nocebo;

Quæque petam: caveas tu licet ipsâ peti.

Quæ gladios alii placitas rapuere puellas :

Scripta mihi caute littera crimen erit?  
 Di faciant, possim plures imponere nodos!  
 Ut tua sit nulla libera parte fides.  
 Mille doli restant: clivo sudamus in imo.  
 Ardor inexpertum nil sinet esse meus,  
 Sit dubium, possisue capi; captabere certe.  
 Exitus in Dis est: sed capiere tamen.  
 Ut partem effugias, non omnia retia falles:  
 Quæ tibi, quam credis, plura tetendit Amor.  
 Si non proficiant artes, veniemus ad arma;  
 Inque tui cupido rapta ferère sinu.  
 Non sum, qui soleam Paridis reprehendere factum;  
 Nec quenquam; qui, vir possit ut esse, fuit.  
 Nos quoque: sed taceo. mors hujus pœna rapinæ  
 Ut sit, erit, quam te non habuisse, minor.  
 Aut esses formosa minus, peterè modeste.  
 Audaces facie cogimur esse tua.  
 Tu facis hoc, oculique tui; quibus ignea cedunt  
 Sidera; qui flammæ causa fuère meæ.  
 Hoc flavi faciunt crines, & eburnea cervix;  
 Quæque precor veniant in mea colla manus:  
 Et decor, & vultus sine rusticitate pudentes:  
 Et, Thetidi quales vix rear esse, pedes.  
 Cætera si possem laudare, beatior essem:  
 Nec dubito, totum quin sibi par sit opus.  
 Hac ego compulsus, non est mirabile, forma,  
 Si pignus volui vocis habere tuæ.  
 Denique, dum captam tu te cogare fateri,  
 Insidiis esto capta puella meis.  
 Invidiam patiar: passo sua præmia dentur.  
 Cur suis à tanto crimine fructus abest?  
 Hestonen Telamon, Briseïda cepit Achilles:  
 Utraque victorem victa secuta virum.  
 Quamlibet accuses, & sis irata licebit;  
 Irata liceat dum mihi posse frui:  
 Eidem, qui facimus, factam tenuabimus iram:  
 Copia placandi sit modo parva tui.  
 Ante tuos flentem liceat consistere vultus:  
 Et liceat lacrymis addere verba suis.  
 Utque solent famuli, cum verbera sæva verentur,  
 Tendere submissas ad tua crura manus.  
 Ignoras tua jura. voca. cur arguor absens?  
 Jamdudum dominæ more venire jube.

meos scindas licet imperiosa capillos,  
 utraque sint digitis livida facta tuis ;  
 omnia perpetiar : tantum fortasse timebo,  
 corpore lædatur ne manus ista meo.  
 neque compedibus, nec me compesce catenis ;  
 servabor firmo vinctus amore tui.  
 an bene se quantumque volet satiaverit ira ;  
 quæ tibi dices, Quam patienter amat !  
 quæ tibi dices, ubi videris omnia ferre ;  
 nam bene qui servit, serviat ilte mihi.  
 hic reus infelix absens agor : & mea, cum sit  
 optima, non ullo causa tuente perit.  
 hic quoque, quod jus est, sit scriptum injuria nostrum  
 quod de me solo nempe queraris, habes.  
 hic meruit falli mecum quoque Delia. si non  
 tuis mihi promissum reddere, redde Deæ.  
 fuit ; & vidit, cum tu decepta rubebas :  
 ut vocem memori condidit aure tuam.  
 quæna re careant. nihil est violentius illa,  
 cum sua, quod nolim, numina læsa videt.  
 [Istis erit Calydonis aper. nam scimus, ut illo  
 hic magis in natum sæva reperta parens.]  
 tuis & Actæon, quondam fera creditus illis,  
 quæse dedit leto cum quibus ante seras.  
 quæque superba parens, saxo per corpus oborto,  
 hunc quoque Mygdonia flebilis adstat humo.  
 hic mihi, Cydippe ! timeo tibi dicere verum ;  
 ne videar causa falsa monere mea :  
 mendum tamen est : hoc est mihi crede, quod ægra  
 probo nubendi tempore sæpe jaces.  
 consulit ipsa tibi ; neu sis perjurâ laborat :  
 ut salvam salva te cupit esse fide.  
 hic fit, ut, quoties ex iltere perfida tentas,  
 peccatum toties corrigat illa tuum.  
 hic ce movere feros animosæ virginis arcus.  
 hic litis adhuc fieri, si patiare, potest.  
 hic ce, precor, teneros corrumpere febribus artus.  
 hic ervetur facies ista fruenda mihi.  
 hic ventur vultus ad nostra incendia nati :  
 hic quique subest niveo lætus in ore rubor.  
 hic tibus &, si quis, ne fias nostra, repugnat,  
 hic sic sit, ut invalida te solet esse mihi.  
 hic arqueor ex æquo, vel te nubente vel ægrâ :

Dicere nec possum, quid minus ipse velim.  
 Maceror interdum, quod sim tibi causa dolendi:  
 Teque mea laedi calliditate puto.  
 In caput hæc nostrum dominae perjuriam quæse  
 Eveniant: poenâ tuta sit illa meâ.  
 Ne tamen ignorem, quid agas; ad limina crebro  
 Anxius huc illuc dissimulanter eo.  
 Subsequor ancillam furtim famulumve, requiren  
 Profuerint somni quid tibi, quidve cibi.  
 Me miserum! quod non medicorum iussu ministro  
 Et fingoque manus, infideoque toro.  
 Et rursus miserum! quod, me procul inde remoto  
 Quem minime vellem, forsitan alter adest.  
 Ille manus istas & fingit, & assidet ægræ,  
 Invisus Superis, cum Superisque mihi.  
 Dumque suo tentat felicitem pollice venam;  
 Candida per causam brachia saepe tenet;  
 Contrectatque sinus; & forsitan oscula jungit.  
 Officio merces plenior ista suo est.  
 Quis tibi permisit nostras præcidere messes?  
 Ad sepem alterius quis tibi fecit iter?  
 Iste sinus meus est: mea turpiter oscula sumis.  
 A mihi promisso corpore tolle manus.  
 Improbe, tolle manus. quâ tangis, nostra futura est.  
 Postmodo si facias istud, adulter eris.  
 Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter.  
 Si nescis, dominum res habet ista suam.  
 Nec mihi credideris: recitetur formula pacti.  
 Neu falsam dicas esse; face ipsa legat.  
 Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus, exi.  
 Quid facis hic? exi. non vacat iste torus.  
 Nam quod habes & tu humani verba altera pacti;  
 Non erit idcirco par tua causa meæ.  
 Hæc mihi se pepigit: pater hanc tibi, primus ab illa:  
 Sed propior certe, quam pater, ipsa sibi est.  
 Promisit pater hanc: hæc adjuravit amanti.  
 Ille homines, hæc est testificata Deam.  
 Hic metuit mendax, timet hæc perjura vocari.  
 Num dubites, hic sit major, an ille metus?  
 Denique, ut amborum conferre pericula possis,  
 Respice ad eventus: hæc cubat; ille valet.  
 Nos quoque dissimili certamina mente subimus.  
 Nec spes par nobis, nec timor æquus adest.

Petis ex tuto: gravior mihi morte repulsa est:  
 que ego jam, quod tu forsitan amabis, amo.  
 tibi justitiæ, si recti cura fuisset;  
 sedere debueras ignibus ipse meis.  
 Sic quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua;  
 sed quid, Cydippe, littera nostra redit?  
 quod facit ut jaceas, & sis suspecta Dianæ.  
 tunc tu, si sapias, limen adire vetes.  
 sed faciente subis tam sæva pericula vitæ.  
 que utinam pro te, qui movet illa, cadat!  
 sed si reppuleris, nec quem Dea damnat, amaris;  
 sed tu continuo, certe ego salvus ero.  
 sed metum, virgo: stabili potière salute.  
 sed modo polliciti conscia templa colas.  
 sed bove mactato cælestia numina gaudent;  
 sed sed, quæ præstanda est & sine teste, fide.  
 sed valeant alix, ferrum patiantur & ignes:  
 sed tertiis aliis tristem succus amarus opem.  
 sed opus est istis; tantum perjuria vita:  
 sed neque simul serva, meque, datamque fidem.  
 sed merita veniam dabit ignorantia culpæ:  
 sed exciderint animo fœdera lecta tuo.  
 sed nonita es modo voce mea, modo cassibus istis;  
 sed quos quoties tentas fallere, ferre soles.  
 sed quoque vitatis, in partu nempe rogabis,  
 sed tibi luciferas offerat illa manus.  
 sed sciet; &, repetens quæ sunt audita, requiret  
 sed ipsa, tibi de quo conjuge partus eat.  
 sed mittes votum; scit te promittere falsò.  
 sed curabis: scit te fallere posse Deos.  
 sed quod agitur de me: cura majore laboro.  
 sed anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ.  
 sed quomodo te dubiam pavidi flevere parentes,  
 sed quos maros culpæ quos facis esse tuæ?  
 sed quid scur ignorent? matri licet omnia narres.  
 sed quod il tua, Cydippe, facta ruboris habent.  
 sed quod sine fac referas, ut sis mihi cognita primum,  
 sed quod sacra pharetratae dum facis ipsa Deæ.  
 sed quod te conspecta, subito ( si forte notasti)  
 sed quod ekstiterim fixis in tua membra genis:  
 sed quod te dum nimium miror, (nota certa furoris)  
 sed quod exciderint humero pallia lapsa meo.  
 sed quod modo nescio qua venisse volubile malum,

Verba ferens doctis insidiosa notis.  
 Quod quia sit lectum sancta præsentè Diana,  
 Esse tuam vinctam numine teste fidem.  
 Ne tamen ignoret, quæ sit sententia scripto ;  
 Lecta tibi quondam nunc quoque verba refer.  
 Nube, precor, dicet, cui te bona numina jungunt  
 Quem fore jurasti, sit gener ille mihi.  
 Quisquis is est, placeat; quoniam placet ante Dianæ  
 Talis erit mater ; si modo mater erit.  
 Sed tamen inquirat , qui sim qualisque, jubeto :  
 Inveniet vobis consuluisse Deam.  
 Insula Coryciis quondam celeberrima Nymphis  
 Cingitur Ægæo nomine Cæa mari.  
 Illa mihi patria est. nec, si generosa probaris  
 Nomina, despectis arguor ortus avis.  
 Sunt & opes nobis : sunt & sine crimine mores :  
 Amplius utque nihil, me tibi jungit amor.  
 Appeteres talem vel non jurata maritum :  
 Jurata vel non talis habendus erat.  
 Hæc tibi me in somnis jaculatrix scribere Phœbe,  
 Hæc tibi me vigilans scribere jussit Amor.  
 E quibus alterius mihi jam nocuere sagittæ :  
 Alterius noceant ne tibi tela, cave.  
 Juncta salus nostra est : miserere meique tuique.  
 Quid dubitas unam ferre duobus opem?  
 Quod si contigerit, cum jam data signa sonabunt,  
 Tinctaque votivo sanguine Delos erit ;  
 Aurea ponetur mali felicitis imago,  
 Causaque versiculis scripta duobus erit :  
 Effigie pomi testatur Acontius hujus,  
 Quæ fuerint in eo scripta, fuisse rata.  
 Longior infirmum ne lasset epistola corpus,  
 Clausaque consueto sit tibi sine vale.

*Epist. XXI. CYDIPPE ACONTIO.*

**P**ertimui, scriptumque tuum sine murmure legi:  
 Juraret ne quos inscia lingua Deos.  
 Et, puto, captasses iterum : nisi, ut ipse fateris,  
 Promissam scires me satis esse semel.  
 Nec lectura fui : sed, si tibi dura fuisset,  
 Aucta foret sævæ forsitan ira Deæ.  
 Omnia cum faciam, cum dem pia thura Dianæ ;  
 Illa tamen justa plus tibi parte favet.



cupis credi, memori te vindicat ira.  
 Is in Hippolyto vix fuit illa suo.  
 alius virgo favisset virginis annis;  
 Quos vereor paucos ne velit esse mihi.  
 Amor enim causis non apparentibus hæret:  
 Amor & nulla fessa medentis ope. (que  
 tibi nunc gracilem vix hæc rescribere, quam-  
 vada vix cubito membra levare putas?  
 Amor accedit, ne quis nisi conscia nutrix  
 loquii nobis sentiat esse vices.  
 fores sedet hæc: quid agamq; rogantibus intus:  
 Quossum tutò scribere, Dormit, ait.  
 tibi secreti longi causa optima somnus  
 libilis tardâ desinit esse morâ,  
 ne venire videt quos non admittere durum est;  
 Creat; & fictâ dat mihi signa notâ:  
 iram, properans verba imperfecta relinquo:  
 Legitur trepido littera cauta sinu.  
 meos digitos iterum repetita fatigat.  
 Quis sit nobis, aspicias ipse, labor.  
 Veream, si dignus eras, ut vera loquamur:  
 Melior iusto, quamque mereris, ego.  
 ne propter toties incerta salutis  
 Commentis pœnas doque dedique tuis?  
 tibi obis formæ te laudatore superbæ  
 Contingit merces? & placuisse nocet?  
 deformis, quod mallet, visa fuisset;  
 Quatum nulla corpus egeret ope.  
 inlaudata gemo: nunc me certamine vestro  
 Pluitis; & proprio vulneror ipsa bono.  
 neque tu cedis, nec se putat ille secundum;  
 tibi otis obitas illius, ille tuis.  
 sicut navis, jactor; quam certus in altum  
 Inbellit Boreas, æstus & unda refert.  
 neque dies caris optata parentibus instat,  
 Inmodicus pariter corporis ardor inest:  
 tibi conjugii tempus crudelis ad ipsum  
 Insephone nostras pulsat acerba fores.  
 ridet: & timeo, quamvis mihi conscia non sim,  
 Confos videar ne meruisse Deos.  
 credere hoc aliquis casu contendit: & alter  
 Adeptum Superis hunc negat esse virum.  
 et nihil credas: in te quoque dicere famam,  
 Facta

Facta vénéficiis pars putat ista tuis.  
 Causa latet : mala nostra patent. vos pace movo  
 Aspera submotâ prælia : plector ego.  
 Dicam nunc, solitoque tibi me decipe more :  
 Quid facies odio, sic ubi amore nocēs?  
 Si lædis, quod amas, hostem sapienter amabis.  
 Me, precor, ut serves, perdere velle velis.  
 Aut tibi jam nulla est speratæ cura puellæ,  
 Quam ferus indignâ tabe perire finis :  
 Aut Dea si frustra pro me tibi sæva rogatur,  
 Quid mihi te jactas? gratia nulla tua est.  
 Elige quid fingas, non vis placare Dianam;  
 Immemor es nostri : non potes; illa tui est.  
 Vel nunquam mallet, vel non mihi tempore in  
 Esset in Ægæis cognita Delos aquis.  
 Tunc mea difficili deducta est æquore navis;  
 Et fuit ad cæptas hora sinistra vias.  
 Quo pede processi! quo me pede limine movi!  
 Picta citæ tetigi quo pede texta ratis!  
 Bis tamen adverso redierunt carbasa vento.  
 Mentior ah demens! ille secundus erat.  
 Ille secundus erat, qui me referebat euntem;  
 Quique parum felix impediēbat iter.  
 Atque utinam constans contra mea vela fuisset!  
 Sed stultum est venti de levitate queri.  
 Mota loci samâ properabam visere Delon;  
 Et facere ignavâ puppe videbar iter.  
 Quam sæpe, ut tardis, feci convitia remis;  
 Quæstaque sum vento lintea parca dari!  
 Et jam transferam Myconon, jam Tenon & Androm  
 Inque meis oculis candida Delos erat.  
 Quam procul ut vidi, Quid me fugis, Insula, dixi!  
 Laberis in magno nunquid, ut ante, mari?  
 Institeram terræ, cum jam prope luce peracta  
 Demêre purpureis Sol juga vellet equis :  
 Quos idem solitos postquam revocavit ad ortus,  
 Comuntur nostræ matre jubente comæ.  
 Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum :  
 Et vestes humeris induit ipsa meis.  
 Protinus egressæ Superis, quibus insula sacra est,  
 Flava salutatis thura merumque damus.  
 Dumque parens aras votivo sanguine tingit,  
 Festaque fumosis ingerit exta focis;

da me nutrix alias quoque ducit in ædes,  
 Famusque vago per loca sacra pede.  
 modo porticibus spatior, modo munera regum  
 Nor: & in cunctis stantia signa locis.  
 & innumeris structam de cornibus aram,  
 Ele qua pariens arbore nixa Dea est.  
 præterea (neque enim meminive libetve,  
 Siquid ibi vidi, dicere) Delos habet.  
 an hæc spectans, à te spectabar, Acontis;  
 neque simplicitas est mea posse capi.  
 in plura redeo gradibus sublime Dianæ.  
 An hoc ecquis debuit esse locus?  
 Anur ante pedes malum cum carmine tali.  
 Et mihi juravi nunc quoque pæne tibi.  
 Ssit hoc nutrix, mirataque, Perlege, dixit.  
 Idias legi, magne poeta, tuas.  
 Anne conjugii dicto, confusa pudore  
 Et si me totis erubuisse genis:  
 Anaque in gremio veluti defixa tenebam;  
 Anina propositi facta ministra tui.  
 Anrebe, quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est?  
 Anolve vir elusa virginis laudis habes?  
 Anego constiteram sumpta peltata securi;  
 Analis in Iliaco Penthesilea solo.  
 Anas Amazonio cælatus balteus auro,  
 Ansat ab Hippolyte præda relata tibi est.  
 Anen, quid exultas, tua si mihi verba dederunt;  
 Anaque parum prudens capta puella dolis?  
 Anypen pomum, pomum Schæneïda cepit.  
 Anunc Hippomenes scilicet alter eris.  
 Anterat melius, (si te puer iste tenebat,  
 Ansem tu nescio quas dicis habere faces,)  
 Anle bonis solito spem non corrumpere fraude.  
 Anforanda tibi, non capienda fui.  
 Anicum me peteres, ea non profitenda putabas,  
 Anpter quæ nobis ipse petendus eras?  
 Ancre cur potius, quam persuadere volebas,  
 Anpoteram audita conditione capi?  
 Anrubi nunc potest jurandi formula juris,  
 Aniguaque præsentem testificata Deam?  
 Anurat, mens est: nil conjuravimus illa.  
 Anfidei dictis addere sola potest.  
 Anctium prudensque animi sententia jurat,

Et nisi iudicii vincula nulla valent.  
 Si tibi conjugium volui promittere nostrum;  
 Exige polliciti debita jura tori:  
 Sed si nil dedimus, præter sine pectore vocem;  
 Verba suis frustra viribus orba tenes.  
 Non ego juravi: legi jurantia verba.  
 Vir mihi non isto more legendus eras.  
 Decipe sic alias: succedat epistola pomo.  
 Si valet hoc; magnas divitis aufer opes.  
 Fac jurent Reges sua se tibi regna daturus;  
 Sitque tuum, toto quicquid in orbe placet.  
 Major es hac ipsa multo ( mihi crede ) Diana,  
 Si tua tam præfens littera numen habet.  
 Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negavi  
 Cum bene promissi causa peracta mei est;  
 Confiteor, timeo sævæ Latoidos iram:  
 Et corpus lædi suspicor inde meum.  
 Nam quare, quoties socialia sacra parantur,  
 Nupturæ toties languida membra cadunt?  
 Ter mihi jam veniens postas Hymenæus ad aras  
 Fugit; & è thalami limine terga dedit.  
 Vixque manu pigrâ toties infusa resurgunt  
 Lumina: vix moto corripit igne faces.  
 Sæpe coronatis stillant unguenta capillis,  
 Et trahitur multo splendida palla croco.  
 Cum tetigit limen, lacrymas mortisque timorem  
 Cernit; & à cultu multa remota suo.  
 Projicit ipse suas deducta fronte coronas,  
 Spissaque de nitidis tergit amoma comis.  
 Et pudet in tristi lætum consurgere turba:  
 Quique erat in palla, transit in ora rubor.  
 At mihi (væ miseræ!) torrentur febribus artus:  
 Et gravius justo pallia pondus habent.  
 Nostraque plorantes video super ora parentes  
 Et, face pro thalami, fax mihi mortis adest.  
 Parce laboranti, pictâ Dea læta pharetrâ;  
 Daque salutiferam jam mihi fratris opem.  
 Turpe tibi est, illum causas depellere leti;  
 Te contra titulum mortis habere mex.  
 Nunquid, in umbroso cum velles fonte lavari,  
 Imprudens vultus ad tua labra tuli?  
 Præteriine tuas de tot cælestibus aras?  
 Aquæ tua est nostrâ spreta parente parens?

Ego peccavi, nisi quod perjuriam legi;  
 que parum fausto carmine docta fui.  
 Tuoque pro nobis, si non mentiris amorem,  
 iura feras. prosint, quæ nocuere, manus.  
 Quæ succenset, quod adhuc tibi pacta puella  
 non tua sit. fieri ne tua possit, agit?  
 Diva de vivâ tibi sunt speranda. quid aufert  
 Diva mihi vitam, spem tibi Diva mei?  
 Tu credideris illum, cui destinor uxor,  
 gra superpositâ membra fovere manu.  
 Et ille quidem, quantum permittitur ipsi:  
 id meminit nostrum virginis esse torum.  
 Tu quoque nescio quid de me sensitse videtur.  
 Nam lacrymæ causâ sæpe latente cadunt.  
 Minus audacter blanditur, & oscula rara  
 recipit, & timido me vocat ore suam.  
 Miror sensitse, notis cum prodar apertis.  
 Dextrum verfor, cum venit ille, latus.  
 Inloquor, & tecto simulatur lumine somnus;  
 plantam tactus rejicioque manum.  
 Somnit, & tacito suspirat pectore: meque  
 sensitam, quamvis non mereatur, habet.  
 Mihi, quod gaudes, & te juvat ista voluptas!  
 Mihi mihi, quod sensus sum tibi fassa meos!  
 Mihi lingua foret; tu nostra justius ira,  
 Mihi mihi tendebas retia, dignus eras.  
 Mihi, ut invalidum liceat tibi visere corpus.  
 Mihi procul a nobis: & tamen inde nocet.  
 Mihi par, quare tibi nomen Acontius esset:  
 Mihi quod faciat longe vulnus, acumen habes.  
 Mihi ego convalui nondum de vulnere tali;  
 Mihi jaculo, scriptis eminus ista tuis.  
 Mihi tamen huc venias? an nec miserabile corpus,  
 Mihi renii videas bina trophaea tui.  
 Mihi didimus macie; color est sine sanguine. qualem  
 Mihi ipomo refero mente fuisse tuo.  
 Mihi Calida nec misto sublucent ora rubore,  
 Mihi arma novi talis marmoris esse solet.  
 Mihi Anti color est inter convivia talis,  
 Mihi quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ.  
 Mihi nunc videas, visam prius esse negabis:  
 Mihi te nec est, dices, ista petenda mea:  
 Mihi missique fidem, ne sim tibi juncta, remittes;

Et cupies illud non meminisse Deam.  
 Forſitan & facies, jurem ut contraria rurfus;  
 Quæque legam, mittes altera verba mihi.  
 Sed tamen aſpiceres vellem, prout ipſe rogabas,  
 Et diſcas ſponſæ languida membra tuæ.  
 Durius & ferro cum ſit tibi pectus, Aconti;  
 Tu veniam noſtris vocibus ipſe petas.  
 Ne tamen ignores, ope qua revaleſcere poſſim :  
 Quæritur a Delphis fata canente Deo.  
 Is quoq; neſcio quam nunc, ut vaga fama ſufurra  
 Neglectam queritur teſtis habere fidem.  
 Hoc Deus & vates, hoc & mea carmina dicunt,  
 At deſunt voto carmina nulla tuo.  
 Unde tibi favor hic? niſi quod nova ſorte reperta eſt  
 Quæ capiat magnos littera lecta Deos.  
 Teque tenente Deos, numen ſequor ipſa Deorum  
 Doque libens viſtas in tua vota manus.  
 Faſtaque ſum matri deceptæ fœdera linguæ,  
 Lumina fixa tenens plena pudoris humo.  
 Cætera cura tua eſt. plus hoc quoque virgine factū  
 Non timuit tecum quod mea charta loqui.  
 Jam ſatis invalidos calamo laſſavimus artus;  
 Et manus officium longius ægra negat.  
 Quid, niſi quod cupio me jam conjungere tecum  
 Reſtat, ut aſcribat littera noſtra Vale ?

P. OVIDII NASONIS  
 AMORUM LIBER I.

EPIGRAMMA.

Qui modo Naſonis fueramus quinque libelli,  
 Tres ſumus: hoc illi pratulit auctor opus.  
 Ut jam nulla tibi noſ ſit legiſſe voluptas,  
 At levior demtis pœna duobus erit.

Elegia I. *Quod à Cupidine pro bellis amores  
 ſcribere coactus ſit.*

Arma gravi numero violentaq; bella parabi  
 Edere, materiã conveniente modis.  
 Par erat inferior verſus: niſiſſe Cupido  
 Dicitur, atque unum ſurripuiſſe pedem.  
 Quis tibi, ſæve puer, dedit hoc in carmina juris?  
 Pieridum vates, non tua turba, ſumus.

Quid,

Sid, si præripiat flava Venus arma Minervæ ;  
 Tentilet accensas flava Minerva faces ?  
 Quis probet in silvis Cererem regnare jugosis ?  
 Neque pharetrata virginis arva coli ?  
 Quibus insignem quis acuta cuspide Phœbum  
 Instruat, Aōniam Marte movente lyram ?  
 St tibi magna, puer, nimiumque potentia regna.  
 Cur opus affectas, ambitiose, novum ?  
 Quod ubique, tuum? tua sunt Helicōnia Tempe?  
 Quis etiam Phœbo jam lyra tuta sua est ?  
 Quis bene surrexit versu nova pagina primo ;  
 Attenuat nervos protinus ille meos.  
 Quis mihi materia est numeris levioribus apta,  
 Aut puer, aut longas comta puella comas.  
 Cestus eram ; pharetrā cum protinus ille solutā  
 Egredere in exitium spicula facta meum :  
 Invenitque genu sinuosum fortiter arcum :  
 Quodque canas, vates, accipe, dixit, opus.  
 Misèrum ! certas habuit puer ille sagittas.  
 Amor ; & in vacuo pectore regnat Amor.  
 Quis mihi surgat opus numeris ; in quinque residat.  
 Perreca cum vestris bella valete modis.  
 Quis gere litoreā flaventia tempora myrto,  
 Quis usque, per undenos emodulanda pedes.

B. I. I. *Quod primo amore correptus, in triumphum duci se à Cupidine patiarur.*

Quis se quid hoc dicā, quod tam mihi dura videntur  
 Strata, neque in lecto pallia nostra sedent ?  
 Quis vacuus somno noctem, quam longa, peregi ;  
 Quis assa que versati corporis ossa dolent ?  
 Non puto sentirem, si quo tentarer amore.  
 Non subit, & tacitā callidus arte nocet ?  
 Strat. hæserunt tennes in corde sagittæ :  
 Quis possessa ferus pectora versat Amor.  
 Quis minus? an subitum luctando accendimus ignem?  
 Quis edamus. leve fit, quod bene fertur, onus.  
 V. ego jactatas motā face crescere flammæ :  
 Quis vidi nullo concutiente mori.  
 Vera plura ferunt, quam quos juvat usus aratri,  
 Quis treccant pressi dum juga prima boves.  
 At r equus duris contunditur ora lupatis :  
 Quis vena minus sentit, quisquis ad arma facit.

Acrisius invites, multoque ferocius urget,  
 Quam qui servitium terre latentur, amor.  
 En ego confiteor: tua sum nova præda Cupido.  
 Porrigimus vinctas ad tua jura manus.  
 Nil opus est bello: pacem veniamque rogamus.  
 Nec tibi laus, armis victus inermis, ero.  
 Necte comam myrto: maternas junge columbas.  
 Qui deceat, currum vitricus ipse dabit.  
 Inque dato curru, populo clamante triumphum,  
 Stabis; & adjunctis arte movebis aves.  
 Ducentur juvenes capti, captæque puellæ.  
 Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.  
 Ipse ego præda recens factû modo vulnus habebō:  
 Et nova captivâ vincula mente feram.  
 Mens Bona ducetur manibus post terga retortis,  
 Et Pudor, & castris quidquid Amoris obest.  
 Omnia te metuent: ad te sua brachia tendens  
 Vulgus, Iô, magnâ voce, Triumphæ, canet.  
 Blanditiæ comites tibi erunt, Errorque, Furorque,  
 Assidue partes turba secuta tuas.  
 His tu militibus superas hominesque Deosque:  
 Hæc tibi si demas commoda, nudus eris.  
 Lata triumphanti de summo mater Olympo,  
 Plaudet; & appositas sparget in ora rosas.  
 Tu, pennas gemma, gemma variante capillos,  
 Ibis in auratis aureus ipse rotis.  
 Tum quoque non paucos si te bene novimus) ures  
 Tum quoque præteriens vulnera multa dabis.  
 Non possunt (licet ipse velis, cessare sagittæ.  
 Fervida vicina flamma vapore nocet,  
 Talis erat domitâ Bacchus Gangetide terrâ.  
 Tu gravis alitibus; tigribus ille fuit.  
 Ergo, ego cum possim sacri pars esse triumphî,  
 Parce tuas in me perdere, victor, opes.  
 Aspice cognati felicia Cæsaris arma.  
 Qua vicit, victos protegit ille manu.

Elegia III. *Ad amicam.*

**I**USTA precor: quæ me nuper prædata puella est,  
 Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.  
 Ab nimium volui! tantum patiatur amari.  
 Audierit nostras tot Cytheræa preces.  
 Accipe, per longos tibi qui deseriat annos:

Accipe,



Accipe, qui purâ norit amare fide.  
 Sine non veterum commendant magna parentum  
 Nomina; nec nostri sanguinis auctor eques;  
 Te meus innumeris renovatur campus aratris;  
 Temperat & sumtus parcus uterque parens;  
 Phœbus, comitesque novem, vitisque repertor,  
 Hoc faciant: &, me qui tibi donat, Amor:  
 Mellis cessura fides; sine crimine mores;  
 Judaque simplicitas, purpureusque pudor.  
 Non mihi mille placent: non sum desultor Amoris.  
 Tu mihi (si qua fides, cura perennis eris,  
 Num, quos dederint annos mihi sula sororum,  
 Vivere contingat: teque dolente mori.  
 Tu mihi materiem felicem in carmina præbe;  
 Provenient causâ carmina digna suâ.  
 Cumine nomen habent exterrita cornibus Iô,  
 Et quam flumineâ lusit adulter ave:  
 Teque, super pontum simulato vecta juvenco,  
 Virgineâ tenuit cornua vara manu.  
 His quoque per totum pariter cantabimur orbem:  
 Sanctaque semper erunt nomina nostra tuis.

*Epigramma IV. Amicam, qua arte, quibusve nutibus in  
 cena presente viro uti debeat, admonet.*

Ir tuus est epulas nobis aditurus easdem.  
 Ultima cœna tuo sit, precor, illa viro.  
 Non ego dilectam tantum conviva puellam  
 Aspiciam? tangi quem juvet, alter erit?  
 Meriusque sinus apte subjecta fovebis?  
 Projicit collò, cum volet, ille manum?  
 Nunc mirari, posito quod candida vino  
 Terracis ambiguos traxit in arma viros. (hærent:  
 Te mihi silva domus, nec equo mea membra co-  
 lix à te videor posse tenere manus.  
 Nec tibi sint facienda tamen, cognosce: nec Etrus  
 Va mea, nec tepidis verba ferenda Notis.  
 Ne veni, quam vir, nec quid, si venetis ante,  
 Possit agi, video: sed tamen ante veni.  
 Non premittit ille torum, vultu comes ipsa modesto  
 Tibi, ut accumbas; clam mihi tange pedem.  
 Inspecta, nutusque meos, vultumque loquacem:  
 Excipe furtivas, & refer ipsa, notas.  
 Verba superciliis sine voce loquentia dicam:

Verba leges digitis , verba notata mero.  
 Cum tibi succurrit Veneris lascivia nostræ ;  
 Purpureas tenero pollice tange genas.  
 Si quid erit, de me tacitâ quod mente queraris ;  
 Pendeat extrema mollis ab aure manus :  
 Cû tibi, quæ faciam, mea lux, dicamve, placebunt  
 Versetur digitis anulus usque tuis.  
 Tange manu mensam, quo tangunt more precantes ;  
 Optabis merito cum mala multa viro.  
 Quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse iubeto :  
 Tu puerum leviter posce, quod ipsa velis.  
 Quæ tu reddideris, ego primus pocula sumam :  
 Et qua tu biberis, hac ego parte bibam.  
 Si tibi forte dabit, quos prægustaverit ipse,  
 Rejice libatos illius ore cibos.  
 Nec premat impositis finito tua colla lacertis :  
 Mite nec in rigido pectore pone caput.  
 Nec sinus admittat digitos ; habilescve papillæ.  
 Oscula præcipue nulla dedisse velim.  
 Oscula si dederis, fiam manifestus amator :  
 Et dicam, Mea sunt : injiciamque manus.  
 Hæc tamen aspiciam : sed quæ bene pallia celant,  
 Illa mihi cæci causa timoris erunt.  
 Nec femori committe femur, nec crure cohære :  
 Nec tenerum duro cum pede junge pedem.  
 Multa miser timeo, quia feci multa proterve :  
 Exemplique metu torqueor ipse mei.  
 Sæpe mihi, dominæque meæ properata voluptas,  
 Veste sub injectâ dulce peregit opus.  
 Hoc tu non facies : sed ne fecisse puteris,  
 Conscia de gremio pallia deme tuo.  
 Vir bibat usque roga : precibus tamen oscula desint.  
 Dumque bibit, furtim (si potes) adde merum.  
 Si bene compositus somno vinoque jacebit ;  
 Consilium nobis resque locusque dabunt.  
 Cum surges abitura domum, surgemus & omnes ;  
 In medium turbæ fac memor agmen eas.  
 Agmine me invenies, aut invenieris in illo.  
 Quidquid ibi poteris tangere, tange mei.  
 Me miserum ! paucas monui quod prosit in horas.  
 Separor à dominâ nocte jubente meâ.  
 Noctè vir includet : lacrymis ego mæstus obortis,  
 Qua licet, ad sævas prosequar usque fores.

Oscula jam sumet : jam non tantum oscula sumet.  
 Quod mihi das furtim , jure coacta dabis.  
 Num invita dato potes hoc) similisque coactæ :  
 Manditiæ taceant ; sitque maligna Venus.  
 Sine vota valent, illum quoque nil juvet opto :  
 Non minus ; at certe te juvet inde nihil.  
 Si quæcunque tamen noctem fortuna sequatur ;  
 Quas mihi constanti voce dedisse nega.

Elegia V. *Corinnæ concubitus.*

Stus erat, mediamque dies exegerat horam :  
 Apposui medio membra levanda toro.  
 Ad aperta fuit , pars altera clausa fenestræ :  
 Quale fere silvæ lumen habere solent.  
 Quia sublucent fugiente crepuscula Phœbo :  
 Aut ubi nox abiit , nec tamen orta dies.  
 Verecundis lux est præbenda puellis ,  
 Quæ timidus latebras speret habere pudor.  
 Corinna venit , tunicâ velata recinctâ ,  
 Candida dividuâ colla tegente comâ :  
 Inter in thalamos formosa Semiramis isse  
 Scitur , & multis Laïs amata viris.  
 Quæ tunicam ; nec multum rara nocebat :  
 Ignabat tunicâ sed tamen illa tegi.  
 Quæque ita pugnaret, tanquam quæ vincere nollet,  
 Quæta est non ægrè proditione suâ.  
 Quætit ante oculos posito velamine nostros ,  
 Quæ toto nusquam corpore menda fuit.  
 Quæ humeros, quales vidi tetigique lacertos !  
 Quæ forma papillarum quam fuit apta premi !  
 Quæ castigato planus sub pectore venter !  
 Quæ quantum & quale latus ! quam juvenile femur !  
 Quæ similia quid referam ? nil non laudabile vidi :  
 Quæ nudam pressi corpus ad usque meum.  
 Quætera quis nescit ? lassique quæquæ ambo.  
 Quæ conveniant mediis sic mihi sæpe dies.

Elegia VI. *Ad janitorem, ut fores sibi aperiat.*

Janitor (indignum) durâ religate catenâ ,  
 Quæ difficilem moto cardine pande forem.  
 Quæ precor, exiguum est. aditu fac janua parvo  
 Quæ aliquum capiat semadaperta iatus.  
 Quæ Amor tales corpus tenuavit in usus ;

Apraque subducto pondere membra dedit.  
 Ille per excubias custodum leniter ire  
 Monstrat: inoffensos dirigit ille pedes.  
 At quondam noctem, simulacraque vana timebam  
 Mirabar, tenebris siquis iturus erat.  
 Risit, ut audirem, tenera cum matre Cupido:  
 Et leviter, fies tu quoque fortis, ait.  
 Nec mora, venit amor, non umbras nocte volantes  
 Non timeo strictas in mea fata manus.  
 Te nimium lentum timeo; tibi blandior uni:  
 Tu, me quo possis perdere, fulmen habes.  
 Aspice, & ut videas, immittia claustra relaxa,  
 Uda sit ut lacrymis janua facta meis.  
 Certe ego, cum posita stares ad verbera veste,  
 Ad dominam pro te verba tremente tuli.  
 Ergo, quæ valuit pro te quoque gratia quondam,  
 (Heu facinus!) pro me nunc valet illa parum?  
 Redde vicem meritis, grato licet esse, quod optas.  
 Tempora noctis eunt: excute poste seram.  
 Excute: sic unquam longâ relevere catenâ,  
 Nec tibi perpetuo serua bibatur aqua.  
 Ferreus orantem nequicquam, janitor, audis.  
 Roboribus duris janua fulta riget.  
 Urbibus obsessis clausæ munimina portæ  
 Profint, in mediâ pace quid arma times?  
 Quid facias hosti, qui sic excludis amantem?  
 Tempora noctis eunt: excute poste seram.  
 Non ego militibus venio comitatus & armis.  
 Solus eram, si non savus adesset Amor.  
 Hunc ego si cupiam, nusquam dimittere possim.  
 Ante vel à membris divider ipse meis.  
 Ergo Amor, & modicum circa mea tempora vinum  
 Mecum est, & madidis lapsa corona comis.  
 Arma quis hæc timeat? quis non eat obvius illis?  
 Tempora noctis eunt: excute poste seram.  
 Lentus es? an somnus (qui se male præbet amanti)  
 Verba dat in ventos aure repulsa tuâ?  
 At (mèmini) primo, cum me celare solebam,  
 Pervigil in mediæ sidera noctis eras.  
 Forsitan & tecum tua nunc requiescis amica.  
 Heu melior quanto fors tua sorte mea!  
 Dummodo sic, in me duræ transite catenæ.  
 Tempora noctis eunt: excute poste seram.

Illimur? an verso sonuerunt cardine postes?  
 Raucaque concussæ signa dedere fores?  
 Illimur: impulsâ est animoso janua vento.  
 Hei mihi, quam longe spem tulit aura meam!  
 fatis es raptæ, Borea, memor Orithyïæ,  
 Huc ades, & surdas flamine tunde fores.  
 rbe silent totâ: vitreoque madentia rore  
 Tempora noctis eunt: excute poste seram.  
 Aut ego jam ferroque ignique paratior ipse,  
 Quam face sustineo, tectâ superba petam.]  
 ox, & Amor, vinumq;, nihil moderabile suadent:  
 Illa pudore vacat: Liber Amorque metu.  
 nnia consumsi: nec te precibusque minisque  
 Movimus, ô foribus surdior ipse tuis.  
 on te formosæ decuit servare puellæ  
 Limina: sollicito carcere dignus eras.  
 mque pruinosos molitur Lucifer axes;  
 Inque suum miseros excitat ales opus.  
 e tu, non lætis detracta corona capillis,  
 Dura super totâ limina nocte jace.  
 u dominæ, cum te projectam mane videbit,  
 Temporis absumpti tam male testis eris.  
 taliscunque vale, sentique abeuntis amorem,  
 Lente, nec admissio turpis amante: vale.  
 os quoque crudeles rigido cum limine postes,  
 Duraque conservæ ligna valete fores.

Elegia VII. *Ad pacandam amicam, quam verberaverat.*

Dde manus in vincla meas, (meruere catenas)  
 Dum furor omnis abit, si quis amicus ades.  
 am: furor in dominam temeraria brachia movit.  
 Flet mea vesanâ læsâ puella manu.  
 anc ego vel caros potui visiare parentes:  
 Sæva vel in sanctos verbera ferre Deos.  
 uid? non & clypei dominus septemplex Ajax  
 Stravit deprensos lata per arva greges?  
 , vindex in matre, patris malus ultor Orestes,  
 Ausus in arcanas poscere tela Deas?  
 ego ego digestos potui laniare capillos:  
 Nec dominam motæ dedecere comæ?  
 e formosa fuit; talem Schœneïda dicunt  
 Mænalias arcu sollicitasse seras.

Talis perjuri promissaque velaque Theſei  
 Flevit præcipites Cressa tulisse Notos.  
 Sic , nisi vittatis quod erat Cassandra capillis ,  
 Procubuit templo , casta Minerva , tuo. (dixit  
 Quis mihi non, Demens, quis non mihi, Barbara  
 Ipsa nihil. pavidò lingua retenta metu.  
 Sed taciti fecere tamen convivia vultus.  
 Egit me lacrymis ore silente reum.  
 Ante meos humeris vellem cecidisse lacertos :  
 Utilius potui parte carere mei.  
 In mea vesanas habui dispendia vires :  
 Et valui pœnam fortis in ipse meam.  
 Quid mihi vobiscum, cædis scelerumque ministræ  
 Debita sacrilegæ vincla subite manus.  
 An , si pulsassem minimum de plebe Quiritem ,  
 Plecterer ? in dominam jus mihi majus erit ?  
 Pessima Tydides scelerum monumenta reliquit.  
 Ille Deam primus percudit ; alter ego.  
 Sed minus ille nocens mihi, quam profitebar amari ;  
 Læsa est : Tydides sævus in hoste fuit.  
 In nunc , magnificos victor molite triumphos ,  
 Cinge comam lauro ; vota que redde Jovi :  
 Quæque tuos currus comitatus turba sequetur ,  
 Clamet ; Iô forti victa puella viro !  
 Ante eat effuso tristis captiva capillo ,  
 Si sinerent læsæ , candida tota , genæ.  
 Aptius impressis erat os livere labellis ,  
 Et collo blandi dentis habere notam.  
 Denique , si tumidi ritu torrentis agebar ,  
 Cæcæque ine prædam fecerat ira suam ;  
 Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ ,  
 Nec nimis rigidas intonuisse minas ?  
 Aut tunicam summâ deducere turpiter orâ  
 Ad mediâ ? mediæ zona tulisset opem.  
 At nunc sustinui , raptis à fronte capillis ,  
 Ferreus ingenuas ungue notare genas.  
 Adstitit illa amens albo & sine sanguine vultu .  
 Cæduntur Parisiis qualia saxa jugis.  
 Exanimis artus , & membra trementia vidi ;  
 Ut cum populeas ventilat aura comas :  
 Ut leni Zephyro gracilis vibratur arundo :  
 Summave cum tepido stringitur unda Noto.  
 Suspensaque diu lacrymæ fluxere per ora ,

qualiter abjectâ de nive manat aqua.  
 Ego me primum cœpi sentire nocentem.  
 Unguis erant lacrymæ, quas dabat illa, meus.  
 Tamen ante pedes volui procumbere supplex;  
 Sed formidatas repulit illa manus.  
 Tu, ne dubita (minuet vindicta dolorem)  
 Continuis in vultus unguibus ire meos.  
 In nostris oculis, nec nostris parce capillis.  
 Quamlibet infirmas adjuvet ira manus.  
 Me mei sceleris tam tristitia signa supersint,  
 Quæ recompositas in statione comas.

Regia VIII. *Execratur lenam, quæ puellam  
 suam meretricia arte instruebat.*

Quædam: (quicumque volet cognoscere lenam,  
 Audiatur) est quædam nomine Dipsas anus.  
 Eius nomen habet. nigri non illa parentem  
 Memnonis in roseis sobria vidit equis.  
 Inagras artes, Ætæaque carmina novit,  
 Quæque caput liquidas arte recurvat aquas.  
 Bene quid gramen, quid torto concita rhombæ  
 Cicia, quid valeat virus amantis equæ.  
 Quæ voluit, toto glomerantur nubila cælo.  
 Quæcumque voluit, puro fulget in orbe dies.  
 Quæ si qua fides stillantia sidera vidi:  
 Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.  
 Ego nocturnas versam volitare per umbras  
 Aspicio, & plumâ corpus anile tegi.  
 Aspicio; & fama est. oculis quoque pupula duplex  
 Fulminat, & gemino lumen ab orbe venit.  
 Erat antiquis proavos atavosque sepulcris:  
 Erat solidam longo carmine findit humum.  
 Quæ sibi proposuit thalamos temerare pudicos:  
 Nec tamen eloquio lingua nocente caret.  
 Quæ me sermoni testem dedit. illa monebat  
 Quæ alia; me duplices occulere fores:  
 Quæ here te, mea lux, juveni placuisse beato.  
 Quæ æsit, & in vultu constitit usque tuo.  
 Quæ non placeas? nulli tua forma secunda est.  
 Quæ me miseram! dignus corpore cultus abest.  
 Quæ si felix esses, quam formosissima, vellem.  
 Quæ non ego te factâ divite pauper ero.  
 Quæ si tibi oppositi nocuit contraria Martis.

Mars abiit : signo nunc Venus apta tuo.  
 Profit ut adveniens , en aspice. dives amator  
 Te cupit ; & curæ , quid tibi desit , habet.  
 Est etiam facies , quæ se tibi comparet , illi :  
 Si te non emtam vellet , emendus erat.  
 Erubuit. decet alba quidem pudor ora : sed ista  
 Si similes , prodest : verus obesse solet.  
 Cum bene dejectis gremium spectabis ocellis  
 Quantum quisque ferat , respiciendus erit.  
 Forsitam immundæ Tatio regnante Sabinæ  
 Noluerint habiles pluribus esse viris.  
 Nunc Mars externis animos exercet in armis :  
 At Venus Æneæ regnat in urbe sui.  
 Ludite forinosæ. casta est , quam nemo rogavit  
 Aut si rusticitas non vetat , ipsa rogat.  
 Has quoque , quas frontis rugas in vertice porta  
 Excute : de rugis crimina multa cadent.  
 Penelope juvenum vires tentabat in arcu :  
 Qui latus argueret , corneus arcus erat.  
 Labitur occulte , fallitque volatilis atas :  
 Ut celer admissis labitur annis aquis.  
 Æra nitent usu : vestis bona quærit haberi :  
 Canescunt turpi tecta relicta situ.  
 Forma , nisi admittas , nullo exercente senescit :  
 Nec satis effectûs unus & alter habent.  
 Certior è multis , nec tam invidiosa rapina est.  
 Plena venit canis de grege præda lupis.  
 Ecce , quid iste tuus præter nova carmina vates  
 Donat ? amatoris millia multa leges.  
 Ipse Deus vatum , pallâ spectabilis aureâ ,  
 Tractat inauratæ consona fila lyræ.  
 Qui dabit , ille tibi magno sit major Homero.  
 Crede mihi ; res est ingeniosa , dare.  
 Nec tu , si quis erit capitis mercede redemptus ,  
 Despice gypsati crimen inane pedis.  
 Nec te decipiant veteres quinquatria ceræ .  
 Tolle tuos tecum , pauper amator , avos.  
 Quin , quia pulcher eris , poscet sine munere noctem  
 Quod det , amatorem flagitez ante suum.  
 Parcius exigito pretium , dum retia tendis ,  
 Ne fugiant. captos legibus ure tuis.  
 Nec nocuit simulatus amor. sine credat amari :  
 Sed cave , ne gratis hic tibi constet amor.



ne ga noctes. capitis modo finge dolorem :  
modo quæ causas præbeat , Ihs erit.  
recipe ; ut nullum patiendi colligat usum ,  
neve relenteſcat sæpe repulſus amor.  
ne ſit oranti tua janua , laxa ferenti.  
ne diat excluſi verba receptus amans.  
quæſi laſa prior, nonnunquam irafcere læſo.  
ne ſcat culpâ culpa repenſa tuâ.  
ne nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram.  
ne sæpe ſimultates ira morata facit.  
ne etiam diſcant oculi lacrymare coacti :  
ne faciant udas illa vel illa genas.  
ne ſi quem falles , tu perjurare timeto.  
ne parmodat illuſis numina ſurda Venus.  
ne ſus & ad partes ſollers ancilla parentur ;  
ne ſi doceant , apte quid tibi poſſit emi.  
ne tibi pauca rogent : multos ſi pauca rogabunt ,  
ne poſtmodo de ſtipula grandis acervus erit.  
ne Soror & mater, nutrix quoque carpat amantem.  
ne ſit cito per multas præda petita manus.  
ne ſi te deficient poſcendi munera cauſæ ,  
ne natalem libo teſtificare tuum.  
ne Necurus amet nullo rivale , caveto.  
ne non bene , ſi tollas prælia , durat amor.  
ne Diviri toto videat veſtigia læſto :  
ne lætaque læſcivis livida colla notis.  
ne Divira præcipue videat , quæ miſerit alter.  
ne ſi tibi nil dederit , Sacra roganda via eſt.  
ne ſi multa abſtuleris : ut non tamen omnia donet ;  
ne quod nunquam reddas , commodet uſque roga.  
ne Equua juvet, mentemque tegat blandire, noceque.  
ne Cupia ſub dulci melle venena latent.  
ne ſe ſi præſtiteris , uſu mihi cognita longo ;  
ne nec tulerint voces ventus & aura meas ;  
ne ſe mihi dices vivæ bene : sæpe rogabis ,  
ne ſit mea deſunctæ molliter oſſa cubent.  
ne ſi erat in curſu, cum me mea prodidit umbra.  
ne ſit noſtræ vix ſe continuere manus ,  
ne ſi ſin albam raramque comam, lacrymoſaque vino  
ne ſi lumina , rugoſas diltraherentque genas.  
ne ſi tibi dent nudoſque lares, inopemque ſenectam ;  
ne ſi ſit longas hiemes , perpetuamque ſitim.

Elegia IX. *Ad Atticum, amantem non  
desidiosum esse, ut nec militem.*

Militat omnis amans, & habet sua castra Culos  
Attice, crede mihi; militat omnis ama  
Quæ bello est habilis, Veneri quoq; conuenit,  
Turpe senex miles, turpe senilis amor.  
Quos petiere duces annos in milite forti,  
Hos petit in socio bella puella toro.  
Pervigilant ambo: terrâ requiescit uterque.  
Ille fores dominæ servat, at iste ducis.  
Militis officium longa est via mitte puellam;  
Strenuus exenito sine sequetur amans.  
Ibit in adversos montes, du, licataque nimbo  
Flumina: congestas exeret ille nives.  
Nec freta pressurus tumidos causabitur Euros  
Aptaque verrendis sidera quæret aquis.  
Quis, nisi vel miles, vel amans, & frigora nocte  
Et denso mistas perferet imbre nives?  
Mittitur infestus alter speculator in hostes:  
In rivale oculos alter, ut hoste, tenet.  
Ille graves urbes, hic duræ limen amicæ  
Obsidet: hic portas frangit, at ille fores.  
Sæpe soporatos invadere profuit hostes;  
Cædere & armatâ vulgus inerme manu.  
Sic fera Threicii ceciderunt agmina Rhæsi:  
Et dominum capti deseruistis equi.  
Sæpe maritorum somnis utuntur amantes;  
Et sua sopitis hostibus arma movent.  
Custodum transire manus, vigilumque catervas,  
Militis & miseri semper amantis opus.  
Mars dubius, nec certa Venus; victique resurgunt  
Quosque neges unquam posse jacere, cadunt.  
Ergo desidiâ quicumque vocabit amorem,  
Desinat. ingenii est experientis amor.  
Ardet in abductâ Briséide mœstus Achilles.  
Dum licet, Argolicas frangite Troës opes. (ma  
Hector ab Andromaches complexibus ibat in ar-  
Et, galeam capiti quæ daret, uxor erat.  
Summa ducum Atrides visâ Priamæide fertur  
Mænadis effulis obstupuisse comis.  
Mars quoque depresso fabrilia vincula sensit.  
Nouit in cælo fabula nulla fuit.

ego segnis eram, discinctaque in otia natus :  
 sollierant animos lectus & umbra meos.  
 stultit ignavum formosæ cura puellæ ;  
 stetit & in castris æra merere suis.  
 vides agilem, nocturna que bella gerentem :  
 si non nolet fieri desidiosus , amet.

Epigramma X. *Ad puellam, ne pro amore præmia poscat.*

Ualis, ab Eurotâ Phrygiis avecta carinis,  
 Conjugibus belli causâ duobus erat :  
 illis erat Lede, quam plumis abditus albis  
 callidus in falsâ lusit adulter ave :  
 illis Amymone siccis errabat in agris,  
 cum premeret summi verticis urna comam :  
 tuus eras ; aquilamque in te taurumque timebam,  
 quidquid magno de Jove fecit Amor.  
 hic timor omnis abest, animique resanuit error :  
 nec facies oculos jam capit ista meos.  
 simul mutatus quæris ? quia munera poscis.  
 nec te non patitur causâ placere mihi.  
 nec eras simplex, animum cum corpore amavi :  
 hinc mentis vitio læsa figura tua est.  
 nudus est & nudus Amor, sine sordibus annos,  
 nullas vestes, ut sit apertus, habet.  
 si puerum Veneris pretio proflare jubetis ?  
 non pretium condant, non habet ille sinum.  
 Venus apta feris, Veneris nec filius, armis :  
 non decet imbelles æra merere Deos.  
 meretrix certo cuivis mercabilis ære ;  
 miseris jussu corpore quærit opes.  
 non vet imperium tamen hæc lenonis avari :  
 hoc, quod vos facitis sponte, coacta facit.  
 nuncite in exemplum pecudes ratione carentes.  
 turpe erit ingenium mitius esse feris. (scit :  
 si equa munus equum, non taurum vacca popo-  
 non aries placitam munere captat ovem.  
 si viro mulier spoliis exultat ademptis :  
 sola locat noctes : sola locanda venit. (tebat :  
 extendit, quod utrumque juvat, quod uterque pe-  
 pretium, quanti gaudeat ipsa, facit.  
 Venus ex æquo ventura est grata duobus ;  
 tera cur illam vendit, & alter emit ?  
 tibi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas,  
 Quam

Quam socio motu fœmina virque ferunt ?

Non bene conducti vendunt perjuria testes :

Non bene selecti iudicis arca patet.

Turpe , reos emtâ miseris defendere linguâ :

Quod faciat magnas , turpe , tribunal opes

Turpe , tori reditu census augere paternos ,

Et faciem lucro prostituisse suam.

Gratia pro rebus merito debetur inemtis :

Pro male conducto gratia nulla toro.

Omnia conductor solvit : mercede solutâ

Non manet officio debitor ille tuo.

Parcite , formosâ , pretium pro nocte pacisci

Non habet eventus sordida præda bonos.

Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas ,

Ut premerent sacræ virginis arma caput.

E quibus exierat , trajecit viscera ferro

Ælii : & pœnæ causa monile fuit.

Nec tamen indignum est , à divite munera pot

Munera poscenti quod dare possit , habet.

Carpite de plenis pendentes vitibus uvas :

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Officium pauper numeret , studiumque , fidem

Quod quis habet , dominæ conferat omne fœ

Est quoque , carminibus meritas celebrare pu

Dos mea . quam volui , nota fit arte meâ.

Scindentur vestes , gemmæ frangentur & aurum

Carmina quam tribuent , fama perennis erit

Nec dare , sed pretium posci dedignor & odi.

Quod nego poscenti , desine velle ; dabo.

Elegia XI. *Ad Napen , ut paratas tabellas*

*Corinnam perferat.*

**C**olligere incertos , & in ordine ponere , cri

Docta , neque ancillas inter habenda , N

Luque ministeriis furtivæ cognita noctis

Utilis , & dandis ingeniosa notis ;

Sæpe venire ad me dubitantem hortata Corin

Sæpe laboranti sîda reperta mihi ;

Accipe , & ad dominam peraratas mane tabellas

Perier ; & obstantes sedula pelle moras.

Nec silicium venæ , nec durum in pectore ferrum

Nec tibi simplicitas ordine major inest.

Credibile est , & te sensisse Cupidinis arcus .

me militiæ signa tuere tuæ.  
 arer, quid agam; Spe noctis vivere, dices.  
 cetera tert blanda cera notata manu.  
 loquor, hora fugit. vacuæ bene redde tabellas:  
 rum continuo fac tamen illa legat.  
 cias, oculos, mando, frontemque legentis.  
 tacito vultu scire futura licet.  
 omora: perlectis rescribat multa iubeto.  
 si cum late splendida cera vacat.  
 primat ordinibus versus, oculosque moretur  
 argine in extremo litera raso meos.  
 si digitos opus est graphio lassare tenendo?  
 hoc habeat scriptum tota tabella, Veni.  
 ego victrices lauro redimere tabellas,  
 nec Veneris mediâ ponere in æde morer.  
 scribam, Veneris fidas sibi Naso ministras.  
 edicat. at nuper vile fuistis acer.

Ætia XII. *Tabellas, quas miserat, execratur,  
 quod amica noctem negaret.*

Letete meos casus: tristes rediere tabellæ.  
 Infelix hodie litera posse negat.  
 na sunt aliquid. modo cum discedere vellet,  
 ad limen digitos restitit icta Nape.  
 ta foras iterum limen transire memento  
 lautius; atque alte sobria ferre pedem.  
 hinc, difficiles, funebria ligna, tabellæ:  
 uque negaturis cera referta notis.  
 im puto de longæ collectam flore cicutæ  
 selle sub infami Corsica misit apicis.  
 tanquam minio, penitus medicata rubebas.  
 ille color vere sanguinolentus erat.  
 hec est triviis jaceatis inutile lignum:  
 osque rotæ frangat prætereuntis onus.  
 um etiam, qui vos ex arbore vertit in usus,  
 onvincam puras non habuisse manus.  
 Ebuit illa arbor misero suspendia collo:  
 arpifici duras præbuit illa cruces.  
 dedit turpes raucis bubonibus umbras:  
 culturis in ramis & strigis ova tulit.  
 Ego commisi nostros insanus amores,  
 Tolliaque ad dominam verba ferenda dedi?  
 ius hæc capiant vadimonla garrula ceræ,

Quas.

Quas aliquis duro cognitor ore legat.  
 Inter ephemeridas melius tabulasque jaceres,  
 In quibus absumentas steret avarus opes.  
 Ergo ego vos rebus duplices pro nomine seu?  
 Auspicii numerus non erat ipse boni.  
 Quid precer iratas? nisi vos cariosa senectus  
 Rodat, & immundo cera fit alba situ.

Elegia XIII. *Ad Auroram, ne properas.*

**J**Am super Oceanum venit à seniore maritus  
 Flava pruinoso quæ vehit axe diem.  
 Quo properas, Aurora? mane. sic Memnotum  
 Annua solenni cæde parentet avis.  
 Nunc juvat in teneris dominæ jacuisse lacere:  
 Si quando, lateri nunc bene juncta meo  
 Nunc etiam somni pingues, nunc frigidus humor  
 Et liquidum tenui gutture cantat avis.  
 Quo properas, ingrata viris, ingrata puelli  
 Roscida purpureâ supprime lora manu.  
 Ante tuos ortus melius sua sidera servat  
 Navita; nec mediâ nescius errat aquâ.  
 Te surgit, quamvis lassus, veniente viator  
 Miles & armiferas aptat ad arma manus.  
 Prima bidente vides oneratos arva colentes:  
 Prima vocas tardos sub juga panda boves.  
 Tu pueros somno fraudas, tradisque magistris  
 Ut subeant teneræ verbera sæva manus.  
 [Atque eadem sponsum consulti ante atria nix  
 Unius ut verbi grandia damna ferat.]  
 Nec tu consulto, nec tu jucunda deserto:  
 Cogitur ad lites surgere uterque novas.  
 Tu, cum fœminei possint cessare labores,  
 Lanificam revocas ad sua pensa manum.  
 Omnia perpeterer. sed surgere mane puellas  
 Quis, nisi cui non est ulla puella, ferat?  
 Optavi quoties, ne nox tibi cedere vellet;  
 Neu fugerent vultus sidera mota tuos!  
 Optavi quoties, aut ventus frangeret axem,  
 Aut caderet spissâ nube retentus equus!  
 Invida, quo properas? quod erat tibi filius at,  
 Materni fuerat pectoris ille color.  
 [Quid si non Cephali quondam flagrasset amorem?  
 An putat ignotam nequitiam esse suam?]

thono vellem de te narrare liceret :

Fabula non cælo turpior ulla foret.

Im dum refugis , longo quia grandior ævo ,

Surgis ad invisas à sene mane rotas.

si, quem malles, Cephalum complexa teneres ;

Clamares , Lente currite noctis equi.

Et ego plectar amans, si vir tibi marcet ab annis ?

Num me nupsisti conciliante seni ?

Epice , quot somnos juveni donarit amato

Luna : neque illius forma secunda tuæ.

Et Deum genitor , ne te tam sæpe videret ,

Commisit noctes in sua vota duas.

Et gloria finieram. scires audisse ; rubebat.

Nec tamen assueti tardius orta dies.

*Elegia XIV. Puellam consolatur, cui præ nimia  
cursa coma deciderant.*

Icebam , Medicare tuos desiste capillos.

Tingere quam possis, jam tibi nulla coma est.

si, si passa fores , quid erat spatiosius illis ?

Contigerant inum , qua patet usque , latus.

Id, quod erant tenues, & quos ornare timeres ;

Vela colorati qualia Seres habent ?

Il pede quod gracili deducit aranea filum ,

Cum leve desertâ sub trabe nectit opus ?

Et tamen ater erat, nec erat tamen aureus illis ,

Sed , quamvis neuter , mistus uterque color.

Idem clivosa madidis in vallibus Idæ

Ardua derepto cortice cedrus habet.

Idem, quod & dociles, & centum flexibus apti ,

Et tibi nullius causa doloris erant.

Non acus abruptit , non vallis pectinis, illos :

Ornatix tuto corpore semper erat.

Te meos sæpe est oculos ornata ; nec unquam

Brachia dereptâ faucia fecit acu.

Tepe etiam , nondum digestis mane capillis ,

Purpureo jacuit semisupina toro. (che,

Idem quoque erat neglecta decens: ut Threcia Bac-

Cum temere in viridi gramine lassâ jacet.

Idem graciles essent tamen , & lanuginis instar ;

Heu mala vexatæ quanta tulere comæ !

Idem nam se præbuerant ferro patienter & igni ;

Et fieret torto flexilis orbe sinus !

Clamabam , Scelus est , istos scelus urere crines  
 Sponte decent : capiti , ferrea , parce tuo.  
 Vini procul hinc remove. non est qui debeat uri  
 Erudit adnotas ipse capillus acus.  
 Formosæ periere comæ : quas vellet Apollo ,  
 Quas vellet capiti Bacchus inesse suo.  
 Illis contulerim , quas quondam nuda Dione  
 Pingitur humenti sustinuisse manu.  
 Quid male dispositos quereris periisse capillos ?  
 Quid speculum mœstâ ponis , inepta , manu ?  
 Non bene consuertis à te spectaris ocellis.  
 Ut placeas , debes immemor esse tui.  
 Non te cantatæ læserunt pellicis herbæ ;  
 Non anus Hæmoniâ perfida lavit aquâ.  
 Nec tibi vis morbi nocuit ; (procul omen abesto)  
 Néc minuit densas invida lingua comas.  
 Facta manu culpâque tuâ dispendia sentis.  
 Ipsa dabas capiti mista venena tuo.  
 Nunc tibi captivos mittet Germania crines :  
 Culta triumphatæ munere gentis eris.  
 O quam sæpe , comas aliquo mirante , rubebis :  
 Et dices , Emtâ nunc ego merce probor !  
 Nescio quam pro me laudat nunc iute Sycambram ;  
 Fama tamen memini cum fuit ista mei.  
 Me miserum ! lacrymas male continet ; oraque dextrâ  
 Protegit , ingenuas picta rubore genas.  
 Sustinet antiquos gremio spectare capillos ,  
 (Hei mihi !) non illo munera digna loco.  
 Collige cum vultu mentem. reparabile damnum est.  
 Postmodo nativâ conspiciere comâ.

Elegia XV. *Ad invidios , quod fama poetarum  
 sit perennis.*

Quid mihi, Livor edax, ignavos objicis annos ;  
 Ingeniique vocas carmen inertis opus ?  
 Non me more patrum , dum strenua sustinet ætas ,  
 Præmia militiæ pulverulenta sequi :  
 Nec me verbosas leges edificere : nec me  
 Ingrato vocem prostituisse foro.  
 Mortale est, quod quæris, opus. mihi fama pereunis  
 Quæritur : in toto semper ut orbe canar.  
 Vivet Mæonides , Tenedos dum stabit & Ide ;  
 Dum rapidas Sîmoïs in mare volvet aquas.

Vivet



Vivet & Aferæus, dum mustis uva tumebit ;  
 Dum cadet incurva falce resecta Ceres.  
 Battiaades semper toto cantabitur orbe ;  
 Quamvis ingenio non valet, arte valet.  
 Nulla Sophocleô veniet iactura cothurno.  
 Cum Sole & Luna semper Aratus erit.  
 Dum fallax servus, durus pater, improba lena  
 Vivent, dum meretrix blanda; Menandros erit.  
 Ennius arte carens, animosique Accius oris,  
 Casurum nullo tempore nomen habent.  
 Varronem primamque ratem quæ nesciat aras,  
 Aureaque Æsonio terga petita duci?  
 Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,  
 Exitio terras cum dabit una dies.  
 Tityrus, & fruges, Ænciaque arma legentur;  
 Roma, triumphati dum caput orbis eris.  
 Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,  
 Descendent numeri, calte Tibulle, tui.  
 Gallus & Hesperiiis, & Gallus notus Eois,  
 Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.  
 Ergo, cum silices, cum dens patientis aratri,  
 Depereant ævo, carmina morte carent.  
 Cedant carminibus Reges, Regumque triumphu  
 Cedat & auriferi ripa beata Tagi.  
 Vilia miretur vulgus. mihi flavus Apollo  
 Pocula Castalia plena ministret aqua.  
 Custineamque comâ metuentem frigora myrtus  
 Atque à sollicito multus amante legar.  
 Pascitur in vivis Livor: post fata quiescit.  
 Tum saus ex merito quemque tuetur honos.  
 Ergo, etiam cum me supremus adederit ignis,  
 Vivam, parsque mei magna superstes erit.

OVIDII NASONIS  
 AMORUM LIBER II.

Elegia I. *Quod pro gigantomachia amores  
 scribere sit coactus.*

**H**oc quoque composui, Pelignis natus aquo-  
 Ille ego nequitiæ Naso poëta meæ. sis,  
 Hoc quoque iussit Amor. procul hinc,  
 procul este severæ:

Non estis teneris apta theatra modis.  
 Me legat in sponsi facie non frigida virgo :  
 Et rudis ignoto tactus amore puer.  
 Atque aliquis juvenum, quo nunc ego, saucius arcu  
 Agnoscat flammæ conscia signa luxæ :  
 Miratusque diu , Quo , dicat , ab indice doctus  
 Composuit casus iste poeta meos?  
 Ausus eram (memini, cælestia dicere bella ,  
 Centimanumque Gygen ; & satis oris erat :  
 Cum male se Tellus ulta est, ingestaque Olympo  
 Ardua dexerum Pelion Ossa tulit.  
 In manibus nimbos, & cum Jove fulmen habent  
 Quod bene pro cælo mitteret ille suo ,  
 Clausit amica fores. ego cum Jove fulmen omni.  
 Excidit ingenio Jupiter ipse meo.  
 Jupiter, ignoscas : nil me tua tela juvabant.  
 Clausa tuo majus janua fulmen erat.  
 Blanditias elegosque leves mea tela resumsi.  
 Mollierunt duras lenia verba fores.  
 Carmina sanguineæ deducunt cornua Lunæ ;  
 Et revocant niveos Solis euntis equos.  
 Carmine dissiliunt abruptis faucibus angues ,  
 Inque suos fontes versa recurrit aqua.  
 Carminibus cessere fores : insertaque posti ,  
 Quamvis robur erat , carmine victa sera est.  
 Quid mihi profuerit velox cantatus Achilles ?  
 Quid pro me Atrides alter & alter agent ?  
 Quique tot errando , quot bello , perdidit annos ?  
 Raptus & Hæmonis flebilis Hæctor equis ?  
 At facie teneræ laudatâ sæpe puellæ ,  
 Ad vatem pretium carminis ipsa venit.  
 Magna datur merces. heroum clara valete  
 Nomina: non apta est gratia vestra mihi.  
 Ad mea formosæ vultus adhibete puellæ  
 Carmina , purpureus quæ mihi dicitur Amor.

Elegia II. *Ad Bagoem , ut custodiam puella sibi  
 commissa laxiorem habeat.*

Q Uem penes est dominam servandi cura, Bagoë,  
 Dum perago tecum pauca, sed apta, vaca.  
 Hæsternâ vidi spatiantem luce puellam ,  
 Illâ , quæ Danaï porticus agmen habet.  
 Protinus , ut placuit , misi , scriptoque rogavi.

Rescri-

Rescripsit trepidâ, Non licet, illa manu.  
 Et cur non liceat querenti, reddita causâ est;  
 Quod nimium dominæ cura molesta tua est.  
 Si sapiis, ô custos, odium (michi crede) mereri  
 Desine, quem metuit quisque, perisse cupit.  
 Vir quoque non sapiens: quid enim servare laboret,  
 Unde nihil, quamvis non tueare, perit?  
 Sed gerat ille suo morem furiosus amori:  
 Et castum, multis quod placet, esse putet.  
 Huic furtiva tuo libertas munere detur;  
 Quam dederis illi, reddat ut illa tibi.  
 Conscius esse velis: domina est obnoxia servo.  
 Conscius esse times: dissimulare licet.  
 Scripta leget secum: matrem misisse putato.  
 Venerit ignotus: postmodo notus eat.  
 Sit ad adfectam, quæ non languebit, amicam  
 Visere; judiciis ægra sit illa tuis.  
 Si faciet tarde, ne te mora longa fatiget,  
 Impositâ gremio stertere fronte potes.  
 Nec tu, linigeram fieri quid possit ad Iliu,  
 Quæsieris: nec tu curva theatra time.  
 Conscius assiduos commissi tollet honores.  
 Quis minor est autem, quam tacuisse, labor?  
 Ille placet, versatque domum, neque verbera sentit:  
 Ille potens: alii sordida turba jacent.  
 Huic, veræ ut lateant causæ, finguntur inanes:  
 Atque ambo domini, quod probat una, probant.  
 Dum bene vir traxit vultum, rugasque coëgit;  
 Quod voluit fieri blanda puella, facit.  
 Sed tamen interdum tecum quoque jurgia nectat:  
 Et simulet lacrymas, carnificemque vocet.  
 Tu contra objiciens, quæ tuto diluat illa,  
 In verum falso crimine deme fidem.  
 Sic tibi semper honos, sic curta peculia crescent:  
 Hæc face, & exiguo tempore liber eris.  
 Aspicias indicibus nexas per colla catenas:  
 Squalidus orba fide pectora carcer habet.  
 Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat  
 Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.  
 Dum nimium servat custos Junonius Iô,  
 Ante suos annos occidit; illa Dea est.  
 Vidi ego compedibus liventia crura gerentem,  
 Unde vir incestum scire coactus erat.

Pœna minor meritâ. nocuit mala lingua duobus

Vir doluit ; famæ damna puella tulit.

Crede mihi : nulli sunt crimina grata marito :

Nec quenquam , quamvis audiat illa , juvant.

Seu tepet , indicium securas prodis ad aures ;

Sive amat , officio fit miser ille tuo.

Culpa nec ex facili , quamvis manifesta , probatur

Judicis illa sui tuta favore venit.

Viderit ipse licet ; credet tamen ipse neganti :

Damnabitque oculos ; & sibi verba dabit.

Aspiciat dominæ lacrymas ; plorabit & ipse :

Et dicet , Pœnas garrulus iste dabit.

Quam dispar certamen inis ! tibi verbera victo

Adfuit : in gremio judicis illa sedet.

Non scelus aggredimur : non ad miscenda coim

Toxica : non stricto fulminat ense manus.

Quarimus , ut tuto per te possimus amare.

Quid precibus nostris mollius esse potest ?

Elegia III. *Ad Eunuchum servantem dominam*

**H**Ei mihi , quod dominam nec vir nec fecimus  
servas ,

Mutua nec Veneris gaudia nosse potes !

Qui primus pueris genitalia membra recidit ,

Vulnera , quæ fecit , debuit ipse pati.

Mollis in obsequium , facilisque rogantibus effes

Si tuus in quavis prætepuisset amor.

Non tu natus equo , non fortibus utilis armis :

Bellica non dextræ convenit hasta tuæ.

Ista mares tractent : tu spes depone vitiles.

Sint tibi cum dominâ signa ferenda tuâ.

Haec imple meritis : hujus tibi gratia prosit.

Si careas illâ , quis tuus usus erit ?

Est etiam facies , sunt apti lusibus anni.

Indigna est pigro forma perire situ.

Fallere te potuit , quamvis habere molestus :

Non caret effectu , quod voluere duo.

Aptius ut fuerit precibus tentasse , rogamus :

Dum bene ponendi munera tempus habes.

Elegia IV. *Quod amet mulieres , cujuscunque  
forma sint.*

**N**on ego mendosos ausim defendere mores ,  
Falsique pro vitiiis arma movere meis.

Infiteor; si quid prodest delicta fateri:  
 In mea nunc demens crimina fassus eo.  
 Si: nec possum cupiens non esse, quod odi.  
 Iteu quam, quæ studeas ponere, ferre grave est!  
 Im desunt vires ad me mihi jusque regendum.  
 Auferor ut rapidâ concita puppis aquâ.  
 In est certa meos quæ forma irritet amores.  
 Centum sunt causæ, cur ego semper amem.  
 Ne aliqua est oculos in se dejecta modestos;  
 Uror: & insidiæ sunt pudor ille meæ.  
 Ne procax aliqua est; capior, quia rustica non est:  
 Spemque dat in molli mobilis esse toro.  
 Spera si visa est, rigidasque imitata Sabinas;  
 Velle, sed ex alto dissimulare, puto.  
 Ne es doctas; places raras dotata per artes:  
 Sive rudis; placita es simplicitate tuâ.  
 Ne, quæ Callimachi præ nostris rustica dicat  
 Carmina: cui placeo, protinus ipsa placet.  
 Ne etiam, quæ me vatem, & mea carmina culpet:  
 Culpantis cupiam sustinuisse femur.  
 Colliter incessit; motu capit. altera dura est;  
 At poterit tacto mollior esse viro.  
 Ne quæ dulce canit, flectitque facillima vocem,  
 Oscula cantanti rapta dedisse velim.  
 Ne quæ querulas agili percurrit pollice chordas.  
 Tam doctas quis non possit amare manus?  
 Ne placet gestu, numerosaque brachia ducit,  
 Et tenerum molli torquet ab arte latus:  
 Ne taceam de me, qui causa tangor ab omni;  
 Illic Hippolytum pone; Priapus erit.  
 Ne, quia tam longa es, veteres heroidas æquas:  
 Et potes in toto multa jacere toro.  
 Ne quæ habilis brevitæ suâ. corruppor utrâque.  
 Conveniunt voto longa brevisque meo.  
 Ne non est culta; subit quid cultæ accedere possit.  
 Ornata est; dotes exhibet illa suas.  
 Ne rufida me capiet, capiet me flava puella:  
 Est etiam fusco grata colore Venus.  
 Ne quæ pendens niveâ pulli cervice capilli;  
 Leda fuit nigrâ conspicienda comâ.  
 Ne quæ flavent; placuit croceis Aurora capillis.  
 Omnibus historiis se meus aptat amor.  
 Ne quæ nova sollicitas, me tangit serior ætas:

Hæc messor specie corporis: illa sapit.  
Denique quas totâ quisquam probet Urbe puer;  
Nolite in has omnes ambitiosus amor.

Elegia V. *Ad amicam corruptam.*

**N**ULLUS amor tanti est; (abeas, pharetrate Cupid) i  
Ut mihi sint toties maxima vota mori.  
Vota mori mea sunt; cum te peccasse recordor  
Hei mihi, perpetuum nata puella malum!  
Non mihi deletæ nudant tua facta tabellæ:  
Non data furtive munera crimem habent.  
O utinam arguerem sic, ut non vincere possent  
Me miserum! quare tam bona causâ mea est  
Felix, qui quod amat, defendere fortiter audeat  
Cui sua, Non feci, dicere amica potest.  
Ferreus est, nimiumque suo favet ille dolori  
Cui petitur victâ palma cruenta reâ.  
Ipse miser vidi, cum me dormire putares,  
Sobrius appposito crimina vestra mero.  
Multa supercilio vidi vibrante loquentes.  
Nutibus in vestris pars bona vocis erat.  
Non oculi tacere tui, conscriptaque vino  
Mensâ; nec in digitis litera nulla fuit.  
Sermonem agnovi, (quid non videatur amanti  
Verbaque pro certis iussa valere notis.  
Jamque frequens ierat mensâ conviva remotâ:  
Compositi juvenes unus & alter erant.  
Improba tum verò jungentes oscula vidi.  
Illa mihi linguâ nexa fuisse liquet.  
Qualia nec fratri tulerit germana severo;  
Sed tulerit cupido mollis amica viro:  
Qualia credibile est, nec Phœbum ferre Dianæ  
Sed Venerem Marti sæpe tulisse suo.  
Quid facis, exclamo; quo nunc mea gaudia defere  
Injiciam dominas in mea jura manus.  
Hæc tibi sint mecum, mihi sint communia tecum  
In bona cur quisquam tertius ista venit?  
Hoc ego; quæque dolor linguæ dictavit: at illi  
Conscia purpureus venit in ora pudor.  
Quale coloratum Tithoni conjugæ cælum  
Subrabet. aut sponso visa puella novo.  
Quale rosæ fulgent inter sua lilia mistæ:  
Aut ubi cantatis Luna laborat equis:

quod, ne longis flavescere possit ab annis,  
 læonis Assyrium fœmina tinxit ebur.  
 Erat, aut alicui color ille simillimus horum:  
 nunquam casu pulchrior illa fuit.  
 Stabat terram; terram spectare decebat.  
 læsta erat in vultu; læsta decenter erat.  
 Erant (& erant culti), laniare capillos,  
 et fuit in teneras impetus ire genas.  
 Faciem vidi, fortes cecidere lacerti:  
 defensa est armis nostra puella suis.  
 modo sævus eram, supplex ultroque rogavi,  
 scula ne nobis deteriora daret.  
 Et, & ex animo dedit optima: qualia possent  
 excutere irato tela trifulca Jovi.  
 Quæcor infelix, ne tam bona sumserit alter:  
 et volo non ex hac illa fuisse nota.  
 et quoque, quam docui, multo meliora fuerunt,  
 et quiddam visa est addidicisse novi. (bellis  
 sed nimium placuere, malum est: quod tota la-  
 lingua tua est nostris, nostra recepta tuis.  
 tamen hoc unum doleo: non oscula tantum  
 sancta queror; quamvis hæc quoque juncta queror:  
 nisi in lecto, nusquam potuere doceri.  
 nescio quis pretium grande magister habet.

Elegia VI. In mortem Psittaci.

Psittacus, Eois imitatrix ales ab Indis,  
 Occidit. exequias ite frequenter aves.  
 et piæ volucres; & plangite pectora pennis;  
 et rigido teneras ungue notate genas.  
 Etida pro læstis lanietur pluma capillis:  
 et longo longâ resonent carmina vestra tubâ.  
 Quis scelus Isnarii quereris, Philomela, tyranni?  
 et completa est annis ista querela suis.  
 et in raræ miserum devertite funus.  
 magna, sed antiqui causa doloris Itys.  
 et aves, quæ liquido libratis in aëre cursus;  
 et tamen ante alias, turtur amice, dole.  
 et quæ fuit vobis omni concordia vitâ,  
 et stetit ad finem longa tenaxque fides.  
 et quæ fuit Argolico juvenis Phœxus Orestæ;  
 et hoc tibi, dum licuit, Psittace, turtur erat.  
 et tamen ista fides? quid rari forma coloris?

Quid vox mutandis ingeniosa sonis?  
 Quid iuvat, ut datus es, nostræ placuisse puellæ  
 Infelix avium gloria, nempe jaces.  
 Tu poteras fragiles pennis hebetare smaragdo  
 Tincta gerens rubro Punica rostra croco.  
 Non fuit in terris vocum simulacior ales:  
 Reddebas blæso tam bene verba sono.  
 Raptus es invidiâ, non tu fera bella movebas:  
 Garrulus, & placidæ pæcis amator eras.  
 Ecce, coturnices inter sua prælia vivunt:  
 Forsitan & fiant inde frequenter anus.  
 Plenus eras minimo: nec præ sermonis amore  
 In multos poteras ora vacare cibos.  
 Nux erat esca tibi, causæque papavera somnis  
 Pellebatque sitim simplicis humor aquæ.  
 Vivit edax vultur, ducensque per aëra gyros  
 Miluius, & pluvie graculus auctor aquæ.  
 Vivit & armiferæ cornix invisâ Minervæ;  
 Illa quidem sæclis vix moritura noxem.  
 Occidit ille loquax, humanæ vocis imago,  
 Psittacus, extremo munus ab orbe datum.  
 Optima prima fere manibus rapiuntur avaris;  
 Implentur numeris deteriora suis.  
 Tristia Phyllacidæ Therstites funera vidit:  
 Jamque cinis, vivis fratribus, Hæctor erat.  
 Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ;  
 Vota procelloso per mare rapta Noto?  
 Septima lux aderat, non exhibitura sequentem  
 Et stabat vacuâ jam tibi Parca colo.  
 Nec tamen ignavo stupuerunt verba palato.  
 Clamavit moriens lingua, Corinna, vale.  
 Colle sub Elytio nigrâ nemus ilice frondens,  
 Udaque perpetuo gramine terra, viret.  
 Si qua fides dubiis; volucrum locus ille piarum  
 Dicitur, obscenæ quo prohibentur aves.  
 Illic innocui late pascuntur olores:  
 Et vivax Phœnix, unica semper avis.  
 Explicat ipsa suas ales Junonia pinnas:  
 Oscula dat cupido blanda columba mari.  
 Psittacus hæc inter, nemorali sede receptus,  
 Convertit volucres in sua verba pias.  
 Ossa tegit tumulus: tumulus pro corpore parvum  
 Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.



Oligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro.  
[...a fuere mihi plus ave docta loqui].

legia VII. *Amica se purgat, quod ancil-  
lam non amet.*

ego sufficiam reus in nova crimina semper?

Ut vincam, toties dimicuisse piget.

ego marmorei respexi summa theatri;

figis è multis, unde dolere velis.

fida seu tacito me vidit fœmina vultu;

vultu tacitas arguis esse notas.

nam laudavi; miseros petis ungue capillos:

culpo; crimen dissimulare putas.

bonus color est, in te quoque frigidus esse;

tu malus, alterius dicor amore mori.

ne ego peccati vellem mihi conscius essem,

quo animo pœnam, qui meruere, ferunt.

Ecce temere insimulas: credendoq; omnia frustra,

sa vetas iram pondus habere tuam.

ce, ut auritus miserandæ fortis asellus

fiduo domitus verbere lentus eat.

novum crimen, sollers ornare Cypassis

projicitur dominæ contemerasse torum.

melius, quam me, si sit peccasse libido,

reddida contentæ fortis amica juvet!

Veneris famulæ connubia liber inire,

ergaque complecti verbere secta velit?

te, quod ornandis illa est operata capillis;

tibi per doctas grata ministra manus.

eret ancillam, quæ tam tibi fida, rogarem?

quid, nisi ut indicio juncta repulsa foret?

Venerem juro, puerique volatilis arcus,

non admissi criminis esse reum.

legia VIII. *Ad Cypassin ancillam Corinna.*

Quandis in mille modos perfecta capillis,

Comere sed solas digna Cypassi Deas;

mihi jucundo non rustica cognita furto;

ota quidem dominæ, sed magis apta mihi;

fuit inter nos sociati corporis index?

quisit concubitus unde Corinna tuos?

tamen erubui, num verbo lapsus in ullo

rtivæ Veneris conscia signa dedi?

Quid,

Quid, quod in ancillâ si quis delinquere posse

Illum ego contendi mente carere bonâ?

Theſſalus ancillæ facie Briſeïdos arſit:

Serva Mycenæo Phœbas amata duci.

Non ego Tantalide major, nec major Achille

Quod deceit Reges, cur mihi turpe putem

Ut tamen iratos in te defixit ocellos;

Vidi te totis erubiſſe genis.

At quanto, ſi forte refers, præſentior ipſe

Per Veneris feci numina magna fidei!

Tu Dea, tu jubeas animi perjuria puri

Carpathium tepidos per mare ferre Notos.

Pro quibus officiis pretium mihi dulce repenti

Concubitus hodie, fulca Cypaſſi, tuos.

Quid renuis, ſingiſque novos, ingrata, timores

Unum eſt e dominis emeruiſſe ſatis.

Quod ſi ſtulta negas, index anteaſta fatebor

Et veniam culpæ proditor ipſe meæ.

Proque loco tecum fuerim: quotiesque, Cypaſſi

Narrabo dominæ, quotque quibuſque modis

Elegia IX. *Ad Cupidinem.*

**O** Nunquam pro me ſatis indignate Cupido

O in corde meo deſidioſe puer!

Quid me, qui miles nunquam tua ſigna reliqui

Lædiſ? & in caſtris vulneror ipſe meis?

Cur tua fax urit, figit tuus arcus amicos?

Gloria pugnantes vincere maior erat.

Quid? non Hæmonius, que n cuspide perculit, heu

Confoſſum medicâ poſtmodo iuvit ope?

Venator ſequitur fugientia, capta relinquit:

Semper & inventis ulteriora petit.

Nos tua ſentimus populus tibi deditus arma

Figra reluctanti ceſſat in hoſte manus.

Quid juvat in nudis hamata retundere tela

Oſſibus? oſſa mihi nuda relinquit amor.

Tot ſine amore viri, tot ſunt ſine amore puellæ

Hinc tibi cum magnâ laude triumphus eat:

Roma, niſi immenſum vires promiſſet in orbem

Stramineis eſſet nunc quoque tecta caſis.

Feſſus in acceptos miles deducitur agros:

Mittitur in ſaltus carcere liber equus:

Longaque ſubductam celant navalia pinum:

Inque deposito poscitur ense rudis.  
 Inque, qui toties merui sub amore puellæ,  
 Sanctum placide vivere tempus erat.  
 Deus, posito, si quis mihi dicat, amore;  
 Necer. usque adeo dulce puella malum est.  
 Bene pertaxsum est, animoque relanguit ardor;  
 Vio quo miseræ turbine mentis agor.  
 Sit in præceps dominum, spumantia frustra  
 Ina retentantem, durior oris equus:  
 Titus, prope jam pressa tellure, carinam  
 Gentem portus ventus in alta rapit:  
 Sæpe refert incerta Cupidinis aura;  
 Inque purpureus tela resumit Amor.  
 Puer; positis nudus tibi præbeor armis.  
 Tibi sint vires: hic tua dextra facit.  
 Inquam iussæ veniunt jam sponte sagittæ.  
 Illis præ me nota pharetra sua est.  
 Et, totâ quicumque quiescere nocte  
 Innet, & somnos præmia magna vocat.  
 Quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?  
 Inga quiescendi tempora fata dabunt.  
 Indo decipiant voces fallacis amicæ:  
 Inquando certe gaudia magna feram.  
 Inlo blanditias dicat; modo iurgia nesciat.  
 Inre fruar dominâ: sæpe repulsus eam.  
 Inclubius Mars est; per te, prius igne Cupido, est:  
 Inrovet exemplo vitricus arma tuo.  
 Inris es, multoque tuis ventosior alis:  
 Insaliaque ambigüâ dasque negasque fide.  
 Innon exaudis pulcra cum matre rogantem;  
 Innerta meo pectore regna tene.  
 Incont regno nimium vaga turba puellæ.  
 Innobis populis sic venerandus eris.

Elegia X. Ad Græcinum, quod eodem  
 tempore duas amet.

Inmihi, tu certe (memini), Græcine, negabas,  
 Inuno posse aliquem tempore amare duas.  
 Inutgo decipior: per te deprensus inermis,  
 Inre duas uno tempore turpis amo.  
 Inre formosa est: operosæ cultibus ambæ:  
 Inobus in dubio est hæc sit, an illa, prior.  
 Inle hæc illa est: hæc est quoque pulcrior illa;  
 Et

Et magis hæc nobis, & magis illa placet.  
 Errant, ut ventis discordibus acta fafcios,  
 Dividuumque tenent alter & alter amor,  
 Quid geminas, Erycina, meos sine fine dolore  
 Nonne erat in curas una puella satis?  
 Quid folia arboribus, quid pleno sidera cælo;  
 In freta collectas alta quid addis aquas?  
 Sed tamen hoc melius, quam si sine amore jace  
 Hostibus eveniat vita severa meis.  
 Hostibus eveniat viduo dormire cubili,  
 Et medio laxè ponere membra toro.  
 At mihi scævus amor somnos abrumpat inertes,  
 Simque mei lecti non ego solus onus.  
 Me mea disperdat nullo prohibente puella,  
 Si satis una potest: si minus una; duæ.  
 Sufficiant: graciles sed non sine viribus artus:  
 Pondere, non nervis, corpora nostra carent  
 Et lateri dabit in vires alimenta voluptas.  
 Decepta est operâ nulla puella meâ.  
 Sæpe ego, lascivæ consumto tempore noctis,  
 Utilis & forti corpore mane fui.  
 Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt  
 Dî faciant, leti causâ sit ista mei!  
 Induat adversis contraria pectora telis  
 Miles, & æternum sanguine nomen emat.  
 Quærat avarus opes; & quæ lassarit arando  
 Æquora, perjuro naufragus ore bibit.  
 At mihi contingat Veneris languescere motu;  
 Cum moriar, medium solvar & inter opus:  
 Atque aliquis nostro lacrymans in funere dicat  
 Conveniens vitæ mors fuit ista suæ.

Elegia XI. *Ad amicam navigantem.*

**P**rima malas docuit, mirantibus æquoris undæ  
 Peliaco pînus vertice cæsa vias:  
 Quæ concurrentes inter temeraria cautes  
 Conspiciam fulvo vellere vexit ovem.  
 O utinam, remo ne quis freta longa moveret,  
 Argo funestas pressa bibislet aquas!  
 Ecce fugit notumque torum sociosque Penates  
 Fallacesque vias ire Corinna parat.  
 Quid tibi me miseram! Zephyros Eurosque; time  
 Et gelidum Borean, e gelidumque Notum?

Nillic urbes, non tu mirabere silvas.  
 Na est injusti cæcula forma maris.  
 Medius tenues conchas pictosve lapillos  
 Ontus habet: bibuli littoris illa mora est.  
 Ora marimoreis pedibus signanda, puellæ.  
 Actenus est tutum: cætera cæca via est.  
 Nobis alii ventorum prælia narrent;  
 Quas Scylla infestet, quasve Charybdis aquas:  
 Quibus emineant violenta Ceraunia scælis:  
 Quo lateant Syrtes, quoque Malæa sinu.  
 Alii referant. at vos, quod quisque loquentur,  
 Redite: credenti nulla procella nocet.  
 Respicitur tellus, ubi fune soluto  
 Irrit in immensum panda carina salum.  
 Ita sollicitus qua ventos horret iniquos,  
 Prope tam letum, quam prope cernit aquam.  
 Quam si concussas Triton exasperet undas?  
 Quam tibi nunc toto nullus in ore color!  
 Generosa voces fœcundæ sidera Lædæ:  
 Quam, Felix, dicas, quam sua terra tenet!  
 Quis est fovisse torum; legisse libellos;  
 Quis Nereïciam digitis increpuisse lyram.  
 Quis vana ferunt volucres mea dicta procellæ,  
 Qua tamen puppi sit Galatea tuæ.  
 Quis crimen erit talis jactura puellæ,  
 Quis Nereïdesque Deæ, Nereïdumque pater.  
 Quis memor nostri, vento reditura secundo.  
 Quis pleat illa tuos fortior aura sinus.  
 Quis mare in hæc magnus proclinet littora Nereus:  
 Quis hic venti spirent: huc agat æstus aquas.  
 Quis roges, Zephyri veniant in lintea foli:  
 Quis à tuâ moveas turgida vela manu.  
 Quis ego aspiciam notam de littore pinum;  
 Quis edicam, Nostros advehit illa Deos.  
 Quis etiamq; humeris, & multa sine ordine carpam  
 Quis scula. pro reditu victima vota cadet.  
 Quis tori formam molles sternentur arenæ:  
 Quis tumulus mensæ quilibet instar erit.  
 Quis proposito narrabis multa Lyæo,  
 Quis hæc sit ut mediis obruta navis aquis:  
 Quis huj; ad me properas, nec iniquæ tempora noctis,  
 Quis hæc te præcipites extimuisse Notos.  
 Quis hæc a pro veris credam, sint ficta licebit.

Cur ego non votis blandiar ipse meis?  
 Hæc mihi quamprimum cælo nitidissimus alba  
 Lucifer admisso tempora portet equo.

Elegia XII. *Exultat quod amice potitus*

**I** Te triumphales circum mea tempora lauræ  
 Vicinus. in nostro est ecce Corinna sinu.  
 Quam vir, quam custos, quæ janua firma, tot hæc  
 Servabant; ne qua posset ab arte capi:  
 Hæc est præcipuo victoria digna triumpho;  
 In qua, quæcunque est, sanguine præda capta  
 Non humiles muri, non parvis oppida fossis  
 Cincta, sed est ductu capta puella meo.  
 Pergama cum caderent bello superata bilastro  
 Ex tot, in Atridæ pars quota laudis erat?  
 At mea seposita est, & ab omni milite diffors  
 Gloria: nec titulum muneris alter habet.  
 Me duce ad hanc voti finem, me milite veni:  
 Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui.  
 Nec casum fortuna meis immiscuit actis.  
 Huc ades, ô curâ parte Triumphæ meæ.  
 Nec belli nova causa mei. nisi rapta fuisset  
 Tyndaris, Europæ pax Asiæque foret.  
 Fœmina silvestres Lapithas, populumque bis  
 Turpiter apposito vertit in arma mero.  
 Fœmina Trojanos iterum fera bella movere  
 Impulit in regno, juste Latine, tuo.  
 Fœmina Romanis, etiam nuuc Urbe recenti  
 Immisit soceros; armaque sæva dedit.  
 Vidi ego pro niveâ pugnantes conjuge tauros;  
 Spectatrix animos ipsa juvenca dabat.  
 Me quoque cum multis, sed me sine cæde, Cupido  
 Jussit militiæ signa movere suæ.

Elegia XIII. *Ad Isidem, ut parientem  
 Corinnam juvet.*

**D** Um labefactat onus gravidæ temeraria vetus  
 In dubio vitæ lassæ Corinna jacet.  
 Illa quidem, clam me tantum molita pericli,  
 Iræ digna meâ: sed cadit ira metu.  
 Et tamen aut ex me conceperat; aut ego credo  
 Est mihi pro facto sæpe, quod esse potest.  
 M. Parætonium, genaliaque arva Canopi

qua colis, & Memphim, palmiferamque Pharon,  
 que celer Nilus lato delapsus ab alveo  
 per septem portus in maris exit aquas;  
 tua iuxta precor, per Anubidis ora verendi:  
 sic tua sacra pius semper Osiris amet,  
 raque labatur circa donaria serpens,  
 et comes in pompâ corniger Apis eat:  
 et adhibe vultus; & in unâ parce duobus,  
 nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi.  
 et tibi sedit certis operata diebus,  
 qua cingit lauros Gallica turma tuas.  
 tue laborantes utero miserata puellas,  
 quarum tarda latens corpora tendit onus,  
 sis ades, precibusque meis fave, Ilithya.  
 signa est, quam jubeas muneris esse tui.  
 ego thura dabo fumosis candidus aris:  
 se feram ante tuos munera vota pedes.  
 et ciam titulum, Servatâ Naso Corinnâ.  
 tu modo fac titulo mueribusque locum.  
 men in tanto fas est monuisse timore;  
 ac tibi sit pugnâ dimicuisse satis.

Elegia XIV. *In amicam, quod abortivum ipsa fecerit.*

Uid juvat immunes belli cessare puellas,  
 Nec fera peltatas agmina velle sequi;  
 ne Marte suis patiuntur vulnera telis,  
 cæcas armant in sua fata manus?  
 prima instituit teneros convellere scetus,  
 ilitiâ fuerat digna perire suâ.  
 et, ut careat rugarum crimine venter,  
 eructur pugnæ tristis arena tuæ?  
 os antiquis placuisset matribus idem;  
 mens hominum vitio deperitura fuit:  
 que iterum generis jaceret primordia nostri  
 in vacuo lapides orbe, parandus erat.  
 Priami tregisset opes, si numen aquarum  
 ista recusasset pondera ferre Thetis?  
 si tumido geminos in ventre necasset,  
 infusus dominæ conditor Urbis erat.  
 Tenus Ænean gravidâ temerasset in alvo;  
 resaribus tellus orba futura fuit.  
 quoque, cum posses nasci, formosa, perisses;

Tentasset, quod tu, si tua mater opus.  
 Ipse ego, cum fuerim melius periturus amand  
 Vidissem nullos, matre necante, dies.  
 Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis  
 Pomaque crudeli vellis acerba manu?  
 Sponte fluant matura suâ. sine crescere nata.  
 Est pretium parvæ non leve vita moræ.  
 Vestra quid effoditis subjectis viscera telis;  
 Et nondum natis dira venena datis?  
 Colehida respersam puerorum sanguine culpam  
 Aque suâ casum matre queruntur Ityn.  
 Utraque seva parens: sed tristibus utraque cau  
 Jaeturâ socii sanguinis ulta viram.  
 Dicite, quis Tereus, quis vos irriter Iason  
 Figere solli. itâ corpora vestra manu?  
 Hoc neque in Armeniis tigres fecere latèbris:  
 Perdere nec factus ausa læna suos.  
 At teneræ faciunt, sed non impune, puellæ.  
 Sæpe, suos utero quæ necat, ipsa perit.  
 Ipsa perit, ferturque toro resoluta capillos:  
 Et clamant, Merito, qui modo cunque vident  
 Ista sed ætherias vanescant dicta per auras:  
 Et sint omnibus pondera nulla meis.  
 Di faciles, peccasse semel concedite tutò:  
 Id satis est. pœnam culpa secunda ferat.

*Elegia XV. Ad anulum, quem dono amicæ dedi*

**A**nule, formosæ digitum vincitæ puellæ,  
 In quo censendum nil, nisi dantis amor;  
 Miuus eas gratum. te lætâ mente receptum  
 Protinus articulis induat illa suis.  
 Tam bene convenias, quam mecum convenit illi  
 Et digitum justo commodus orbe teras.  
 Felix, à dominâ tractaberis, anule, nostrâ.  
 Invidéo donis jam miser ipse meis.  
 O utinam fieri subito mea munera possim  
 Artibus Ææis, Carpathiive senis!  
 Tunc ego te dominæ cupiam tetigisse papillas,  
 Et lævam tunicis inseruisse manum.  
 Elabar digito, quamvis angustus & hærens;  
 Inque sinum inira laxus ab arte cadam.  
 Idem ego, ut arcanas possim signare tabelias,  
 Nove tenax curam liccave germana trahat,



mida formosa tangam prius ora puellæ.  
 Tantum ne lignem scripta dolenda mihi.  
 labor, ut condar loculis; exire negabo,  
 Adstringens digitos orbe minore tuos.  
 In ego dedacori tibi sim, mea vita, futurus;  
 Quodve tener digitus ferre recuset, onus.  
 Gere, cum calicis perfunderis imbris artus:  
 Damnaque sub gemma perfer euntis aquæ.  
 S' puto te nudâ mea membra libidine surgent,  
 Et peragam partes anulus ille vîsi.  
 Ita quid voceo? parvum proficiscere munus.  
 Illa datam tecum sentiat esse fidem.

legia XVI. *Ad amicam, ut ad rara sua veniat.*

Ars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris;  
 Parva, sed irriguis ora salubris aquis.  
 Licet admoto tellurem sidere findat,  
 Et micet Icarii stella proterva canis;  
 Va pererrantur Peligna liquentibus undis:  
 Et viret in tenero fertilis herba solo.  
 Irra ferax Cereris, multoque feracior uva:  
 Dat quoque bacciferam Pallada gratus ager:  
 Et rorantes rivis labentibus herbas  
 Gramineus madidam cespes obumbrat humum.  
 Nil meus ignis abest. verbo peccavimus uno.  
 Quæ movet ardores, est procul; ardor adest.  
 Non ego, si medius Polluce & Castore ponar,  
 In cæli sine te parte fuisse velim.  
 Illiciti jaceant, terræque premantur iniquâ,  
 In longas orbem qui secure vias.  
 Ut juvenum comites jussissent ire puellas,  
 Si fuit in longas terra secanda vias.  
 Non mihi, si premerem ventosas horridus Alpes,  
 (Dummodo cum dominâ) molle fuisset iter.  
 Non dominâ Libycas autem perrumpere Syrtes,  
 Et dare non a quis vela ferenda Notis.  
 Non, quæ virgineo portentata sub inguine latrant;  
 Nec timeam vestros, curva Malæa, sinus:  
 Non qua submersis ratibus saturata Charybdis  
 Furadit, & effusas ore resorbet aquas.  
 Quod si Neptuni ventosa potentia vincit,  
 Et subventuros auferet unda Deos;  
 Non nostris niveos humeris impone lacertos.

Corpore nos facili dulce feremus onus.  
 Sæpe petens Hero juvenis tranaverat undas.  
 Tunc quoque tranasset ; sed via cæca fuit.  
 At sine te, quamvis operosi vitibus agri  
 Me teneant, quamvis annibus arva natent,  
 Et vocet in rivos parentem rusticus undam,  
 Frigidaque arboreas mulceat aura comas ;  
 Non ego Pelignos videor celebrare salubres :  
 Non ego natalem rura paterna locum ;  
 Sed Scythiam, Cilicæsq; feros, viridesq; Britanni  
 Quæque Promethæo saxa cruore rubent.  
 Ulaus amat vitem, vitis non deserit ulmum.  
 Separor a dominâ cur ego sæpe meâ ?  
 At mihi te comitem juraras usque futuram,  
 Per me, perque oculos sidera nostra tuos.  
 Verba puellarum, foliis leviora caducis,  
 Irrita, quo visum est, ventus & unda ferunt.  
 Si qua mei tamen est in te pia cura relictæ ;  
 Incipe pollicitis addere facta tuis :  
 Parvaque quamprimum rapientibus esseda manent  
 Ipsa per admittas concute lora jubas.  
 At vos, qua veniet, tumidi subsidite montes :  
 Et faciles curvis vallibus este viæ.

Elegia XVII. *Quod Corinna soli sit serviturus.*

**S**I quis erit, qui turpe putet servire puellæ ;  
 Illo convincar iudice turpis ego.  
 Sim licet infamis ; dum me moderatius urat,  
 Quæ Paphon, & fluctu pulsa Cythera tenet.  
 Atque utinam dominæ viti quoque præda fuisset  
 Forinosæ quoniam præda futurus eram.  
 Dat facies animos. facies violenta Corinne  
 (Me miserum! cur est tam bene nota sibi ?  
 Scilicet à speculi sumuntur imagine fastus ;  
 Nec nisi compositam se prius illa videt.  
 Non tibi si facies nimium dat in omnia regni ;  
 (O facies oculos nata tenere meos!)  
 Collatum idcirco tibi me contemnere debes.  
 Aptari magnis inferiora licet.  
 Creditur & Nymphe mortalis amore Calypso  
 Capta reluctantem detinuisse virum.  
 Creditur æquoream Phthio Nereida Regi,  
 Egeriam iusto concubuisse Numæ ;

cano Venereræ : quamvis, incude relicta,  
 Turpiter obliquo claudicet ille pede.  
 Minus hoc ipsum genus impar : sed tamen apte  
 ungitur herous cum breviorè modò.  
 quoque me, mea lux, in quolibet accipe leges.  
 Ne deceat medio jura dedisse toro.  
 Non tibi crimen ero, nec quo latere remoto.  
 Non erit hic nobis inficiandus amor.  
 Et tibi pro magno felicia carmina censu :  
 Et multæ per me nomen habere volunt.  
 Ivi aliquam, quæ se circumferat esse Corinnam,  
 Ut fiat, quid non illa dedisse velit ?  
 Et neque diversi ripâ labuntur eadem  
 Frigidus Eurotas, populiferque Padus :  
 Et, nisi tu, nostris cantabitur ulla libellis.  
 Ingenio causas tu dabis una meo.

Elegia XVIII. *Ad Macrum, quod de  
 amoribus scribat.*

Armen ad iratum dum tu perducis Achillen,  
 Primaque juratis induis arma viris ;  
 Et, Macer, ignavâ Veneris cessamus in umbrâ :  
 Et tener auluros grandia frangit Amor.  
 Me meæ, Tandem, dixi, discede puellæ :  
 In gremio sedit protinus illa meo.  
 Nepe, Pudet, dixi. lacrymis vix illa retentis,  
 Male miseram ! jam te, dixit, amare pudet ?  
 Applicuitque suos circum mea colla lacertos :  
 Et, quæ me perdunt, oscula mille dedit.  
 Amor ; & ingenium sumtis revocatur ab armis :  
 Resque domi gestas & mea bella cano.  
 Et præ tamen sumpsi ; curâque Tragœdia nostrâ  
 Crevit : & huic operi quamlibet aptus eram.  
 Et amor, pallamque meam, pictosque cothurnos,  
 Et ceptraque privatâ tam cito sumpta manu.  
 Et tunc quoque me dominæ numen deduxit iniquæ :  
 Deque cothurnato vate triumphat Amor.  
 Quod licet, aut Artes teneri profitemur Amoris :  
 Et Hei mihi ! præceptis urgeor ipse meis)  
 Et, quod Penelopes verbis reddatur Ulyssi,  
 Describimus ; aut lacrymas, Phylli relicta, tuas.  
 Quod Paris, & Macareus, & quod male gratus Iason,  
 Hippolytique parens, Hippolytusque legant :

Quodque tenens strictum Dido miserabilis ense  
 Dicat, & Æoliæ Lesbis amica lyræ.  
 Quam celer è toto rediit meus orbe Sabinus,  
 Scriptaque diversis rettulit ille locis!  
 Gædida Penelope signum cognovit Ulyssis;  
 Legit ab Hippolyto scripta noverca suo.  
 Jam pius Æneas miseræ rescriptit Elißæ:  
 Quodque legat Phyllis, si modo vivit, habet.  
 Tristis ad Hypsipylem ab Iasone littera venit:  
 Det votam Phœbo Lesbis amata lyram.  
 Nec tibi (qua tutum vati, Macer, arma canenti)  
 Aureus in medio Marte tacetur Amor.  
 Et Paris est illic, & adultera nobile crimen;  
 Et comes extincto Laodamia viro.  
 Si bene te novi; non bella libentius istis  
 Dicis: & à vestris in mea castra redis.

Elegia XIX. *Ad rivalem, cui uxor curæ non erat.*

**S** I tibi non opus est servatâ, stulte, puellâ;  
 At mihi tac serves: quo magis ipsè velim.  
 Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit.  
 Ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.  
 Speremus pariter, pariter metuanus amantes:  
 Et faciat voto grata repulsa locum.  
 Quo mihi fortunam, quæ nunquam fallere curet?  
 Nil ego, quod nullo tempore lædat, amo.  
 Viderat hoc in me vitium versuta Corinna;  
 Quaque capi possem, callida norat opem.  
 Ah quoties sani capitis mentita dolores,  
 Cunctantem tardo jussit abire pede!  
 Ah quoties finxit culpam, quantumque libebat,  
 Infantis speciem præbuit esse, nocens!  
 Sic ubi vexarat, tepidosque resoverat igræ;  
 Rursus erat votis conus & apta meis.  
 Quas mihi blanditias, quam dulcia verba parabat  
 Oscula (Dî magni) qualia quotque dabat!  
 Tu quoque, quæ nostros rapuisti nuper ocellos,  
 Sæpe time insidias, sæpe rogata nega:  
 Et sine me ante tuos projectum in limine postes  
 Longa pruinosâ frigora nocte pati.  
 Sic mihi durat amor, longosque adolescit in usus:  
 Hoc juvat: hæc animi sunt alimenta mei.  
 Pinguis amor, nimiumque patens, in tadia nobis

ertitur ; & stomacho, dulcis ut esca, nocet.  
 unquam Danaën habuisset aënea turris ;  
 on esset Danaë de Jove facta parens.  
 servat Juno sinuatam cornibus Iö ;  
 acta est, quam fuerat, gratior illa Jovi. *(des*  
 pd licet & facile est, quisquis cupit, arbore fron-  
 arpat, & è magno flumine potet aquam.  
 ua volet regnare diu ; deludat amantem.  
 lei mihi, quod monitis torqueor ipse meis !  
 libet eveniat, nocet indulgentia nobis.  
 quod sequitur, fugio: quod fugit, usque sequor.  
 tu, formosa nimium secure puellæ,  
 ncipe jam prima claudere nocte forem.  
 spe, quis toties furtim tua limina pulset,  
 uarere: quid latent nocte silente canes.  
 ferat & referat solers ancilla tabellas:  
 ur toties vacuo secubet ipsa toro.  
 rdeat ista tuas aliquando cura medullas:  
 paque locum nostris materiamque dolis.  
 potest vacuo furari litore arenas,  
 xorem stulti si quis amare potest.  
 inque ego præmoneo; nisi tu servare puellam  
 incipis, incipiet desinere esse mea.  
 lta diuque tuli: speravi sæpe futurum,  
 cum bene servasses, ut bene verba darem.  
 ntus es, & pateris nulli patienda marito.  
 at mihi concessi finis amoris erit.  
 sicut infelix nunquam prohibebor adire?  
 Nox mihi sub nullo vindice semper erit?  
 metuam? per nulla traham suspiria somnos;  
 Nil facies, cur te jure perisse velim?  
 id mihi cum facili, quid cum lenone marito?  
 Corruptis vitio gaudia nostra tuo.  
 in alium, quem tanta juvet patientia, quartis?  
 Me tibi rivalem si juvat esse, veta.

P. OVIDII NASONIS  
AMORUM LIBER III.

*Elegia I. Deliberatio Poëtae, utrum Elegos per  
scribere, an potius Tragœdias.*

**S**Tat vetus & multos incædua silva per anni  
Credibile est illi numen inesse loco. (cs.  
Fons sacer in medio, speluncaque pumice  
Et latere ex omni dulce queruntur aves.  
Hic ego dum spatior tectus, nemoralibus umbr,  
Quod mea, quærebam, Musa moveret opus.  
Venit odoratos Elegeia nexa capillos:  
Et puto pes illi longior alter erat.  
Forma decens: vestis tenuissima, cultus amanti  
In pedibus vitium causa decoris erat.  
Venit & ingenti violenta Tragœdia passu.  
Fronte comæ torva, palla jacebat humi.  
Læva manus sceptrum late regale movebat:  
Lydius alta pedum vincla cothurnus erat.  
Et prior, *Ecquis erit, dixit, tibi finis amandi,*  
*O argumenti lente poëta tui!*  
Nequitiam vinosâ tuam convivia narrant:  
Narrant in multas compita secta vias.  
Sæpe aliquis digito vatem designat euntem;  
Atque ait, *Hic ille est, quem ferus urit Am*  
Fabula nec sentis tota jactaris in Urbe;  
Dum tua præterito facta pudore refers.  
Tempus erat thyrso pulsam graviore moveri.  
Cellatum satis est: incipe majus opus.  
Materia præmis ingenium, cane facta virorum:  
Hæc animo, dices, area digna meo est.  
Quod tenere cantent, lusit tua Musa, puellæ;  
Primaque per numeros acta juvena suos.  
Nunc habeam per te Romana Tragœdia nomen:  
Implebit leges spiritus iste meas.  
Hæc tenus: & movit pictis innexa cothurnis  
Densam cæsarie terque quaterque caput.  
Altera (si memini) limis subrisit ocellis.  
Fallor, an in dextrâ myrtea virga fuit?  
Quid gravibus verbis, animosa Tragœdia, dixit,  
Me præmis? an nunquam non gravis esse potes?

paribus tamen es numeris dignata moveri.  
 In me pugnasti versibus usâ meis.  
 In ego contulerim sublimia carmina nostris.  
 Obruit exiguas regia vestra fores.  
 In levis ; & necum levis est mea cura Cupido.  
 Non sum materiâ fortior ipsâ meâ.  
 Iusticia fit sine me lascivi mater Amoris.  
 Huic ego proveni lena comesque Deæ.  
 Nam tu non poteris duro referare cothurno ,  
 Hæc est blanditiis janua laxa meis.  
 tamen emerui plus quàm tu posse, serendo  
 Multa supercilio non patienda tuo.  
 Et me decepto didicit custode Corinna  
 Liminis adstricti sollicitare fidem ;  
 labique toro tunicâ velata recinctâ ;  
 Atque imperculos nocte movere pedes.  
 I quoties foribus duris incisâ pependi ,  
 Non verita à populo prætereunte legi !  
 Min ego me memini, dum custos sævus abiret ,  
 Ancillæ missam delituisse sinu.  
 Quid, cum me munus natali mittis ? at illa  
 Rumpit, & apposita barbara merfit aquâ ?  
 ima tuæ movi felicia semina mentis.  
 Munus habet, quod te jam petit, ista meum.  
 Desierant, cæpi : Per vos utramque rogamus ,  
 In vacuas aures verba timentis eant.  
 Altera me sceptro decoras, altoque cothurno.  
 Jam nunc contacto magnus in ore sonor.  
 Altera das nostro victurum nomen amori.  
 Ergo ades, & longis versibus adde breves.  
 Cæciguum vati concede, Tragœdia, tempus.  
 Tu labor æternus : quod petit illa, breve est.  
 Ora dedit veniam. teneri properentur amores ,  
 Dum vacat : à tergo grandius urget opus.

Elegia II. *Ad amicam, cursum equorum spectantem.*

Non ego nobilium sedeo studiosus equorum:  
 Cui tamen ipsa faves, vincat ut ille precor.  
 Et loquerer tecum veni, tecumque sederem :  
 Ne tibi non notus, quem facis, esset amor.  
 Tu cursus spectas, ego te, spectemus uterque  
 Quod juvat, atque oculos pascat uterque suos.

O, cuicumque faves, felix agitator equorum!

Ergo illi curæ contigit esse tuæ?

Hoc mihi contingat; sacro de carcere missis  
Infiltram forti mente vehendus equis.

Et modo lora dabo; modo verberare terga notabo;  
Nunc stringam metas interiore rota.

Si mihi currenti fueris conspecta, morabor:

Deque meis manibus lora remissa fluent:

Ah quam pæne Pelops Piseâ concidit hastâ,  
Dum spectat vultus, Hippodamia, tuos!

Nempe favore suæ vicit tamen ille puellæ.

Vincamus dominæ quisque favore suæ.

Quid frustra refugis? cogit nos linea jungi.

Hæc in lege loci comoda Circus habet.

Tu tamen, à dextrâ quicumque es, parce puellæ.

Contactu lateris læditur ista tui.

Tu quoq; , qui spectas post nos, tua contrahe crura,

Si pudor est: rigido nec preme terga genu.

Sed nimium dimissa jacent tibi pallia terrâ.

Collige; vel digitis en ego tollo meis.

Invida vestis eras, quæ tam bona crura tegebas:

Quoque magis spectes, Invida vestis eras.

Talia Melanion Atalantes crura fugacis

Optavit manibus sustinuisse suis.

Talia succinctæ pinguntur crura Dianæ,

Cum sequitur fortes, fortior ipsa, feras.

His ego non visis arsi. quid fiet ab istis?

In flammam flammæ, in mare fundis aquas.

Suspicio ex istis & cætera posse placere,

Quæ bene sub tenui condita veste latent.

Vis tamen interea faciles arcessere ventos,

Quos faciat nostra mota tabella manu?

An magis hic meus est animi, non aëris, æstus,

Captaque scæmineus pectora torret amor?

Dum loquor, alba levi sparsa est tibi pulvere vestis.

Sordide de niveo corpore pulvis abi.

Sed jam pompa venit. linguis animisque favete.

Tempus adest plausûs: aurea pompa venit.

Prima loco fertur passis Victoria pennis:

Huc ades; & meus hic fac, Dea, vincat amor.

Plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis.

Nil mihi cum pelago: me mea terra capit.

Plaude tuo, miles, Marti: nos odimus arma.



Juvat, & mediâ Pace repertus Amor.  
 Ausibus Phœbus, Phœbe venantibus adûc :  
 Iffices in te verte, Minerva, manus.  
 Rulokæ Cereri, teneroque adfurgite Baccho :  
 Ilucem pugiles, Castora placet eques.  
 Nobis, blanda Venus, puerisque potentibus areu  
 ludimus. inceptis annue, Diva, meis.  
 Dæ novæ mentem dominæ, patiatur amari.  
 Inuit ; & motu signa secunda dedit.  
 Quæ Dea promisit, promittas ipsa rogamus.  
 Te loquar Veneris : tu Dea major eris.  
 Perbi tot juro testes, pompamque Deorum,  
 Et dominam nobis tempus in omne peri.  
 Scendent tibi crura : potes, si forte juvabit,  
 Ancellis primos inseruisse pedes.  
 Mæma jam vacuo Prætor Spectacula Circo  
 Hedrijuges æquo carcere misit equos.  
 Clutudeas video : vincet cuicumque favēbis.  
 Quid cupias ipsi scire videntur equi.  
 Misferum ! metam spatiofo circuit orbe.  
 Quid facis ? admoto proximus axe subit.  
 Quid facis, infelix ? perdis bona vota puellæ.  
 Unde precor validâ lora sinistra manu.  
 Parvus ignavo. sed enim revocate, Quirites ;  
 Et date jactatis undique signa togis.  
 Elevocant. at, ne turbet toga mota capillos,  
 nostros abdas te licet usque sinus.  
 Jaque patent iterum referato carcere postes.  
 Volat admissis discolor agmen equis.  
 Nec saltem supera, spatioque insurge patenti.  
 Ant mea, sint dominæ sac rata vota meæ.  
 Si dominæ rata vota meæ : mea vota supersunt.  
 Ille tenet palmam : palma petenda mihi est.  
 Rr, & argutis quiddam promisit ocellis.  
 Hoc satis hic. alio cætera redde loco.

Elegia III. De amica, quæ pejeraverat.

Iffe Deos, i, crede. fidem jurata sefellit :  
 Et facies illi, quæ fuit ante, manet.  
 Cum longos habuit nondum perjura capillos,  
 Nam longos, postquam numina lussit, habet.  
 Cædida candorem roseo suffusa rubore  
 Ante stetit : niveo lucet in ore rubor.

Pes erat exiguus : pedis est artificiosa forma.

Longa decensque fuit : longa decensque metus  
Argutos habuit, radiant ut sidus, ocellos ;

Per quos mentita est perfida sæpe mihi.  
Scilicet æternò falsum jurare puellis

Di quoque concedunt ; formaque numen hæc  
Perque suos illam nuper jurasse recordor ,

Perque meos oculos ; & dolere mei.  
Dicite, Di ; si vos impune sefellerit illa ;

Alterius meritis cur ego damna tuli ?

At non invidiæ vobis Cephæia virgo est ,  
Pro male formosâ iustâ parente mori.

Non satis est , quod vos habui sine pondere testi,  
Et mecum lufos ridet inulta Deos :

Ut sua per nostram redimat perjuriam pœnam ,  
Victima deceptus decipientis ero ?

Aut sine re nomen Deus est, frustra que timetur  
Et stultâ populos credulitate movet :

Aut, si quis Deus est, teneras amat ille puellas ;  
Et nimium solas omnia posse iubet.

Nobis fatifero Mavors accingitur ense ;

Nos petit invictâ Palladis hasta manu.

Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus ;

In nos alta Jovis dextera fulmen habet.

Formosas Superi metunt offendere læsi :

Atque ultrò, quæ se non timuere, timent.

Et quisquam pia thura focis imponere curet ?

Certe plus animi debet inesse viris.

Jupiter igne suo lucos jaculatur & arces.

Missaque perjuris tela ferire vetat.

Tot merere peti. Semele miserabilis arsit :

Officio est illi pœna reperta suo :

At si venturo se subduxisset amanti,

Non pater in Baccho matris haberet onus.

Quid queror, & toti facio convicia cælo ?

Di quoque habent oculos: Di quoque pectus habent

Si Deus ipse forem ; numen sine fraude liceret

Fœmina mendaci falleret ore meum.

Ipsè ego jurarem verum jurare puellas ;

Et non de tetricis dicerer esse Deus.

Tu tamen illorum moderatius utere dono :

Aut oculis certè parce, puella, meis.

Elegia IV. *Ad virum servantem conjugem.*

Ure vir, imposito teneræ custode puellæ,  
 Nil agis. ingenio quæque tuenda suo.  
 Illa metu dempto casta est; ea denique casta est:  
 Quæ, quia non liceat, non facit; illa facit.  
 Nam servaris bene corpus; adultera mens est:  
 Nec custodiri, ni velit, illa potest.  
 Mentem servare potes, licet omnia claudas.  
 Omnibus oclusis intus adulter erit.  
 Peccare licet, peccat minus. ipsa potestas  
 Gemina nequitæ languidiora facit.  
 Ne (crede mihi) vitia irritare vetando:  
 Obssequio vincas aptius illa tuo.  
 Mi ego nuper equum, contra sua vincla tenacem,  
 Ure reluctanti fulminis ire modo.  
 Constitit, ut primum concessas sensit habenas,  
 Trænaque in effusâ laxa jacere jubâ.  
 Nimur in vetitum semper, cupimusque negata.  
 Sic interdictis imminet æger aquis.  
 Rotum fronte oculos, centum cervice gerebat  
 Argus: & hos unus sæpe fefellit Amor.  
 Et halamum Danaë saxo ferroque perennem  
 Quæ fuerat virgo tradita, mater erat.  
 Delope mansit, quanvis custode carebat,  
 Inter tot juvenes intemerata procos.  
 Quidquid servatur, cupimus magis: ipsaque furem  
 Cura vocat. pauci, quod sinit alter, amant.  
 Et facie placet illa suâ, sed amore mariti.  
 Nescio quid, quod te ceperit, esse putant. (est.  
 Da proba sit, quam vir servat, sed adultera; caræ  
 Obse timor pretium corpore majus habet.  
 Ignere licet; juvat inconcessa voluptas.  
 Quæ sola placet; Timeo, dicere si qua potest.  
 Et tamen ingenuam jus est servare puellam.  
 Sic metus externæ corpora gentis agat.  
 Sicut ut possit custos, Ego, dicere, feci,  
 In laudem servi casta sit illa tui.  
 Isticus est nimium, quem lædit adultera conjux;  
 Et notos mores non satis Urbis habet:  
 In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati  
 Romulus Iliades Iliadesque Remus.  
 Co tibi formosam, si non nisi casta placebat?

Non

Non possunt ullis ista coire modis.  
 Si sapiſ, indulge dōminæ ; vultuſque ſeveroſ  
 Exue : nec rigidi jura tenere virt.  
 Et cole , quos dederit (multoſ dabit) uxor amicoſ.  
 Gratia ſic minimo magna labore venit:  
 Sic poteris juvenum convivia ſemper inire :  
 Et, quæ non dederis, multa videre domi.

Elegia V. *Somnium. Elegia quæ ex MSS.  
 .huc revocata eſt.*

**N**Ox erat; & ſomnuſ-laſſoſ ſubmiſit ocelloſ.  
 Terruerunt animuſ talia viſa meum.  
 Colle ſub apriço celeberrimuſ ilice lucuſ  
 Stabat ; & in ramis multa latebat aviſ.  
 Area gramineo ſuberat viridiſſima prato ,  
 Uvida de guttiſ lene ſonantiſ aquæ.  
 Ipſa ſub arboreiſ vitabam frondibuſ æſtuſ :  
 Fronde ſub arborea ſed tamen æſtuſ erat.  
 Ecce, petenſ variiſ immiſtaſ floribuſ herbaſ ,  
 Conſtitit ante oculo� candida vacca meoſ.  
 Candidior nivibuſ, tunc cum cecidere recenteſ ;  
 In liquiduſ nondum quaſ mora vertit aquaſ.  
 Candidior, quod adhuc ſpumis ſtridentibuſ albet,  
 Et modo ſiccataſ, lacte, relinquit ovem.  
 Tauruſ erat comeſ huic , feliciter ille marituſ :  
 Cumque ſuâ teneram conjuge preſſit humuſ,  
 Dam jacet, & lente revocataſ ruminat herbaſ .  
 Atque iteram paſto paſcitur ante cibo ;  
 Viſuſ erat, ſomno vires adimente, ferenti  
 Cornigeram terræ depoſuiſſe caput.  
 Huc levibuſ cornix penniſ delapſa per auraſ  
 Venit ; & in viridi garrula ſedit humo.  
 Terque bovi� niveæ petulanti pectora roſtro  
 Fodit ; & albenteſ abſtulit ore jubaſ.  
 Illa læcuſ tauruſque diu cunctata relinquit.  
 Sed niger in vaccæ pectore livor erat.  
 Utque procul vidit carpenteſ pabula tauroſ ;  
 (Carpebant tauri pabula læta procul)  
 Illic ſe rapuit, gregibuſque immiſcuit illiſ;  
 Et petiit herbæ fertilioriſ humuſ.  
 Dic, age, nocturnæ, quicuſque eſ, imaginis augur,  
 (Si quid habent veri viſa quid iſta ferant.  
 Sic ego : nocturnæ ſic dixit imaginis augur;

xpendens animo singula visa suo :  
 Quin tu mobilibus foliis vitare volebas ,  
 Id male vitabas, æstus amoris erat.  
 Vra-puella tua est. aptus color ille puellæ.  
 Tu vir, & in vaccâ compare taurus eras.  
 Pro quod rostro cornix fodiebat acuto ;  
 Ingenium dominæ lena movebit anus.  
 Quod cunctata diu taurum sua vacca reliquit ;  
 Rigidus in viduo destituere toro.  
 Lur, & adverso maculæ sub pectore nigræ ;  
 Et ætus adulterii labe carere negant.  
 Derat interpres. gelido mihi sanguis ab ore  
 Rugit ; & ante oculos nox stetit alta meos.

Elegia V L. *Ad amnem, dum iter faceret  
 ad amicam.*

Mnis, arundinibus limosas obsite ripas,  
 Ad dominam propero; siste parumper aquas.  
 Tibi sunt pontes, nec quæ sine remigis ictu  
 Concava trajecto cymba rudente vehat.  
 Prius eras, memini ; nec te transire refugi :  
 Summaque vix talos contigit unda meos.  
 Nec ruis adposito nivibus de monte solutis ,  
 Nec turpi crassas gurgite volvis aquas.  
 Quod properasse juvat ? quid parca dedisse quieti  
 Tempora ? quid nocti conseruisse diem ?  
 Si tamen hic standum ; si non datur artibus ullis  
 Alterior nostro ripa premenda pedi ?  
 Nec ego, quas habuit pennas Danaëus heros ,  
 Terribili densum cum tulit angue caput ;  
 Nec opto currum ; de quo Cerealia prima  
 Minerva venerunt in rude missa solum.  
 Religiosa loquor veterum mendacia vatum.  
 Nec tulit hæc, nec fert, nec feret ulla dies.  
 Totius, ripis effuse capacibus amnis ,  
 Sic æternus eas ; labere sine tuo.  
 Noveris invidiæ, torrens (michi crede), ferendæ ;  
 Nec dicar per te forte retentus amans.  
 Minerva deberent juvenes in amore juvare :  
 Minerva senserunt ipsa, quid esset amor.  
 Ithacus in Melie Bithynide pallidus isse  
 Scitur, & gelidis incaluisse vadis.  
 Num Trojæ fuit lustris oblecta duobus,

Cum

Cum rapuit vultus, Xanthe, Neera tuos.  
 Quid? non Alpheon diversis currere terris  
 Virginis Arcadiæ certus adegit amor?  
 Te quoque promissam Xantho, Penæ, Creüsam  
 Phthiorum terris oculuisse ferunt.  
 Quid referam Aïopon, quem cepit Martia Thebe,  
 Natarum Thebe quinque futura parens?  
 Cornua si tua nunc ubi sint, Acheloë, requiram;  
 Herculis iratâ fracta querere manu.  
 Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti;  
 Una tamen tanti Deïanira fuit.  
 Ille fluens dives septena per ostia Nilus,  
 Qui patriam tantæ tam bene celat aquæ,  
 Fertur in Evadne collectam Aïopide flammam  
 Vincere gurgitibus non potuisse suis.  
 Siceus ut amplecti Salmonida posset Enipeus;  
 Cedere iussit aquam: iussa recessit aqua.  
 Nec te prætereo, qui per cava saxa volutans  
 Tiburis Argæi pomifer arva rigas.  
 Ilia cui placuit, quamvis erat horrida cultu,  
 Ungue notata comas, ungue notata genas.  
 Illa, gemens patriuque nefas delictaque Martis,  
 Errabat nudo per loca sola pede.  
 Hanc amnis rapidis animosus vidit ab undis:  
 Raucaque de medijs sustulit ora vadis:  
 Atque ita, Quid nostras, inquit, teris anxia ripas,  
 Ilia ab Idæo Laomedonte genus?  
 Quo cultus abiere tui? quid sola vagaris?  
 Virta nec evinctas impedit alba comas?  
 Quid fles, & madidos lacrymis corrumpis ocellos?  
 Pectoraque insanâ plangis aperta manu?  
 Ille habet & silices, & vivum in pectore ferrum,  
 Qui tenero lacrymas lentus in ore videt.  
 Ilia, pone metus; tibi regia nostra patebit:  
 Teque colent amnes. Ilia, pone metus.  
 Tu centum, aut plures, inter dominabere Nymphas:  
 Nam centum, aut plures flumina nostra tenent.  
 Ne me sperne, precor, tantum, Trojana propago:  
 Munera promissis uberiora feres.  
 Dixerat. illa oculos in humum dejecta modestos  
 Spargebat tepidos flebilis imbre sinus.  
 Ter molita fugam, ter ad altas restitit undas,  
 Currendi vires eripiente meta.

eramen scindens inimico pollice crinem ,  
 Edidit indignos ore tremente sonos ;  
 nam mea lecta forent, patrioque sepulcro  
 condita, dum poterant virginis ossa legi !  
 modo Vestalis tædas invitor ad ullas  
 arpis, & Iliacis inficienda focis ?  
 timor? en digitis designor adultera vulgi.  
 sit famosus, qui noter ora, pudor.  
 lænus ; & vestem tumidis prætendit ocellis :  
 que ita se in rapidas perdita misit aquas.  
 usuisse manus ad pectora lubricus amnis  
 citur ; & focii jura dedisse tori.  
 eoque credibile est aliquâ caluisse puellâ :  
 nemora & silvæ crimina vestra tegunt.  
 loquor, increvit latis spatiosius undis ,  
 c capit admissas alveus altus aquas.  
 mecum, furiose, tibi ? quid mutua differs  
 udia ? quid cæptum, rustice, rumpis iter ?  
 is, si legitimum flueres, si nobile flumen ?  
 tibi per terras maxima fama foret ?  
 en habes nullum, rivis collecte caducis ;  
 c tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.  
 as habes instar pluviamque nivesque solutas ;  
 as tibi divitias pigra ministrat hyems.  
 utulentus agis brumali tempore cursus :  
 t premis arentem pulverulentus humum.  
 te tum potuit sitiens haurire viator ?  
 is gratâ dixit voce, Perennis eas ?  
 nosus pecori curris, damnosior agris.  
 rsitan hæc alios ; me mea damna movent.  
 Hæc ego væ demens narrabam fluminum amores ?  
 Stasse indigno nomina tanta pudet.  
 No quid spectans, Acheloon & Inachon amnes,  
 potui nomen, Nile, referre tuum.  
 Abi pro meritis opto, non candide torrens ,  
 nt rapidi soles, siccaque semper hyems.  
 legia VII. *Quod ab amica receptus, cum ea  
 coire non potuerit, conqueritur.*  
 T non formosa est, at non bene culta puella ;  
 At, puto, non votis sæpe petita meis !  
 Ec tamen in nullos tenui male languidas usus,  
 sed jacui pigro crimen onusque toro.

Nec potui cupiens, pariter cupiente puellâ ,  
 Inguinis eifœcti parte juvante frui.  
 Illa quidem nostro subjecit eburnea collo  
 Brachia, Sithoniâ candidiora nive :  
 Osculaque inferuit cupidæ luctantia linguæ :  
 Lascivum femori suppositumque semur.  
**Et** mihi blanditias dixit, Dominumque vocavit :  
 Et quæ præterea publica verba juvant.  
 Tacta tamen veluti gelidâ mea membra cicutâ ,  
 Segnia propositum destituere suum.  
 Truncus iners jacui, species, & inutile signum :  
 Nec satis exactum est, corpus an umbra forem  
 Quæ mihi ventura est (siquidem ventura) senectus  
 Cum desit numeris ipsa juvena suis ?  
**Ah** pudet annorum! quo me juvenemq; virumque  
 Nec juvenem nec me sensit amica virum ?  
 Sic flammæ aditura piæ æterna sacerdos  
 Surgit, & à caro fratre verenda soror.  
**At** nuper bis flava Chlide, ter candida Pitho ,  
 Ter Libas officio continuata meo.  
 Exigere à nobis angustâ nocte Corinnam ,  
 Me memini numeros sustinuisse novem.  
 Num mea Thessalico languent devota veneno  
 Corpora ? num misero carmen & herba nocent ?  
 Sagavæ Pœniceâ defixit nomina cerâ ,  
 Et medium tenues in jecur egit acus ?  
 Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam :  
 Deficiunt læsæ carnine fontis aquæ ,  
 Illicibus glandes, cantataque vitibus uva  
 Decidit ; & nullo pomâ movente fluunt.  
 Quid vetat & nervos magicas torpere per artea ?  
 Forsitan impatiens sit latus inde meum.  
**Huc** pudor accessit : facti pudor ipse nocebat .  
 Ille fuit vitii causâ secunda mei.  
**At** qualem vidi tantum tetigique puellam ,  
 Sic etiam tunicâ tangitur ipsa suâ.  
 Illius ad tactum Pylius juvenescere possit ,  
 Tichonosque annis fortior esse suis.  
**Hæc** mihi contigerat ; sed vir non contigit illi.  
 Quas nunc concipiam per nova vota preces ?  
 Credo etiam magnos, quo sum tam turpiter usus ,  
 Muneris oblati prænituisse Deos.  
**Optabam** certe recipi ; sum uempe receptus :



scula ferre ; tuli : proximus esse ; fui.

Quid mihi fortunæ tantum ? quo regna sine usu ?  
Quid nisi possedi dives avarus opes ?

Sicret mediis taciti vulgator in undis ;  
Somaque, quæ nullo tempore tangat, habet.

At nerâ quisquam sic surgit mane puellâ,  
rotinus ut sanctos possit adire Deos.

Sic non blanda, puto, non optima perdidit in me  
scula : non omni sollicitavit ope.

Id graves potuit quercus, adamantaque durum,  
Iurdaque blanditiis saxa movere suis.

Idna movere fuit certe vivosque virosque.  
Sed neque tum vixi ; nec vir, ut ante, fui.

Quid juvet, ad surdas si cantet Phœmius aures ?  
Quid miserum Thamyran picta tabella juvet ?

Aquæ non tacita formavi gaudia mente !  
Quos ego non finxi disposuique modos !

Idtra ramen jacuere, velut præmortua, membra  
Iurpiter, hesternâ languidiora rosâ.

Id nunc ecce rigent intempestiva valentque :  
Iunc opus exposcunt, militiamque suam.

Idn istac pudibunda jaces, pars pessima nostri ?  
Idic sum pollicitis captus & ante tuis.

Iddominam fallis : per te deprensus inermis  
Idristia cum magno damna pudore tuli.

Idnc etiam non est mea dedignata puella  
Idolliter admota sollicitare manu.

Idpostquam nullas consurgere posse per artes,  
Idnmemoremque sui procubuisse videt ;

Idid me ludis, ait ? quis te, male sane, jubebat  
Idn vitum nostro ponere membra toro ?

Idat te trajectis Ætæa venefica lanis  
IdDevovet : aut alio lassus amore venis.

Idnc mora : desluit tunicâ velata recinctâ :  
Idet decuit nudos proripuisse pedes.

Idve suæ possent intactam scire ministræ ;  
IdDedecus hoc sumtâ dissimulavit aquâ.

Idgia VIII. *Quod ab amica non recipiatur, dolet.*

IdT quisquam ingenuas etiamnum suspicit artes,  
IdAut tenerum dotes carmen habere putat ?

Idpenium quondam fuerat pretiosus auro :  
IdAt nuas barbaries grandis, habere nihil.

Cum pulchrè nostri dominæ placuere libelli ;  
Quo licuit libris, non licet ire mihi.

Cum bene laudavit, laudato janua clausa est.  
Turpiter huc illuc ingeniosus eo.

Ecce recens dives, parto per vulnera censu,  
Præfertur nobis sanguine pastus eques.

Hanc potes amplecti formolis, vita, lacertis ?  
Hujus in amplexus, vita, jacere potes ?

Si nescis, galeam caput hoc portare solebat:  
Ense latus cinctum, quod tibi servit, erat.

Læva manus, cui nunc serum male convenit aurum,  
Scuta tulit. dextram tange, cruenta fuit.

Qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram  
Heu ! ubi mollities pectoris illa tui ?

Cerne cicatrices veteris vestigia pugnæ.  
Quæsitum est illi corpore, quidquid habet.

Forfitan &, quoties hominem jugulaverit, illo  
Indicet. hoc fassas tangis, avara, manus ?

Ille ego Musarum purus Phœbique sacerdos  
Ad rigidas canto carmen inane fores.

Discite, qui sapitis, non quæ nos scimus inertes,  
Sed trepidas acies, & fera castra sequi :

Proque bono versu primum deducite pilum.  
Hoc tibi, si velles, posset, Homere, dari.

Jupiter, admonitus nihil esse potentius auro,  
Corruptæ pretium virginis ipse fuit.

Dum merces aberat ; durus pater, ipsa severa,  
Ærati postes, ferrea turris erat :

Sed postquam sapiens in munera venit adulter ;  
Præbuit ipsa sinus : &, dare jussa, dedit.

At cum regna senex cæli Saturnus haberet ;  
Omne lucrum tenebris alta premebat humus.

Æraque & argentum, cumque auro pondera ferri  
Manibus admorat : nullaque massa fuit.

At meliora dabat ; curvo sine vomere fruges,  
Pomaque, & in quercu mella reperta cavâ.

Nec valido quisquam terras findebat aratro :  
Signabat nullo limite mensor humum.

Non freta dimissi verrebant eruta remi,  
Ultima mortali tum via littus erat.

Contra te sollers, hominum Natura, fuisti ;  
Et nimium damnis ingeniosa tuis.

Quo tibi turritis incingere mœnibus urbes ?

o tibi discordes addere in arma manus?  
 tibi cum pelago? terra contenta fuisses.  
 r non & cælum tertia regna petis?  
 licet, affectas cælum quoque. templa Quirinus,  
 er, & Alcides, & modo Cæsar, habent.  
 nus terrâ solidum pro frugibus aurum.  
 fidet inventas sanguine miles opes.  
 pauperibus clausa est: dat census honores.  
 e gravis iudex; inde severus eques.  
 a possideant: illis Campusque Forumque  
 viat. hi pacem crudaque bella gerant.  
 m ne nostros avidi liceantur amores:  
 aris est, aliquid pauperis esse sinant.  
 tunc, exæquet tetricas licet illa Sabinas,  
 berat ut captæ, qui dare multa potest.  
 e prohibet custos: in me timet illa maritum.  
 Sederim, totâ cedit uterque domo.  
 neglecti quisquam Deus ultor amantis,  
 m male quæstas pulvere mutet opes!

Elegia I X. *Tibulli mortem deflet.*

Emnona si mater, mater ploravit Achillem,  
 Et tangunt magnas tristia fata Deas;  
 is indignos, Elegia, solve capillos.  
 nimis ex vero nunc tibi nomen erit!  
 i vates operis, tua fama Tibullus  
 let in extructo corpus inane rogo.  
 puer Veneris fert everfamque pharetram,  
 tractos arcus, & sine luce facem.  
 ste, demissis ut eat miserabilis alis;  
 toraque infestâ tundat aperta manu.  
 xiunt sparsi lacrymas per colla capilli,  
 que singultu concutiente sonant.  
 ras in Æneæ sic illum funere dicunt  
 Effum tectis, pulcher Iule, tuis.  
 esinus est confusa Venus moriente Tibullo,  
 Cum juveni rupit cum ferus inguen aper.  
 tri vates, & Divûm cura vocamur:  
 Et etiam, qui nos numen habere putent.  
 sicut omne sacrum mors importuna profanat:  
 quibus obscuras injicit illa manus.  
 ubater Isinatio, quid mater profuit, Orpheo?  
 Omne quid victas obstupuisse feras?

Ælinon in silvis idem pater, Ælinon, altis  
 Dicitur invitâ concinuisse lyrâ.  
 Adjice Mæoniden, à quo, ceu fonte perenni,  
 Vatum Piëriis ora rigantur aquis;  
 Hunc quoque summa dies nigro submesit Averno.  
 Diffugiunt avidos carmina sola rogos.  
 Durat opus vatum Trojani fama laboris,  
 Tarda que nocturno tela retexta dolo.  
 Sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebunt;  
 Altera cura recens, altera primus amor.  
 Quid vos sacra juvant? quid nunc Ægyptia profunt  
 Sisfra? quid in vacuo secubuisse toro?  
 Cum rapiant mala fata bonos (ignoscite fasso),  
 Sollicitor nullos esse putare Deos.  
 Vive pius; moriere pius. cole sacra; colentem  
 Mors gravis à templis in cava busta trahet.  
 Carminibus confide bonis. jacet ecce Tibullus.  
 Vix manet è tanto parva quod urna capit.  
 Tene, facer Vates, flammæ rapuere rogales;  
 Pectoribus pasci nec timuere tuis?  
 Aurea sanctorum potuissent templa Deorum  
 Urere, quæ tantum sustinere nefas.  
 Avertit vultus Erycis quæ possidet arces.  
 Sunt quoque, qui lacrymas continuissè negent.  
 Sed tamen hoc melius, quam si Phœacia tellus  
 Ignotum vili supposuisset humo.  
 Hinc certè madidos fugientis pressit ocellos  
 Mater; & in cineres ultima dona tulit:  
 Hinc soror in partem misera cum matre doloris  
 Venit, inornatas dilaniata comas.  
 Cumque tuis sua junxerunt Nemesisque priorque  
 Oscula: nec solos destituère rogos.  
 Delia discedens, Felicius, inquit, amata  
 Sum tibi: vixisti, dum tuus ignis eram.  
 Cui Nemesis, Quid, ait, tibi sint mea damna dolori?  
 Me tenuit moriens deficiente manu.  
 Si tamen è nobis aliquid, nisi nomen & umbra,  
 Restat; in Elysiâ valle Tibullus erit.  
 Obvius huic venias hedera juvenilia cinctus  
 Tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.  
 Tu quoque (si falsum temerati crimen amici)  
 Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.  
 His comes umbra tua est; si quid modo corporis  
 umbra est.

axisti numeros, calce Tibulle, pios.  
 Quæta, precor, tutâ requiescite in urnâ :  
 sit humus cineri non onerosa tuo.  
 Ista X. *Ad Cererem, conquerens quod ejus sacris  
 cum amica concumbere non permittatur.*  
 Nnua venerunt Cerealis tempora sacri.  
 Secubat in vacuo sola puella toro.  
 Ceres, tenues spicis redimita capillos,  
 ut inhihes sacris commoda nostra tuis ?  
 Dea, munificam gentes ubicunque loquuntur :  
 nec minus humanis invidet ulla bonis.  
 At nec hirsuti torrebant farra coloni :  
 nec notum terris area nomen erat.  
 Sæ glandem quercus oracula prima ferebant.  
 hæc erat, & teneri cespitis herba cibus.  
 Ista Ceres docuit turgescere semen in agris ;  
 hæc coloratas subsecuitque comas.  
 Ista jugo tauros supponere colla coëgit ;  
 veterem curvo dente revellit humum.  
 Hæc quisquam lacrymis lætari credit amantum,  
 bene tormentis secubituque coli ?  
 Næ tamen est (quamvis agros amet illa feraces)  
 iustica : nec viduum pectus amoris habet.  
 Ceres erunt testes ; nec fingunt omnia Cretes :  
 Cretes, nutrito terra superba Jove.  
 Ista sideream qui mundi temperat arcem,  
 æquus tenero lac bibit ore puer.  
 Ista fides testi : testis laudatur alumno.  
 Ista iuram Cererem crimina nota puto.  
 Verat Iassium Cretæâ Diva sub Idâ  
 gentem certa terga ferina manu.  
 Verat, & ut teneræ flammæ rapere medullæ  
 hinc pudor, ex alia parte trahebat amor).  
 Verat amore pudor. sulcos arere videres,  
 : fata cum minima parte redire sui.  
 Ceres bene jactati pulsarant arva ligones,  
 superat & duram vomer aduncus humum,  
 Sænaque in latos ierant æqualiter agros ;  
 iusta decepti vota colentis erant.  
 Dea potens frugum silvis cessabat in altis :  
 deciderant longæ spicæ ferta comæ.  
 Sæ fuit Crete fœcundo fertilis anno.

Omnia, quæ tulerat se Dea, messis erant.  
 Ipse locus nemorum canebat frugibus Ide,  
 Et ferus in silvâ farra metebat aper.  
 Optavit Minos similes sibi legifer annos:  
 Optavit Cereris longus ut esset amor.  
 Quod tibi secubitus tristes, Dea flava, fuissent;  
 Hoc cogor sacris nunc ego ferre tuis.  
 Cur ego sim tristis; cum sit tibi nata reperta;  
 Regnaque quam Juno sorte minore regat!  
 Festa dies, Veneremque vocat, cantusque merumque  
 Hæc decet ad dominos munera ferre Deos.

Elegia XI. *Ad amicam, à cuius amore discedere non potest.*

Multa diuque tuli: vitiis patientia victa est.  
 Cede fatigato pectore, turpis Amor.  
 Scilicet asserui jam me, fugique catenas:  
 Et quæ depuduit ferre, tulisse pudet.  
 Vicimus; & domitum pedibus calcamus Amorem.  
 Venerunt capiti cornua fera meo.  
 Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim.  
 Sæpe tulit lassus succus amarus opem.  
 Ergo ego sustinui, foribus tam sæpe repulsus,  
 Ingenuum durâ ponere corpus humo.  
 Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas,  
 Excubui clausam, servus ut, ante domum.  
 Vidi, cum foribus lassus prodiret amator,  
 Invalidum referens emeritumque latus.  
 Hoc tamen est levius, quam quod sum visus ab illo.  
 Eveniat nostris hostibus ille pudor.  
 Quando ego non fixus lateri spatiantis adhæsi,  
 Ipse tuus custos; ipse vir, ipse comes?  
 Scilicet & populo per me comitata placebas.  
 Causa fuit multis nocet amoris amor.  
 Turpia quid referam vanæ mendacia linguæ,  
 Et perjuratos in mea damna Deos?  
 Quid juvenum tacitos inter convivia nutus,  
 Verbaque compositis dissimulata notis?  
 Dictæ erat ægra mihi: præceps amensque cucurri.  
 Veni; & rivali non erat ægra meo.  
 His, & quæ taceo, duravi sæpe ferendis.  
 Quære dñum, pro me qui queat ista pati.  
 Jam mea votivâ puppis redimta coronâ

Læta tumescentes æquoris audit aquas.  
 Desine blanditias & verba potentia quondam  
 Perdere. non ego sum stultus, ut ante fui.  
 Luctantur, pectusque leve in contraria tendunt,  
 Hac amor, hac odium: sed, puto, vincit amor.  
 Odero, si potero: si non, invitus amabo.  
 Nec juga taurus amat: quæ tamen odit, habet.]  
 Nequitiam fugio: fugientem forma reducit.  
 Aversor morum crimina: corpus amo.  
 Sic ego nec sine te, nec tecum vivere possum:  
 Et videor voti nescius esse mei. (Iam.  
 Aut formosa fores minus, aut minus improba, vel-  
 Non facit ad mores tam bona forma malos.  
 Facta movent odium; facies exorat amorem.  
 Me miserum! vitium plus valet illa suis.  
 Parce, per ò lecti socialia jura, per omnes  
 (Qui dent fallendos se tibi sæpe) Deos,  
 Perque tuam faciem magni mihi numinis instar,  
 Perque tuos oculos, qui rapuere meos;  
 Quidquid eris, mea semper eris. tu selige tantum,  
 Me quoque velle velis, anne coactus amem?  
 Ante dem potius, ventisque ferentibus utar;  
 Ut quamvis nolim, cogar amare tamen.

Elegia XII. *Dolet amicam suam ita suis carminibus innotuisse, ut rivales multos sibi pararit.*

Quis fuit ille dies, quo tristitia semper amanti  
 Omnia non albæ concinuistis aves?  
 Quodve putem sidus nostris occurrere fatis?  
 Quosve Deos in me bella movere querar?  
 Quæ modo dicta mea est, quam cœpi solus amare,  
 Cum multis vereor ne sit habenda mihi.  
 Callimur? an nostris innotuit illa libellis?  
 Sic erat: ingenio prostitit illa meo.  
 Merito. quid enim formæ præconia feci?  
 Vendibilis culpâ facta puella meâ est.  
 Ne lenone placet. duce me perductus amator.  
 Janua per nostras est ad aperta manus.  
 In profant, dubium; nocuerunt carmina certè.  
 Invidiæ nostris illa fuere bonis.  
 Num Thebæ, cum Troja forent, cum Cæsaris acta;  
 Ingenium movit sola Corinna meum.  
 Perferis utinam tetigissem carmina Musis;

Phœbus & ceptum destituisse opus !  
 Nec tamen, ut testes mos est audire poëtas ,  
 Malueram verbis pondus abesse meis.  
 Per nos Scylla patri canos furata capillos  
 Pube premit rabidos inguinibusque canes.  
 Nos pedibus pennas dedimus, nos crinibus angues,  
 Victor Abantiades alite fertur equo.  
 Iidem per spatium Tityon porreximus ingens :  
 Et tria vipereo fecimus ora cani.  
 Fecimus Enceladum jaculantem mille lacertis ;  
 Ambigux captos virginis ore viros.  
 Æolios Ithacis inclusimus utribus Euros :  
 Proditor in medio Tantalus amne sitit.  
 De Niobe silicem, de virgine fecimus ursam :  
 Concinit Odrysium Cecropis ales Ityn.  
 Jupiter aut in aves, aut se transformat in aurum :  
 Aut secat imposita virgine taurus aquas.  
 Protea quid referam , Thebanaque semina dentes ?  
 Qui vomerent flammæ ore, fuisse boves ?  
 Flere genis electra tuas, auriga, sorores ?  
 Quæque rates fuerint, nunc maris esse Deas ?  
 Aversumque diem mensis furialibus Atrei ?  
 Duraque percussam saxa secuta lyram ?  
 Exit in immensum fœcunda licentia vatum :  
 Obligat historica nec sua verba fide.  
 Et mea debuerat falso laudata videri  
 Fœmina. crudelitas nunc mihi vestra nocet.

Elegia XIII. De Junonis Fæsto.

**C**Um mihi pomiferis conjux foret orta Phaliscis:  
 Mœnia contigimus victa, Camille, tibi.  
 Casta sacerdotes Junoni festa parabant  
 Per celebres ludos, indigenamque bovem.  
 Grande moræ pretium, ritus cognoscere, quamvis  
 Difficilis clivis huc via præbet iter.  
 Stat vetus, & densa prænubilus arbore lucus.  
 Aspice; concedas numen inesse loco.  
 Accipit ara preces, votivaque thura piorum ;  
 Ara per antiquas facta sine arte manus.  
 Hinc ubi præsonuit sollenni tibi cantu ;  
 It per velatas annua pompa vias.  
 Ducuntur nivæ populo plaudente juvenæ ,  
 Quas aluit campis herba Phalisca suis :



Et virali nondum metuendâ fronte minaces ;  
 Et minor ex humili victima porcus harâ :  
 Duxque gregis cornu per tempora dura recurvo.  
 Invisâ est dominæ sola capella Deæ.  
 Illius indicio silvis inventa sub altis  
 Dicitur inceptam destituisse fugam.  
 Nunc quoque per pueros jaculis incessitur index ;  
 Et pretium auctori vulneris ipsâ datur.  
 Qua ventura Dea est, juvenes timidæque puellæ  
 Prævertunt latas veste jacente vias.  
 Virginei cines auro gemmaque premuntur :  
 Et tegit auro pallas palla superba pedes.  
 More patrum Graio velatæ vestibus albis  
 Tradita supposito vertice sacra ferunt.  
 Ore favent populi, tunc cum venit aurea pompa :  
 Ipsâ sacerdotum subsequiturque suas.  
 Argiva est pompæ facies. Agamemnone casô  
 Et scelus & patrias fugit Hælesus opes.  
 Jamque pererratis profugis terraque fretoque  
 Mœnia felici condidit alta manu.  
 Ille suos docuit Junonia sacra Phaliscos.  
 Sint mihi, sint populo semper amica suo.

Elegia XIV. *Ad amicam, si peccatura est,  
 ut occulte peccet.*

**N**on ego, ne pecces, cum sis formosa, recuso ;  
 Sed ne sit misero scire necesse mihi.  
 Nec te nostra jubet fieri censura pudicam :  
 Sed tantum, tentes dissimulare, rogat.  
 Non peccat, quæcunque potest peccasse negare :  
 Solaque famosam culpa professa facit.  
 Quis furor est, quæ nocte latent, sub luce fateri ?  
 Et quæ clam fatias, facta referre palam ?  
 Ignoto meretrix corpus junctura Quiriti  
 Appositâ populum submovet ante ferâ.  
 Tu tua prostitues famæ peccata sinistrae ;  
 Committis perages indiciumque tui ?  
 Sit tibi mens melior, saltemve imitere pudicas ;  
 Teque probam, quamvis non eris, esse putem.  
 Quæ facis, hæc facito ; tantum fecisse negato :  
 Nec pudeat coram verba modesta loqui.  
 Est qui nequitiam locus exigat. omnibus illum  
 Deliciis imple. stet procul inde pudor.

Hinc

Hinc simul exieris ; lascivia protinus omnis  
Abstet : & in lecto crimina pone tuo.

Illic nec tunicam tibi sit posuisse rubori ;  
Nec femori impositum sustinuisse femur :

Illic purpureis condatur lingua labellis ;  
Inque modos Venerem mille figuret amor.

Illic nec voces, nec verba iuuantia cessent :  
Spondaque lascivâ mobilitate tremat.

Indue cum tunicis metuentem crimina vultum ;  
Et pudor obscœnum diffiteatur opus.

Da populo, da verba mihi : sine nescius errem ;  
Et liceat stultâ crudelitate frui.

Cur toties video mitti recipique tabellas ?

Cur pressus prior est interiorque torus ?

Cur plus, quam somno, turbatos esse capillos ;  
Collaque conspicui dentis habere notam ?

Tantum non oculos crimen deducis ad ipsos.  
Si dubitas famæ parcere ; parce mihi.

Mens abit, & mœrior ; quoties peccasse fateris :  
Perque meos artus frigida gutta fluit.

Tunc amo: tunc odi frustra, quod amare necesse est:  
Tunc ego, sed tecum, mortuus esse velim.

Nil equidem inquiram ; nec, quæ celare parabis,  
Insequar : & falsi criminis instar erit.

Si tamen in mediâ deprensâ tenebere culpâ,  
Et fuerint oculis probra videnda meis ;

Quæ bene visa mihi fuerint, bene visa negato.  
Concedent verbis lumina nostra tuis.

Prona tibi vinci cupientem vincere palma est.  
Sit modo, Non feci, dicere lingua memor.

Cum tibi contingat verbis superare duobus ;  
Et, si non causâ, iudice vince tuo.

Elegia XV. *Ad Venerem, quod elegis finem  
imponat.*

**Q**Uære novum vatem, tenerorum mater Amorû.  
Raditur hîc Elegis ultima meta meis ;

Quos ego composui Peligni ruris alumnus :  
Nec me deliciæ dedecere meæ.

Si quid id est, usque à proavis vetus ordinis hæres,  
Non modo militiæ turbine factus eques.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo :  
Pelignæ dicar gloria gentis ego.

Quam sua libertas ad honesta coegerat arma,  
 Cum timuit socias anxia Roma manus.  
 Atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi  
 Mœnia, qua campi jugera pauca tenent;  
 Quæ tantum, dicet, potuistis ferre poetam,  
 Quantulacunque estis, vos ego magna voco.  
 Culte puer, puerique parens Amathusia culti,  
 Aurea de campo vellite signa meo.  
 Corniger increpuit thyrso graviore Lyæus:  
 Pullanda est magnis area major equis.  
 Imbelles Elegi, genialis Musa, valete;  
 Post mea mansurum fata superstes opus.

P. OVIDII NASONIS  
 SULMONENSIS  
 ARTIS AMATORIÆ  
 LIBER I.

**S**I quis in hoc artem populo non novit amandi;  
 Me legat: & lecto carmine doctus amet.  
 Arte citæ veloque rates remoque moventur:  
 Arte leves currus, arte regendus Amor.  
 Curribus Automedon lentisq; erat aptus habenis:  
 Tiphys in Hæmoniâ puppe magister erat.  
 Te Venus artificem tenero præfecit Amori.  
 Tiphys & Automedon dicar Amoris ego.  
 Ille quidem ferus est, & qui mihi sæpe repugnet.  
 Sed puer est; ætas mollis & apta regi.  
 Phillyrides puerum citharâ perfecit Achillem;  
 Atque animos placidâ contudit arte feros.  
 Qui toties socios, toties exterruit hostes;  
 Creditur annosum pertimuisse senem.  
 Quas Hector sensurus erat, poscente magistro,  
 Verberibus iussas præbuit ille manus.  
 Eacidæ Chiron, ego sum præceptor Amoris.  
 Sævus uterque puer: natus uterque Deâ.  
 Sed tamen & tauri cervix oneratur aratro;  
 Frænaque magnanimi dente teruntur equi.  
 Ut mihi cedit Amor: quamvis mea vulneret arcu  
 Pectora, jactatas excutiatque faces.  
 Quo me fixit Amor, quo me violentius ussit;

Hoc melior facti vulneris ultor ero.  
 Non ego, Phœbe, datas à te mihi mentiar artes :  
 Nec nos æriæ voce monemur avis :  
 Nec mihi sunt visæ Clio Cliusque sorores ,  
 Servanti pecudes vallibus, Asæra, tuis.  
 Usus opus movet hoc. vati parete perito.  
 Vera canam. cœptis, mater Amoris, ades.  
 Este procul vittæ tenues, insigne pudoris ;  
 Quæque regis medios, insita longa, pedes.  
 Nos Venerem tutam concessaque furta canemus :  
 Inque meo nullum carmine crimen erit.  
 Principio, quod amare velis, reperire labora ,  
 Qui nova nunc primum miles in arma venis.  
 Proximus huic labor est, placitam exorare puellam  
 Tertius, ut longo tempore duret amor.  
 Hic modus : hæc nostro signabitur area curru :  
 Hæc erit admissa meta terenda rota.  
 Dum licet, & loris passim potes ire solutis ;  
 Elige cui dicas, Tu mihi sola places.  
 Hæc tibi non tenues veniet delapsa per auras.  
 Quærenda est oculis apta puella tuis.  
 Scit bene venator, cervis nbi retia tendat :  
 Scit bene, qua frendens valle moretur aper.  
 Aucupibus noti frutices. qui sustinet hamos ,  
 Novit quæ multo pisce natentur aquæ.  
 Tu quoque, materiam longo qui quæris amori ,  
 Ante frequens quo sit disce puella loco.  
 Non ego quærentem vento dare vela jubebo :  
 Nec tibi, ut invenias, longa terenda via est.  
 Andromedan Perseus nigris portarit ab Indis ,  
 Raptaque sit Phrygio Graia puella viro.  
 Tot tibi tamque dabit formosas Roma puellas ;  
 Hæc habet, ut dicas, quidquid in orbe fuit. (mos  
 Gargara quot segetes, quot habet Methymna race  
 Æquore quot pisces, fronde teguntur aves ;  
 [Quot cælum stellas, tot habet tua Roma puellas  
 Mater & Æneæ constat in urbe sui.]  
 Seu caperis primis & adhuc crescentibus annis ;  
 Ante oculos veniet vera puella tuos :  
 Sive cupis juvenem ; juvenes tibi mille placebunt  
 Cogêris voti nescius esse tui.  
 Seu te forte juvat sera & sapientior ætas ;  
 Hæc quoque (crede mihi, plenius agmen erit.

Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra ,  
 Cum sol Herculei terga leonis adit :  
 Aut ubi muneribus nati sua munera mater  
 Addidit, externo marmore dives opus.  
 Nec tibi vitetur, quæ priscis sparsa tabellis  
 Porticus auctoris Livia nomen habet.  
 Quaque parare necem miseris patruelibus ausæ  
 Belides, & stricto stat ferus ense pater.  
 Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis ;  
 Cultaque Judæo septima sacra Syro.  
 Neu fuge linigeræ Memphitica templa juvenæ.  
 Multas illa facit, quod fuit ipsa Jovi.  
 Et fora conveniunt (quis credere possit?) amoris ;  
 Flammaque in arguto sæpe reperta foro.  
 Subdita qua Veneris facto de marmore templo  
 Appias expressis aëra pulsat aquis.  
 Illo sæpe loco capitur consultus Amori :  
 Quique aliis cavet, non cavet ipse sibi.  
 Illo sæpe loco desunt sua verba disertis :  
 Resque novæ veniunt, causaque agenda sui est.  
 Hunc Venus è templis, quæ sunt confinia, ridet.  
 Qui modo patronus, nunc cupit esse cliens.  
 Sed tu præcipue curvis venare theatris.  
 Hæc loca sunt voto fertiliora tuo.  
 Illic invenies, quod ames, quod ludere possis,  
 Quodque semel tangas, quodque tenere velis.  
 It redit itq; frequens longum formica per agmen,  
 Granifero solitum cum vehit ore cibum ;  
 Aut ut apes, saltusque suos & olentia nactæ  
 Pascua, per flores & thyma summa volant ;  
 Sic ruit ad celebres cultissima fœmina ludos.  
 Copia judicium sæpe morata meum.  
 Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ.  
 Ille locus casti damna pudoris habet.  
 Primus sollicitos fecisti, Romule, ludos :  
 Cum jovit viduos rapta Sabina viros.  
 Hunc neque marmoreo pendebant vela teatro ;  
 Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.  
 Illic, quas tulerant nemorosa Palatia, frondes  
 Simpliciter positæ; scena sine arte fuit.  
 In gradibus sedit populus de cespite factis,  
 Qualibet hirsutas fronde tegente comas.  
 Respiciunt, oculisque notant sibi quisque puellam,  
 Quam.

Quam velit : & tacito pectore multa movent.  
 Dumque, rudem præbente inodum tibicine Thusco,  
 Ludius æquatam ter pede pulsât humum ;  
 In medio plausu (plausus tunc arte carebat)  
 Rex populo prædæ signa petenda dedit.  
 Protinus exiliunt, animum clamore fatentes :  
 Virginibus cupidas injiciuntque manus.  
 Ut fugiunt aquilas timidissima turba columbæ ,  
 Utque fugit visos agna novella lapos ;  
 Sic illæ timuere viros sine lege ruentes.  
 Constitit in nullâ, qui fuit ante, color.  
 Nam timor unus erat ; facies non una timoris.  
 Pars laniant crines : pars sine mente sedet :  
 Altera mœsta filet ; frustra vocat altera matrem :  
 Hæc queritur ; stupet hæc : hæc manet ; illa fugit  
 Ducuntur raptæ genialis præda puellæ :  
 Et potuit multas ipse decere pudor.  
 Si qua repugnarat nimium, comitemque negarat ;  
 Sublatam cupido vir tulit ipse sinu.  
 Atq; ita, Quid teneros lacrymis corrumpis ocellos  
 Quod matri pater est, hoc tibi, dixit, ero.  
 Romule, militibus scitti dare commoda solus.  
 Hæc mihi si dederis commoda, miles ero.  
 Scilicet ex illo solennia more theatra  
 Nunc quoque formosis insidiosa manent.  
 Nec te nobilium fugiat certamen equorum :  
 Multa capax populi commoda Circus habet.  
 Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris :  
 Nec tibi per nutus accipienda nota est.  
 Proximus à dominâ, nullo prohibente, sedeto :  
 Junge tuum lateri, quàm potes, usque latus :  
 Et bene, quod cogit, si nolis, linea, jungi ;  
 Quod tibi tangenda est lege puella loci.  
 Hic tibi quærat socii sermonis origo :  
 Et moveant primos publica verba sonos.  
 Cujus equi veniant, facito, studiose, requiras.  
 Nec mora ; quisquis erit, cui favet illa, fave.  
 At cum pompa frequens caelestibus ibit eburnis ;  
 Tu veneri dominæ plaude favente manu.  
 Utque sit, in gremium pulvis si forte puellæ  
 Deciderit, digitis excutiendus erit.  
 Et, si nullus erit pulvis, tamen excute nullum.  
 Quælibet officio causa sit apta tuo.

Illia si terræ nimium demissa jacebunt ;  
 Collige, & immundâ sedulus effer humo.  
 Continus officio pretium, patiente puella,  
 Contingent oculis crura videnda tuis.  
 respice præterea, post vos quicumque sedebit,  
 Ne premat opposito mollia terga genu.  
 Iræ leves capiunt animos. fuit utile multis,  
 Pulvinum facili composuisse manu.  
 profuit & tenui vento movisse tabellam ;  
 Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem.  
 Pros aditus Circusque novo præbebit amori,  
 Sparsaque sollicito tristis arena foro.  
 Quæ sæpe puer Veneris pugnavit arenâ :  
 Et qui spectavit vulnere, vulnus habet.  
 Quis loquitur, tangitq; manum, poscitq; libellum ;  
 Et quærit posito pignore, vincat uter ;  
 Lucius ingemuit, telumque volatile sensit :  
 Et pars spectati muneris ipse fuit.  
 Quid modo cum belli navalis imagine Cæsar  
 Perfidas induxit Cecropidasque rates ?  
 Numpe ab utroque mari juvenes, ab utroq; puellæ  
 Venere : atque ingens orbis in Urbe fuit.  
 Quis non invenit, turbâ quod amaret in illâ ?  
 Eheu, quàm multos advena torsit Amor !  
 Numce parat Cæsar domito, quod defuit, orbi  
 Addere. nunc, Oriens ultime, noster eris.  
 Parthe, dabis pœnas : Crassi gaudete sepulti,  
 Signaque barbaricas non bene passa manus.  
 Victor adest ; primisque ducein profitetur in armis :  
 Bellaque non puero tractat agenda puer.  
 Recite natales, timidi, numerare Deorum :  
 Cæsaribus virtus contrigit ante diem.  
 Quis genium cæleste suis velocius armis  
 Surgit ; & ignavæ fert male damna moræ.  
 Quis servus erat, manibusque duos Tiryntius angues  
 Pressit : & in cunis jam Jove dignus erat.  
 Quis nunc quoq; qui puer es, quantus tum, Bacche, fuisti,  
 Cum timuit thyrsos India victa tuos !  
 Quis aspiciis animisq; patris puer arma movebis :  
 Et vincas animis auspiciisque patris.  
 Quis rudimentum tanto sub nomine debes ;  
 Nunc juvenum princeps, deinde future senum.  
 Quis cum tibi sint fratres ; fratres ulciscere lætos :

Cumque pater tibi sit ; jura tuere patris.  
 Induit arma tibi genitor patriæque tuusque :  
 Hostis ab invito regna parente rapit.  
 Tu pia tela ferēs, sceleratas ille sagittas :  
 Stabunt pro signis jusque piumque tuis.  
 Vincuntur causâ Parthi ; vincantur & armis.  
 Eoas Latio dux meus addat opes.  
 Marsque pater, Cæsarque pater, date numen eunsi.  
 Nam Deus è vobis alter es, alter eris.  
 Auguror en ; vinctes ; votivæque carmina reddam :  
 Et magno nobis ore sonandus eris.  
 Consistes ; aciemque meis hortabere verbis.  
 O desint animis ne mea verba tuis !  
 Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam ;  
 Telaque, ab averso quæ jacit hostis equo.  
 Quid fugis, ut vincas, quid victo, Parthe, relinques ?  
 Parthe, malum jam nunc Mars tuus omen habet.  
 Ergo erit illa dies, qua tu, pulcherrime rerum ,  
 Quattuor in niveis aureis ibis equis ?  
 Ibunt ante duces onerati colla catenis ;  
 Ne possint tuti, quâ prius, esse fugâ.  
 Spectabunt lati juvenes mistæque puellæ :  
 Diffundetque animos omnibus ista dies.  
 Atque aliqua ex illis cum Regum nomina quæret,  
 Quæ loca, qui montes, quæve ferantur aquæ ;  
 Omnia responde : nec tantum si qua rogabit ;  
 Et quæ nescieris, ut bene nota refer.  
 Hic est Euphrates præcinctus arundine frontem :  
 Cui coma dependet cærule, Tigris erit.  
 Hoc facito Armenios : hæc est Danaëta Persis :  
 Urbs in Achæmeniis vallibus ista fuit.  
 Ille, vel ille, duces. & erunt, quæ nomina dicas  
 Si poteris, vere : si minus, apta tamen.  
 Dant etiam positis aditum convivium mensis :  
 Est aliquid, præter vina, quod inde petas.  
 Sæpe illic positi teneris adducta lacertis  
 Purpureus Bacchi cornua pressit Amor.  
 Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas ,  
 Permanet, & cæpto stat gravis ille loco.  
 Ille quidem pennas velociter excutit udas :  
 Sed tamen & spargi pectus amore nocet.  
 Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos :  
 Cura fugit multo diluiturque mero.



Tunc veniunt risus : tunc pauper cornua sumit :

Tunc dolor & curæ, rugaque frontis abit.

Tunc aperit mentes, ævo rarissima nostro  
Simplicitas ; artes excutiente Deo.

Illic sæpe animos juvenum rapuere puellæ :

Et Venus in vinis ignis in igne fuit.

Hic tu fallaci nimium ne crede lucernæ.

Judicio formæ noxque merumque nocent.

Luce Deas cæloque Paris spectavit aperto ;

Cum dixit Veneri, Vincis utramque Venus.

Noctæ latent mendæ, vitioque ignoscitur omni.

Horæque formosam quamlibet illa facit.

Consule de gemmis, de tinctâ murice lanâ ;

Consule de facie corporibusque diem.

Quid tibi fœmicos cœtus venatibus aptos

Enumerem ? numero cedit arena meo.

Quid referam Baias, prætextaque littora velis ;

Et, quæ de calido sulfure fumat, aquam ?

Hinc aliquis vulnus referens in pectore, dixit ;

Non hæc (ut fama est) unda salubris erat.

Ecce suburbanæ templum nemorale Dianæ,

Partaque per gladios regna nocente manu. X

Illa quod est virgo, quod tela Cupidinis odit ;

Multa dedit populo vulnera, multa dabit.

Hactenus, unde legas quod ames, ubi retia ponas,

Præcipit imparibus vœta Thalia rotis.

Nunc tibi, quæ placuit, quas sit capienda per artes,

Dicere præcipue molior artis opus.

Quisquis ubique viri, dociles advertite mentes ;

Pollicitisque favens vulgus adeste meis.

Prima tuæ menti veniat fiducia, cunctas

Polle capi ; capies. tu modo tende plagas.

ere prius volucres taceant, æstate cicadæ ;

Mænalius lepori det sua terga canis :

Fœmina quam juveni blandè tentata repugnet.

Hæc quoque, quam poteris credere nolle, volet.

Itque viro furtiva Venus, sic grata puellæ.

Vir male dissimulat ; rectius illa cupit.

Conveniat maribus, ne quam nos ante rogemus ;

Fœmina jam partes victa rogantis agat.

Collibus in præis admugit fœmina tauro :

Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.

Fortior in nobis, nec tam furiosa libido.

Legitimum finem flamma virilis habet.  
 Byblida quid referam, vetito quæ fratris amore  
 Arsit; & est laqueo fortiter ulta nefas?  
 Myrrha patrem, sed non quò filia debet, amavit:  
 Et nunc obducto cortice pressa latet.  
 Illius & lacrymis, quas arbore fundit odorâ,  
 Ungimur: & dominæ nomina gutta tenet.  
 Forte sub umbrosis nemorosæ vallibus Idæ  
 Candidus armenti gloria taurus erat;  
 Signatus tenui media inter cornua nigro.  
 Una fuit labe; cætera lactis erant.  
 Illum Gnossiadæque Cydonæque juvenæ  
 Optarunt tergo sustinuisse suo.  
 Pasiphæ fieri gaudebat adultera tauri:  
 Invida formosas oderat illa boves.  
 Nota cano. non hoc, centum quæ sustinet urbes,  
 Quamvis sit mendax, Creta negare potest.  
 Ipsa novas frondes, & prata tenerrima, tauro  
 Fertur inassuetâ subsecuisse manu.  
 It comes armentis; nec ituram cura moratur  
 Conjugis: & Minos à bove victus erat.  
 Quò tibi, Pasiphæ, pretiosas sumere vestes?  
 Iste tuus nullas sentit adulter opes.  
 Quid tibi cum speculo montana armenta petenti?  
 Quid toties positas fingis, inepta, comas?  
 Crede tamen speculo, quod te negat esse juvencam,  
 Quàm cuperes fronti cornua nata tuæ!  
 Sive placet Minos; nullus quærat adulter.  
 Sive virum mavis fallere; falle viro.  
 In nemus & saltus thalamo regina relicto  
 Fertur, ut Aonio concita Baccha Deo.  
 Ah quoties vaccam vultu spectavit iniquo,  
 Et dixit, Domino cur placet ista meo!  
 Aspice, ut ante ipsum teneris exultet in herbis:  
 Nec dubito, quin se stulta decere putet.  
 Dixit; & ingenti jamdudum de grege duci  
 Jussit; & immeritam sub juga panda trahi:  
 Aut cadere ante aras commentaque sacra coëgit:  
 Et tenuit lætâ pellicis exta manu.  
 Pellicibus quoties placavit numina cæsis:  
 Atque ait exta tenens, Ite, placete meo!  
 Et modo se European fieri, modo postulat sô:  
 Altera quod bos est; altera vecta bove.

Hanc tamen implevit vacca deceptus acernâ  
 Dux gregis : & partu proditus auctor erat.  
 Cressa Thyestêo si se abstinnisset amore ;  
 (O quantum est, uni posse placere viro ! )  
 Non medium rupisset iter, carruque retorto  
 Auroram versis Phœbus adisset equis.  
 Filia purpureos Niso furata capillos ,  
 Pube premit rabidos inguinibusque canes.  
 Qui Martem terrâ, Neptunum effugit in undis ,  
 Conjugis Atrides victima dira fuit.  
 Cui non defleta est Ephyrææ flamma Creüsæ ?  
 Et nece natorum sanguinolenta parens ?  
 Flevit Amyntorides per inania lumina Phœnix :  
 Hippolytum pavidi diripiuitis equi.  
 Quid fodis immeritis, Phineu, sua lumina natis ?  
 Pœna reversura est in caput ista tuum.  
 Omnia fœminea sunt ista libidine mota.  
 Acrior est nostra, plusque furoris habet.  
 Ergo age, ne dubita cunctas superare puellas.  
 Vix erit è multis quæ neget una tibi.  
 Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen esse ro-  
 gatæ.  
 Ut jam fallaris, tuta repulsa tua est.  
 Sed cur fallaris? cum sit nova grata voluptas ;  
 Et capiant animos plus aliena suos ?  
 Fertilior seges est alienis semper in agris :  
 Vicinumque pecus grandius uber habet.  
 Sed prius ancillam captandæ nosse puellæ  
 Cura sit : accessus molliat illa tuos.  
 Proxima consiliis dominæ sit ut illa videto ;  
 Neve parum tacitis conscia fida jocis.  
 Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpere rogando.  
 Quod petis, è facili, si volet illa, feres.  
 Illa legat tempus (medici quoque tempora servant)  
 Quo facilis dominæ mens sit, & apta capi.  
 Mens erit apta capi tunc, cum lætissima rerum  
 Ut seges in pingui luxuriabit humo.  
 Pectora dum gaudent, nec sunt adstricta dolore ,  
 Ipsa patent : blanda tum subit arte Venus.  
 Tum cum tristis erat defensa est Ilios armis :  
 Militibus gravidum læta recepit equum.  
 Tum quoque tentanda est, cum pellice læsa do-  
 lebit :

Tum facias operâ, ne sit inulta, tuâ.  
 Hanc matutinos peccens ancilla capillos  
 Incidet : & velo remigis addat opem.  
**Et secum tenui suspirans murmure dicat ;**  
 Ut puto, non poteris ipsa referre vicem.  
 Tum de te narret : tum persuadentia verba  
 Addat ; & insano juret amore mori.  
 Sed properet, ne vela cadant, auræque residant.  
 Ut fragilis glacies, interit ira mora.  
**Quæris, an hanc ipsam profit violare ministram ?**  
 Talibus admissis alea grandis inest.  
 Hæc a concubitu sit sedula ; tardior illa :  
 Hæc dominæ munus te parat, illa sibi.  
 Casus in eventu est. licet hæc indulgeat ausis ;  
 Consilium tamen est abstinuisse meum.  
 Non ego per præceps & acuta cacumina vadam :  
 Nec juvenum quisquam me duce captus erit.  
 Si tamen illa tibi, dum dat recipitque tabellas,  
 Corpore, non tantum sedulitate, placet ;  
 Fac domina potiare prius ; comes illa sequatur.  
 Non tibi ab ancilla est incipienda Venus.  
 Hoc unum moneo (si quid modo creditur arti,  
 Nec mea dicta rapax per mare ventus agit) :  
 Aut non tentaris, aut perface. tollitur index,  
 Cum semel in partem criuinis ipsa venit.  
 Non avis uriliter viscatis effugit alis :  
 Non bene de laxis cassibus exit aper.  
 Saucius arrepto piscis teneatur ab hamo.  
 Perprime tentatam : nec, nisi victor, abi.  
 Tum neque te prodet communi obnoxia culpa :  
 Factaque erunt dominæ dictaque nota tibi.  
 Sed bene celetur. bene si celabitur index,  
 Notitiæ suberit semper amica tuæ.  
 Tempora qui solis operosa colentibus arva,  
 Fallitur, & nautis aspicienda putat.  
 Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis :  
 Nec semper viridi concava puppis aquæ.  
 Nec teneras semper tutum captare puellas.  
 Sæpe dato melius tempore fiet idem.  
 Sive dies suberit natalis ; sive Kalendæ,  
 Quas Venerem Marti continuasse juvat :  
 Sve erit ornatus, non ut fuit ante, sigillis ;  
 Sed Regum potestas Circus habebit opes ;

Differ opus. tunc tristis hioms, tunc Pliades instant:  
 Tunc tener æquorea mergitur Hædus aquâ.  
 Tunc bene desinitur: tunc, si qui creditur alto,  
 Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis.  
 Tu licet incipias, qua flebilis Allia luce  
 Vulneribus Latiis sanguinolenta fuit:  
 Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis  
 Cultra Palæstino septima festa Syro.  
 Magna supersticio tibi sit natalis amicæ:  
 Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.  
 Cum bene vitaris; tamen auferet. invenit artem  
 Fœmina, qua cupidi carpat amantis opes.  
 Postitor ad dominam veniet discinctus emacem:  
 Expediet merces teque sedente suas.  
 Quas illa, inspicias, sapere ut videre, rogabit.  
 Oscula deinde dabit: deinde rogabit, emas.  
 Hoc fore contentam multos jurabit in annos.  
 Nunc opus esse sibi, hunc bene dicet emi.  
 Si non esse domi, quos des, causabere nummos;  
 Littera poscetur; ne didicisse juvet.  
 Quid, quasi natali cum poscit munera libo;  
 Et quoties opus est, nascitur ipsa sibi?  
 Quid, cum mendaci damno mæstissima plorat;  
 Elapsusque cavâ fingitur aure lapis?  
 Multa rogant utenda dari: data reddere nolunt.  
 Perdis; & in damno gratia nulla tuo.  
 Non mihi, sacrilegas meretriciū ut prosequar artes,  
 Cum totidem linguis, sint satis ora decem.  
 Cera vadum tentet rasis infusa tabellis:  
 Cera tuæ primum nuncia mentis eat.  
 Blanditias ferat illa tuas: imitataque amantem  
 Verba, nec exiguas, quisquis es, adde preces.  
 Hæctora donavit Priamo prece motus Achilles:  
 Flectitur iratus voce rogante Deus.  
 Promittas facito: quid enim promittere lædit?  
 Pollicitis dives quilibet esse potest.  
 Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum:  
 Illa quidem fallax, sed tamen apta Dea est.  
 Si dederis aliquid, poteris ratione relinqui.  
 Præteritum tulerit, perdideritque nihil.  
 At quod non dederis, semper videre daturus.  
 Sic dominum sterilis sæpe sefellit ager.  
 Sic, ne perdiderit, non cessat perdere lusor:

Et revocat cupidas alea blanda manus.  
 Hoc opus, hic labor est : primò sine munere jung  
 Ne dederit gratis ; quæ dedit, usque dabit.  
 Ergo eat ; & blandis peraretur littera verbis :  
 Exploretque animos, primaque tentet iter.  
 Littera Cydippen pomo perlata fefellit :  
 Insciaque est verbis capta puella suis.  
 Disce bonas artes (moneo,) Romana juvenus ;  
 Non tantum trepidos ut tueare reos.  
 Quam populus, iudexque gravis, lectusque senatus  
 Tam dabit eloquio victa puella manus.  
 Sed lateant vires ; nec sis in fronte disertus.  
 Effugiant ceræ verba molesta tuæ.  
 Quis, nisi mentis inops, teneræ declamet amicæ ?  
 Sæpe valens odii litteræq; causa fuit.  
 Sit tibi credibilis sermo, consuetæque verba :  
 Blanda tamen, præsens ut videre loqui.  
 Si non accipiet scriptum, inlectumque remittet :  
 Lecturam spera : propositumque tene.  
 Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci :  
 Tempore lenta pati fræna docentur equi.  
 Ferreus assiduo consumitur anulus usu :  
 Interit assidua vomer aduncus humo.  
 Quid magis est saxo durum ? quid mollius unda ?  
 Dura tamen molli saxa cavantur aqua.  
 Penelopen ipsam (persta modo) tempore vinctes.  
 Capta vides sero Pergama ; capta tamen.  
 Legerit, & nolit rescribere ; cogere noli.  
 Tu modo blanditias fac legat usque tuas.  
 Quæ voluit legisse, volet rescribere lectis.  
 Per numeros veniet ista gradusque suos.  
 Forsitan & primo veniet tibi littera tristis ;  
 Quæque roget, ne se sollicitare velis. (inestes.  
 Quod rogat illa, timet : quod non rogat, optat, ut  
 Insequere ; & voti postmodo compos eris.  
 Interea sive illa toro resupina feretur ;  
 Lecticam dominæ dissimulanter adi :  
 Neve aliquis verbis odiosas offerat aures ,  
 Quam potes, ambiguis callidus abde notis.  
 Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur  
 Porticus ; hic socias tu quoque junge moras.  
 Et modo præcedas facito ; modo terga sequaris :  
 Et modo festines ; & modo lentus eas.

Nec tibi de mediis aliquot transire columnas

Sit pudor, aut lateri continuasse latus.

Nec sine te curvo sedeat spatiosa theatro:

Quod spectes, humeris afferet illa suis.

Iam respicias, illam mirere licebit;

Multa supercilio, multa loquere notis.

Et plaudas, aliquam mimo saltante puellam;

Et faveas illi, quisquis agatur amans.

Num surget, surges; donec sedet illa, sedebis.

Arbitrio dominæ tempora perde tuæ.

Nec tibi nec ferro placeat torquere capillos.

Nec tua mordaci pumice crura teras.

Iam jube faciant, quorum Cybeleia mater

Concinitur Phrygiis exululata modis.

Formosa viros neglecta decet. Minoïda Theseus

Abstulit à nullâ tempora comtus acu.

Polipolytum Phædra, nec erat bene cultus, amavit.

Cura Dæi silvis aptus Adonis erat.

Induitiæ placeant: fuscantur corpora campo:

Sit bene conveniens, & sine labe toga.

linguaque ne rigeat: careant rubigine dentes:

Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet.

Nec male deformet rigidos tonsura capillos:

Sit coma, sit doctâ barba refecta manu.

Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues:

Inque cavâ nullus stet tibi nare pilus.

Nec male odorati sit tristis anhelitus oris:

Nec lædant nares virque paterque gregis.

Ætera lascivæ faciant concede puellæ:

Et si quis male vir quærit habere virum.

Ecce suum vatem Liber vocat. hic quoque amantes

Adjuvat; & flammæ, qua calet ipse, favet.

Et noster in ignotis amens errabat arenis,

Qua brevis æquoreis Dia feritur aquis.

Et tunc erat è somno tunicâ velata recinctâ.

Nuda pedem, croceas irreligata comas;

hæcæ crudelem surdas clamabat ad undas,

Indigno teneras imbre rigante genas.

clamabat, flebatque simul; sed utrumque decebat:

Nec facta est lacrymis turpior illa suis.

Et tunc iterum tundens mollissima pectora palmis;

Perfidus ille abiit: quid mihi fiet? ait.

Quid mihi fiet? ait. sonuerunt cymbala toto

Litore, & attonitâ tympana pulsa manu.  
 Excidit illa metu, rupitque novissima verba:  
 Nullus in exanimi corpore sanguis erat.  
 Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis:  
 Ecce leves Satyri prævia turba Dei:  
 Ebrius ecce senex pando Silenus afello,  
 Vix sedet; & pressas continet arte jubar.  
 Dum sequitur Bacchas, Bacchæ fugiuntq; petuntq;  
 Quadrupedem ferula dum malus urget eques;  
 In caput aurito cecidit delapsus afello.  
 Clamarunt Satyri, Surge age, surge, pater.  
 Jam Deus è curru, quem summum texerat uvis,  
 Tigribus adjunctis aurea lora dabat.  
 Et color, & Theseus, & vox abièrè puellæ:  
 Terque fugam petiit: terque retenta metu  
 Horruit, ut steriles, agitat quas ventus, arillæ:  
 Ut levis in madidâ canna palude tremit.  
 Cui deus, En adsum tibi cura fidelior, inquit:  
 Pone metum; Bacchi, Gnosias, uxor eris.  
 Munus habe cælum: cælo spectabile sidus  
 Sæpe reges dubiam Cressa Corona ratem.  
 Dixit; & è curru, ne tigres illa timeret,  
 Desilit: imposito cessit arena pedi.  
 Implicitamque sinu (neque enim pugnare valebat)  
 Abstulit: ut facile est omnia posse Deo.  
 Pars, Hymenææ, canunt: pars clamant, Evic evoc  
 Sic coeunt sacro nupta Deusque toro.  
 Ergo, ubi contigerint positi tibi munera Bacchi,  
 Atque erit in locii fœmina parte tori;  
 Nycteliumque patrem, nocturnaque sacra precare,  
 Ne jubeant capiti vina nocere tuo.  
 Hic tibi multa licet sermone latentia tecto  
 Dicere, quæ dici sentiat illa sibi:  
 Blanditiasque leves tenui perscribere vino;  
 Ut dominam in mensâ se legat illa tuam:  
 Atque oculos oculis spectare satentibus ignem.  
 Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet.  
 Fac primus rapias illius tacta labellis  
 Pocula; quaque bibet parte puella, bibas.  
 Et quodcumque cibi digitis libaverit illa,  
 Tû pete: dumque petes, sit tibi tacta manus.  
 Sint etiam tua vota viro placuisse puellæ.  
 Utilior vobis factus amicus erit.



Huic, si forte bibes, sortem concede priorem :

Huic detur capiti demta corona tuo.

Ive erit inferior, seu par, prior omnia sumat :

Neu dubites illi verba secunda loqui.

Tuta frequensq; via est, per amicum fallere nomen.

Tuta frequensque licet sit via; crimen habet.

Ide procurator nimium quoque multa procurat,

Et sibi mandatis plura videnda putat.

Merta tibi à nobis dabitur mensura bibendi :

Officium præstent mensque pedesque suum.

Urgia præcipue vino stimolata caveto,

Et nimium faciles ad fera bella manus.

Occidit Eurytion stulte data vina bibendo.

Aptior est dulci mensa merumque joco.

I vox est, canta: si mollia brachia, salta:

Et, quacunq; potes dote placere, place.

Brietas ut vera nocet; sic ficta juvabit.

Fac titubet blæso subdola lingua sono:

Ut, quidquid facies dicesve protervius æquo,

Credatur nimium causâ fuisse merum.

Et, Bene, dic, dominæ; bene, cum quo dormiat illa:

Sed male sit tacitâ mente precare viro.

Ut, cum discedet mensâ conviva remotâ;

(Ipsâ tibi accessus turba locumque dabit)

Infere te turbæ: leviterque admotus eunti,

Velle latus digitis; & pede tange pedem.

Colloquio jam tempus adest. fuge rustice longe

Hinc pudor: audacem Forsque Venusque juvant.

Non tua sub nostras veniat facundia leges.

Fac tantum incipias, sponte disertus eris.

Est tibi agendus amans, imitandaq; vulnera verbis.

Hinc tibi quæraturn qualibet arte fides.

Nec credi labor est: sibi quæque videtur amanda.

Pessima sit, nulli non sua forma placet.

Sæpe tamen vere cœpit simulator amare:

Sæpe, quod incipiens finxerat esse, fuit.

Quo magis ô faciles imitantibus este, puellæ.

Fiet amor verus, qui modo falsus erat.

Banditiis animum furtim deprendere nunc sit:

Ut pendens liquidâ ripa subitur aquâ.

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos;

Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Delectant etiam castas præconia formæ.

Virginibus curæ grataque forma sua est.  
 Nam cur in Phrygiis Junonem & Pallada silvis  
 Nunc quoque iudicium non tenuisse pudet ?  
 Laudatas ostentat avis Junonia pennas :  
 Si tacitus spectes , illa recondit opes.  
 Quadrupedes , inter rapidi certamina cursus ,  
 Depexæque jubæ plausaque colla juvant.  
 Nec timidè promitte : trahunt promissâ puellas.  
 Pollicito testes quoslibet adde Deos.  
 Jupiter ex alto perjuriam ridet amantum ;  
 Et jubet Æolios irrita ferre Notos.  
 Per Styga Junoni falsum jurare solebat  
 Jupiter : exemplo nunc favet ipse suo.  
 Expedi esse Deos : & , ut expedit , esse putemus :  
 Dentur in antiquos thura merumque focos.  
 Nec secura quies illos similisque sopori  
 Detinet. innocue vivite ; numen adest.  
 Reddite depositum : pietas sua fœdera servet :  
 Fraus ablit : vacuas cædis habete manus.  
 Ludite , si sapitis , solas impune puellas.  
 Hac magis est unâ fraude pudenda fides.  
 Fallite fallentes : ex magnâ parte profanum  
 Sunt genus. in laqueos , quos posuere , cadant.  
 Dicitur Ægyptos caruisse juvantibus arva  
 Imbribus ; atque annos sicca fuisse novem.  
 Cum Thraxius Busrin adit , monstratque piari  
 Hospitis effuso sanguine posse Jovem.  
 Illi Busris , Fies Jovis hostia primus ,  
 Inquit : & Ægypto tu dabis hospes aquam.  
 Et Phalaris tauro violenti membra Perilli  
 Torruit. infelix imbuit auctor opus.  
 Justus uterque fuit. neque enim lex æquior ulla ,  
 Quam necis artifices arte perire suâ.  
 Ergo , ut perjuras merito perjuriam fallant ,  
 Exemplo doleat fœmina lusa suo.  
 Et lacrymæ profunt : lacrymis adamantæ movebis.  
 Fac madidas videat , si potes , illa genas.  
 Si lacrymæ (neq; enim veniunt in tempore semper)  
 Deficient ; unctâ lumina tange manu.  
 Quis sapiens blandis non misceat oscula verbis ?  
 Illa licet non det ; non data sume tamen.  
 Pugnabit primo fortassis ; & , Improbe , dicet :  
 Pugnando vinci sed tamen illa volet.

tantum, ne noceant teneris male rapta labellis,

Neve queri possit dura fuisse, cave.

Oscula qui sumsit, si non & cætera sumet;

Hæc quoque, quæ data sunt, perdere dignus erit.

Quantum defuerat pleno post oscula voto!

Hei mihi! rusticitas, non pudor ille fuit.

im licet appelles; grata est vis ista puellis:

Quod juvat, invitæ sæpe-dedisse volunt.

Quæcunque est subitâ Veneris violata rapinâ;

Gaudet: & improbitas muneris instar habet.

at, quæ cum cogi posset, non tacta recessit,

Ut simulet vultu gaudia, tristis erit.

im passa est Phœbe; vis est allata forori:

Et gratus raptæ raptor uterque fuit.

abula nota quidem, sed non indigna referri,

Scyrias Hæmonio juncta puella viro.

am Dea laudatæ dederat sua præmia formæ

Colle sub Idæo vincere digna duas.

am nurus ad Priamum diverso venerat orbe;

Graiaque in Iliacis mœnibus uxor erat.

urabant omnes in læsi verba mariti:

Nam dolor unius, publica causa fuit.

urpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles

Veste virum longa dissimulatus erat.

quid facis, Æacide? non sunt tua munera lanæ.

Tu titulos aliâ Palladis arte petas. (est.

quid tibi cum calathis? clypeo manus apta ferendo.

Pensâ quid in dextrâ, qua cadet Hector, habes?

rejice succinctos operoso stamine fufos.

Quassanda est istâ Pelias hasta manu.

orte erat in thalamo virgo regalis eodem:

Hæc illum stupro comperit esse virum.

iribus illa quidem visa est; ita credere oportet:

Sed voluit vinci viribus illa tamen.

expe, Mane, dixit, cum jam properaret Achilles:

Fortia nam positâ sumserat arma colo.

is ubi nunc illa est? quid blandâ voce moraris

Auctorem stupri, Deïdamia, tui?

cilicet, ut pudor est quondam cœpisse priorem;

Sic alio gratum est incipiente pati.

h nimia est juveni propriæ fiducia formæ,

Expectat si quis, dum prior illa roget!

ir prior accedat: vir verba precantia dicat.

Excipiet blandas comiter illa preces.  
 Ut potiare, roga: tantum cupit illa rogari.  
 Da causam voti principiumque tui.  
 Jupiter ad veteres supplex Heroïdas ibat:  
 Corripuit magnum nulla puella Jovem.  
 Si tamen à precibus tumidos accedere stans  
 Senferis: incepto parce, referque pedem.  
 Quod refugit, multæ cupiunt: odere, quod instat  
 Lenius instando ædla tolle tui.  
 Nec semper Veneris spes est profitenda roganti:  
 Intret amicitiae nomine tectus amor.  
 Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ:  
 Qui fuerat cultor, factus amator erat.  
 Candidus in nautæ turpis color: æquoris unda  
 Debet, & à radiis sideris esse niger.  
 Turpis & agricolæ: quia vomere semper adunco,  
 Et gravibus rastris sub Jove versat humum.  
 Et tua, Palladiæ petitur cui palma coronæ,  
 Candida si fuerint corpora; turpis eris.  
 Palleat omnis amans: hic est color aptus amanti.  
 Hic decet: hoc vultu non valuisse putent.  
 Pallidus in Lyricæ silvis errabat Orion:  
 Pallidus in lætâ Naïde Daphnis erat.  
 Arguat & macies animum: nec turpe putaris,  
 Palliolum nitidis imposuisse comis.  
 Attenuent juvenum vigilatæ corpora noctes;  
 Curaque, & è magno qui sit amore, dolor.  
 Ut voto potiare tuo, miserabilis esto:  
 Ut, qui te videat, dicere possit, Amas.  
 Conquerar, an moneam, mistum fas omne nefasque  
 Nomen amicitiae, nomen inane fides.  
 Hei mihi! non tutum est, quod ames, laudare sodali.  
 Cum tibi laudanti credidit; ipse subit.  
 At non Actorides lectum temeravit Achillis:  
 Quantum ad Pirithoium, Phædra pudica fuit.  
 Hermionen Pylades, quo Pallada Phœbus, amabat:  
 Quodque tibi geminus, Tyndari, Castor erat.  
 Si quis idem sperat; jacturas poma myricas  
 Speret: & è medio flumine mella petat.  
 Nil, nisi turpe juvat: curæ est sua cuique voluptas.  
 Hæc quoque ab alterius grata dolore venit.  
 Heu facinus! non est hostis metuendus amanti.  
 Quos credis fidos, effuge; tatus eris.

ognatum fratremque cave, carumque sodalem :  
 Præbebit veros hæc tibi turba metus.  
 initurus eram : sed sunt diversa puellis  
 Pectora. mille animos excipe mille modis.  
 nec tellus eadem parit omnia. vitibus illa  
 Convenit ; hæc oleis : hæc bene farra virent.  
 actoribus mores tot sunt , quot in orbe figuræ :  
 Qui sapit , innumeris moribus aptus erit.  
 atque leves Proteus modo se tenuabit in undas ;  
 Nunc leo, nunc arbor, nunc erit hirtus aper.  
 in jaculo pisces , illi capiuntur ab hamis :  
 Hos cava contento retia fune trahunt.  
 nec tibi conveniat cunctos modus unus ad annos :  
 Longius insidias cervæ videbit anus.  
 doctus videre rudi , petulansve pudenti ;  
 Dissidet miseræ protinus illa sibi.  
 ne sit, ut, quæ se timuit committere honesto ,  
 Vilis in amplexus inferioris eat.  
 ars superat cæpti , pars est exhausta , laboris.  
 Hic teneat nostras anchora jacta rates.

## OVIDII NASONIS

## SULMONENSIS

## ARTIS AMATORIÆ

## LIBER II.

dicite , iō Præan : & , iō , bis dicite, Præan.  
 Decidit in casses præda petita meos.  
 Lætus amans donet viridi mea carmina  
 palmâ :  
 præferor Ascraeo Mæonioque seni.  
 His ab armiferis Priameius hospes Amyclis  
 candida cum raptâ conjuge vela dedit.  
 His erat , qui te curru victore ferebat ,  
 cæcta peregrinis Hippodamia rotis.  
 Quid properas , juvenis ? mediis tua pinus in undis  
 avigat : & longe , quem peto, portus abest.  
 In satis est venisse tibi me vate puellam.  
 arte meâ capta est : arte tenenda mea est.  
 Nil minor est virtus, quam quærere, parva tueri.  
 Nil ausu inest illic : hic erit artis opus.

Nunc

Nunc mihi, si quando, Puer & Cytheræa, favet

Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

Magna paro; quas possit Amor remanere per arte

Dicere, tam vasto pervagus orbe puer.

Et levis est, & habet geminas, quibus avolet, al-

Difficile est illis imposuisse modum.

Hospitis effugio præstruxerat omnia Minos.

Audacem pennis repperit ille viam.

Dædalus ut clausit conceptum crimine matris

Semibovemque virum semivirumque bovem;

Sit modus exilio, dixit, iustissime Minos:

Accipiat cineres terra paterna meos.

Et quoniam in patriâ fatis agitata iniquis

Vivere non potui, sit mihi posse mori.

Da reditum puero, senis est si gratia vilis:

Si non vis puero parcere, parce seni.

Dixerat hæc. sed & hæc, & multo plura licebat

Dicere: regressus non dabat ille viro.

Quod simulac sensit, Nunc, ô nunc, Dædale, dixit

Materiam, qua sis ingeniosus, habes.

Possidet en terras, & possidet æquora Minos:

Nec tellus nostræ, nec patet unda fugæ.

Restat iter cælo: cælo tentabimus ire.

Da veniam cæpto, Jupiter alte, meo.

Non ego sidereas affecto tangere sedes.

Qua fugiam dominum nulla, nisi ista, via est.

Per Styga detur iter: Stygias tranabimus undas.

Sint mihi naturæ jura novanda meæ.

Ingeniû mala sæpè movent. quis crederet unquam

Aërias hominem carpere posse vias?

Remigium volucres disponit in ordine pennas:

Et leve per lini vincula nectit opus:

Imaque pars ceris astringitur igne solutis:

Finitusque novæ jam labor artis erat.

Tractabat ceramque puer pennasque renidens,

Nescius hæc humeris arma parata suis.

Cui pater, His, inquit, patria est adeunda carinis

Hac nobis Minos effugiendus ope.

Aëra non potuit Minos; alia omnia clausit.

Quem licet, inventis aëra rumpe meis.

Sed tibi nec virgo Tegæa, comelque Bootæ

Ensigner Orion aspiciendus erit.

Me pennis sectare datis: ego prævius ibo.

Sic tua cura sequi : me duce tutus eris.

Nam sive ætherias vicino sole per auras

Ibimus ; impatiens cera caloribus erit.

Sive humiles propiore freto jactabimus alas ;

Mobilis æquoreis penna madescet aquis.

Inter utrumque vola : ventos quoque, nate, timeto ;

Quaque ferent auræ , vela secunda dato.

Dum monet ; aprat opus puero, monstratq ; moveris ;

Erudit infirmas ut sua mater aves.

Inde sibi factas humeris accommodat alas :

Perque novum timide corpora librat iter.

Jamque volaturus parvo dedit oscula nato :

Nec patriæ lacrymas continuere genæ.

Monte minor collis, campis erat altior æquis :

Hinc data sunt miseræ corpora bina fugæ.

Et movet ipse suas, & nati respicit alas.

Dædalus ; & cursus sustinet usque suos.

Jamque novum delectat iter : positoque timore :

Icarus audaci fortius arte volat.

Hos aliquis, tremulâ dum captat arundine pisces,

Vidit ; & inceptam dextra reliquit opus.

Jam Samos à lævâ fuerant Naxosque relictæ,

Et Paros, & Clario Delos amata Deo.

Dextra Lebynthos erant silvisq ; umbrosâ Calymne,

Cinctaque piscosis Astypalæa vadis :

Sum puer incautis nimium temerarius ausis.

Altius egit iter, deseruitque ducem.

Vinclâ læbant ; & cera Deo propiore liquefcit :

Nec tenues ventos brachia mota tenent.

Territus è summo despexit in æquora cælo :

Nox oculis pavido venit oborta metu.

Tabuerant ceræ ; nudos quatit ille lacertos :

Et trepidat ; nec, quo sustineatur, habet.

Decidit ; atq ; cadens, Pater, ô pater, auferor, inquit :

Clauserunt virides ora loquentis aquæ.

At pater infelix, nec jam pater, Icare, clamat,

Icare, clamat, ubi es ? quoque sub axe volas ?

Icare, clamabat : pennas aspexit in undis.

Ossa tegit tellus ; æquora nomen habent.

Non potuit Minos hominis compescere pennas :

Ipsè Deum voluerem detinuisse paro.

Callitur, Hæmonias si quis decurrit ad artes ;

Datque, quod à teneri fronte reveller equi.

Non facient, ut vivat amor, Medeides herbæ ;

Mistaque cum magicis nœmia Mæra sonis.

Phœlias Æsoniden, Circe tenuisset Ulyssen.

Si modo servari carmine possit amor.

Nec data profuerint pallentia philtrea puellis.

Philtrea nocent animis ; vimque furoris habent.

Sit procul omne nefas. ut ameris, amabilis esto :

Quod tibi non facies, solave forma, dabit.

Sis licet antiquo Nireus adamatus Homero ;

Naiadumque tener crimine raptus Hylas.

Ut dominam teneas, nec te mirere relictum,

Ingenij dotes corporis adde bonis. (nos,

Forma bonum fragile est. quantumq; accedit ad an-

Fit minor ; & spatio carpitur ipsa suo.

Nec violæ semper, nec hiantia lilia florent ;

Et riget amissâ spina relicta rosâ.

Et tibi jam cani venient, formosæ, capilli :

Jam venient rugæ

Jam molire animum, qui doret, & adstrue formæ.

Solus ad extremos permanet ille rogos.

Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes,

Cura sit ; & linguas edidicisse duas.

Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses :

Et tamen æquoreas torsit amore Deas.

O quoties illum doluit properare Calypso ;

Remigioque aptas esse negavit aquas !

Hæc Trojæ casus iterumque iterumque rogabat.

Ille referre aliter sæpe solebat idem.

Litore constiterant : illic quoque pulcra Calypso

Exigit Odrysi fata cruenta ducis.

Ille levi virgâ, (virgam nam forte tenebat)

Quod rogat, in spisso litore pingit opus.

Hæc, inquit, Troja est : (muros in litore fecit :)

Hic tibi sit Simois : hæc mea castra puta. (Ionis

Campus erat, campumque facit quem exde Do-

Sparsimus, Hæmonios dum vigil optat equos.

Illic Sithonii fuerant tentoria Rhesi :

Hac ego sum captis nocte relictus equis.

Pluraque pingebat : subitus cum Pergama fluctus

Abstulit, & Rhesi cum duce castra suo.

Tum Dea, Quas, inquit, fidas tibi credis ituro,

Perdiderit undæ nomina quanta, vides ?

Ergo age, tallaci timide confide figuræ,

Quis-



Quisquis es : aut aliquid corpore plaris habe.  
 Dextera præcipue capit indulgentia mentes :  
 Asperitas odium sævæque verba movent.  
 Odimus accipitrem , quia semper vivit in armis ,  
 Et pavidum solitos in pecus iræ lupos.  
 At caret insidiis hominum , quia mitis , hirundo :  
 Quasque colat turres Chaõnis ales habet.  
 Este procul lites , & amaræ prælia linguæ.  
 Dulcibus est verbis mollis alendus amor.  
 Lite fugent nuptæque viros , nuptasque mariti :  
 Inque vicem credant res sibi semper agi.  
 Hoc decet uxores : dos est uxoria lites.  
 Audiat optatos semper amica sonos.  
 Non legis jussu lectum venistis in unum :  
 Fungitur in vobis munere legis amor.  
 Blanditias molles , auremque juvantia verba  
 Atfer ; ut adventu læta sit illa tuo.  
 Non ego divitibus venio præceptor Amoris.  
 Nil opus est illi , qui dabit , arte meâ.  
 Secum habet ingenium , qui cum libet , Accipe , dicit :  
 Cedimus : inventis plus placet ille meis.  
 Pauperibus vates ego sum ; quia pauper amavi.  
 Cum dare non possem munera , verba dabam.  
 Pauper amet caute : timeat maledicere pauper :  
 Multaque , divitibus non patiendâ , ferat.  
 Me memini iratum dominæ turbasse capillos :  
 Hæc mihi quam multos abstulit ira dies !  
 Nec puto , nec sensi tunicam laniasse ; sed ipsa  
 Dixerat : & pretio est illa redempta meo.  
 At vos , qui sapitis , vestri peccata magistri.  
 Effugite : & culpæ damna timete meæ.  
 Prælia cum Parthis , cum cultâ pax sit amicâ ;  
 Et jocus , & causas quicquid amoris habet.  
 Si nec blanda satis , nec erit tibi comis amanti ;  
 Perfer , & obdura . postmodo mitis erit.  
 Electitur obsequio curvatus ab arbore ramus :  
 Frangis ; si vires experiere tuas.  
 Obsequio tranantur aquæ : nec vincere possis :  
 Flumina ; si contra , quam rapit unda , nates .  
 Obsequium tigresque domat Numidasque leones .  
 Rustica paulatim raurus aratra subit .  
 Quid fuit asperius Nonacrinâ Atalantâ ?  
 Succubuit meritis trux tamen illa viri .

Sæpe suos casus nec miria facta puellæ  
 Flesse sub arboribus Milaniona ferunt.  
 Sæpe tulit jusso fallacia retia collo :  
 Sæpe ferà torvos cuspide fixit apros.  
 Sensit & Hylæi contentum saucius arcum :  
 Sed tamen hoc arcu notior alter erat.  
 Non te Mænalias armatum scandere silvas ,  
 Nec jubeo collo retia ferre tuo.  
 Pectora nec missis jubeo præbere sagittis.  
 Artis erunt cauto mollia jussa mex.  
 Cede repugnanti ; cedendo victor abibis.  
 Fac modo , quas partes illa jubebit , agas.  
 Arguet , arguito ; quicquid probat illa , probato :  
 Quod dicit , dicas : quod negat illa , neges.  
 Riserit , arride : si flebit , flere memento.  
 Imponat leges vultibus illa tuis.  
 Seu ludet , numerosque manu jactabit eburnos ;  
 Tu male jactato , tu male jacta dato.  
 Seu jacies talos , victam ne pœna sequatur ,  
 Damnosi facito stent tibi fixe canes :  
 Sive latrociniï sub imagine calculus ibit ;  
 Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.  
 Ipse tene distenta suis umbracula virgis :  
 Ipse face in turbâ , quâ venit illa , locum.  
 Nec dubita tereti scamnum producere lecto :  
 Et tenero soleam deme , vel adde , pedi.  
 Sæpe etiam dominæ , quamvis horrebis & ipse ,  
 Argentis manus est calcificianda sinu.  
 Nec tibi turpe puta (quamvis tibi turpe , placebit)  
 Ingenuâ speculum sustinuisse manu.  
 Ille , fatigatæ perimendo monstra novercæ ,  
 Qui meruit cælum , quod prior ipse tulit ,  
 Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas  
 Creditur , & lanas excoluisse rudes.  
 Paruit imperio dominæ Tiryntius heros.  
 I nunc ; & dubita ferre , quod ille tulit :  
 Jussus adesse foro , jussâ maturius horâ  
 Fac semper venias ; nec nisi serus abi.  
 Occurras aliquo tibi dixerit ; omnia differ.  
 Curre ; nec inceptum turba moretur iter.  
 Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit :  
 Tunc quoque pro seruo , si vocat illa , veni.  
 Rure eris , & dicit venias , (Auror odit inertes)

Si rota defuerit, tu pede carpe viam.  
 Nec grave te tempus sitiensque Canicula tardet,  
 Nec via per jactas candida facta nives.  
 Militiæ species amor est: discedite sægnes.  
 Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.  
 Nox, & hiems, longæque viæ, sævique dolores  
 Mollibus his castris, & labor omnis inest.  
 Sæpe feres imbrem cælesti nube solutum;  
 Frigidus & nudâ sæpe jacebis humo.  
 Cynthius Admeti vaccas pavisse Pheræas  
 Fertur, & in parvâ delituisse casâ. (stus,  
 Quod Phœbum decuit, quem non decet? exue sa-  
 Curam mansuri quisquis amoris habes.  
 Si tibi per tutum planumque negabitur ire,  
 Atque erit appositâ janua fulta serâ;  
 At tu per præcepto lecto delabere aperto:  
 Det quoque furtivas alta fenestra vias.  
 Lata erit, ut causam tibi se sciet esse pericli.  
 Hoc dominæ certi pignus amoris erit.  
 Sæpe tuâ poteras, Leandre, carere puellâ:  
 Tranabas; animum nosset ut illa tuum.  
 Nec pudor ancillas, ut quæque erit ordine prima;  
 Nec tibi sit servos demeruisse pudor.  
 Nomine quemque suo (nulla est jactura) saluta:  
 Junge tuis humiles, ambitiosæ, manus.  
 Sed tamen & servo (levis est impensâ) roganti  
 Porridge fortunæ munera parva tuæ.  
 Porridge & ancillæ, quæ pœnas luce pependit  
 Lusa maritali Gallica veste manus.  
 Fac plebem (mibi crede) tuam: sit semper in illâ  
 Janitor, & thalami qui jacet ante fores.  
 Nec dominam jubeq; pretioso munere dones:  
 Parva, sed è parvis callidus apta dato.  
 Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant;  
 Afferat in calatho rustica dona puer.  
 Rure suburbano poteris tibi dicere missâ;  
 Illa vel in Sacrà sint licet emta Viâ.  
 Afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat;  
 At nunc castaneas non amat illa nuces.  
 Quin etiam turdoque licet missâque coronâ  
 Te memorem dominæ testificare tuæ.  
 Turpiter his emitur spes mortis, & orba senectus.  
 Ah pereant, per quos munera crimen habent!

Quid tibi præcipiam teneros quoq; mittere versus?  
 Rei mihi: non multum carmen honoris habet.  
 Carmina laudantur: sed munera magna petuntur.  
 Dummodo sit dives, barbarus ipse placet.  
 Aurea nunc vere sunt sæcula. plurimus auro  
 Venit honos: auro conciliatur amor.  
 Ipse licet Musis venias comitatus, Homere;  
 Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.  
 Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ:  
 Altera non doctæ turba, sed esse volunt.  
 Utraque laudentur per carmina: carmina lector  
 Commendet dulci qualiacunque sono.  
 His ergo, aut illis, vigilatum carmen in ipsas,  
 Forsitán exigui muneris instar erit.  
 At, quod eris per te facturus, & utile credis,  
 Id tua te facito semper amica roget.  
 Libertas alicui fuerit promissa tuorum;  
 Hanc tamen à domina fac petat ille tuâ.  
 Si pœnam servo, si vincula sæva remittis;  
 Quod facturus eras, debeat illa tibi.  
 Utilitas tua sit: titulus donetur amicæ.  
 Perde nihil: partes illa potentis agat.  
 Sed te, cuicumque est retinendæ cura puellæ,  
 Attonitum formâ fac putet esse suâ.  
 Sive erit in Tyriis; Tyrios laudabis amictus:  
 Sive erit in Cois; Coâ decere puta.  
 Aurata est; ipso tibi sit pretiosior auro:  
 Gausapa si sumsit; gausapa sumpta proba.  
 Adstiterit tunicata; Moves incendia, clama:  
 Sed timidâ; caveat frigora, voce roga.  
 Compositum discrimen erit; discrimina lauda:  
 Torserit igne comam; torte capille place.  
 Brachia saltantis, vocem mirare canentis:  
 Et, quod deserit, verba querentis habe.  
 Ipsos concubitus, ipsum venerere licebit,  
 Quod iuvat; & querulâ gaudia voce notes.  
 Ut fuerit torvâ violentior illa Medusâ;  
 Fiet amatori lenis & æqua suo.  
 Tantum, ne pateas turbis simulator in illis,  
 Effice: nec vultu destrue dicta tuo.  
 Si later ars, prodest, adfert deprensâ pudorem:  
 Atque adimit merito tempus in omne fidem.  
 Sæpe sub autumnum (cum formosissimus annus,

Plenaque purpureo subrubet uva mero ; (sta)  
 Cum modo frigoribus premitur , modo solvitur æ-  
 Aëre non certo corpora languor habet.  
 Illa quidem valeat : sed si male firma cubabit ,  
 Et vitium cæli senserit ægra sui ;  
 Tunc amor & pietas tua sit manifesta puellæ :  
 Tunc sere , quod plenâ postmodo falce metas.  
 Nec tibi morosi veniant fastidia morbi ;  
 Perque tuas fiant , quæ sinet ipsa , manus.  
 Et videat flentem ; nec tædeat oscula ferre :  
 Et sicco lacrymas combibat ore tuas.  
 Multa vove ; sed cuncta palam : quotiesque libebit,  
 Quæ referas illi , somnia læta vide.  
 Et veniat , quæ lustret anus lectumque locumque :  
 Præferat & tremula sulphur & ova manu.  
 Omnibus his inerunt gratæ vestigia curæ :  
 In tabulas multis hæc via fecit iter.  
 Ne tamen officiis odium quærat ab ægra ;  
 Sit suus in blanda sedulitate modus.  
 Neve cibo prohibe , nec amari pocula succi  
 Porrige : rivalis misceat illa tuus.  
 Sed non , cui dederis à litore carbasa , vento  
 Utendum , medio cum potiere freto.  
 Dum novus errat amor , vires sibi colligat usu :  
 Si bene nutrieris tempore , firmus erit.  
 Quem taurum metuis , vitulum mulcere solebas :  
 Sub qua nunc recubas arbore , virga fuit.  
 Nascitur exiguus , sed opes acquiris eundo ;  
 Quaque venit , multas accipit amnis aquas.  
 Hac tibi consuescat : nil consuetudine majus.  
 Quam tu dum captas , tædia nulla fuge.  
 Ne semper videat : tibi semper præbeat aurem :  
 Exhubeant vultus noxque diesque tuos.  
 Cum tibi major erit fiducia , posse requiri ;  
 Tum procul , absenti cura futurus , abi.  
 Da requiem . requietus ager bene credita reddit :  
 Terraque cælestes arida sorbet aquas.  
 Phyllida Demophoan præsens moderatius ussit :  
 Exarsit velis acrius illa datis.  
 Penelope absens solers torquebat Ulysses :  
 Phyllacides aberat , Laodamia , tuus.]  
 Sed mora tuta brevis : lentescunt tempore curæ ;  
 Vanescitque absens , & novus intrat , amor.

Dum Menelaüs abest, Helene, ne sola jaceret,  
 Hospitis est tepido nocte recepta sinu.  
 Qui stupor hic, Menelaë, fuit? tu solus abibas:  
 Idem sub testis hospes & uxor erant.  
 Accipitri timidus credis, furiosè, columbas?  
 Plenum montano credis ovile lupo?  
 Nil Helene peccat; nil hic committit adulter:  
 Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.  
 Cogis adulterium, dando tempusque locumque.  
 Quo, nisi consilio est usa puella tuo?  
 Quid faciat? vir abest; & adest non rusticus hospes  
 Et timet in vacuo sola cubare toro.  
 Viderit Atrides: Helenen ego crimine solvo.  
 Usa est humani commoditate viri.  
 Sed neque fulvus aper mediâ tam sævus in irâ;  
 Fulmineo rabidos cum rotat ore canes:  
 Nec lea, cum catalis lactentibus ubera præbet:  
 Nec brevis ignaro vipera læsa pede:  
 Fœmina quam, socii deprensâ pellice lecti,  
 Ardet; & in vultu pignora mentis habet.  
 In ferrum flammæque ruit: postoque decore  
 Fertur, ut Aœnii cornibus icta Dei.  
 Conjugis admissum, violataque jura maritæ,  
 Barbara per uatos Phasias ulta suos.  
 Altera dira parens (hæc est, quam cernis, hirundo  
 Aspice, signatum sanguine pectus habet.  
 Hoc bene compositos, hoc firmos solvit amores:  
 Crimina sunt cautis ista timenda viris.  
 Nec mea vos uni damnat censura puellæ.  
 Dî melius! vix hoc nupta tenere potest.  
 Ludite: sed furto celetur culpa modesto.  
 Gloria peccati nulla petenda sui.  
 Nec dederis munus, cognosse quod altera possit:  
 Nec sint nequitæ tempora certa tuæ.  
 Et, ne te latebris capiat sibi fœmina notis,  
 Non uno est omnis conveniendâ loco.  
 Et quoties scribes, totas prius ipse tabellas  
 Inspice, plus multæ, quam sibi missâ, legunt.  
 Læsa Venus iusta arma movet, telumque remittit  
 Et, modo quod quæstæ est, ipse querare, facit.  
 Dum fuit Atrides unâ contentus, & illa  
 Casta fuit; vitio est improba facta viri.  
 Audierat laurumque manu vitrasque ferentem

Pro natâ Chrysen non valuisse suâ.

Audierat, Lyrnesi, tuos abducta dolores;

Bellaque per turpes longius ille moras.

Hæc tamen audierat: Priamēida viderat ipsam.

Victor eras prædæ præda pudenda tuæ.

Inde Thyestiaden thalamoque animoque recepit;

Et male peccantem Tyndaris ulta virum.

Quæ bene celaris, si qua tamen acta patebunt,

Illâ licet pateant, tu tamen usque nega.

Tum neque subjectus, solito nec blandior esto.

Hæc animi multum signa nocentis habent.

Sed lateri nec parce tuo. pax omnis in uno

Concubitu: prior hoc inficienda Venus.

Sunt, qui præcipiant herbas satureia nocentes

Sumere: (iudiciis ista venena meis.)

Aut piper urticæ mordacis semine miscent;

Tritaque in annofo flava pyretra mero.

Sed Dea non patitur sic ad sua gaudia cogi,

Colle sub umbroso quam tenet altus Eryx.

Candidus Alcathoi qui mittitur urbe Pelasga

Bulbus, & ex horto quæ venit herba salax,

Ovaque sumantur: sumantur Hymettia mella,

Quasque tulit folio pinus acuta nuces.

Docta, quid ad medicas, Erato, deverteris artes?

Interior curru meta terenda meo est.

Qui modo celabas monitu tua crimina nostro;

Flecte iter, & monitu detege furta meo.

Nec levitas culpanda mea est. non semper eodem

Impositos vento panda carina vehit.

Nam modo Threicio Borea, modo currimus Euro.

Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.

Aspice, ut in curru modo det fluitantia rector

Lora, modo admissos arte retinet equos.

Sunt quibus ingrata timida indulgentia servit:

Et, si nulla lubest æmula, languet amor.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis;

Nec facile est æquâ commoda mente pati.

Ut levis absuntis paulatim viribus ignis

Ipsè latet, summo canet in igne cinis:

Sed tamen extinctas admoto sulfure flammâ

Invenit; & lumen, quod fuit ante, redit:

Sic, ubi pigra situ securaque pectora torpent,

Acribus est stimulis eliciendus amor.

Fac timeat de te, tepidamque recalface mentem :

Palleat indicio criminis illa tui.

O quater, & quoties numero comprehendere non est  
Felicem, de quo læsa puella dolet !

Quæ, simul invitas crimen pervenit ad atres,

Excidit; & miseræ voxque colorque fugit.

Ille ego sim, cujus laniet furiosâ capillos :

Ille ego sim, teneras cui petat ungue genas : (lis

Quem videat lacrymans: quem torvis spectet ocel-  
Quo sine non possit vivere; posse velit.

Si spatium quæras; breve sit, quo læsa queratur.

Ne lentâ vires colligat ira morâ.

Candida jamdudum cingantur colla lacertis :

Inque tuos flens est accipienda sinus.

Oscula da flenti: Veneris da gaudia flenti.

Pax erit: hoc uno solvitur ira modo.

Cum bene sævierit, cum certa videbitur hostis;

Tum pete concubitûs fœdera: mitis erit.

Illic depositis habitat Concordia telis:

Illo (crede mihi) Gratia nata loco est. (bæ

Quæ modo pugnarunt, jungunt sua rostrâ colum-

Quarum blanditias verbaque murmur habet.

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles.

Unaque erant facies sidera, terra, fretum.

Mox calum impositum terris; humus æquore cin-  
cta est:

Inque suas partes cessit inane Chaos.

Silva feras, volucres aër accepit habendas :

In liquidâ pisces delituistis aquâ.

Tum genus humanum solis errabat in agris :

Idque mæx vires, & rude corpus erat.

Silva domus fuerat, cibus herba, cubilia frondos :

Jamque diu nulli cognitus alter erat.

Blandâ truces animos fertur mollissè voluptas.

Confiterant uno fœmina virque loco.

Quid facerent, ipsi nullo didicere magistro :

Arte Venus nullâ dulce peregit opus.

Ales habet, quod amet: cum quo sua gaudia jungat

Invenit in mediâ fœmina piscis aquâ.

Cerva parem sequitur: serpens serpente tenetur :

Hæret adulterio cum cane nexa canis.

Lata salitur ovis: tauro quoque lata juvenca est :

Sustinet immundum læna capella marem.



furias agitantur equæ, spatioque remota  
 Per loca dividuos amne sequuntur equos.  
 Ergo age, & iratæ medicamina fortia præbe:  
 Illa feri requiem sola doloris habent.  
 Ila Machaonios superant medicamina succos:  
 His, ubi peccaris, restituendus eris.  
 hæc ego cum canerem, subito manifestus Apollo  
 Movit inauratæ pollice fila lyræ.  
 In manibus laurus: sacris inducta capillis  
 Laurus erat: vates ille videndus agit.  
 mihi, Lascivi, dixit, præceptor Amoris,  
 Duc, age, discipulos ad mea templa tuos.  
 Et ibi diversum famâ celebrata per orbem  
 Litera; cognosci quæ sibi quemque jubet.  
 Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit;  
 Atque opus ad vires exiget omne suas.  
 Qui faciem natura dedit, spectetur ab illâ:  
 Cui color est, humero sæpe patente cubet.  
 Qui sermone placet, taciturna silentia rumpat:  
 Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat.  
 Sed neque declament medio sermone disertî:  
 Nec sua vesanus scripta poeta legat.  
 Et monuit Phœbus: Phœbo parete monenti.  
 Certa Dei sacro est hujus in ore fides.  
 Qui meliora vocor, quisquis sapienter amabit,  
 Vincet; & è nostrâ, quod petet, arte feret.  
 Redita nec semper sulci cum sænore reddunt:  
 Nec semper dubias adjuvat aura rates.  
 Quod juvat, exiguum; plus est, quod lædit amantes.  
 Proponant animo multa ferenda suo. (blâ;  
 Tot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hy-  
 Carula quot baccas Pallados arbor habet;  
 Fore quot conchæ; tot sunt in amore dolores:  
 Quæ patimur, multo spicula felle madent.  
 Ista erit ille foras, quam tu fortasse videbis:  
 Ille foras, & te falsâ videre, puta.  
 Iusta tibi fuerit promissâ janua nocte:  
 Perfer, & immundâ ponere corpus humo.  
 Insan & vultu mendax ancilla superbo  
 Dicet, Quid nostras obsidet iste fores?  
 Tibi & duræ supplex blandire puellæ;  
 Et capiti demtas in fore pone rosas.  
 Cum volet, accedes: cum te vitabit, abibis.

Dedecet ingenuos tædia ferre sui.  
 Effugere hunc non est ; quare tibi possit amica  
 Dicere. non omni tempore sensus adest.  
 Nec maledicta puta nec verbera ferre puellæ  
 Turpe , nec ad teneros oscula ferre pedes.  
 Quid moror in parvis? animus majoribus instet.  
 Magna canam : toto pectore , vulgus , ades.  
 Ardua molimur : sed nulla nisi ardua virtus.  
 Difficilis nostrâ poscitur arte labor.  
 Rivalem patienter habe ; victoria tecum  
 Stabit : eris magni victor in arce Jovis.  
 Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas  
 Dicere. nil istis ars mea majus habet.  
 Innuet illa , feras : scribet , ne tange tabellas :  
 Unde volet , veniat : quoque libebit , cat.  
 Hoc in legitimâ præstent uxore mariti ;  
 Cum, tener, ad partes tu quoque, somne, venis.  
 Hac ego, confiteor, non sum perfectus in arte.  
 Quid faciam ? monitis sum minor ipse meis.  
 Mene palam nostræ det quisquam signa puellæ ?  
 Et patiar ? nec me quolibet ira ferat ?  
 Oscula vir dederat (memini) suos : oscula questus  
 Sum data. barbarie noster abundat amor.  
 Non semel hoc vitium nocuit mihi. doctior ille ,  
 Quo veniunt alii conciliante viro.  
 Sed melius nescisse fuit. sine furta tegantur :  
 Ne fugiat victo fassus ab ore pudor.  
 Quo magis , ô juvenes , deprendere parcite vestras.  
 Peccent : peccantes verba dedisse putent.  
 Crescit amor pressis. ubi par fortuna duorum est ,  
 In causâ damni perstat uterque sui.  
 Fabula narratur toto notissima cælo ,  
 Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.  
 Mars pater , insano Veneris turbatus amore ,  
 De duce terribili factus amator erat.  
 Nec Venus oranti (neq; enim Dea mollior ulla est)  
 Rustica Gradivo difficilisque fuit.  
 Ah quoties lasciva pedes risisse mariti  
 Dicitur , & duras igne vel arte manus !  
 Marte palam simulat Vulcanum imitata , decebat ;  
 Multaque cum formâ gratia mista fuit.  
 Sed bene concubitus primos celare solebant :  
 Plena verecundi culpa pudoris erat.

iudicio Solis (quis Solem fallere possit?)  
 Cognita Vulcano conjugis acta suæ. (illa.  
 Quam mala, Sol, exempla moves? pete munus ab  
 Et tibi, si taceas, quod dare possit, habet.  
 fulciber obscuros lectum circaque superque  
 Disponit laqueos: lumina fallit opus.  
 ingit iter Lemnon: veniunt ad fœdus amantes:  
 Impliciti laqueis nudus uterque jacent.  
 onvocat ille Deos. præbent spectacula capti.  
 Vix lacrymas Venerem continuisse putant.  
 on vultus texisse suos, non denique possunt  
 Partibus obscœnis opposuisse manus.  
 los aliquis ridens, In me, fortissime Mavors,  
 Si tibi sunt oneri, vincula transfer, ait.  
 ix precibus, Neptune, tuis captiva resolvit  
 Corpora. Mars Threcen occupat; illa Paphon.  
 oc tibi profectum, Vulcane: quod ante tegebant,  
 Liberius faciunt; ut pudor omnis abest.  
 epe tamen demens stulte fecisse fateris:  
 Teque ferunt iræ pœnituisse tuæ.  
 oc vetui. vos ecce vetat deprensâ Dione  
 Insidias illas, quas tulit ipsa, pati.  
 ec vos rivali laqueos disponite: nec vos  
 Excipite arcana verba notata manu.  
 a viri captent (si jam captanda putabunt)  
 Quos faciunt justos ignis & unda viros.  
 n iterum testor: nihil hic, nisi lege remissum.  
 Luditur in nostris instita nulla jocis.  
 uis Cereris ritus ausit vulgare profanis,  
 Magnaque Threïcia sacra reperta Samo?  
 xigua est virtus, præstare silentia rebus:  
 At contra gravis est culpa, tacenda loqui.  
 bene; quod, frustra captatis arbore pomis,  
 Garrulus in mediâ Tantalus aret aqua!  
 æcipue Cytherêa jubet sua sacra taceri.  
 Admoneo, veniat ne quis ad illa loquax.  
 ondata si non sunt Veneris mysteria cistis;  
 Nec cava vesanis ictibus æra sonant:  
 tamen inter nos medio versantur in usu:  
 Sic tamen, inter nos ut latuisse velint.  
 sa Venus pubem, quoties velamina ponit,  
 Protegitur læva semireducta manu.  
 medio passimque coit pecus, hoc quoque viso  
 Aver-

Ad Venerem quicumque voles attingere seram ;

Si modo duraris , præmia digna teres .

Conscius ecce duos accepit lectus amantes ;

Ad thalami clausas , Musa , resiste fores .

Sponte sua sine te celeberrima verba loquentur :

Nec manus in lecto læva jacebit iners .

Invenit digiti , quod agant in partibus illis ,

In quibus occulte spicula figit Amor .

Fecit in Andromache prius hoc fortissimus Hector

Nec solum bellis utilis ille fuit .

Fecit & in captâ Lyrneside magnus Achilles ,

Cum premeret mollem lassus ab hoste torum .

Illis te tangi manibus , Brisæi , sinebas ,

Imbræ Phrygia quæ nece semper erant .

An fuit hoc ipsum , quod te , lasciva , juvaret ,

Ad tua victrices membra venire manus ?

Crede mihi , non est Veneris properanda voluptas

Sed sensim tarda prolicienda morâ .

Cum loca reppereris , quæ tangi fœmina gaudet

Non obstat , tangas quo minus illa , pudor .

Aspicias oculos tremulo fulgore micantes ,

Ut sol à liquidâ sæpe refulget aqua .

Accedent questus , accedet amabile murmur ,

Et dulces gemitus , aptaque verba joco .

Sed neque tu dominam velis majoribus usus

Desine ; nec cursus anteat illa tuos .

Ad metam properate simul . tum plena voluptas ;

Cum pariter victi fœmina virque jacent .

Hic tibi servandus tenor est : cum libera dantur

Otia ; furtivum nec timor urget opus .

Cum mora non tuta est ; totis incumbere reinis

Utile , & admissò subdere calcar equo .

Finis adest operi palmam date , grata juvenus ;

Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ .

Quantus apud Danaõs Podalirius arte medendi ,

Æacides dextra , pectore Nestor erat ;

Quantus erat Calchas extis , Telamonius armis

Automedon curru ; tantus amator ego .

Me vatem celebrate , viri ; mihi dicite laudes :

Cantetur toto nomen in orbe nieum .

Arma dedi vobis . dederat Vulcanus Achilli .

Vincite muneribus , vicit ut ille , datis .

Sed quicumque meo superarit Amazona ferro ,

Inscribat spoliis, Naso magister erat.  
 Ecce rogant teneræ, sibi dem præcepta, puellæ.  
 Vos eritis chartæ proxima cura meæ.

P. OVIDII NASONIS  
 SULMONENSIS  
 ARTIS AMATORIÆ

## LIBER III.

**A**Rma dedi Danaïs in Amazonas. arma super-  
 sunt  
 Quæ tibi dem, & turmæ, Penthesilæa, tuæ.  
 Ite in bella pares: vincant, quibus alma  
 Faverit, & toto qui volat orbe, Puer. (Dione  
 Non erat armatis æquum concurrere nudas:  
 Sic etiam vobis vincere turpe, viri.  
 Dixerit e multis aliquis, Quid virus in anguem  
 Adjicis? & rabidæ tradis ovile lupæ?  
 Parcite paucarum diffundere crimen in omnes.  
 Spectetur meritis quæque puella suis.  
 Si minor Atrides Helenen, Helenesque sororem  
 Quo premat Atrides crimine major habet.  
 Si scelere Oeclides Talætoniæ Eriphyles  
 Vivus, & in vivis ad Styga venit equis;  
 Est pia Penelope, lustris errante duobus,  
 Et totidem lustris bella gerente viro.  
 Respice Phyllaciden: & quæ comes esse marito  
 Fertur; & ante annos occubuisse suos.  
 Fata Pheretiadæ conjux Pagasæa redemit:  
 Proque sui est uxor funere lata viri.  
 Accipe me, Capaneu; cineres miscemus, inquit  
 Iphias: in medios desiluitque rogos.  
 Ipsa quoque & cultu est & nomine fœmina Virtus.  
 Non mirum, populo si favet illa suo.  
 Nec tamen hæc mentes nostra poscuntur ab arte.  
 Conveniunt cymbæ vela minora meæ.  
 Nil, nisi lascivi per me discuntur amores:  
 Fœmina præcipiam quo sit amanda modo.  
 Fœmina nec flammæ, nec sævos discutit arcus.  
 Parcius hæc video tela nocere viris.

Sæpe viri fallunt ; teneræ non sæpe puellæ :

Paucaque , si quæras , crimina fraudis habent.

Phasida jam matrem fallax dimisit Iason :

Venit in Æsonios altera nupta sinus.

Quantum in te , Theseu , volucres Ariadna marinas

Pavit , in ignoto sola relicta loco.

Quære , novem cur iste vias dicatur ; & audi

Depositis silvas Phyllida fiesse comis.

At famam pietatis habet ; tamen hospes & enssem

Præbuit ; & causam mortis , Elissa , tuæ.

Quid vos perdiderit , dicam ? nescistis amare.

Defuit ars vobis . arte perennat amor.

Nunc quoque nescirent : sed me Cytheræa docere

Iussit : & ante oculos constitit ipsa meos.

Tum mihi , Quid miseræ , dixit , meruere puellæ ?

Traditur armatis vulgus inerme viris .

Illos artifices gemini fecere libelli :

Hæc quoque pars monitis erudienda tuis .

Probra Therapnæ qui dixerat ante maritæ ,

Mox cecinit laudes prosperiore lyrâ .

Si bene te novi , cultas ne læde puellas .

Gratia , dum vives , ista petenda tibi .

Dixit : & è myrto (myrto nam vincta capillos

Confiterat , folium , granaque pauca dedit .

Sensimus acceptis numen quoque : purior æther

Fulsit , & è toto pectore cessit onus .

Dum facit ingenium ; petite hinc præcepta , puellæ ,

Quas pudor , & leges , & sua jura sinunt .

Venturæ memores jam nunc estote senectæ :

Sic nullum vobis tempus abibit iners .

Dam licet , & veros etiam nunc editis annos ;

Ludite : eunt anni more fluentis aquæ .

Nec , quæ præteriit , iterum revocabitur unda :

Nec , quæ præteriit , hora redire potest .

Utendum est atate . cito pede labitur ætas :

Nec bona tam sequitur , quam bona prima fuit .

Hos ego , qui canent frutices , violaria vidi :

Hæc mihi de spinâ grata corona data est .

Tempus erit , quo tu , quæ nunc excludis amantem ,

Frigida desertâ nocte jacebis anus :

Nec tua nocturnâ frangetur janua rixâ :

Spargi nec invenies limina mane rosâ .

Quam cito (me miserum!) laxantur corpora rugis ,

Et

Et perit in nitido qui fuit ore color !

Quasque fuisse tibi canas à virgine jures ,  
Spargentur sabitæ per caput omne comæ.

Anguibus exiit tenui cum pelle vetustas ;  
Nec faciunt cervos cornua jacta senes.

Nostra sine auxilio fugiunt bona. carpite florem ;  
Qui , nisi carptus erit , turpiter ipse cadet.

Adde , quod & partus faciunt breviora juventæ  
Tempora. continuâ messe senescit ager.

Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori ;  
Nec Cephalus rosæ præda pudenda Dex.

Ut Veneri, quem luget adhuc, donetur Adonis ;  
Unde habet Ænean Harmonienque suos ?

Ite per exemplum , genus ô mortale , Dearum ;  
Gaudia nec cupidis vestra negate viris.

Ut jam decipiant, quid perditis ? omnia constant.  
Mille licet sumant : deperit inde nihil.

Conteritur ferrum , silices tenuantur ab usu.  
Sufficit , & damni pars caret illa metu.

Quid vetet appposito lumen de lumine sumi ,  
Quisve cavo vastas in mare servet aquas ?

Det tamen ulla viro mulier, non expedit, inquis.  
Quid, nisi quam fumes, dic mihi, perdis aquam ?

Nec vos prostituit mea vox ; sed vana timere  
Damna vetat. damnis munera vestra carent.

Sed me flaminibus venti majoris iturum ,  
Dum sumus in portu , provehat aura levis.

Ordior à cultu. cultis bene Liber ab uvis  
Provenit ; & culto stat seges alta solo.

Forma Dei munus: formâ quota quæque superbit ?  
Pars vestrûm tali munere magna caret.

Cura dabit faciem : facies neglecta peribit ;  
Idaliæ similis sit licet illa Dex.

Corpora si veteres non sic coluere puellæ ;  
Nec veteres cultos sic habuere viros.

Si fuit Andromache tunicas induta valentes ;  
Quid mirum ? duri militis uxor erat.

Scilicet Ajaci conjux ornata venires ,  
Cui tegumen septem terga fuere boum ?

Simplicitas rudis ante fuit : nunc aurea Roma  
Edomiti magnas possidet orbis opes.

Aspice, quæ nunc sunt Capitolia, quæque fuerunt ;  
Alterius dicas illa fuisse Jovis.

Curia , concilli quæ nunc dignissima tanti est ,  
 De stipula , Tatio regna tenente , fuit.  
 Quæ nunc sub Phœbo ducibusque Palatia fulgent ;  
 Quid , nisi araturis pascua bubus , erant ?  
 Prisca juvent alios : ego me nunc denique natum  
 Gratulor. hæc ætas moribus apta meis.  
 Non quia nunc terræ lentum subducitur aurum ;  
 Lectaque diverso litore concha venit .  
 Nec quia decrescunt effosso marmore montes :  
 Nec quia cæruleæ mole fugantur aquæ .  
 Sed quia cultus adest ; nec nostros mansit in annos  
 Rusticitas priscis illa superstes avis .  
 Vos quoque non caris aures onerate lapillis ,  
 Quos legit in viridi decolor Indus aquâ .  
 Nec prodite graves insuto vestibus auro :  
 Per quas nos petitis , sæpe fugatis , opes .  
 Munditiis capimur : non sint sine lege capilli .  
 Admotæ formam dantque negantque manus .  
 Nec genus ornatûs unum est : quod quamq; decebit ,  
 Eligat ; & speculum consulat ante suum .  
 Longa probat facies capitis discrimina puri :  
 Sic erat ornatis Laodamia comis .  
 Exiguum summâ nodum sibi fronte relinqui ,  
 Ut pateant aures , ora rotunda volunt .  
 Alterius crines humero jactentur utroque .  
 Talis es assumpta , Phœbe canore , lyra .  
 Altera succinctæ religetur more Dianæ :  
 Ut solet , attonitas cum petit illa feras .  
 Huic decet inflatos laxè jacuisse capillos .  
 Illa sit adstrictis impedienda comis .  
 Hanc placet ornari testudine Cyllenea :  
 Sustineat similes fluctibus illa sinus .  
 Sed neque ramosa numerabis in ilice glandes ;  
 Nec quot apes Hyble , nec quot in Alpe feræ ;  
 Nec mihi tot positus numero comprehendere fas est .  
 Adjicit ornatus proxima quæque dies .  
 Et neglecta decet multas coma . sæpe jacere  
 Hesternam credas ; illa repexa modo est .  
 Ars casum simulet . sic capta vidit ut urbe  
 Alcides Iölen , Hanc ego , dixit , amo .  
 Talem te Bacchus , Satyris clamantibus Evæ ,  
 Sustulit in currus , GnoSSI relicta , suos .  
 O quantum indulget vestro Natura decori ,



Quarum sunt multis damna pianda modis !  
 Nos male detegimur , raptique ætate capilli  
 Ut Borca frondes excutiente , cadunt.  
 Fœmina canitiem Germanis inficit herbis ;  
 Et melior vero quæritur arte color.  
 Fœmina procedit densissima crinibus emtis ;  
 Proque suis alios efficit ære suos.  
 Nec rubor est emisse palam. vænire videmus  
 Herculis ante oculos , Virgineumque chorum.  
 Quid de veste loquar ? nec vos, segmenta, requiro ;  
 Nec quæ bis Tyrio murice lana rubes.  
 Cum tot prodierint pretio leviores colores ;  
 Quis furor est , census corpore ferre suo ?  
 Aëris ecce color , tum cum sine nubibus aër ,  
 Nec tepidus pluvias concitat Auster aquas.  
 Ecce tibi similis, qui quondam Phryxon & Hellen  
 Diceris Inôis eripuisse dolis.  
 Hic undas imitatus, habet quoque nomen ab undis:  
 Crediderim Nymphas hac ego veste tegi.  
 Ille crocum simulat : croceo velatur amictu  
 Roscida luciferos cum Dea jungit equos.  
 Hic Paphias myrtos : hic purpureas amethystos ,  
 Albentesve rosas , Threiciamve gruem.  
 Nec glandes, Amarylli, tuæ, nec amygdala desunt:  
 Et sua velleribus nomina cera dedit.  
 Quot nova terra parit flores , cum vere tepenti  
 Vitis agit gemmas ; pigraque cedit hiems :  
 Lana tot , aut plures succos bibit. elige certos.  
 Nam non conveniens omnibus omnis erit.  
 Pulla decent niveas : Briseïda pulla decebant.  
 Cum rapta est , pulla tum quoque veste fuit.  
 Alba decent fuscas : albis , Cephœi , placebas.  
 Sic tibi vestitæ pressa Seriphos erat.  
 Quam pæne admonui , ne trux caper iret in alas ;  
 Neve forent duris aspera crura pilis !  
 Sed non Caucafea doceo de rupe puellas ,  
 Quæque bibant undas , Myse Caïce , tuas.  
 Quid , si præcipiam , ne fuscet inertia dentes ;  
 Oraque suscepta mane laventur aqua ?  
 Scitis & inducta candorem quærere cera.  
 Sanguine quæ vero non rubet ; arte rubet.  
 Arte , supercilii confinia nuda repletis ,  
 Parvaque sinceræ velat aluta genas.

Nec pudor est oculos tenui signare favillâ ;  
 Vel prope te nato , lucide Cydne , croco.  
 Est mihi, quo dixi vestræ medicamina formæ ,  
 Parvus , sed curâ grande libellus opus.  
 Hinc quoque præsidium læsæ petitote figuræ :  
 Non est pro vestris ars mea rebus iners.  
 Non tamen expositas mensâ deprendat amator  
 Pyxidas. ars faciem dissimulata juvet.  
 Quem non offendat toto fæx illita vultu ,  
 Cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus ?  
 Oesyra quid redolent, quamvis mittantur Athenis,  
 Demtus ab immundo vellere succus ovis ?  
 Nec coram mistas cervæ sumsisse medullas ,  
 Nec coram dentes defricuisse probem.  
 Ista dabunt faciem ; sed erunt deformia visu.  
 Multaque , dum fiunt turpia , facta placent.  
 Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis ,  
 Ponderus iners quondam duraque massa fuit.  
 Anulus ut fiat , primo colliditur aurum :  
 Quas geritis vestes , sordida lana fuit.  
 Cum fieret, lapis asper erat ; nunc nobile signum  
 Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.  
 Tu quoque dum coleris, nos te dormire putemus ;  
 Aptius à summâ conspiciare manu.  
 Cur mihi nota tuo causâ est candoris in ore ?  
 Claude forem thalami , quid rude prodis opus ?  
 Multa viros nescire decet. pars maxima rerum  
 Offendat , si non interiora tegas.  
 Aurea quæ pendunt ornato signa theatro ;  
 Inspice , quam tenuis bractea ligna tegat.  
 Sed neque ad illa licet populo , nisi facta , venire :  
 Nec nisi submotis forma paranda viris.  
 At non pestendos coram præbere capillos ,  
 Ut jaceant fusi per tua terga , vetem.  
 Illo præcipue , ne sis morosa , caveto  
 Tempore : nec lapsas sæpe resolve comas.  
 Tuta sit ornatrici. odi, quæ sauciat ora  
 Unguibus & raptâ brachia figit acu.  
 Devovet, & dominæ tangit caput illa : simulque  
 Plorat ad invisas sanguinolenta comas.  
 Quæ male crinita est, custodem in limine ponat ;  
 Orneturve Bonæ semper in æde Dex.  
 Dictus eram cuidam subito venisse puellæ ;

Turbida perverſas induit illa comas.  
 Hoſtibus eveniat tam fœdi cauſa pudoris ;  
 Inque nurus Parthas dedecus illud eat. (pus ;  
 Turpe pecus mutilum. turpe eſt ſine gramine cam-  
 Et ſine fronde frutex ; & ſine crine caput.  
 Non mihi veniſtis , Semele Ledeve , docendæ ;  
 Perque fretum falſo , Sidoni , veſta bove :  
 Aut Helene, quam non ſtulte, Menelaë, repoſcis ;  
 Tu quoque non ſtulte , Troie raptor, habes.  
 Turba docenda venit pulcræ turpeſque puellæ :  
 Pluraque ſunt ſemper deteriora bonis.  
 Formoſæ minus artis opem præceptaque curant :  
 Eſt illis ſua dos , forma ſine arte potens.  
 Cum mare compoſitum eſt, ſecurus navita ceſſat :  
 Cum tumet , auxiliis aſſidet ille ſuis.  
 Rara tamen mendo facies caret. occule mendas :  
 Quamque potes , vitium corporis abde tui.  
 Si brevis es , ſedeas ; ne ſtans videre ſedere :  
 Inque tuo jaceas quantulacunque toro.  
 Hic quoque, ne poſſit fieri meſura cubantis ,  
 Injeſtâ lateant ſac tibi veſte pedes.  
 Quæ nimium gracilis , pleno velamina filo  
 Sumat : & ex humeris laxus amiſtus eat.  
 Pallida purpureis tangat ſua corpora virgis :  
 Nigrior ad Pharii confuge piſcis openi.  
 Pes malus in niveâ ſemper celetur alutâ :  
 Arida nec vinclis crura reſolve ſuis.  
 Conveniunt tenues ſcapulis analectrides altis :  
 Inſtatum circa ſcâſcia peſtus eat.  
 Exiguo ſignet geſtu quodcunque loquetur ;  
 Cui digiti pingues , & ſcaber unguis erunt.  
 Cui gravis oris odor, nunquam jejuna loquatur ;  
 Et ſemper ſpatio diſtet ab ore viri.  
 Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus  
 Dens tibi ; ridendo maxima damna ferēs.  
 Quis credat ? diſcunt etiam ridere puellæ :  
 Quæritur atque illis hac quoque parte decor.  
 Sint modici riſtus, ſint parvæ utrimque lacunæ ;  
 Et ſummos dentes ima labella tegant.  
 Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu :  
 Sed leve neſcio quid fœmineumque ſonent.  
 Eſt , quæ perverſo diſtorqueat ora cachinno :  
 Cum riſu læta eſt altera , flere putes.

Illa sonat raucum , quiddamque inamabile stridet ;  
 Ut rudit ad scabram turpis afella molam.  
 Quo non ars penetrat : discunt lacrymare decenter :  
 Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.  
 Quid , cum legitima fraudatur litera voce ,  
 Blasphæque fit jussu lingua coacta sono ?  
 In vitio decor est , quædam male reddere verba.  
 Discunt posse minus , quam potuere , loqui.  
 Omnibus his, quoniam profunt, impendite curam.  
 Discite fœmineo corpora ferre gradu.  
 Est & in incessu pars non temnenda decoris.  
 Allicit ignotos ille fugatque viros.  
 Hæc movet arte latus , tunicisque fluentibus auras  
 Excipit ; extensos fertque superba pedes.  
 Illa , velut conjux Umbri rubicunda mariti ,  
 Ambulat ; ingentes varica fertque gradus.  
 Sed sit, ut in multis, modus hic quoq; rusticus alter  
 Motus ; in incessu mollior alter erit.  
 Pars humeri tamen ima tui , pars summa lacerti  
 Nuda sit , a læva conspicienda manu.  
 Hoc vos præcipue , niveæ , decet. hoc ubi vidi ,  
 Oscula ferre humero , qua patet , usque liber.  
 Monstra maris Sirenes erant : quæ voce canora  
 Quamlibet admissas detinere rates.  
 His sua Sisyphides auditis pæne resolvit  
 Corpora. nam focis illita cera fuit.  
 Res est blanda canor : discant cantare puellæ.  
 Pro facie multis vox sua lena fuit.  
 Et modo marmoreis referant audita theatri ;  
 Et modo Nilivæ carmina lusa modis.  
 Nec plectrum dextra , citharam tenuisse sinistra  
 Nesciat arbitrio fœmina docta meo.  
 Saxa ferasque lyra movit Rhodopeius Orpheus ,  
 Tartareosque lacus , tergeminiunque canem.  
 Saxa tuo cantu , vindex justissime matris ,  
 Fecerunt muros officiosa novos.  
 Quamvis mutus erat , voci favisse putatur  
 Piscis , Arionis fabula nota lyra.  
 Discite etiam duplici genalia naulia palma  
 Verrere : conveniunt dulcibus illa jocis.  
 Sit tibi Callimachi , sit Coi nota poetæ ,  
 Sit quoque vinoli Teia Musa senis.  
 Nota sit & Sappho : quid enim lascivius illa ?

Cuive pater vafri luditur arte Getæ.  
 Et teneri pollis carmen legiffè Propertî :  
 Sive aliquid Galli , five , Tibulle , tuum.  
 Dictaque Varroni fulvis infignia villis  
 Vellera germanæ , Phryxe , querenda tuæ.  
 Et profugum Ænean , altæ primordia Romæ ;  
 Quo nullum Latio clarius extat opus.  
 Fortitan & noftrum nomen mifcebitur iſtis ;  
 Nec mea Lethæis ſcripta dabuntur aquis.  
 Atque aliquis dicet , Noſtri lege culta magiſtri  
 Carmina , quîs partes inſtruit ille duas.  
 Deve tribus libris , titulus quos ſignat Amorum ,  
 Elige , quod docili molliter ore legas.  
 Vel tibi compoſitâ cantetur Epiftola voce ;  
 Ignotum hoc aliis ille novavit opus.  
 O ita , Phœbe , velis ; ita vos , pia numina vatam ,  
 Inſignis cornu Bacche , novemque Deæ !  
 Quis dubitet , quin ſcire velim faltare puellam ;  
 Ut moveat poſito brachia juffa mero ?  
 Artifices lateris ſcenæ ſpectacula amantur :  
 Tantum mobilis illa decoris habet.  
 Parva monere pudet : talorum ducere jaçtus  
 Ut ſciat , & vires , teſſera miſſa , tuas.  
 Et modo tres jaçtet numeros : modo cogitet , apte  
 Quam ſubëat partem callida , quamque vocet.  
 Cautaque non ſulte latronum prælia ludat :  
 Unus cum gemino calculus hoſte perit.  
 Bellatorque ſuâ preſus ſine compare bellat ;  
 Amulus & cœptum ſæpe recurrit iter.  
 Reticuloque pilæ læves fundantur aperto :  
 Nec , niſi quam tolles , ulla movenda pila eſt.  
 Eſt genus in totidem tenui ratione redactum  
 Scriptula , quot menſes lubricus annus habet.  
 Parva tabella capit ternos utrimque lapillos ;  
 In qua viciffè eſt , continuaffe ſuos.  
 Mille faceſſe jocos. turpe eſt neſcire puellam  
 Ludere : ludendo ſæpe paratur amor.  
 Sed minimus labor eſt , ſapienter jaçtibus uti.  
 Majus opus , mores compoſuiſſe ſuos.  
 Dum ſimus incauti , ſtudioque aperimur in ipſo ;  
 Nudaque per luſus pectora noſtra patent ;  
 Ira ſubit deforme malum , lucrique cupido ;  
 Jurgiaque , & rixæ , ſollicituſque dolor.

Crimina dicuntur : resonat clamoribus æther :

Invocat iratos & sibi quisque Deos.

Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur :

Et lacrymis vidi sæpe madere genas.

Jupiter à vobis tam turpia crimina pellat ,

In quibus est ulli cura placere viro.

Hos ignava jocos tribuit Natura puellis :

Materiâ ludunt uberiore viri.

Sunt illis celeresque pilæ , jaculumque, trochique,

Armaque , & in gyros ire coactus equus.

Nec vos Campus habet, nec vos gelidissima Virgo ;

Nec Thuscus placidâ devehit amnis aquâ.

At licet & prodest, Pompeias ire per umbras ;

Virginis ætheriis cum caput ardet equis.

Visite laurigero sacrata Palatia Phœbo :

Ille Parætonias merfit in alta rates. (runt :

Quæque soror conjuxque Ducis monumenta para-

Navalique gener cinctus honore caput.

Visite thuricremas vaccæ Memphitidos aras :

Visite conspicuis terna theatra locis.

Spectentur tepido maculosæ sanguine arenæ ;

Metaque ferventi circueunda rotâ.

Quod latet , ignotum est : ignoti nulla cupido.

Fructus abest , facies cum bona teste caret.

Tu licet & Thamyran superes, & Amœbea cantu ;

Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

Si Venerem Cons nusquam posuisset Apelles ;

Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

Quid petitur sacris , nisi tantum fama , poëtis ?

Hoc votum nostri summa laboris habet.

Cura Deûm fuerant olim Regumque poëtæ :

Præmiaque antiqui magna tulere chori.

Sanctaque majestas , & erat venerabile nomen

Vatibus : & largæ sæpe dabantur opes.

Ennius emeruit , Calabris in montibus ortus ,

Contiguus poni , Scipio magne , tibi.

Nunc ederæ sine honore jacent : operataque doctis

Cura vigil Musis nomen inertis habet.

Sed famæ vigilare juvet, quis nosset Homerum ,

Ilias æternum si latuisset opus ?

Quis Danaën nosset, si semper clausa fuisset ;

Inque suâ turri perlatuisset anus ?

Utilis est vobis , formosæ , turba , puellæ.

Sæpe vagos ultra limina ferte pedes.

ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam :

Et Jovis in multas devolat ales aves.

quoque det populo mulier speciosa videndam :

Quem trahat, è multis forsitan unus erit.

in omnibus illa locis maneat studiosa placendi :

Et curam totâ mente decoris agat.

usus ubique valet : semper tibi pendeat hamus.

Quo minime credas gurgite, piscis erit.

perpe canes frustra nemorosâs montibus errant :

Inque plagam nullo cervus agente cadit.

quid minus Andromedæ fuerat sperare revinctæ,

Quam lacrymas ulli posse placere suas ?

unere sæpe viri vir quæritur. ire solutis

Crinibus, & fletus non tenuisse decet.

ad vitate viros cultum formamque professos ;

Quique suas ponunt in statione comas.

quæ vobis dicunt, dixerunt mille puellis.

Errat, & in nullâ sede moratur amor.

semina quid faciat, cum sit vir lævior ipsâ ;

Forsitan & plures possit habere viros ?

ix mihi credetis ; sed credite : Troja maneret,

Præceptis Priami si foret usâ sui.

unt qui mendaci specie grassentur amoris,

Perque aditus tales lucra pudenda petant.

ec coma vos fallat liquidâ nitidissima nardo :

Nec brevis in rugas cingula pressa suas.

ec toga decipiat filo tenuissima : nec si

Anulus in digitis alter & alter erit.

orsitan ex horum numero cultissimus ille

Fur sit ; & uratur vestis amore tuæ.

edde meum, clamant spoliatae sæpe puellæ :

Redde meum, toto voce boante foro.

las, Venus, è templis multo radiantibus auro

Lenta vides lites, Appiadesque tuæ.

unt quoq; non dubiâ quædam mala nomina famâ :

Deceptæ à multis crimen amantis habent.

iscite ab alterius vestris timuisse querelis :

Janua fallaci ne sit aperta viro.

arcite, Cecropides, juranti credere Theseo ;

Quos faciet testes, fecit & ante Deos.

t tibi, Demophoon, Thesæi criminis hæres,

Phyllide deceptâ nulla relicta fides.

Si bene promittant , totidem promittite verbis :  
 Si dederint , & vos gaudia pacta date .  
 Illa potest vigilis flammâs extinguere Vestæ ;  
 Et rapere è templis , Inâchi , sacra tuis ;  
 Et dare mista viro tritis aconita cicutis :  
 Accepto Venerem munere si qua negat .  
 Fert animus propius consistere . supprime habenas  
 Musa ; nec admissis excutiare rotis .  
 Verba vadum tentent abiegnis scripta tabellis .  
 Accipiat missas apta ministra notas .  
 Inspice : quodque leges , ex ipsis collige verbis ,  
 Pingat , an ex animo sollicitusque roget . (te  
 Postq; breuem rescribe moram . mora semper aman  
 Incitat , exiguum si modo tempus habet .  
 Sed neque te facilem juveni promitte roganti :  
 Nec tamen eduro , quod petit , ore nega .  
 Fac timeat speretque simul : quotiesque remittes .  
 Spesque magis veniat certa , minorque metus .  
 Munda , sed è medio , consuetaque verba , puellæ  
 Scribite . sermonis publica forma placet .  
 Ah quoties dubius scriptis exarsit amator ;  
 Et nocuit formæ barbara lingua bonæ !  
 Sed quoniam , quamvis vittæ careatis honore ,  
 Est vobis vestros fallere cura viros ;  
 Ancillæ puerive manus ferat apta tabellas :  
 Pignora nec juveni credite vestra novo .  
 Vidi ego pallentes isto terrore puellas  
 Servitium miserâs tempus in omne pati .  
 Perfidus ille quidem , qui talia munera servat :  
 Sed tamen Ætnæi fulminis instar habet .  
 Judice me fraus est concessa , repellere fraudem .  
 Armaque in armatos sumere jura sinunt .  
 Ducere consuescat multas manus una figuras ,  
 Ah pereant , per quos ista monenda mihi !  
 Nec nisi deletis tutum rescribere ceris :  
 Ne teneat geminas una tabella manus .  
 Fœmina dicatur scribenti semper amator .  
 Illa sit in vestris , qui fuit ille , notis .  
 Sed libet à parvis animum ad majora referre ,  
 Plenaque curvato pandere vela sinu ;  
 Pertinet ad faciem rabidos compescere mores .  
 Candida pax homines , trux decet ira feras .  
 Ora tument irâ ; nigrescunt sanguine venæ ;



Lumina Gorgoneo sævius igne micant.

Iprocul hinc , dixit , non es mihi tibia tanti ;

Ut vidit vultus Pallas in amne suos.

Vos quoque si mediâ speculum spectetis in irâ ;

Cognoscat faciem vix fatis ulla suam.

Nec tumeat vultu damnosa superbia vestro.

Comibus est oculis alliciendus amor.

Odimus immodicos (expertæ credite) fastus.

Sæpe tacens odii semina vultus habet.

Spectantem spectâ : ridenti mollia ride.

Innuet ; acceptas tu quoque redde notas.

Sic ubi prælustris , rudibus puer ille relictis

Spicula de pharetrâ promit acuta suâ.

Odimus & mœstas. Tecmessam diligat Ajax :

Nos hilarem populum fœmina læta capit.

Nunquam ego te, Andromache, nec te, Tecmessâ,

Ut mea de vobis altera amica foret. (rogarem,

Crederet vix videor , cum cogar credere partu ,

Vos ego cum vestris concubuisse viris.

Scilicet Ajaci mulier mœstissima dixit ,

Lux mea ; quæque solent verba juvare viros ?

Quid vetat a magnis ad res exempla minores

Sumere , nec nomen pertimuisse ducis ?

Dux bonus huic centum commisit vite regendos :

Huic equites ; illi signa tuenda dedit. (sum,

Vos quoque, de nobis quem quisque sit aptus ad u-

Inspicite : & certo ponite quemque loco.

Munera det dives : jus qui profitebitur , adsit :

Facundus causam sæpe clientis agat.

Carmina qui facimus, mittamus carmina tantum.

Hic chorus ante alios aptus amare sumus.

Nos facimus placidæ late præconia formæ.

Nomen habet Nemesis : Cynthia nomen habet.

Vesper & Eoæ novere Lycorida terræ :

Et multi , quæ sit nostra Corinna , rogant.

Adde , quod insidiæ sacris à vatibus absumunt :

Et facit ad mores ars quoque nostra suos.

Nec nos ambitio , nec amor nos tangit habendî :

Contempto colitur lectus & umbra foro.

Ad facile hæremus , validoque perurimur æstu ;

Et nimium certâ scimus amare fide.

Scilicet ingenium placidâ mollimur ab arte :

Et studio mores convenienter eunt.

Vatibus Aoniis faciles estote, puellæ.

Numen inest illis; Pieridesque favent.

Est Deus in nobis; & sunt commercia cæli.

Sedibus æthereis spiritus ille venit.

A doctis pretium scelus est sperare poetis.

Me miserum! scelus hoc nulla puella timet.

Dissimulate tamen; nec primâ fronte rapaces

Este. novus visû castæ resistet amans.

Sed neque vector equum, qui nuper sensit habenas

Comparibus frænis, artificemque reget.

Nec stabiles annis animos, viridemque juventam

Ut capias, idem limes agendus erit.

Hic rudis, & castris nunc primum notus Amoris,

Qui tetigit thalamos præda novella tuos;

Te solam norit; tibi semper inhæreat uni.

Cingenda est altis sepibus ista seges:

Effuge rivalem: vinctes, dum sola tenebis.

Non bene cum sociis regna Venusque manent.

Ille vetus miles sensim & sapienter amabit:

Multaque tironi non patienda feret.

Nec frange postes, nec sævis ignibus uret;

Nec dominæ teneras appetet ungue genas.

Nec scindet tunicasve suas tunicasve puellæ:

Nec raptus stendi causa capillus erit.

Ista decet pueros ætate & amore calentes:

Hic fera compositâ vulnera mente feret.

Ignibus hic lentis uretur, ut humida tæda;

Ut modo montanis silva recisa jugis.

Certior hic amor est: brevis & fecundior ille.

Quæ fugiunt, celeri carpite poma manu.

Omnia tradantur. portas reseravimus hosti;

Et sit in infidâ proditione fides.

Quod datur ex facili longum male nutrit amorem.

Miscenda est lætis rara repulsa jocis.

Ante fores jaceat: Crudelis janua, clamet:

Multaque submissè, multa minanter agat.

Dulcia non ferimus: succo renovemur amaro.

Sæpe perit ventis obruta cymba suis.

Hoc est, uxores quod non patiatur amari:

Conveniunt illas, cum voluere, viri.

Obde forem; & duro dicat tibi janitor ore,

Non potes. exclusum te quoque tanget amor.

Ponite jam gladios hebetes; pugnetur acutis.

Nec dubito, telis quin petar ipse meis.  
 Cum cadit in laqueos captus quoque nuper amator;  
 Solum se thalamos speret habere tuos.  
 Post modo rivalem, partitaque fœdera lecti  
 Sentiat. has artes tolle; senescet amor.  
 Cum bene fortis equus reserato carcere currit;  
 Cum quos prætercat, quosque sequatur, habet.  
 Quamlibet extinctos injuria suscitât ignes.  
 En ego (confitetur) non nisi læsus amo.  
 Causa tamen nimium non sit manifesta doloris:  
 Pluraque sollicitus, quam sciat, esse putez.  
 Excitet & ficti tristis custodia servi,  
 Et nimium duri cura molesta viri.  
 Quæ venit ex tuto, minus est accepta voluptas.  
 Ut sis liberior Thaidæ; finge metus.  
 Num melius foribus possis, admitte fenestrâ:  
 Inque tuo vultu signa timentis habe.  
 Callida profiliat, dicatque ancilla, Perimus:  
 Tu juvenem trepidum quolibet abde loco.  
 Dimiscenda tamen Venus est secunda timori;  
 Ne tanti noctes non putet esse tuas.  
 Quæ vafer eludi possit ratione maritus,  
 Quæque vigil custos, præteriturus eram.  
 Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ.  
 Hoc decet: hoc leges jusque pudorque jubent.  
 Ne quoque servari, modo quam vindicta redemit,  
 Quis ferat? ut fallas, ad mea sacra veni.  
 Ut licet observent, (adsit modo certa voluntas)  
 Quot fuerant Argo lumina; verba dabis.  
 Nil licet obstabit custos, ne scribere possis,  
 Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ?  
 Conscia cum possit scriptas portare tabellas,  
 Quas tegat in tepido fasciâ lata sinu?  
 Num possit surâ chartas celare ligatas;  
 Et vinculo blandas sub pede ferre notas?  
 Si averit hæc custos: pro chartâ conscia tergum  
 Præbeat; inque suo corpore verba ferat.  
 Quæ nota quoque est, fallitque oculos è lacte recentis  
 Litera: carbonis pulvere tange; leges.  
 Nil allet & humiduli quæ fiet acumine lini,  
 Et feret occultas pura tabella notas.  
 Quæ fuit Acrisio servandæ cura puellæ:  
 Hunc tamen illa suo crimine fecit avum.

Quid faciat custos ; cum sint tot in Urbe theatra  
 Cum spectet junctos illa libenter equos ?  
 Cum sedeat Phariæ sis tris operata juvencæ ;  
 Quoque sui comites ire vetentur , eat ?  
 Cum fuget è templis oculos Bona Diva virorum  
 Præterquam si quos illa venire jubet :  
 Cum , custode foris tunicas servante puellæ ,  
 Celent furtivos balnea tuta viros :  
 Cum , quoties opus est , fallax ægrotet amica ;  
 Et cedat lecto quamlibet ægra suo :  
 Nomine cum doceat , quid agamus , adultera clausa  
 Quasque petas , non det janua sola , vias ?  
 Fallitur & multo custodis cura Lyæo :  
 Illa vel Hispano lecta sit uva jugo.  
 Sunt quoque ; quæ faciant altos medicamina somni  
 Victaque Lethæâ lumina nocte premant.  
 Nec male delitiis odiosum conscia tardis  
 Detinet ; & longâ jungitur ipsa morâ.  
 Quid juvat ambages præceptaque parva moneri  
 Cum minimo custos munere possit emi ?  
 Munera ( crede mihi ) capiunt hominesque Deos  
 Placatur donis Jupiter ipse datis.  
 Quid sapiens faciat ? stultus quoque munere gau-  
 Ipse vir , accepto munere , mutus erit.  
 Sed semel est custos longû redimendus in annu  
 Sæpe dabit , dederit quas semel , ille manus.  
 Questus eram ( memini ) metuendos esse sodales  
 Non tangit solos ista querela viros.  
 Credula si fueris , alix tua gaudia carpent ;  
 Et lepus hic aliis exagitandus erit.  
 Hæc quoque , quæ præbet lectum studiosa locuti  
 Crede mihi , mecum non semel illa fuit.  
 Nec nimium vobis formosa ancilla ministret :  
 Sæpe vicem dominæ præstitit illa mihi.  
 Quo feror insanus ? quid aperto pectore in hoste  
 Nitior ; & indicio prodor ab ipse meo ?  
 Non avis aucupibus monstrat , qua parte petatu  
 Non docet infestos currere cerva canes.  
 Viderit utilitas : præcepta fideliter edam.  
 Lemnia si gladios in mea fata dabo.  
 Efficite (& facile est ) ut nos credamus amari :  
 Prona venit cupidis in sua vota fides.  
 Spectet amabilius juvenem ; suspiret ab imo

Fœmina ; tam fero cur veniatque roget.  
 Accedant lacrymæ , dolor & de pellice fictus ;  
 Et laniet digitis illius ora suis.  
 Indudum persuasus erit ; miserebitur ultro :  
 Et dicet , Curâ carpitur ista mei.  
 Incipue , si cultus erit , speculoque placebit ,  
 Posse suo tangi credet amore Deas.  
 Ad te , quæcunque es , moderate injuria turbet ;  
 Neu iis auditâ pellice mentis inops.  
 Nec cito credideris. quantum cito credere lædat ,  
 Exemplum vobis non leve Procris erit.  
 Ist prope purpureos colles florentis Hymetti  
 Fons sacer , & viridi cespite mollis humus.  
 Iva nemus non alta facit : tegit arbutus herbam :  
 Ros maris , & lauri , nigraque myrtus olent.  
 Cecidisse foliis buxi , fragileisque myricæ ,  
 Nec tenues cythi , cultaque pinus abest.  
 Invenibus impulsæ Zephyris aurâque salubri  
 Tot generum frondes herbaque summa tremunt.  
 Quæ rata quies Cephalo. famulis canibusque relictis  
 Lassus in hac juvenis sæpe resedit humo.  
 Quæ quoque meos releves æstus , cantare solebat ,  
 Accipienda sinu , mobilis Aura , veni.  
 Conjugis ad timidas aliquis male sedulus aures  
 Auditos memori detulit ore sonos.  
 Procris ut accepit nomen , quasi pellicis , Auræ ;  
 Excidit : & subito muta dolore fuit.  
 Illiuit , ut seræ , lectis de vite racemis ,  
 Pallefcunt frondes , quas nova læsit hiems ;  
 Quæque suos curvant inatura cydonia ramos ;  
 Cornaque adhuc nostris non satis apta cibus.  
 Tunc rediit animus , tenues à pectore vestes  
 Rumpit , & indignas fauciat ungue genas.  
 Cecidit mora ; per medias passis furibunda capillis  
 Evolat , ut thyrso concita Baccha , vias.  
 Tunc prope perventum ; comites in valle relinquit.  
 Ipsa nemus tacito clam pede fortis init.  
 Quid tibi mentis erat , cum sic male sana lateres ,  
 Procri ? quis attoniti pectoris ardor erat ?  
 Num jam venturam , quæcunque erat Aura , putabas  
 Scilicet ; atque oculis probra videnda tuis.  
 Tunc venisse piget ; neque enim deprendere velles :  
 Nunc juvat. incertus pectora versat amor.

Crede quæ jubeant, locus est, & nomen, & index

Et quia amans semper, quod timet, esse putat.

Vidit ut oppressam velligia corporis herbam;

Pulsantur trepidi corde micante sinu.

Jamque dies medius tenues contraxerat umbras;

Inque pari spatio vesper & ortus erant.

Ecce redit Cephalus silvis Cyllenia proles,

Oraque fontanâ fervida spargit aqua.

Anxia, Procri, lates. solitas jacet ille per herbas;

Et, Zephyri molles, Auraque, dixit, ades.

Ut patuit miseræ jucundus nominis error;

Et mens, & rediit verus in ora color.

Surgit; & appositas agitato corpore frondes

Movit, in amplexus uxor itura viri.

Ille feram sonuisse ratus, juveniliter arcus

Corripit: in dextrâ tela fuere manu.

Quid facis, infelix? non est fera: supprime tela.

Me miserum! jaculo fixa puella tuo est.

Hei mihi! exclamat, fixisti pectus amicum.

Hic locus à Cephalo vulnera semper habet.

Ante diem morior, sed nullâ pellice læsa:

Hoc faciet positæ te mihi terra levem.

Nomine suspectas jam spiritus exit in auras:

Labor io! carâ lumina conde manu.

Ille sinu dominæ morientia corpora mœsto

Sustinet; & lacrymis vulnera sæva lavat.

Exit, &, incauto paulatim pectore lapsus,

Excipitur miseri spiritus ore viri.

Sed repetamus iter. nudis mihi rebus agendum est.

Ut tangat portus fessa carina suos.

Scilicet expectas, dum te in convivia ducam,

Et quæris monitus hac quoque parte meos?

Sera veni; positâque decens incede lucernâ.

Grata mora est Veneri: maxima lena mora est.

Etsi tarpis eris, formosa videbere potis:

Et latebras vitiiis nox dabit ipsa tuis.

Carpe cibos digitis; est quiddam gestus edendi:

Ora nec immundâ tota perunge manu.

Neve domi præsume dapes: & desine, citra

Quam capies paulo, quam potes esse, miuus.

Priamides Helenen avide si spectet edentem,

Oderit; & dicat, Stulta rapina mea est.

Aptius est, deceatque magis potare puellas.

Cum

Cum Veneris puero non male, Bacche, facis.  
 Hoc quoque, qua patiens caput est: animusque; pedesque;  
 Consistent: nec, quæ sint singula, bina vide.  
 Turpe jacens mulier multo madefacta Lyxo:  
 Digna est concubitus quoslibet illa pati.  
 Nec somnis positâ tutum succumbere mensâ:  
 Per somnos fieri multa pudenda solent.  
 Alteriora pudet docuisse: sed alma Dione,  
 Præcipue nostrum est, quod pudet, inquit, opus.  
 Nota sibi sint quæque: modos à corpore certos  
 Sumite. non omnes una figura decet.  
 Quæ facie præsignis eris, resupina jaceto:  
 Spectentur tergo, quis sua terga placent.  
 Milanion humeris Atalantes crura ferebat:  
 Si bona sunt, hoc sunt accipienda modo.  
 arva vehatur equo: quod erat longissima, nunquam  
 Thebais Hectoreo nupta refedit equo.  
 trata premat genibus, paulum cervice reflexâ,  
 Fœmina, per longum conspicienda latus.  
 cui femur est juvenile, carent cui pectora mendâ,  
 Stet vir, in obliquo fusâ sit ipsa toro.  
 Nec tibi turpe puta crinem, ut Phylleia mater,  
 Solvere: & effusis colla reflecte comis.  
 Tu quoque, cui rugis uterum Lucina notavit,  
 Ut celer aversis utere Parthus equis.  
 Hille modi Veneris. simplex minimique laboris,  
 Cum jacet in dextrum semisupina latus.  
 Sed neque Phœbæi tripodes, nec corniger Ammon.  
 Vera magis vobis, quam mea Musa, canent.  
 qua fides arti, quam longo fecimus usu;  
 Credite: præstabit carmina nostra fidem.  
 Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis  
 Fœmina; & ex æquo res juvet illa duos.  
 Nec blandæ voces, jucundaque murmura cessent:  
 Nec taceant mediis improba verba jocis.  
 Tu quoque, cui Veneris sensum Natura negavit,  
 Dulcia mendaci gaudia finge sono.  
 Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella es;  
 Quo pariter debent fœmina virque frui.  
 tantum; cum finges; ne sis manifesta caveto:  
 Effice per motum luminaque ipsâ fidem.  
 quod juvet, & voces & auhelitus arguat oris.  
 Ah pudet! arcana pars habet ista notas.

Gaudia post Veneris quæ poscet munus amantem ;  
 Ipsa tuas nolet pondus habere preces.  
 Nec lucem in thalamos totis admittite fenestris.  
 Aptius in vestro corpore multa latent.  
 Lusus habet finem : cynnis descendere tempus ,  
 Duxerunt collo qui juga nostra suo.  
 Ut quondam iuvenes , ita nunc mea turba puellæ  
 Inscribebant spoliis , Naso magister erat.

P. OVIDII NASONIS  
 REMEDIUM AMORIS.

**L** Egerat hujus Amor titulum nomenque li-  
 belli :  
 Bella mihi, video, bella parantur, ait.  
 Parce tuum vatem scelere damnare, Cupido;  
 Tradita qui toties te duce signa tuli.  
 Non ego Tydides , à quo tua faucia mater  
 In liquidum rediit æthera Martis equis.  
 Sæpe tepent alii iuvenes : ego semper amavi.  
 Et si, quid faciam nunc quoque, quæris ; amo.  
 Quin etiam docui , qua possis arte parari :  
 Et quod nunc ratio est , impetus ante fuit.  
 Nec te, blande puer, nec nostras prodimus artes :  
 Nec nova præteritum Musa retexit opus.  
 Si quis amat , quod amare iuvat , feliciter ardens  
 Gaudeat , & vento naviget ille suo.  
 At si quis male fert indignæ regna puellæ ;  
 Ne pereat , nostræ sentiat artis opem.  
 Cur aliquis collum laqueo nodatus ab arce.  
 E trabe sublimi triste pependit onus ?  
 Cur aliquis rigido sodit sua viscera ferro ?  
 Invidiam cædis , pacis amator , habes.  
 Qui , nisi deserit , misero periturus amore est ;  
 Desinat : & nulli funeris auctor eris.  
 Et puer es ; nec te quicquam , nisi ludere , oportet.  
 Lude : decent annos mollia regna tuos.  
 Nam poteras uti nudis ad bella sagittis :  
 Sed tua letifero sanguine tela carent.  
 Vitricus & gladiis & acuta dimicet hastâ ;  
 Et victor multâ cæde cruentus eat.  
 Tu cole maternas , tuto quibus utimur , artes :



Et quarum vitio nulla fit orba parens.  
 Effice nocturnâ frangatur janua rixâ ;  
 Et tegat ornatas multa corona fores.  
 Tac coeant furtim juvenes , timidæque puellæ :  
 Verbaque dent cauto qualibet arte viro.  
 Et modo blanditias , rigido modo jurgia posti  
 Dicat ; & exclusus flebile cantet amans.  
 His lacrymis contentus eris sine crimine mortis.  
 Non tua fax avidos digna subire rogos.  
 Hæc ego. movit Amor gemmatas aureus alas ;  
 Et mihi , Propositum perfice , dixit , opus.  
 Ad mea , decepti Juvenes , præcepta venite ;  
 Quos suus ex omni parte fefellit amor.  
 Discite sanari , per quem didicistis amare :  
 Una manus vobis vulnus opemque feret.  
 Erra salutare herbas , eademque nocentes ,  
 Nutrit : & urticæ proxima sæpe rosa est.  
 Vulnus in Herculeo quæ quondam fecerat hoste ,  
 Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.  
 Sed quæcunque viris , vobis quoque dicta , puellæ ,  
 Credite. diversis partibus arma damus.  
 Quibus ad vestros si quid non pertinet usus ;  
 Attamen exemplo multa docere potest.  
 Fide propositum , sævas extinguere flammæ ;  
 Nec servum vitii pectus habere sui.  
 Dixisset Phyllis , si me foret usâ magistro ;  
 Et per quod novies , sæpius,isset iter.  
 Nec moriens Dido summâ vidisset ab arce  
 Dardanidas vento vela dedisse rates.  
 Nec dolor armasset contra sua viscera matrem ;  
 Quæ socii damno sanguinis ulta virum est.  
 Arte meâ Tereus , quamvis Philomela placeret ,  
 Per facinus fieri non meruisset avis.  
 Da mihi Pasiphaën ; jam tauri ponet amorem :  
 Da Phædræ ; Phædræ turpis abibit amor.  
 Dedde Parin nobis ; Helenen Menelaüs habebit :  
 Nec manibus Danaïs Pergama victa cadent.  
 Impia si nostros legisset Scylla libellos ;  
 Hæcisset capiti purpura , Nise , tuo.  
 Me duce damnosas , homines , compescite curas :  
 Rectaque cum sociis me duce navis eat.  
 Naso legendus erat , tunc cum didicistis amare ;  
 Idem nunc vobis Naso legendus erit.

Publicus assertor dominis oppressa levabo  
 Pectora : vindictæ quisque favete suæ.  
 Te precor, arcitenens, adsit tua laurea nobis,  
 Carminis & medicæ Phœbe repertor opis.  
 Tu pariter vati, pariter succurre medenti :  
 Utraque tutelæ subdita cura tuæ.  
 Dum licet, & modici tangunt præcordia motus ;  
 Si piget, in primo limine sille pedem.  
 Opprime, dum nova sunt, subiti mala semina morb  
 Et tuus incipiens ire resistat equus.  
 Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas  
 Et validas segetes, quod fuit herba, facit.  
 Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,  
 Quo posita est primum tempore, virga fuit.  
 Tum poterat manibus summâ tellure revelli ;  
 Nunc stat in immensum viribus aucta suis.  
 Quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente  
 Et tua læsuro subtrahere colla jugo.  
 Principiis obsta. sero medicina paratur,  
 Cum mala per longas convaluere moras.  
 Sed propera : nec te venturas differ in horas.  
 Qui non est hodie, cras minus aptus erit.  
 Verba dat omnis amor, reperitq; alimenta morando  
 Optima vindictæ proxima quæque dies.  
 Flumina pauca vides de magnis fontibus orta :  
 Plurima collectis multiplicantur aquis.  
 Si cito sensisses, quantum peccare parares,  
 Non tegeres vultus cortice, Myrrha, tuos.  
 Vidi ego, quod primo fuerat sanabile, vulnus  
 Dilatum longæ damna tulisse moræ.  
 Sed, quia delectat Veneris decerpere flores,  
 Dicimus assidue, Cras quoque fiet idem.  
 Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ;  
 Et mala radices altius arbor agit.  
 Si tamen auxilii perierunt tempora primi,  
 Et vetus in capto pectore sedit amor ;  
 Majus opus superest : sed non, quia serior ægro  
 Advocor, ille mihi destituendus erit.  
 Quam læsus fuerat partem Pœantius heros,  
 Certâ debuerat præsecuisse manu.  
 Post tamen hic multos sanatus creditur annos  
 Supremam bellis imposuisse manum.  
 Qui modo nascentes properabam pellere morbos,  
 Ad-

Admoveo tardam nunc tibi lentus opem.  
 Aut nova, si possis, sedare incendia tentes:  
 Aut ubi per vires procubuere suas.  
 Cum furor in cursu est; currenti cede furori.  
 Difficiles aditus impetus omnis habet.  
 cultus, ab obliquo qui cum descendere possit,  
 Pugnat in adversas ire natator aquas.  
 Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte  
 Respuit, atque odio verba monentis habet.  
 Aggrediar melius tunc, cum sua vulnera tangi  
 Jam sinet, & veris vocibus aptus erit.  
 Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati  
 Flere vetet? non hoc illa monenda loco.  
 Cum dederit lacrymas, animunq; impleverit ægrū;  
 Ille dolor verbis emoderandus erit. (sunt,  
 Temporis ars medicina fere est. data tempore pro-  
 Et data non apto tempore vina nocent.  
 Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando;  
 Temporibus si non aggrediare suis.  
 Ergo, ubi visus eris nostræ medicabilis arti,  
 Fac monitis fugias otia prima meis.  
 Hæc, ut ames, faciunt: hæc, ut fecere, tuentur:  
 Hæc sunt jucundi causa cibisque mali.  
 Otia si tollas, periere Cupidinis arcus;  
 Contemptæque jacent, & sine luce, faces.  
 Quam platanus vino gaudet, quam populus undâ,  
 Et quam limosâ canna palustris humo;  
 Quam Venus otia amat. qui finem quæris amoris,  
 (Cedit amor rebus) res age: tutus eris.  
 Languor, & immodici sub nullo vindice somni,  
 Aleaque, & multo tempora quassa mero,  
 Ripiunt omnes animis sine vulnere nervos.  
 Adfluit incautis insidiosus Amor.  
 Confidiam puer ille sequi solet. odit agentes.  
 Da vacuæ menti, quo teneatur, opus.  
 Sunt fora: sunt leges: sunt, quos tæaris, amici. 7  
 Vade per urbanæ candida castra togæ.  
 Vel tu sanguinei juvenilia munera Martis  
 Suscipe. delitiæ jam tibi terga dabunt.  
 Cecere fugax Parthus, magni nova causa triumpho,  
 Jam videt in campis Cæsaris arma suis.  
 Hinc Cupidineas pariter Parthasque sagittas:  
 Et refer ad patrios bina tropæa Deos.

Ut semel Ætolâ Venus est à cuspide læsa ;  
 Mandat amatori bella gerenda suo.  
 Quæritis , Ægilthus quare sit factus adulter ?  
 In promptu causa est : desidiosus erat :  
 Pugnabant alii tardis apud Ilion armis :  
 Transtulerat vires Græcia tota suas.  
 Sive operam bellis vellet dare , nulla gerebat ;  
 Sive foro , vacuum litibus Argos erat.  
 Quod potuit , ne nil illic ageretur , amavit.  
 Sic venit ille puer : sic puer ille manet.  
 Rura quoq; oblectant animos , studiumque colendi  
 Quælibet huic curæ cedere cura potest.  
 Colla jube domitos oneri supponere tauros ;  
 Sauciet ut duram vomer aduncus humum.  
 Obrue versatâ Cerealia femina terrâ ,  
 Quæ tibi cum multo sænore reddat ager.  
 Aspice curvatos pomorum pondere ramos ;  
 Ut sua , quod peperit , vix ferat arbor onus.  
 Aspice jucundo labentes murmure rivos :  
 Aspice tondentes fertile gramen oves.  
 Ecce petunt rupes præruptaque saxa capellæ.  
 Jam referent hædis ubera plena suis.  
 Pastor inæquali modulatur arundine carmen :  
 Nec desunt comites sedula turba canes.  
 Parte sonant aliâ silvæ mugitibus altæ ;  
 Et queritur vitulum mater abesse suum.  
 Quid cum suppositas fugiunt examina taxos ,  
 Ut relevent denti vimina torta favi ?  
 Poma dat autumnus ; formosa est messibus æstas :  
 Ver præbet flores : igne levatur hiems.  
 Temporibus certis maturam rusticus uvam  
 Deligit ; & nudo sub pede musta fluunt :  
 Temporibus certis desectas alligat herbas ;  
 Et tonsam raro peetine verrit humum.  
 Ipse potes riguis plantam deponere in hortis :  
 Ipse potes rivos ducere lenis aquæ.  
 Venerit instio ; fac ramum ramus adoptet :  
 Stetque peregrinis arbor aperta comis.  
 Cum semel hæc anitum cæpit mulcere voluptas ,  
 Debilibus pennis irritus exit Amor.  
 Vel tu venandi studium cole. sæpe recessit  
 Turpiter à Phœbi victa sorore Venus.  
 Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci :

Nunc tua frondosis retia tende jugis.

Aut pavidos terre varia formidine cervos :

Aut cadat adversa cuspide fossus aper.

Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ ,

Excipit ; & pingui membra quiete levat.

Lenius est studium, studium tamen, alite capta ,

Aut lino, aut calamis præmia parva sequi.

Vel, quæ piscis edax avido male devoret ore ,

Abdere supremis æra recurva cibis.

Aut his, aut aliis, donec dediscis amare ,

Ipse tibi furtim decipiendus eris.

Tu tantum i, quamvis firmis retinebere vinculis ,

I procul, & longas carpere perge vias.

Flebis, ut occurreret desertæ nomen amicæ :

Stabit & in mediâ pes tibi sæpe viâ.

Sed quanto minus ire voles, magis ire memento :

Perfer ; & invitos currere coge pedes.

Nec pluvias vites : nec te peregrina morentur

Sabbata ; nec damnis Allia nota suis.

Nec quot transferis, sed quot tibi quære supersint

Millia : nec, mancas ut prope, finge moras.

Tempora nec numera: nec crebro respice Romam ,

Sed fuge. tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.

Dura aliquis præcepta vocet mea : dura fatemur

Esse : sed, ut valeas, multa dolenda feres.

Sæpe bibi succos, quamvis invitus, amaros

Æger ; & oranti mensa negata mihi.

Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes ;

Arida nec sitiens ora lavabis aqua.

Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis ?

At pretium pars hæc corpore majus habet.

Sed tamen est artis strictissima janua nostræ ,

Et labor est unus tempora prima pati:

Aspicias; ut prensos urant juga prima juvencos ?

Ut nova velocem cingula lædat equum ?

Forsitan a Laribus patriis exire pigebit.

Sed tamen exibis : deinde recurre voles.

Nec te Lar patrius, sed amor revocabit amicæ ,

Præterdens culpæ splendida verba suæ.

Cum semel exieris, centum solatia curæ

Et rus, & comites, & via longa dabunt.

Nec satis esse puta discedere : lentus abesto :

Dum perdat vires, sitque sine igne, cinis.

Si nisi firmata properabis mente reverti ,  
 Inferet arma tibi sæva rebellis Amor.  
 Quid quod, ut abfueris, avidus sitiensque redibis  
 Et spatium damno cesserit omne tuo ?  
 Viderit, Hæmonix si quis mala pabula terræ ,  
 Et magicas artes posse juvare putat.  
 Ista veneficii vetus est via. noster Apollo  
 Innocuam sacro carmine monstrat opem.  
 Me duce non tumulo prædire jubebitur umbra :  
 Non anus infami carmine rumpet humum.  
 Non seges ex aliis alios transibit in agros :  
 Nec subitò Phœbi pallidus orbis erit.  
 Ut solet, æquoreas ibit Tyberinus in undas :  
 Ut solet, in niveis Luna vehetur equis.  
 Nulla recantatas deponent pectora curas ;  
 Nec fugiet vivo sulfure victus amor.  
 Quid te Phasiacæ juverunt gramina terræ ,  
 Cum cuperes patriâ, Colchi, manere domo ?  
 Quid tibi profuerunt, Circe, Perseides herbæ ,  
 Cum sua Neritias abstulit aura rates ?  
 Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret :  
 Ille dedit certæ lintea plena fugæ.  
 Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis :  
 Longus at invito pectore sædit amor.  
 Vertere tu poteras homines in mille figuras :  
 Non poteras animi vertere jura tui.  
 Diceris his etiam, cum jam discedere vellet ,  
 Dulichium verbis detinuisse ducem :  
 Non ego, quod primò (mèmini) sperare solebam,  
 Jam precor, ut conjux tu meus esse velis.  
 Et tamen, ut conjux essem tua, digna videbar :  
 Quod Dea, quod magni filia Solis eram.  
 Ne properes oro : spatium pro munere posco.  
 Quid minus optari per mea vota potest ?  
 Et freta mota vides; & debes illa timere.  
 Utilior velis postmodo ventus erit.  
 Quæ tibi causâ fugæ? non hic nova Troja refurgit:  
 Non alius socios Rhesus ad arma vocat.  
 Hic amor, hic pax est; in quâ male vulneror unâ :  
 Totaque sub regno terra futura tuo est.  
 Illa loquebatur: navem solvebat Ulysses :  
 Irrita cum velis verba tulere Noti.  
 Ardet, & assuetas Circe decurrit ad artes :

Nec

Nec tamen est illis attenuatus amor.

Ergo age, quisquis opem nostra tibi poscis ab arte,

Deme veneficiis carminibusque fidem.

Si te causa potens domina retinebit in Urbe;

Accipe, consilium quod sit in Urbe meum.

Optimus ille fuit vindex, lædentiæ pectus

Vincula qui rupit, dedoluitque semel.

Si cui tantum animi est, illum mirabor & ipse:

Et dicam, Monitis non eget iste meis.

Tu mihi, qui, quod amas, ægrè dediscis amare;

Nec potes, & velles posse; docendus eris.

Sæpe refer tecum sceleratæ facta puellæ;

Et pone ante oculos omnia damna tuos.

Illud & illud habet: nec eâ contenta rapinâ

Sub titulum nostros misit avara lares.

Sic mihi juravit: sic me jurata fefellit.

Ante suam quoties passâ jacere forem!

Diligit ipsa alios: à me fastidit amari.

Institor heu noctes, quas mihi non dat, habet!

Hæc tibi per totos inacescant omnia sensus:

Hæc refer: hinc odii femina quære tui.

Atque utinam possis etiam facundus in illis

Esse! dole tantum; sponte disertus eris.

Hæserat in quâdam nuper mea cura puellâ:

Conveniens animo non erat illa meo.

Curabar propriis æger Podalirius herbis:

Et (fateor) medicus turpiter æger eram.

Profuit assiduæ vitæ insistere amicæ.

Idque mihi factum sæpe salubre fuit.

Quam mala sunt nostræ, dicebam, crura puellæ?

Nec tamen, ut verè confiteamur, erant.

Brachia quàm non sunt nostræ formosa puellæ!

Et tamen, ut verè confiteamur, erant.

Quàm brevis est! nec erat, quam multum poscit

amantem.

Hinc odio venit maxima causa meo.

Et mala sunt vicina bonis. errore sub illo

Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

Quàm potes, in pejus dotes despecte puellæ:

Judiciumque brevi limite falle tuum.

Turgida, si plena est; si fusca est, nigra vocetur.

In gracili macies crimen habere potest.

Et poterit dici petulans, quæ rustica non est;

Et

Et poterit dici rustica, si qua proba est.  
 Quia etiam, quacunq; caret tua fœmina dote,  
 Hanc moveat, blandis usque precare sonis.  
 Exigit cantet, si qua est sine voce puella:  
 Fac saltet, nescit si qua movere manum.  
 Barbara sermone est; fac tecum multa loquatur.  
 Non didicit chordas tangere; posce lyram.  
 Durius incedit; face inambulet. omne papillæ  
 Pectus habent tumidæ; fascia nulla tegat.  
 Si male dentata est; narra, quod rideat, illi.  
 Mollibus est oculis; quod fleat illa, refer.  
 Proderit & subitò, cum se non finxerit ulli,  
 Ad dominam celeres mane tulisse gradus.  
 Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur  
 Omnia. pars minima est ipsa puella sui.  
 Sæpe, ubi sit, quod ames, inter tam multa requiras.  
 Decipit hac oculos ægide. diu es Amor.  
 Improvifus ades; deprendes tutus inermem:  
 Infelix vitiis excidet illa suis. (est:  
 Nec tamen huic nimium præcepto credere tutum  
 Fallit enim multas forma sine arte decens.  
 Tum quoque, cum positis sua collinet ora venenis,  
 Ad dominæ vultus (nec pudor obstat) eas.  
 Pyxidas invenies, & rerum mille colores;  
 Et fluere in tepidos cœsypa lapsa sinus.  
 Illa tuas redolent, Phineu, medicamina mensas:  
 Non semel hinc stomacho nausea facta meo.  
 Nunc tibi, quæ medio Veneris præstentur in usu,  
 Eloquar. ex omni parte fugandus amor.  
 Multa quidem ex illis pudor est mihi dicere: sed tu  
 Ingenio verbis concipe plura meis.  
 Nuper enim nostros quidam carpsere libellos;  
 Quorum censura Musa proterva mea est.  
 Dum modo sic placeam, dum toto canter in orbe;  
 Quod volet, impugnent unus & alter opus.  
 Ingenium magni detractat Livor Homeri:  
 Quisquis es, ex illo, Zoïle, nomen habes.  
 Et tua sacrilege laniantur carmina linguæ,  
 Pertulit huc victos quo duce Troja Deos.  
 [Summa petit livor: persiant altissima venti:  
 Summa petunt dextrâ fulmina missa Jovis.]  
 At tu, quicumque es, quem nostra licentia lædit;  
 Si sapias, ad numeros exige quidque suos.



Fortia Mæonio gaudent pede bella referri.  
 Delitiis illic quis locus esse potest?  
 Grande sonant Tragici; Tragicos decet ira cothur-  
 Ulibus è mediis foccus habendus erit.  
 Liber in adversos hostes stringatur Iâmbus;  
 Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.  
 Blanda pharetratos Elegeia cantet Amores,  
 Et levis arbitrio ludat amica suo.  
 Callimachi numeris non est dicendus Achilles:  
 Cydippe non est oris, Homere, tui.  
 Quis ferat Andromaches peragentê Thâida partes?  
 Peccat, in Andromache Thâida si quis agat.  
 Thâis in arte meâ: lascivia libera nostra est.  
 Nil mihi cum vittâ: Thâis in arte meâ est.  
 Si mea materiæ respondet Musâ jocosâ,  
 Vicimus, & falsi criminis acta rea est. (mus:  
 Rumpere, Livor edax; jam magnum nomen habe-  
 Majus erit; tantum, quo pede cœpit, eat.  
 Sed nimium properas: vivam modo; plura dolebis:  
 Et capiant animi carmina multa mei.  
 Nam juvat, & studium famæ mihi crescit honoræ:  
 Principio clivi vester anhelat equus.  
 Tantum se nobis Elegi debere fatentur;  
 Quantum Virgilio nobile debet epos.  
 Hastenus Invidiæ respondimus. attrahe lora  
 Fortius; & gyro curre, pœta, tuo.  
 Ergo ubi concubitus, & opus juvenile petetur;  
 Et prope promissæ tempora noctis erunt;  
 Gaudia ne dominæ, pleno si pectore sumes;  
 Te capiant; in eas quamlibet ante velim.  
 Quamlibet invenias, in qua tibi prima voluptas  
 Desinat; a prima proxima segnâ erit.  
 Sustentata Venus gratissima. frigora sole,  
 Sole juvant umbræ: grata fit unda siti.  
 Et pudet, & dicam, Venerem quoque junge figura;  
 Qua minime jungi quaque decere potest.  
 Nec labor efficere est. raræ sibi vera fatentur:  
 Et nihil est, quod se dedecuisse putent.  
 Tunc etiam jubeo totas aperire fenestras,  
 Turpiaque admissis membra notare die.  
 at, simul ad meras venit finita voluptas,  
 Lassaque cum tota corpora mente jacent;  
 dum piget, & nullam malis tetigisse puellam,

Tacturusque tibi non videare diu ; (est :  
 Tunc animo signa, quodcumque in corpore mendæ  
 Luſinaque in vitis illius usque tene. (bit :  
 Forſitãn hæc aliquis nam ſunt quoque parva voca-  
 Sed, quæ non profunt ſingula, multa iuvant.  
 Parva necat morſu ſpatioſum viperæ taurum :  
 A cane non magno sæpe tenetur aper.  
 Tu tantum numero pugna ; præceptaque in unum  
 Contrahe : de multis grandis acervus erit.  
 Sed quoniam mores totidem, totidemque figuræ :  
 Non ſunt judiciis omnia danda meis.  
 Quo tua non poſſunt offendi pectora factæ ;  
 Forſitan hoc alio iudice crimen erit.  
 Ille quod obſcenas in aperto corpore partes  
 Viderat ; in curſu qui fuit, hæſit amor :  
 Ille quod à Veneris rebus ſurgente puella  
 Vidit in immundo ſigna pudenda toro.  
 Luditis ô, ſi quos potuerunt iſta movere.  
 Adſtarant tepidæ pectora veſtra faces.  
 Attrahet ille puer contentos fortius arcus ;  
 Saucia majorem turba petetis opem.  
 Quid, qui clam latuit reddente obſcena puella ;  
 Et vidit, quæ mos ipſe videre vetat ?  
 Di melius, quam nos moneamus talia quemquam !  
 Ut proſint, non ſunt experienda tamen.  
 Hortor &, ut pariter binas habeatis amicas.  
 Fortior eſt, plures ſi quis habere poteſt.  
 Secta bipartito cum mens diſcurrit utroque ;  
 Alterius vires ſubtrahit alter amor.  
 Grandia per multos tenuantur flumina rivos,  
 Caſſaque ſeducto ſtipite flamma perit.  
 Non ſatis una tenet ceratas anchora puppes :  
 Non ſatis eſt liquidis unicus hamus aquis.  
 Qui ſibi jam pridem ſolatia bina paravit ;  
 Jam pridem ſumma victor in arce fuit.  
 At tibi, qui dominxæ fueris male creditus uni,  
 Nunc ſaltem novus eſt invenendus amor.  
 Paſiphaës Minos in Procride prodidit ignes :  
 Ceſſit ab Ideâ conjuge viſta prior.  
 Amphiloſchi frater ne Phegida ſemper amaret,  
 Callirhoë fecit parte recepta tori.  
 Et Parin Oenone ſummos tenuiſſet ad annos,  
 Si non Oebalia pellice læſa foret.

Conjugis Odryſio placuiſſet forma tyranno :  
 Sed melior clauſæ forma ſororis erat.  
 Quid moror exemplis, quorum me turba fati ſat ?  
 Succellere novo vincitur omnis amor.  
 Fortius è multis mater deſiderat unum ;  
 Quam cui flens clamat , Tu mihi ſolus eras.  
 Ac ne forte putes nova me tibi condere jura ;  
 (Atque utinam inventi gloria noſtra foret ! )  
 Vidit id Atrides. quid enim non ille videret ,  
 Cujus in arbitrio Græcia tota fuit ?  
 Marte ſuo captam Chryſeïda victor amabat :  
 At ſenior ſtultè flebat ubique parens.  
 Quid lacrymas, odioſe ſenex ? bene convenit illis.  
 Officio natam lædis, inepte, tuo.  
 Quam poſtquam reddi Calchas ope tutus Achillis  
 Juſſerat, & patria eſt illa recepta domo ;  
 Eſt, ait Atrides, illi quàm proxima forma ;  
 Et, ſi prima ſinat ſyllaba, nomen idem :  
 Hanc mihi, ſi ſapiat, per ſe concedat Achilles :  
 Sin minus ; imperium ſentiat ille meum.  
 Quod ſi quis veſtrum factum hoc incuſat, Achivi ;  
 Eſt aliquid validâ ſceptra tenere manu.  
 Nam, ſi Rex ego ſum, nec mecum dormiet illa ,  
 In mea Theſſites regna licebit eat.  
 Dixit ; & hanc habuit ſolatia magna prioris :  
 Et prior eſt curâ cura repulſa novâ. (mas ;  
 Ergo aſſume novas auctore Agamemnone flam-  
 Ut tuus in bivio detineatur amor.  
 Quæris, ubi invenias ? artes, î, perlege noſtras.  
 Plena puellarum jam tibi navis eat.  
 Quod ſi quid præcepta valent mea ; ſi quid Apollo  
 Utile mortales perdocet ore meo ;  
 Quamvis infelix mediâ torreberis Ætnâ ;  
 Frigidior glacie fac videre tum.  
 Et ſanum ſimula ; ne, ſi quid forte dolebis ,  
 Sentiât : & ride, cum tibi flendus eris.  
 Non ego te jubeo medias abrumpere curas :  
 Non ſunt imperii tam fera jura mei.  
 Quod non es, ſimula ; poſitoſque imitare furores :  
 Sic facies verè quod meditatùs eris.  
 Nepe ego ne biberem, volui dormire videri.  
 Dum videor, ſomno lumina viſta dedi.  
 Receptum riſi, qui ſe ſimulabat amare ;

In laqueos auceps decideratque suos.  
 Int. at amor mentes usu : dediscitur usu.  
 Quæ poterit sanum fingere, sanus erit.  
 Dixit, ut venias pacta tibi nocte, venito.  
 Veneris, & fuerit janua clausa ; feras.  
 Nec dic blanditias, nec fac convitia postei,  
 Nec latus in duro limine pone tuum.  
 Postera lux aderit ; careant tua verba querelis  
 Et nulla in vultu signa dolentis habe.  
 Jam ponet fastus, cum te languere videbit :  
 Hoc etiam nostra munus ab arte feres.  
 Te quoque falle tamen, nec sit tibi finis amand  
 Propositis frænâ sæpe repugnat equus.  
 Utilitas lateat ; quod non profitebere fiet.  
 Quæ nimis apparent retia, virat avis.  
 Ne sibi tam placeat, quò te contemnere possit ;  
 Sume animos : animis cedat ut illa tuis.  
 Janua fortè patet ; quamvis revocare , transi  
 Est data nox ; dubita nocte venire data.  
 Possè pati facile est ; tibi ni sapientia desit.  
 Promptius è facili gaudia ferre licet.  
 Et quisquam præcepta potest mea dura vocare ?  
 En etiam partes conciliantis ago.  
 Nam, quoniam variant animi, variamus & arte  
 Mille mali species, mille salutis erunt.  
 Corpora vix ferro quædam sanantur acuto :  
 Auxilium multis succus & herba fuit.  
 Mollior es, nec abire potes, vinctusque teneris  
 Et tua sævus Amor sub pede colla premit ;  
 Desine luctari ; referant tua carbasâ venti :  
 Quoque vocant fluctus, hac tibi remus eat.  
 Explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes.  
 Cedimus : è medio jam licet amne bibas.  
 Sed bibe plus etiam, quam quod præcordia poset  
 Gutturæ fac pleno sumpta redundet aqua.  
 Perfruere usque tuâ nullo prohibente puellâ.  
 Illa tibi noctes auferat, illa dies.  
 Tædia quære. mali faciunt & tædia finem.  
 Jam quoque, cum credas posse carere, mane  
 Dum bene te cumules, & copia tollat amorem  
 E fastidita non juvet iste domo.  
 Fit quoque longus amor, quem dissidentia nutrit  
 Hunc tu si quæres ponere ; pone metum.

- Qui timet, ut sua sit, neu quis sibi detrah,<sup>22</sup>  
 Ille Machaonia vix ope sanus erit.<sup>lan</sup>
- Plus amat è natis mater plerumque duobus;  
 Pro cuius reditu, quod gerit arma, timet.
- Est prope Collinam templum venerabile portam:  
 Imposuit templo nomina celsus Eryx.
- Est illic Lethæus Amor, qui pectora sanat;  
 Inque suas gelidam lampadas addit aquam.
- Illic & iuvenes votis obliviam poscunt:  
 Et si qua est duro capta puella viro.
- Is mihi sic dixit: (dubito, verusne Cupido  
 An somnus fuerit; sed puto somnus erat)
- O qui sollicitos modo das, modo demis, amores;  
 Adjice præceptis hoc quoque, Naso, tuis.
- Ad mala quisq; animum referat sua, ponet amorem:  
 Omnibus illa Deus plusve minusve dedit.
- Qui Puteal Janumque timet, celeresque Kalendas;  
 Torqueat hunc æris mutua summa sui.
- Cui pater est durus, votis ut cætera cedant,  
 Huic pater ante oculos durus habendus erit.
- Hic male dotata pauper cum conjugè vivit:  
 Uxorem fato credat obesse suo.
- Est tibi rure bono generosæ fertilis uvæ  
 Vineæ: ne nascens uva sit ulla time.
- Ille habet in reditu navim: mare semper iniquum  
 Cogitet, & damno littora fœda suo.
- Filius hunc miles, te filia nubilus angant.  
 Et quis non causas mille doloris habet?
- Ut possis odisse tuam, Pari; funera fratrum  
 Debueras oculis substituïsse tuis.
- Plura loquebatur; placidum puerilis imago  
 Destituit somnum: si modo somnus erat.
- Quid faciam? mediâ navim Palinurus in undâ  
 Deserit. ignotas cogor inire vias.
- Quisquis amas, loca sola nocent: loca sola caveto.  
 Quo fugis? in populo tutior esse potes.
- Non tibi secretis (augent secreta furores)  
 Est opus: auxilio turba futura tibi est.
- Tristis eris, si solus eris: dominæque relicte  
 Ante oculos facies stabit, ut ipsa, tuos.
- Tristior idcirco nox est, quam tempora Phœbi:  
 Quæ relevet luctus, turba sôdalis abest.
- Nec fuge colloquium: nec sit tibi janua clausa:

Nec tenebris vultus flebilis abde tuos.  
**S**emper habe Pyladen, qui consoletur Oreitem.  
 His quoque amicitiae non levis usus erit.  
**Q**uid nisi secreta læserunt Phyllida silvæ?  
 Certa necis causa est: incommitata fuit.  
**I**bat, ut Edono referens trieterica Baccho  
 Ire solet fufis barbara turba comis.  
**E**t modo, quâ poterat, longum spectabat in æquor:  
 Nunc in arenosâ lassâ jacebat humo.  
**P**erfide Demophoon, surdas clamabat ad undas:  
 Ruptaque singultu verba dolentis erant.  
**L**imes erat tenuis longâ subnubilus umbrâ:  
 Quo tulit illa suos ad mare sæpe pedes.  
**N**ona terebatur miseræ via. Videris, inquit:  
 Et spectat zonam pallida facta suam.  
**A**dspicit & ramos: dubitat, refugitque quod audent:  
 Et timet: & digitos ad sua colla refert.  
**S**ithoni, tunc certè vellem non sola fuisses;  
 Non fleres postis Phyllida, silva, comis.  
**P**hyllidis exemplo nimium secreta timete,  
 Læse vir à domina, læsâ puella viro.  
**P**ræstiterat juvenis, quidquid mea Musa jubebat;  
 Inque suæ portu pæne salutis erat.  
**D**ecidit, ut cupidos inter devenit amantes:  
 Et, quæ condiderat, tela resumit Amor.  
**S**i quis amas, nec vis; facito contagia vites,  
 Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.  
**D**um spectant oculi læsos, læduntur & ipsi:  
 Multaque corporibus transitione nocent.  
**I**n loca nonnunquam siccis arentia glebis  
 De prope currenti flumine manat aqua.  
**M**anat amor tectus, si non ab amante recedas:  
 Turbaque in hoc omnes ingeniosa sumus.  
**A**lter item jam sanus erat; vicinia læsit.  
 Occursum dominæ non tulit ille suæ.  
**V**ulnus in antiquum rediit male firma cicatrix;  
 Successumque artes non habuere meæ.  
**P**roximus à tectis ignis defenditur ægre:  
 Utile finitimis abstinuisse locis.  
**N**ec, quæ ferre solet spatiantem porticus illam,  
 Te ferat: officium neve colatur idem.  
**Q**uid juvat admonitu tepidam recalescere mentem?  
 Alter, si possis, orbis habendus erit.

Non facile esuriens posita retinebere mensa :  
 Et multam saliens incitat unda sitim.  
 Non facile est visa taurum retinere juvencam  
 Fortis equus vise semper adhinnit equam.  
 Hæc ubi præstiteris, ut tandem littora tangas  
 Non satis est ipsam deseruisse tibi.  
 Et soror, & mater valeant, & conscia nutrix.  
 Et quicquid dominæ pars erit ulla tuæ.  
 Nec veniat servus : nec dens ancillula fictum  
 Suppliciter dominæ nomine dicat, Ave.  
 Nec, si scire voles, quid agat tamen illa, rogabis.  
 Profer : erit lucro lingua retenta suo.  
 Tu quoque, qui causam finiti reddis amoris,  
 Deque tuâ dominâ multa querenda refers ;  
 Parce queri. melius sic ulciscere tacendo ;  
 Dum desiderii effluat illa tuis.  
 Et malim taceas, quam te desisse loquaris.  
 Qui nimium multis, Non amo, dicit ; amat.  
 Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis,  
 Quam subito. lentè desine ; tutus eris.  
 Flumine perpetuo torrens solet acrius ire.  
 Sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua.  
 Fallat, & in tenues evanidus exeat auras,  
 Perque gradus molles emoriatur amor.  
 Sed modo dilectam scelus est odisse puellam :  
 Exitus ingenii convenit ille feris.  
 Non curare sat est. odio qui finit amorem,  
 Aut amat, aut agre desinet esse miser.  
 Turpe, vir & mulier juncti modo, protinus hostes  
 Non illas lites Appias ipsa probat.  
 Sæpe reas faciunt, & amant. ubi nulla similtas  
 Incidit, admonitu liber aberrat amor.  
 Forte aderam juveni : dominam lectica tenebat.  
 Horrebant sævis omnia verba, minis.  
 Jamque vadaturus, Lecticâ prodeat, inquit.  
 Prodierat : visâ conjugè mutus erat.  
 Et manus, & manibus duplices cecidere tabellæ.  
 Venit in amplexus : atque ita, Vincis, ait.  
 [Turpius est, aptumque magis, discedere pace,  
 Quam petere à thalamis litigiosa fora : ]  
 Munera quæ dederis, habeat sine lite iubeto :  
 Esse solent magno damna minora bono.  
 Quod si vos aliquis conducet casus in unum,

Mente memor tota, quæ damus arma, tene.  
 Nunc opus est armis : hic, ô fortissime, pugna.  
 Vincenda est telo Penthesilæa tuo.  
 Nunc tibi rivalis, nunc durum limen, amanti,  
 Nunc mediis subeant irrita verba Deis.  
 Nec compone comas, quia sis venturus ad illam :  
 Nec toga sit laxo conspicienda sinu.  
 Nulla sit ut placeas alienæ cura puellæ :  
 Jam facito è multis una sit illa tibi.  
 Sed quid præcipuè nostris conatibus obstet  
 Eloquar ; exemplo quemque docente suo.  
 Desinimus tarde, quia nos speramus amari.  
 Dum sibi quisque placet, credula turba sumus.  
 At tu nec voces quid enim fallacius illis ?  
 Crede, nec æternos pondus habere Deos.  
 Neve puellarum lacrymis moveare caveto :  
 Ut herent, oculos erudiere suos.  
 Artibus innumeris meus oppugnatur amantum ;  
 Ut lapis æquoreis undique pulsus aquis.  
 Nec causas aperi, quare divortia malis :  
 Nec dic, quid doleas, clam tamen usque dole.  
 Nec peccata refer ; ne diluat. ipse favebis :  
 Ut melior causâ causa sit illa tuâ.  
 Qui silet, est firmus : qui dicit multa puellæ  
 Probra, satisfieri postulat ille sibi.  
 Non ego Dulichio turiales more sagittas,  
 Nec rapidas ausim tingere in amne faces.  
 Nec nos purpureas pueri rescabimus alas :  
 Nec facer arte mea laxior arcus erit.  
 Concilium est, quodcumque cano. parete canenti :  
 Utque facis, cœptis, Phœbe saluber, ades.  
 Phœbus adest : sonuere lyræ : sonuere pharetræ.  
 Signa Deum nosco per sua : Phœbus adest.  
 Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis  
 Murice cum Tyrio : turpius illud erit.  
 Vos quoque formolis vestras conferte puellas :  
 Incipiet dominæ quemque pudere suæ.  
 Utraque formosæ Paridi potuere videri ;  
 Sed sibi collatam vicit utramque Venus.  
 Nec solam faciem ; mores quoque confer & artem :  
 Tantum iudicio ne tuus obiit amor.  
 Exiguum est, quod deinde canam : sed profuit illud  
 Exiguum multis : in quibus ipse sui.



Scripta cave relegas blandæ servatæ puellæ :  
 Constantes animos scripta relecta movent.  
 Omnia pone feros (quamvis in vitus) in ignes.  
 Et dic, Ardoris sit rogas iste mei.  
 Thestias absentem succendit stipite natum.  
 Tu timide flammæ perfida verba dabis ?  
 Si potes, & ceras remove. quid imagine muta  
 Carperis ? hoc periit Laodamia modo.  
 Et loca multa nocent. fugito loca conscia vestri  
 Concubitûs. causas mille doloris habent.  
 Hic fuit; hic cubuit: thalamo dormivimus isto :  
 Hic mihi lasciva gaudia nocte dedit.  
 Admonitu refricatur amor; vulnusque novatum  
 Scinditur. infirmis causâ pusilla nocet.  
 Ut pæne extinctum cinerem si sulfure tangas;  
 Vivet, & è minimo maximus ignis erit.  
 Sic, nisi vitaris quidquid renovabit amorem,  
 Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit.  
 Argolides cuperent fugisse Capharea puppes;  
 Teque, senex, luctus ignibus ulte tuos.  
 Præterita cantus Nisæide navita gaudet.  
 Tu loca, quæ nimium grata fuere, cave.  
 Hæc tibi sint Syrtes; hæc Acroceraunia vita :  
 Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.  
 Sunt, quæ non possint aliquo cogente juberi;  
 Sæpe tamen casu facta juvare solent.  
 Perdat opes Phædra; parces, Neptune, nepoti :  
 Nec faciet pavidos taurus avitus equos.  
 Gnosida fecisses inopem; sapienter amasset.  
 Divitiis alitur luxuriosus amor.  
 Cur nemo est, Hecalen; nulla est, quæ ceperit Iron?  
 Nempe quod alter egens, altera pauper erat.  
 Non habet, unde suam paupertas pascat amorem :  
 Non tamen hoc tanti est; pauper ut esse velis.  
 At tibi sit tanti, non indulgere theatris;  
 Dum bene de vacuo pectore cedat amor.  
 Enervant animos citharæ, lotosque, lyraque;  
 Et vox, & numeris brachia mota suis.  
 Illic assidue ficti salrantur amantes :  
 Quid caveas actor, quid juret, arte docet.  
 Eloquar invitus: teneros ne tange poetas.  
 Subinoveo dotes impius ipse neas.  
 Callimachum fugito; non est inimicus Amori :

At cum Callimacho tu quoque, Cōs, noces.  
 Me certe Sappho meliorem fecit amica:  
 Nec rigidos mores Teïa Musæ dedit.  
 Carmina, quis potuit tutò legissè Tibulli,  
 Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit?  
 Quis potuit lectò durus discedere Gallo?  
 Et mea nescio quid carmina dulce sonant.  
 Quod nisi dux operis vatem frustratur Apollo;  
 Æmulus est veltri maxima causâ mali.  
 At tu rivalem noli tibi fingere quemquam:  
 Inque suo solam crede jacere toro.  
 Acrius Hermionen ideo dilexit Orestes;  
 Esse quod alterius cœperat illa viri.  
 Quid, Menelæe, doles? ibas sine conjuge Creten:  
 Et poteras nuptâ lentus abesse tuâ.  
 Ut Paris hanc rapuit; nunc demum uxore carere  
 Non potes. alterius crevit amore tuus.  
 Hoc & in abducta Briseïde flebat Achilles,  
 Illam Plisthenio gaudia ferre toro.  
 Nec frustra flebat, mihi credite. fecit Atrides,  
 Quod si non faceret, turpiter esset iners.  
 Certe ego fecissem, nec sum sapiëntior illo.  
 Invidiæ fructus maximus ille fuit.  
 Nam sibi quod nunquam tactam Briseïda jurat,  
 Per sceptrum; sceptrum non putat esse Deos.  
 Di faciant, dominæ possis transire relictæ  
 Limina; proposito sufficiantque pedes.  
 Et poteris; modo velle tene. nunc fortiter ire,  
 Nunc opus est celeri subdere calcar equo.  
 Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro  
 Esse puta: remis adjice vela tuis.  
 Hunc quoq; quo quondam nimium rivale dolebas,  
 Vellem desineres hostis habere loco.  
 At certè, quamvis odio remanente, saluta.  
 Oscula cum poteris jam dare; sanus eris.  
 Ecce cibos etiam, medicinæ fungar ut omni  
 Munere, quos fugias, quosve sequare, dabo.  
 Darnius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris,  
 An veniat Megaris, noxius omnis erit.  
 Nec minus erucas aptum vitare falaces;  
 Et quidquid Veneri corpora nostra parat.  
 Utilius sumas acuentes lumina rutas;  
 Et quicquid Veneri corpora nostra negat.

Quid

DE MEDICAMINE FACIEI. 23

Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quæris?  
Spe brevius monitis expediere meis.  
Vina parant animum Veneri, nisi plurima surtas;  
Ut stupeant multo corda sepulta mero.  
Nutritur vento, vento restinguitur ignis.  
Lenis alit flammam, grandior aura necat.  
Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas  
Eripiat: si qua est inter utramque, nocet.  
Hoc opus exegi. fessæ date ferta carinæ.  
Contigimus portum, quo mihi cursus erat.  
Postmodo reddetis sacro pia vota poetæ,  
Carmine sanati fœmina virque meo.

DE  
MEDICAMINE  
FACIEI.

**D**iscite, quæ faciem commendet cura puellæ;  
Et quo sit vobis forma tuenda modo.  
Cultus humum sterilem Cerealia pendere  
iussit

Munera: mordaces interiere rubi.

Cultus & in pomis succos emendat acerbos;

Fisitaque adoptivas accipit arbor opes.

Culta placent. auro sublimia tecta linuntur:

Nigra sub imposito marmore terra latet.

Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur abeno:

Seetile deliciis India præbet ebur.

Forssitan antiquæ, Tatio sub rege, Sabinæ

Maluerint, quam se, rura paterna coli.

Cum matroua premens altam rubicunda sedile

Affiduo durum pollice nebat opus.

Ipsaque clauderat, quos filia paverat, agnos:

Ipsa dabat virgas cæsaque ligna foco.

At vestræ teneras matres peperere puellas.

Vultis inauratâ corpora veste tegi.

Vultis odoratos positu variare capillos:

Conspicuam geminis vultis habere manum.

Induitis collo lapides Oriente paratos:

Et quantos oneri est aure tulisse duos.

Nec tamen indignum, si vobis cura placendi,

Cum comtos habeant secula nostra viros.

DE MEDICAMINE FACIEI.

Facminea vestri poliuntur lege mariti :

Edix ad cultus nupta, quod addat, habet.

Proinde quæque parent: nec quò venentur amores,  
Refert. munditiæ crimina nulla merent.

Rure latent, finguntque comas. licet ardeus illas  
Celet Athos; cultas altus habebit Athos.

Est etiam placuisse sibi quotacunque voluptas :  
Virginibus cordi grataque forma sua est.

Laudatas homini volucris Junonia pennas  
Explicat : & formâ muta superbit avis.

Sic potius nos uret amor; quam fortibus herbis,  
Quas maga terribili subsecat arte manus.

Nec vos graminibus, nec misto credite succo.

Nec tentate nocens virus amantis equæ.

Nec mediæ Marsis finduntur cantibus angues :

Nec redit in fontes unda supina suos.

Et quamvis aliquis Temelæa removerit æra ;

Nunquam Luna suis excutietur equis.

Prima sit in vobis morum tutela, puellæ :

Ingenio facies conciliante placet.

Certus amor morum est: formam populabitur ætas,

Et placitus rugis vultus aratus erit.

Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit ,

Et veniet rugis altera causâ dolor.

Sufficit, & longum probitas perdurat in ævum ;

Fertque suos annos : hinc bene pendet amor.

Disce age, cum teneros somnus dimiserit artus ,

Candida quo possint ora nitere modo.

Hordea, quæ Libyci ratibus misere coloni ,

Exue de paleâ tegminibusque suis.

Par ervi mensura decem madesiat ab ovis :

Sed cumulent libras ordea nuda duas.

Hæc ubi ventosas fuerint siccata per auras ;

Lenta jube scabrâ frangat asella molâ.

Et, quæ prima cadunt vivaci cornua cervo ,

Contere : in hæc solidi sexta face assis eat.

Jamque ubi pulveræ fuerint confusâ farinæ ,

Protinus in cribris omnia cerne cavis.

Adjice Narcissi bis sex sine cortice bulbos ,

Strenua quos puro marmore dextra terat :

Sextantemque trahat gummi cum semine Thusco.

Huc novies tanto plus tibi mellis eat.

Quæcunque adficiet tali medicamine vultum ;

Fulgebit speculo laxior ipsa suo.

Nec tu pallentes dubita torrere lupinos,  
Et simul inflantes corpora frige fabas.

Utraque sex habeant æquo discrimine libras:

Utraque da nigris comminuenda molis.

Nec cerussa tibi, nec Nitri spuma rubentis  
Desit, & Illyrica quæ venit iris humo.

Da validis juvenum pariter subigenda lacertis:

Sed justum tritis uncia pondus erit.

Adjice & è querulo volucrum medicamina nido.

Ore fugant maculas: Halcyonæa vocant.

Pondere, si quæris, quo sis contentus in illis;

Quod trahit in partes uncia sexta duas.

Ut coeant, aptèque lini per corpora possint;

Adjice de flavis Attica mella favis.

Quamvis thura Deos irataque numina placent;

Non tamen accensis omnia danda focus.

Thus ubi miscueris radenti tubera nitro;

Ponderibus justis fac sit utrimque triens.

Parte minus quarta dereptum cortice gummi,

\*Et modicum è myrrhis pinguibus adde cubum.

Hæc ubi contritis, per densa foramina cerne:

Pulvis ab infuso melle premendus erit.

Profuit & marathros bene olentibus addere myr-  
rhis;

Quinque trahant marathri scrupula, myrrha no-  
vem.

Arentisq; rosæ quantum manus unaprehendat,

Cumque Ammoniaco mascula thura sale.

Hordea quem faciunt illis adfunde cremorem.

Æquent expensas cum sale thura rosas.

Tempore sis parvo molles licet illita vultus;

Hærebit toto multus in ore color.

Vidi quæ gelidâ madefacta papavera lymphâ

Contereret, teneris illineretque genis.

HALIEUTICON  
P. OVIDII NASONIS  
F A L I E U T I C O N  
F R A G M E N T U M .

A Ccepit mundus legē: dedit arma per omnes,  
Admonuitq; sui. vitulus sic namq; minatur  
Qui nondum gerit in tenera jam cornua  
fronte :

Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones,  
Et morfu canis, & caudæ sic scorpium ictu :  
Concussisque levis pennis sic evolat ales.  
Omnibus ignotæ mortis timor, omnibus hostem,  
Præsidiumque datum sentire, & noscere teli  
Vimque modumq; sui: sic & Scarus arte sub undis,  
Incidit, adsumtamque dolo tandem pavet escam.

Non zudet radiis obnixa occurrere fronte,  
Aversus crebro vimen sed verberare caudæ  
Laxans subsequitur, tutumque evadit in æquor.  
Quin etiam si forte aliquis, dum ponere nataret,  
Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit,  
Aversi caudam morfu tenet: atque ita\*

\*Uber servato, quem texit, in \*resultet.

Sepia tarda fugæ, tenui cum forte sub unda  
Deprensa est, jam jamque manus vimet illa rapaces,  
Inficiens æquor nigrum vomit ore cruorem,  
Avertitque vias, oculos frustrata sequentes,  
Clausus rete Lupus, quamvis immanis & acer,  
Dimotis cauda submissus sedit arenis.

..... in auras  
Emicat, atque dolos saltu deludit inultus :  
Et muræna ferox teretis sibi conscia tergi,  
Ad laxata magis conversa foramina retis,  
Tandem permultos evadit lubrica flexus,  
Exemploque nocet, cunctis intervenit una.

At contra scopulis crinali corpore segnis  
Polypus hæret, & hac eludit retia fraude,  
Et sub lege loci sumit mutatque colorem ;  
Semper ei similis, quem contigit. atq; ubi prædam  
Pendentem setis avidus rapit, hic quoque fallit  
Elato calamo, cum demum emersus in auras  
Brachia dissolvit, populatumque expuit hamum.

At Mugil cauda pendentem everberat escam,  
 Excussamque legit. Lupus acri concitus ira  
 Discursu fertur vario, fluctusque ferentes  
 Prosequitur, quassatque caput, dum vulnere s. *Urus*  
 Laxato cadat hamus, & ora patentia linquat.  
 Nec proprias vires nescit Murana nocendi:  
 Auxilioque sui, morsu nec cominus acri  
 Deficit, aut animos ponit captiva minaces.  
 Anthias his, tergo quæ concutit, utitur armis,  
 Vim spinæ novitque suæ, versoque supinus  
 Corpore lina secat, fixumque intercipit hamum.

\* \* \*

Cætera quæ densas habitant animalia silvas;  
 Aut vani quatiunt semper lymphata timores,  
 Aut trahit in præceps non sana ferocia mentis.  
 Ipsa sequi Natura monet, vel cominus ire.  
 Impiger ecce Leo venantum sternere pergit  
 Agmina, & adversis infert sua pectora telis.  
 Quoque venit, fidens magis & sublator ardet,  
 Concussitque toros, & viribus addidit iram.  
 \*Prodidit, atque suo properat sibi robore letum.  
 Fœdus Lucanis provolvitur Ursus ab antris,  
 Quid nisi pondus iners, stolidæque ferocia mentis?  
 Actus Aper setis iram denunciat hirtis:  
 Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri,  
 Pressus & emisso moritur per viscera telo.  
 Altera pars fidens pedibus, dat terga sequenti,  
 Ut pavidi Lepores, ut fulvo tergo Damæ,  
 Et cauto fugiens Cervus sine fine timore.  
 [Ipsa sequi natura docet, vel cominus ire.]  
 Hic generosus honos, & gloria major Equorum:  
 Nam capiunt animis palmam, gaudentq; triumpho.  
 Seu septem spatiis Circo meruere coronam;  
 Nonne vides victor quanto sublimius altum  
 Attollat caput, & vulgi se venditet auræ?  
 Celsave cum cæso decoratur terga leone,  
 Quam tumidus, quantoque venit spectabilis actu,  
 \*Compescatque solum generoso concita pulsu  
 Ungula sub spoliis graviter redeuntis opinis:  
 Quid laus prima Canû? quibus est audacia præceps,  
 Venandique sagax virtus, viresque sequendi.  
 Quæ nunc elatis rimantur naribus auras,  
 Et nunc demisso quarunt vestigia rostro;

Et

produnt clamore feram, dominumque vocant  
 epitant. quem si collatis effugit armis,  
 Incipitur tumulosque canis camposq; per omnes  
 Intra; in arte labor positus: spes omnis in illa.  
 Nec tamen in medias pelagi te pergere sedes  
 Admoneam, vastique maris tentare profundam.  
 Inter utrumque loci melius moderabere funem.  
 Aspera num saxis loca sint. nam taliã lentos  
 Deposcent calamos: at purum retia littus.  
 Num mons horrentes demittat celsior umbras  
 In mare. nam variè quidam fugiuntque petuntque.  
 Num vada subnatis imo viridentur ab herbis

Objectetque moras, & molli serviat algæ.  
 Descripsit sedes variè Natura profundi:  
 Nec cunctos unã voluit consistere pisces.  
 Nam gaudent pelago, quales Scombrique, Bovesq;,  
 Hippuri celeres, & nigro tergo Milvi;  
 Et pretiosus Helops nostris incognitus undis;  
 Ac durus Xiphias, ictu non mitior ensis:  
 Et pavidì magno fugientes agmine Thunni:  
 Parva Echenëis adest mirũ) mora puppibus ingens:  
 Tuque comes ratium, tractique per æquora sulci  
 Qui semper spumas sequeris, Pompile, nitentes:  
 Cercyrolque ferox scopulorum sine moratus:  
 Cantharus ingratus succo: tum concolor illi  
 Orphas, cæruleaque rubens Erythinus in undã:  
 Insignis Sargusque notis, insignis & alis:  
 Et superaurata Sparulus cervice refulgens;  
 Et rutilus Pagur, & fulvi Synodontes, & ex se  
 Concipiens Channe gemino fraudata parente.  
 Tum viridis squariis parvo Saxatilis ore,  
 Et rarus Faber, & pictæ Mormyres, & auri  
 Chrysophrys imitata decus, tum corporis Umbræ  
 Liventis, rapidique Lupi, Percæque, Tragique.  
 Quin laude insignis caudæ Melanurus & ardens  
 Auratis Muræna notis, Merulaque virentes,  
 Immitisque suæ Conger per vulnera gentis;  
 Et capitis duro nociturus Scorpius ictu,  
 Ac nunquam æstivo conspectus sidere Glaucus.  
 At contra herbosã pisces laxantur arenã,  
 Ut Scarus, epastas solas qui ruminat escas;  
 Fœcundumq; genus Mæna, Lamirosq; Smarisque,  
 At-



Atque immunda Chromis, merito vilissima Salpa,  
 Atque avium dulces nidos imitata sub undis,  
 Et Squalus & tenui suffusus sanguine Mullus:  
 Fulgentes Soleæ candore, & concolor illis  
 Passer, & Adriaco mirandus littore Rhombus:  
 Tunc Epodes lati, tum molles tergo Ranæ.  
 Extremi parent

Lubricus & spinâ nocuus non Gobius ullâ,  
 Et nigrum niveo portans in corpore virus  
 Loligo, durique Sues, sinuosaque Caris:  
 Et tam deformi non dignus nomine Afellus:  
 Tuque peregrinis, Acipenser, nobilis undis.

*Deeant non admodum multa in eo exemplari,  
 consumpta penitus vetustate.*

Plin. lib. xxxii, cap. ult. Hist. Nat.

*His adjiciemus apud Ovidium posita nomina, quæ  
 apud neminem alium reperiuntur, sed fortassis in Pon-  
 to nascuntur, ubi id volumen supremis suis temporibus  
 inchoavit. Idem lib. xxxii, cap. secundo. Mibi vi-  
 dentur mira, quæ Ovidius prodidit piscium ingenia, in  
 eo volumine, quod Halieuticon inscribitur.*

INCERTI AUCTORIS,  
 CONSOLATIO

AD LIVIAM AUGUSTAM,

D E  
 MORTE DRUSI NERONIS,  
 FILII EJUS,

QUI IN

GERMANIA MORBO PERIIT.

**V**Isa diu felix, mater modo dicta Neronum,  
 Jam tibi dimidium nominis hujus abest.  
 Jam legis in Drusum miserabile, Livia,  
 carmen.

Unum, qui dicat jam tibi, mater, habes.

Nec

Nec tuate pietas distendit amore duorum :  
 Necposito filii nomine, dicis; Uter?  
 Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?  
 Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?  
 Hei mihi, quam facile est (quamvis hic contigit o  
 mnes)

Alterius luctu fortia verba loqui!  
 Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu;  
 Fortior ut possis cladibus esse tuis.  
 Occidit exemplum juvenis venerabile morum :  
 Maximus ille armis, maximus ille toga.  
 Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes,  
 Et titulum belli dux duce fratre tulit.  
 Ille genus Suevos acre, indomitosque Sycambros  
 Concutit, inque fugam barbara terga dedit :  
 Ignotumque tibi meruit, Romane, triumphum ;  
 Protulit in terras imperiumque novas.  
 Solvere vota Jovi, fatorum ignara tuorum  
 Mater, & armiteræ solvere vota Deæ,  
 Gradivumque patrem donis implere parabas ;  
 Et quosunque coli jusque piumque Deos.  
 Maternaque sacros agitabas mente triumphos :  
 Forsitan & curæ jam tibi currus erat.  
 Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis,  
 Et tumulus Drusum pro Jovis arce manet.  
 Fingebas reducem ; præceptaque mente fovebas  
 Gaudia ; & ante oculos jam tibi victor erat.  
 Jam veniet : jam me gratantem turba videbit :  
 Jam mihi pro Druso dona ferenda meo :  
 Obvia progrediar, felixque per oppida dicar ;  
 Collaque & hos oculos illius ore preman.  
 Talis erit : sic occurret : sic oscula junget :  
 Hoc mihi narrabit : sic prior ipsa loquar.  
 Gaudia vana foves : spem pone, miserrima, falsam.  
 Desine de Druso læta referre tuo.  
 Cæsaris illud opus, voti pars altera vestri,  
 Occidit, indignas, Livia, solæ comas.  
 Quid tibi nunc mores profunt, actumque pudice  
 Omne ævum, & tanto tam placuisse viro ?  
 \* Quidque pudicitia tantum inviolata bonorum , \*  
 Ultima sit laudes inter ut illa tuas ?  
 Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum ;  
 Altius & vitii exseruisse caput ?

Nec nocuisse ulli, & fortunam habuisse nocendi?

Nec quemquam nervos extimuisse tuos?

Nec vires errasse tuas Campoque Foroque;

Quamque libet citra constituisse domum?

Nempe per hos etiam Fortunæ injuria mores

Regnat; & incertâ est hîc quoque nixa rotâ.

Hic quoque sentitur: ne quid non improba carpat,

Sæviti; & injustum jus sibi ubique facit.

Scilicet immunis si luctûs una fuisset

Livia; Fortunæ regna minora forent?

Quid si non habitu sic se gessisset in omni,

Ut sua non essent invidiosa bona?

Cæsaris adde domum. quæ certe funeris expers

Debit humanis altior esse malis.

Ille vigil, summa sacer ille locatus in arce,

Res hominum ex tuto cernere dignus erat:

Nec fieri ipse suis, nec quenquam fieri suorum;

Nec, quæ nos patimur vulgus, & ipse pati.

Vidimus erepta mœrentem stirpe sororis.

Luctus, ut in Druso, publicus ille fuit.

Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, sepulcro:

Et cepit generos jam locus ille duos.

Vix posito Agrippa tumuli bene janua clausa est:

Perficit officium funeris, ecce, soror.

Ecce, ter ante datis jactura novissima Drusus

A magno lacrymas Cæsare quartus habet.

Claudite jam, Parcæ, nimium referata sepulcra;

Claudite: plus justo jam domus ista patet.

Cedis; & incassum tua nomina, Druse, levantur.

Ultima sit fati hæc summa querela tui.

Iste potest implere dolor vel sæcula tota,

Et magni luctûs obtinuisse locum.

Multi in te amissi: nec, cui tot turba bonorum,

Omnis cui virtus contigit, unus eras.

Nec genetrice tua fœcundior ulla parentum:

Tot bona per partus quæ dedit una duos.

Heu! par illud ubi est, totidem virtutibus æquum?

Et concors pietas, nec dubitatus amor?

Vidimus attonitum fraterna morte Neronem

Squallida promissâ flere per ora comâ,

Disimilemque sui vultu profitente dolorem.

Hei mihi, quam toto luctus in ore fuit!

Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem

Vidi-

Vidisti: lacrymas vidit & ille tuas.  
 Affigique suis moriens tua pectora sensit,  
 Et tenuit vultu lumina fixa tuo:  
 Lumina cærulea jam jamque natantia morte,  
 Lumina fraternas jam subitura manus.  
 At miseranda parens suprema neque oscula fixit;  
 Frigida nec fovit membra tremente sinu.  
 Non animam apposito fugientem excepit hiatu;  
 Nec traxit cæsas per tua membra comas.  
 Raptus es absenti, dum te fera bella morantur,  
 Utilior patriæ, quam tibi, Drusè, tuæ.  
 Liquitur: ut quondam, Zephyris & solibus ictæ  
 Solvuntur teneræ, vere repente, nives.  
 Te queritur, casusque malos, irrisaque tales,\*  
 Accusatque annos, ut diuturna, suos.  
 Talis in umbrosis, mitis nunc denique, silvis  
 Desset Threïcium Daulias ales Ityn:  
 Halcyonum tales ventosâ per æquora questus  
 Ad surdas tenui voce sonantur aquas.  
 Sic plumosâ novis plangentes pectora pennis  
 OEniden subitæ concinuisistis aves.  
 Sic flevit Clymene: sic & Clymenœides, altè  
 Cum juvenis patriis excidit ictus equis.  
 Congelat interdum lacrymas, duratque, tenetque,  
 Suspensisque oculus fortior intus agit.  
 Erumpunt: iterumque gravant gremiumque, sinusque,  
 Effusæ gravidis uberibusque genis.  
 In vires abiit flendi mora. plenior unda  
 Defluit, exiguâ si qua retenta morâ.  
 Tandem ubi per lacrymas licuit, sic flebilis orsa est,  
 Singultu medios impediante sonos.  
 Nate, brevis fructus, duplicis fors altera partûs;  
 Gloria confectæ, nate, parentis, ubi es?  
 Sed neque jam duplicis neque jam fors altera partûs,  
 Gloria confectæ nunc quoque matris, ubi es?  
 Heu! modo tantus ubi es? tumulo portaris & igni.  
 Hæc sunt in reditus dona paranda tuos;  
 Siccine dignus eras oculis occurrere matris?  
 Sic ego te reducem digna videre fui?  
 Cæsaris uxori si talia dicere fas est;  
 Jam dubito, magnos an rear esse Deos.  
 Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,  
 Quos ego non potui demeruisse Deo?

Hic pietatis honos? artus amplector inanes.

Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.

Tene ego sustineo positum scelerata videre?

Tene meæ poterunt ungere, nate, manus?

Nunc ego te infelix summum teneoque tuorque?

Effingoque manus? oraque ad ora fero?

Nunc primum adspiceris consul victorque parenti?

Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?

Quos primum vidi fasces, in funere vidi;

Et vidi everfos, indiciumque mali.

Quis credat? matri lux hæc mœstissima venit,

Qua natum in summo vidit honore suum.

amne ego non felix? jam pars mihi raptæ Nero-  
num,

Materni celebrer nomine Drusus avi?

amne meus non est, nec me facit ille parentem?

Jamne fui Drusi mater? & ipse fuit?

Nec cum victorem referetur adesse Neronem,

Dicere jam potero, Major, an alter, adest?

Jitima contigimus. jus matris habemus ab uno.

Unius est munus, quod tamen orba negor.

Me miseram! extimui, frigusque per ossa cucurrit.

Nil ego jam possum certa vocare meum.

Hic meus ecce fuit: jubet hic de fratre vereri.

Orania jam metuo: fortior ante fui.

ospite te saltem moriar, Nero! tu mea condas

Lumina, & excipias hanc animam ore pio.

Atque utinam Drusi manus altera & altera fratris

Formarent oculos comprimerentque meos!

Quod licet, hoc certe tumulo ponemur in uno,

Druse: neque ad veteres conditus ibis avos.

Miscebor cinerique cinis, atque ossibus ossa.

Hanc lucem celeri turbine Parca neat!

Hæc & plura refert: lacrymæ sua verba sequuntur,

Oraque nequicquam per modo quæsta fluunt.

Quin etiam corpus matri vix vixque remissum

Exsequiis caruit, Livia, pæne tuis.

quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,

Inter quæ periit, ponere certus erat.

Abstulit invitis corpus venerabile frater;

Et Drusum patriæ, quod licuitque, dedit.

Onera ducuntur Romana per oppida Drusi;

(Heu facinus!) per quæ victor iturus erat.

Per quæ deletis Rhætorum venerat armis.

Hei mihi, quam dispar huic fuit illud iter!

Consul inquit fractis mœrentem fascibus Urbem.

Quis faceret victus, sic ubi victor inquit?

Mœsta domus plangore sonat; cui figere lætus

Parta sua dominus voverat arma manu.

Urbs gemit, & vultum miserabilis induit unum.

Gentibus adversis forma sit illa, precor!

Incerti clauduntque domos, strepitantque per urbem;

Hic illic pavidi clamque palamque dolent.

Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges:

Adspicitur toto purpura nulla foro.

Dique latent templis. neq; iniqua ad funera vultus

Præbent; nec poscunt thura ferenda rogo.

Obscuros delubra tenent. pudet ora colentum

Adspicere invidiæ, quam meruere, metu.

Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato

Sustulerat timidæ sidera ad alta manus:

Jamque precaturus, Quid ego autem credulus inquit,

Suscipiam in nullos irrita vota Deos?

Livia, non illos pro Druso Livia movit.

Nos erimus magno maxima cura Jovi?

Dixit: & iratus vota insuscepta reliquit;

Duravitque animum, destituitque preces.

Obvia turba ruit: lacrymisque rigantibus ora

Consulis erepti publica damna refert.

Omnibus idem oculi; par est concordia flendi.

Funeris exsequiis adsumus omnis Eques.

Omnis adest ætas. mœrent juvenesque senesque;

Ausoniarum matres, Ausoniarumque nurus.

Auctorisque sui præfertur imagine mœstâ,

Quæ victrix templis debita laurus erat.

Certat onus lecti generosa sabire juvenus:

Et studet officio sedula colla dare.

Et voce & lacrymis laudasti, Cæsar, alumnum;

Tristia cum medius rumperet orsa dolor.

Tu letum optasti (Dis avertantibus omen)

Par tibi: si sincerent te tua fata mori.

Sed tibi debetur cælum: te fulmine pollens

Accipiet cupidi regia magna Jovis.

Quod petiit, tulit ille; tibi ut sua facta placerent:

Magnaque laudatus præmia mortis habet.

Armataque rogi celebrant de more cohortes :

Et pedes exsequias reddit equesque duci.

Te clamore vocant iterumque iterumque supremo.

At vox adversis collibus ista redit.

Ipse pater flavis Tyberinus inhorruit undis :

Sustulit & medio nubilus amne caput.

Tum salice implexum muscoq; & arundine crinem

Cæruleo magnâ legit ab ore manu :

Uberibusque oculis lacrymarum flumina misit.

Vix capit adjectas alveus altus aquas.

Jamque rogi flammâs extinguere numinis ictu ,

Corpus & intactum tollere, certus erat.

Sustentabat aquas, cursusque inhibebat equorum,

Ut posset toto proluere amne rogi.

Sed Mavors templo vicinus, & accola Campi

Tot dixit siccis verba nec ipse genis.

Quamquam amnes decet ira ; tamen , Tyberine ,  
quiescas :

Non tibi ; non ullis vincere fata datur.

Iste meus periit : periit arma inter & enses :

Et dux pro patriâ. funere caussa latet.

Quod potui tribuisse, dedi : victoria parva est.

Auctor abit operis, sed tamen existat opus.

Quondam ego tentavi Clothoq; duasque sorores,

Pollice quæ certo pensa severa trahunt ,

Jt Remus Iliades, & frater conditor Urbis

Effugerent aliquâ stagna profunda viâ.

De tribus una mihi, Partem accipe, quæ datur, in-  
quit ,

Muneris : ex istis, quod petis, alter erit.

Ic tibi ; mox Veneri Cæsar promissus uterque.

Hos debet solos Martia Roma Deos.

Ic cecinere Deæ : nec tu, Tyberine, repugna ,

Irrite ; nec flammâs amne morare tuo.

Jec juvenis positi supremos destrue honores.

Vade age, & admisis labere pronus aquis.

aret : & in longum spatiosas explicat undas ;

Structaque pendenti pumice tecta subit.

Jamma diu cunctata caput contingere sanctum ,

Erravit posito lenta sub usque toro.

Jandem ubi complexa est silvas, alimenta q; fum sit,

Æthera subjectis lambit & astra comis.

Qualis in Herculeæ colluxit collibus O Etræ,  
 Cum sunt imposito membra cremata Deo.  
 Uritur heu decor ille viri, generosæque forma,  
 Et faciles vultus; uritur ille vigor!  
 Vicitricesque manus, facundæque principis ora,  
 Pectoraque ingenii magna capaxque domus!  
 Spes quoque multorum flaminis uruntur in isdem  
 Ille rogus miseræ viscera matris habet.  
 Facta ducis vivent, operosæque gloria rerum.  
 Hæc manet: hæc avidos effugit una rogos.  
 Pars erit historiæ, topoque legetur in ævo:  
 Seque opus ingenii carminibusque dabit.  
 Stabis & in rostris tituli speciosus honore;  
 Causæque dicemur nos tibi, Druse, necis.  
 At tibi jus veniæ superest, Germania, nullum.  
 Postmodo tu pœnas, barbære, morte dabis.  
 Adspiciam Regum liventia colla catenis;  
 Duraque per sævas vincula nexa manus:  
 Et tandem trepidos vultus: inque illa ferocum  
 Invitis lacrymas decidere ora genis.  
 Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus,  
 Carnifici in mœsto carcere dandus erit.  
 Consistam, lætisque oculis, lentusque videbo  
 Strata per obscœnas corpora nuda vias.  
 Hunc Aurora diem spectacula tanta ferentem  
 Quam primum croceis roseida portet equis.  
 Adjice Lædæos concordia sidera fratres;  
 Templaque Romano conspicienda foro.  
 Quàm parvo numeros implevit principis ævo,  
 In patriam meritis occubuitque senex!  
 Nec sua conspiciet (miserum me! munera Drusus  
 Nec sua pro templi nomina fronte leget.  
 Sæpe Nero illacrymans submissa voce loquetur,  
 Cur adeo fratres, heu sine fratre, Deos?  
 Certus eras nunquam, nisi victor, Druse, reverti.  
 Hæc te debuerant tempora: victor eras.  
 Consule nos, duce nos, duce jam victore, caremus  
 Invent in totâ mæror in urbe locum.  
 At comitum squallent immixtis ora capillis,  
 Infelix, Druso sed pia turba suo.  
 Quorum aliquis tendens in te sua brachia dixit;  
 Cur sine me, cur sic incomitatus abis?  
 Quid referam de te, dignissima conjuge Druso,  
 At



Atque eadem Drusi digna parente nurus ?  
 Par bene compositum; juvenum fortissimus alter,  
 Altera tam forti mutua cura viro.  
 Fœmina tu princeps; tu filia Cæsaris: illi  
 Nec minor es magni conjuge visa Jovis.  
 Tu concessus amor, tu solus & ultimus illi,  
 Tu requies fessio grata laboris eras.  
 Te moriens per verba novissima questus abesse:  
 Et mota in nomen frigida lingua tuum.  
 Infelix recipis, non quem promiserat ipse:  
 Nec qui missus erat; nec tuus ille redit.  
 Nec tibi deletos poterit narrare Sycambros,  
 Ensisbus & Suevos terga dedisse suis.  
 Fluminaque, & montes, & nomina magna loca-  
 rum:  
 Et si quid miri vidit in orbe novo.  
 Frigidus ille tibi, corpusque refertur inane:  
 Quemque premat sine te, sternitur ecce torus.  
 Quo raperis, laniata comas, similisque furenti:  
 Quo ruis? attonita quid petis ora manu?  
 Hoc fuit Andromache, cum vir religatus ad axem  
 Terruit admissos sanguinolentus equos.  
 Hoc fuit Evadne, tunc cum ferienda coruscis  
 Fulminibus Capaneus impavida ora dedit.  
 Quid mortem tibi inæsta rogas? amplexaque natos?  
 Pignora de Druso sola relicta tenes?  
 Et modo per somnos agitaris imagine falsa,  
 Teque tuo Drusum credis habere sinu?  
 Et subito tentasque manu, sperasque receptum;  
 Quæris & in vacui parte prioris tori?  
 Ille pio (si non temere hæc creduntur) in arvo  
 Inter honoratos excipietur avos.  
 Magnaque maternis majoribus, æqua paternis  
 Gloria, quadrijugis aureus ibit equis:  
 Regalique habitu, curruque superbus eburno,  
 Fronde triumphali tempora vinctus erit.  
 Accipient juvenem Germanica signa ferentem  
 Consulis imperio, conspicuumque decus.  
 Gaudebuntque suæ merito cognomine gentis;  
 Quod solus domito victor ab hoste tulit.  
 Ix credent tantum rerum cepisse tot annos,  
 Magna viri latum quærere facta locum.  
 Hæc ipsam sublime ferent: hæc, optima mater,

Debuerant luctus attenuare tuos.  
 Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas,  
 Principibus natis, principe digna viro.  
 Quid deceat Drusi matrem, matremque Neronis,  
 Adspice. quo surgas adspice mane toro.  
 Non eadem vulgusque decent & lumina rerum.  
 Est quod præcipuum debeat ista domus.  
 Imposuit te alto Fortuna, locumque tueri  
 Jussit honoratum, Livia: perfer onus.  
 Ad te oculos, anresque trahis. tua facta notamus  
 Nec vox missa potest principis ore tegi.  
 Alta mane; supraque tuos exsurge dolores:  
 Infragilemque animum, quod potes, usq; tene  
 An melius per te virtutum exempla petemus,  
 Quam si Romanæ principis edis opus?  
 Fata manent omnes. omnes expectat avarus  
 Portitor; & turbæ vix satis una ratis.  
 Tendimus huc omnes: metam properamus ad u-  
 nam.

Omnia sub leges mors vocat atra suas.  
 Ecce necem intentam cælo terræque fretoque  
 Caesarum triplex vaticinatur opus.  
 I nunc, & rebus tanta impendente ruinâ,  
 In te solam oculos & tua damna refer.  
 Maximus ille quidem juvenum, spes publica vixit  
 Et, qua natus erat, gloria summa domus.  
 Sed mortalis erat: nec tu secura fuisti,  
 Fortia progenie bella gerente tuâ.  
 Vita data est utenda: data est sine fœnore nobis  
 Mutua, nec certâ persoluenda die.  
 Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis.  
 Illa rapit juvenes: sustinet illa senes.  
 Quaque ruit, furibunda ruit: totumque per orbem  
 Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.  
 Regna Deæ immitis parce irritare querendo:  
 Sollicitare animos parce potentis heræ.  
 Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore venit,  
 Sæpe eadem rebus favit amica tuis.  
 Nata quod en alte es, quod fœtibus aueta duobus;  
 Quodque etiam magno confociata Jovi;  
 Quod semper domito rediit tibi Cæsar ab orbe,  
 Gessit & invicta prospera bella manu:  
 Quod spes implerunt maternaque vota Neronis;

Quod pulsus toties hostis utroque duce.

Rhenus, & Alpinae valles, & sanguine nigro

Decolor infecta testis Itargus aqua :

Danubiusque rapax, & Dacius orbe remoto

\* Apulus huic hosti per breve Pontus iter ;

Armeniusque fugax, & tandem Dalmata supplex,

Summaque dispersi per juga Pannonii :

Et modo Germanus Romanis cognitus orbis.

Adspice quot meritis culpa sit una minor.

Adde quod est absens functus : nec cernere nati

Semineces oculos sustinuere tui.

Quique dolor menti lenissimus influit agræ,

Accipere es luctus aure coacta tuos.

Prævertitque metus per longa pericula luctam ;

Tu quibus auditis anxia mentis eras.

Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit,

Sed per mollitos ante timore gradus.

Juppiter ante dedit fati mala signa cruenti,

Flammifera petiit cum tria templa manu :

[Junonisque gravi nocte impavidæque Minervæ,

Sanctæque & immensi Cæsaris ista domus.]

Sidera quin etiam cælo fugisse feruntur ;

Lucifer & solitas destituisse vias.

Lucifer in toto nulli comparuit orbe,

Et venit stella non præeunte dies.

Sideris hoc obitus terris instare monebat,

Et mergi Stygiâ nobile lumen aquâ.

At tu, qui superes mæstæ solatia matri,

Comprecor illi ipsi conspiciare senex.

Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque.

Et vivat nato cum sene mater anus.

Eventura precor. Deus excusare priora

Dum volet ; à Druis cætera læta dabit.

Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori :

Longius ut nolis, heu male fortis, ali. \*

Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,

Obtulit invitæ cum tibi Cæsar opem :

Admovitque preces, & jus immiscuit illis :

Aridaque affusâ guttura tinxit aquâ.

Nec minor est nato servandæ cura parentis :

Hic adhibet blandas : nec sine jure, preces.

Conjugis & nati meritum pervenit ad omnes :

Conjugis & nati, Livia, sospes ope es.

Supprime jam lacrymas. non est revocabilis istis

Quem semel umbrifera navita lentre tulit.

Hectora tot fratres, tot deslevère sorores;

Et pater, & conjux, Aftyanaxque puer;

Et longæva parens. tamen ille redemptus ad ignem

Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.

Contigit hoc etiam Thetidi. populator Achilles

Iliaca ambustis ossibus arva premit.

Illi cæruleum Panope matertera crinem

Solvit, & immensas fletibus auxit aquas.

Confortesque Deæ centum, longævaque magni

Oceani conjux, Oceanusque pater;

Et Thetis ante omnes: sed nec Thetis ipsa neq; c

Mutarunt avidi tristia jura Dei.

Prisca quid huc repeto? Marcellum Octavia flevit

Et flevit populo Cæsar utrumque palam.

Sed rigidum jus est & inevitabile mortis.

Stant rata non ulla fila renenda manu.

Ipsè tibi emissus nebulosi littore Averni,

Si liceat, forti verba tot ore sonet.

Quid numeras annos? vixi maturior annis.

Acta senem faciunt: hæc numeranda tibi.

His ævum fuit implendum, non segnibus annis.

Hostibus eveniat longa senecta meis.

Hoc atavi monuere mei, proavique Neronis.

Fregerunt ambo Punica bella duces.

Hoc domus ista docet, per te mea, Cæsaris alti.

Exitus hic, mater, debuit esse meus:

Nec meritis (quanquam illa juvant magis) abfui

illis,

Mater, honos. titulis nomina plena vides.

Consul, & ignoti victor Germanicus orbis,

(Qui fuit heu mortis publica causa!) legor.

Cingor Apollineâ victricia tempora lauro,

Et sensi exsequias funeris ipse mei.

Decursusque virum notos mihi, donaque Regum

Cunctaque per titulos oppida lecta suos.

Et quo me officio portaverit illa juventus,

Quæ fuit ante meum tam generosa torum.

Denique laudari sacrato Cæsaris ore

Emerui, lacrymas elicuique Deo.

Et cuiquam miserandus ero? jam comprime fletus.

Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.

Hæc

Hæc sentit Drusus, si quid modo sentit in umbra.

Nec tu de tanto crede minora viro.

Est tibi, sitque precor, multorum filius instar :

Parque tui partus sit tibi salva prior.

Est conjux tutela hominum : quo sospite vestram ,

Livia, funestam dedecet esse domum.

## N U X ,

## E L E G I A .

**N**ux ego juncta via , cum sim sine crimine  
vitæ ,

A populo saxi prætereunte petor.

Obruere ista solet manifestos pœna no-  
centes ,

Publica cum lentam non capit ira moram.

Nil ego peccavi : nisi si peccasse vocetur ,

Annua cultori poma referre suo.

At prius arboribus, tum cum meliora fuere

Tempora, certamen fertilitatis erat.

Cum domini memores fertis ornare solebant

Agricolæ fructu proveniente Deos.

Sæpe tuas igitur, Liber, miratus es uvas :

Mirata est oleas sæpe Minerva suas.

Pomaque læsissent matrem , ni subdita ramo

Longa laboranti furca tulisset opem.

Quin etiam exemplo pariebat fœmina nostro ;

Nullaque non illo tempore mater erat.

At postquam platanis sterilem præsentibus umbrâ

Uberior quavis arbore venit honos ;

Nos quoque frugiferæ (si nux modo ponor in illis)

Cœpimus in patulas luxuriare comas.

Nunc neq; continuos nascuntur poma per annos :

Uvaque læsa domum, læsaque bacca venit.

Nunc uterum vitiat, quæ vult formosa videri :

Raraque in hoc ævo est, quæ velit esse parens.

Certe ego, si nunquam peperissem, tutior essem.

Ista Clytemnestrâ digna querela fuit.

Si sciat hoc vitis, nascentes supprimet uvas:

Orbaque, si sciat hoc, Palladis arbor erit.

Hoc in notitiam veniat maloque piroque ;

Destituent silyas utraque poma suas.

Quæque sibi vario distinguit poma colore ,  
 Audiat hoc cerasus ; stipes inanis erit .  
 Non equidem invideo : nunquid tamen ulla ferit  
 Quæ sterilis solâ conspicienda comâ est ?  
 Cernite sinceros omnes ex ordine truncos ,  
 Qui modo nil , quare percuntiantur , habent .  
 At mihi sæva nocent mutilatis vulnera ramis ;  
 Nudaque derepto cortice ligna patent .  
 Non odium facit hoc , sed spes indulta rapinæ .  
 Sustineant aliæ poma ; querentur idem .  
 Sic reus ille ferè est , de quo victoria lucro  
 Esse potest : inopis vindice facta carent .  
 Sic timet insidias , qui scit se ferre viator ,  
 Cui timeat tutum caruit inanis iter .  
 Sic ego sola petor ; soli quia causa petendi est .  
 Frondibus intactis cætera turba virent .  
 Nam quod habent frutices alii quoq ; proxima non  
 Fragmina , quæ læso vimine multa jacent ;  
 Non istis sua facta nocent : vicinia damno est .  
 Excipiunt ictu saxa repulsa meo .  
 Idque fide careat ; si non , quæ longius absunt ,  
 Nativum retinent inviolata decus .  
 Ergo , si sapiant , & mentem verba sequantur ;  
 Devoveant umbras proxima quæque meas .  
 Quam miserum est , odium damnis accedere nostræ  
 Meque ream nimix proximæ agi !  
 Sed , puto , magna mei est operoso cura colonæ .  
 Invenias , cui det nil mihi , præter humum .  
 Sponte mea facilis contempto nascor in agro :  
 Parsque loci , qua sto , publica præne via est .  
 Me , fata ne lædam ( quoniam fata lædere dicor ) ,  
 Imus in extremo margine fundus habet .  
 Non mihi falx nimias Saturnia deputat umbras :  
 Duratam renovat non mihi fossor humum .  
 Sole licet siccæque siti peritura laborem ;  
 Irrigux dabitur non mihi sulcus aquæ .  
 Adcum maturas fisso nova cortice rimas  
 Nux igit ; ad partes pertica sæva venit .  
 Pertica dat plenis immitia vulnera ramis ;  
 Ne possim lapidum verbera solâ queri .  
 Poma cadunt mensis non interdicta secundis ;  
 Et condis lætas , parca colona , nuces .  
 Has puer aut certo rectas dilaminat ictu ;

Aut pronus digito bisve semelve petit.  
 Quattuor in nucibus, non amplius, alea tota est ;  
 Cum sibi suppositis additur una tribus.  
 Per tabulae clivum labi jubet alter ; & optat ,  
 Tangat ut è multis quamlibet una suam.  
 Est etiam, par sit numerus qui dicat, an impar :  
 Ut divinatæ auferat augur opes.  
 Fit quoque de cretâ, qualem cæleste figuram  
 Sidus, & in Græcis littera quarta gerit.  
 Hæc ubi distincta est gradibus, qui constitit intus  
 Quot tetigit virga, tota capit inde nuces.  
 Vas quoque sæpe cavum spatio distante locatur ;  
 In quod missa levi nux cadat una manu.  
 Felix ; secreto quæ nata est arbor in arvo ;  
 Et soli domino ferre tributa potest !  
 Non hominum strepitus audit, non illa rotarum :  
 Non à vicinâ pulverulenta viâ est.  
 Illa suo, quæcunque tulit, dare dona colono ,  
 Et plenos fructus annumerare potest.  
 At mini maturos nunquam licet edere sætus ;  
 Ante diemque meæ decutiuntur opes.  
 Lamina mollis adhuc tenero dum lacte , quod in-  
 tro est ;  
 Nec mala sunt ulli nostra futura bono :  
 Jam tamen invenias, qui me jaculentur, & ictu  
 Præfestinato munus inane petant.  
 Si fiat rapti, fiat mensura relicti ,  
 Majorem domini parte, viator, habes.  
 Sæpe aliquis, foliis ut nuda cacumina vidit ,  
 Esse putat Boreæ triste furentis opus.  
 Æstibus hic, hic me spoliatam frigore credit :  
 Est, quoque, qui crimen grandinis esse putet.  
 At mihi nec grando duris invisâ colonis ,  
 Nec ventus fraudi, solve, geluve fuit.  
 Fructus obest : peperisse nocet: nocet esse feracem.  
 Quæque fuit multis, & mihi præda malo est.  
 Præda malo, Polydore, fuit tibi : præda nefandæ  
 Conjugis Aonium misit in arma virum.  
 Hesperii regis pomaria tuta fuissent :  
 Una sed immensas arbor habebat opes.  
 At rubus & fentes tantummodo lædere natæ ,  
 Spinaque vindictâ cætera tuta suâ est.  
 Me, quia nec noceo, nec obuncis vindicor hæræ ;

Missa petunt avida saxa proterva manu.  
 Quid, si non aptas solem fugientibus umbras,  
 Finditur Icario cum cane terra, darem?  
 Quid, nisi suffugium nimbos vitantibus essem,  
 Non exspectatâ cum venit imber aquâ?  
 Omnia cum faciam, cum præstem sedula cunctis  
 Officium; saxis officiosa petor.  
 Hæc mihi perpestæ, domini patienda querela est.  
 Causa habeor, quare sit lapidosus ager.  
 Dumq; repurgat humum, collectaq; saxa remittit  
 Semper habent in me tela parata viæ.  
 Ergo invisa aliis, uni mihi frigora profunt:  
 Illo me tutam tempore præstat hiems.  
 Nuda quidem tunc sum, nudam tamen expedit esse  
 Nec spoliium de me, quod petat, hostis habet.  
 At simul induimus nostris sua munera ramis;  
 Saxa novos fructus grandine plura petunt.  
 Forsitan hic aliquis dicat, Quæ publica tangunt,  
 Carpere concessum est: hoc via juris habet.  
 Si licet hoc; oleas dstringite: cædite messes.  
 Improbe, vicinum carpe, viator, olus.  
 Intret & urbanas eadem petulantia portas;  
 Sitque tuis muris, Romule, juris idem.  
 Quilibet argentum primæ de fronte tabernæ  
 Tollat: & ad gemmas quilibet alter eat.  
 Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos;  
 Et quascunque potest tollere, tollat opes.  
 Sed neque tolluntur: nec, dum regit omnia Cæsar  
 Incolumis tanto præside raptor erit.  
 At non ille Deus pacem intra incenia finit.  
 Auxilium toto spargit in orbe suum.  
 Quid tamen hoc prodest, media si luce palamque  
 Verberor, & tutæ non licet esse mihi?  
 Ergo nec nidos foliis hærerere, nec ullam  
 Sedibus in nostris stare videtis avem.  
 At lapis, in ramo sedit quicumque bifurco,  
 Hæret, & ut capta victor in arce manet.  
 Cætera sæpe tamen potuere admissa negari,  
 Et crimen nox est inficiata suum.  
 Nostra notat fusco digitos injuria succo,  
 Cortice contactas inficiente manus.  
 Ille cruor meus est: illo maculata cruore  
 Non profecturâ dextra lavatur aquâ.



O ego, cum longæ venerunt tædia vitæ,  
Optavi quoties arida facta mori!  
Optavi quoties, aut cæco turbine verti,  
Aut valido missi fulminis igne peti!  
Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ:  
Vel possem fructus excutere ipsa meos.  
Sic, ubi detracta est à te tibi causa pericli,  
Quod superest, tutum, Pontice castor, habes.  
Quid mihi tunc animi est, cum sumit tela viator;  
Atque oculis plagæ destinat ante locum?  
Nec vitare licet moto fera verbera trunco,  
Quem sub humo radix vinclaque firma tenent.  
Corpora præbemus plagis: ut sæpe sagittis,  
Cum populus manicas deposuisse vetat:  
Utve gravem candens ubi tolli vacca securim,  
Aut stringi cultros in sua colla videt.  
Sæpe meas vento frondes tremuisse putastis:  
Sed metus in nobis causa tremoris erat.  
Si merui, videorque nocens, imponite flammæ,  
Nostraque fumosis urite membra focis.  
Si merui, videorque nocens, excidite ferro:  
Et liceat miseræ dedecus esse semel.  
Si nec cur urar, nec cur excidar habetis;  
Parcite. sic cœptum perficiatis iter.

A. S A B I N I  
 E P I S T O L Æ T R E S,  
 T R I B U S  
 O V I D I I E P I S T O L I S  
 R E S P O N D E N T E S.

*Epist. I. ULYSSES PENELOPÆ.*

**P**ERTULIT ad miserum tandem tua ca-  
 sus Ulysses,  
 Penelope, chartis verba notata piis.  
 Agnovi caramque manum, gemmasque fi-  
 deles.

Solamen longis illa fuere malis.

Arguis ut lentum: malle quoque forsitan esse;

Quam tibi quæque tuli dicere, quæque feram.

Non hoc objecit mihi Græcia: cum mea fictus

Detinuit patrio littore vela furor.

Sed thalamis nec velle tuis, nec posse carere:

Causaque fingendæ tu mihi mentis eras.

Nil tibi rescribam curæ est, properemque venire.

Dum propero, adversi vela tulere Noti.

Non me Troja tenet Grajæ odiosa puellis;

Jam cinis, & tantum flebile Troja solum.

Deiphobusque jacet, jacet Asius, & jacet Hector:

Et quicumque tui causa timoris erat.

Evasi & Thracum cæso duce prælia Rhefo,

In mea captivis castra revectus equis:

Tutus & è mediâ Phygæ Tritonidos arce

Fatalis palmæ pignora capta tuli.

Nec timui commissus equo; malè sedula quamvis

Clamabat vates, Urite Troës equum:

Urite. mendaci celantur robore Achivi:

Et Phrygas in miseros ultima bella ferunt.

Perdiderat tumuli supremum munus Achilles:

Sed Thetidi est humeris redditus ille meis.

Nec laudem Danaï tanto renuere labori:

Erepti pretium corporis arma tuli.

Quid refert? pelago sunt obruta. non mihi classes,

Non focû superant: omnia pontus habet.

Selas

Solus adhuc mecum, qui me tot casibus unus  
 Duravit, patiens ad mala perstat Amor.  
 Illum non avidis canibus Nisēia virgo  
 Fregit: non tumidis torta Charybdis aquis:  
 Non ferus Antiphates, nec in uno corpore dissona  
 Parthenope, blandis insidiosa modis.  
 Non quod Colchiacis Circe tentaverit herbis,  
 Non quod solennes altera Diva toros.  
 Utraque se nobis mortalia demere fila  
 Spondebat Stygias utraque posse vias.  
 Ne tamen hac etiam spretâ mercede petivi,  
 Passurus terrâ tot mala, totque mari.  
 Sed tu fœminineo nunc forsân nomine tacta,  
 Non secura leges cætera verba mea.  
 Quæque mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso,  
 Jam dudum ignoto sollicitere metu.  
 Præsertim ego cum Antinoum, Polybumque, Medou-  
 taque legi;  
 Heu toto sanguis corpore nullus erat!  
 Ut juvenes inter, tot vana licentia, semper  
 (Hei mihi! quo credam pignore?) casta manes?  
 Urve placent ulli, si sunt in fletibus ora,  
 Deperit & lacrymis non decor iste tibi?  
 Acta quoq; es thalamo, nisi mendax tela moretur,  
 Et captum revoces callida semper opus.  
 Virs pia; sed quoties oculos frustrabere lanâ,  
 Successum toties ars dabit ista tibi.  
 Non melius, Polypheme, tuo superatus in antro  
 Finissem ingratos ad mala tanta dies!  
 Non crederem melius cecidissem milite victus,  
 Ismaron errantes cum tenuere rates:  
 Non rudelemve illo satiassent tempore Ditem,  
 Quo redii Stygiis fata moratus aquis.  
 Non vidi ubi (nequicquam quod me tua littera celat)  
 Sospes digresso quæ mihi mater erat.  
 Non intulit illa domus eadem mala: meq; quærentem  
 Fugit, ab amplexu ter resoluta meo.  
 Non Phyllaciden vidi. contentis fortibus ille  
 Primus in Hectoreas intulit arma domos.  
 Non Iphigenia laudata cum conjugè! læta per umbras  
 Non illa suum fortes it comitata virum.  
 Non nec dum illi Lachesis dictos numeraverat annos:  
 Sed jurat ante suum sic cecidisse diem.

Vidi,

Vidi, nec lacrymas oculi tenuere cadentes.

Deformem Atriden (hei mihi!) cæde novâ.

Illum Troja virum non læserat: ille furentem

Nauplion, Euboicos transieratque sinus.

Quid refert? animam per vulnera mille profusâ

Jam reduci solvens debita vota Jovi.

Tyndaris has illi læso pro fœdere pœnas

Struxerat; externos ipsa secuta viros.

Ah! mihi quid prodest captivas Teucridas intè

Cum staret conjux Hectoris atque soror)

Defectis Hecuben potius legisse sub annis,

Ne tibi suspectus pellicis esset amor?

Prima meis omen metuendum puppibus illa

Fecit, non membris ipsa reperta suis.

Latratu miseris finivit mœsta querelas;

Et stetit in rabidam protinus acta canem.

Prodigio tali placidum Thetis abstulit æquor,

Æolus infusus incubuitque Notis.

Pervagus hinc toto non felix differor orbe;

Et, quocunque vocat fluctus & aura, feror.

Sed si Tiresias tam læti providus augur,

Quam verax vates in mala nostra fuit;

Et terra & pelago, quidquid mihi triste caneba

Emensus fato jam meliore vagor.

Jam mihi nescio quo comitem se in littore jung

Pallas, & hospitibus per loca tuta trahit.

Nunc primum Pallas versæ post funera Trojæ

Visâ mihi: medium temporis ira tulit.

Quicquid Oilides commiserat, omnibus unus

Peccavit: Danais omnibus ira nocens.

Nec te, Tydide, cujus modo foverat arma,

Eximit; errato tu quoque ab orbe venis.

Non Telamone satumi capta de conjuge Teucru

Non ipsum, pro quo mille suère rates.

Felix Plistenide, quacunque in sorte fuisti

Conjuge cum carâ; non gravis illa fuit.

Seu venti fecere moras, sive æquora vobis;

Ad nulla est vester damna retentus amor.

Oscula nec venti certè tenuere, nec undæ:

Promptaque in amplexus brachia semper tran

Sic utinam errarem! faceres tu mollia, conjux

Æquora: te socia nil mihi triste foret.

Nunc quoque, Telemacho tecum mihi sospire led

Omnia sunt animo jam leviora mala.

Quem tamen infestas rursus queror ire per undas ;

Herculeam Sparten, Nestoreamque Pylon.

Ingrata est pietas, cui tanta pericula subsunt :

Nam male commissus fluctibus ipse fuit.

Sed labor in fine est. occursum in littore vates

Dixit. in amplexus, care, ferere tuos.

Noscendus soli veniam tibi. tu preme solers

Lætitiâ, & tacito gaudia conde sinu.

Non vi certandum, nec aperta in bella ruendum.

Sic cecinit laurus ille monere suas.

Forſitan ante dapes, interque vacantia vina ,

Ultoris pharetris utile tempus erit.

Et modo deſpectum ſubito mirentur Ulyſſem.

Heu precor, ut properet ille venire dies !

Antiqui renouet qui lætus fœdera læti :

Et tandem incipias conjuge cara frui.

*Epist. II. DEMOPHOON PHYLLIDI.*

Phyllidi Demophoon patria dimittit ab urbe :

Et patriam meminit muneris eſſe tui.

Nec face Demophoon aliâ, nec conjuge captus ,

Sed tam non felix, quam tibi notus erat.

Theſea (quo ſocero nequicquam, Phylli, tumebas ;

Impuleritque ignes forſitan ille tuos,)

Turpe pati nobis, regno ferus expulit hoſpes :

Hunc illi finem longa ſenecta dedit.

Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis,

Aleïdæ magni, non minor ipſe, comes.

Qui ſoceram Minoï gravi ſibi fecit ab hoſte ,

Mirantem monſtri cornua victa ſui.

Arguor exilii (quis credat?) cauſa fuiſſe :

Nec tacitum frater me finit eſſe reum :

Dum thalamos, inquit, dilectæ Phyllidos urges ,

Et tuus externo ceſſat in igne furor ;

Fluxere interea pede tempora lapſa fugaci ;

Præuenitque tuas ſtebilis hora moras.

Forſitan aut nondum fractis occurrere rebus ,

Aut poteras fractis utilis eſſe tamen.

Cur potiora tibi Rhodopeia regna fuere ,

Quæque magis regnis cara puella fuit ?

Intonat his Acamas : eadem innox objicit Æthra ;

Infelix functæ jam prope ſortis anus.

Et quod non condant nati sua lumina palmæ ,  
 Fecisse hæc nostras arguit usque moras .  
 Non equidem inficior: multum clamavit uterque ;  
 Staret Threiciis cum mihi puppis aquis .  
 Poscunt, Demophoon (quid cessas, carbasa venti :  
 Demophoon patrios respice dure Deos .  
 Respice: & exemplum, qua gaudes, Phyllida sume .  
 Sic amat, ut terrâ nolit abire suâ .  
 Urque redire velis, non ut comitetur euntem ,  
 Te rogat: & præfert barbara regna tuis .  
 Me tamen hæc inter tacitum convitia sæpe  
 Adversis memini vota tulisse Notis .  
 Sæpe abitura tuo ponentem brachia collo ,  
 Gavisum in fluctus æquora mota truces .  
 Nec metram hoc ipso coram genitore fateri :  
 Libertas meritis est mihi facta tuis .  
 Dicere, non duro dilectam Phyllida liqui  
 Pectore: nec præceps vela tibi da dedi .  
 Et flevi; &, flentem solando sæpe, remansi ,  
 Cum staret cursus jam mihi certa dies .  
 Denique Threiciâ veni rate, non dare Phyllis  
 Quam potuit, iussit tardius ire ratem .  
 Ignosce & falso: memor es Minoïdos ipse .  
 Antiquus necdum pectore cessit amor .  
 Et quoties oculis circumdat sidera, dixit ,  
 Quæ fulget cælo, nostra puella fuit .  
 Illum dilectâ Bacchus sibi cedere iussit  
 Conjuge: desertæ crimen at ille subit .  
 Exemploque patris perjurus dicor & ipse :  
 Nec quaris causas, Sithoni dura, moræ :  
 Nec satis ampla putas redituri pignora, si me  
 Non amor alterius, non amor ullus habet .  
 Nullane fama tibi turbatos, Phylli, penates  
 Theseos, & miseræ rettulit acta domus ?  
 Non laqueos audis cari me flere parentis ?  
 Plebilior laqueis (hei mihi!) causâ subest .  
 Non fratrem Hippolytum: cecidit miserabilis ille ,  
 Præceps attonitis per freta raptus equis .  
 Non tamen excuso reditus, licet undique fata  
 Accumulent causas; tempora parva peto .  
 Thesea, quod superest, patrem tumultabimus ante :  
 Succedat tumulo non sine honore decens .  
 Da spatium veniamque, peto: non perfidus abssum :  
 Nec

Nec mihi jam terrâ tutior ulla tuâ est.  
 Quidquid mite fuit post diruta Pergama, quidquid  
 Aut bella, aut pelagi detinuere moræ;  
 Sola fuit Thrace. patriâ quoque iactor in illâ:  
 Auxilium superes casibus una meis.  
 Si modo mens eadem, nec quod sit jam mihi diæces  
 Regia, Cecropiâ non minor arce, movet:  
 Nec patris offendunt casus, nec crimina matris;  
 Nec jam non felix omine Demophoon.  
 Quid si Phœbêam peterem te conjuge Trojam,  
 Perque annos sequerer bella gerenda decem?  
 Penelopën audis: toto laudatur in orbe  
 Exemplum fidi non leve facta tori.  
 illa piæ (sic rumor ait) mendacia telæ  
 Struxit, & instantes distulit arte procos:  
 Cum properata palam revocaret itamina noctis,  
 Atque iterum in lanas omne rediret opus.  
 At tua ne fugiant spreti connubia Thraces,  
 Phylli, times. ulli nubere; dura potes?  
 Estque tibi pectus cujusquam accedere tædæ?  
 Obstat perfidiæ nec metus iste tuæ?  
 Ah tibi quantus erit facti rubor! ah tibi quantus  
 Tum dolor, aspicias cum arca vela procul!  
 Damnabisque tuos serò temeraria questus!  
 Demophoon, dices, he! mihi, fidus erat!  
 Demophoon rediit, & sævos forsitan Euros  
 Passus, & hibernas dum quoque currit aquas.  
 Ah cur nescio quam properavimus (he! mihi!) cul-  
 pam?  
 Rupi, quam ruptam sum mihi quæsta, fidem.  
 Sic tamen ah potius, sic perstes; quam mihi de te  
 Ulterior tangat pectora, Phylli, dolor!  
 Quos tibi/me miserum! laqueos, quæ fata minaris?  
 Et nimis audaces gens habet ista Deos.  
 Parce, precor: famamque domûs mihi crimen ha-  
 bentis  
 Perfidiæ, geminâ ne preme, dura, notâ.  
 Excuset patrem satis in parte relicta  
 Gnoſſis: non merui, cur ferar ipse nocens...  
 Nunc venti mea verba ferant, qui vela tulerunt.  
 Est animus reditûs: sed pia causa tenet.

## Epist. III. P A R I S O E N O N Æ.

**Q**uæ fatis apta tibi tam justè, Nympha, querentem  
 Referibam, fateor, quærere verba manum.  
**Q**uærit, nec subeunt. sentit sua crimina tantum :  
 Solvere, quæ sentit, non sinit alter amor.  
 Si levat hic iras, ipso me giudice damnor.  
 Quid refert ? causa tu meliore cales.  
 Damnatumque tibi me sub sua jura Cupido  
 Retrahit. alterius sic quoque præda sumus.  
 Prima meis tu pacta toris : fassusque juventam  
 Te primum accepta est conjuge noster amor.  
 Nondum tantus eram. quo me genitore superbum  
 Arguis ; hoc dominus tunc retinendus eram :  
 Non ego Deiphobum sperabam , aut Hæctora fra-  
 Cum pastos agerem te comitante greges : (trem,  
 Reginamque Hecubem nisi matris nomine noram :  
 Et fueras illi digna manere nurus.  
 Sed non est rationis amor. te consule, Nympha.  
 Læsa es : sed læsam scribis amare tamen.  
 Cumque petant Satyri connubia , cum tua Panes ;  
 Rejectæ memor es tu tamen usque facis.  
 Adde, quod hic fatis amor est adjutus, & illum  
 Præscia venturi viderat ante foror.  
 Nondum Tyndaridos nomen mihi federat aure ,  
 Nec cecinit Grajos illa vocare viros.  
 Omnia vera vides. superant mea vulnera tantum.  
 Utque tuam supplex poscere cogar opem.  
 Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque :  
 Victuri jam nunc pectora fume tibi.  
 Flevisti, memini, tamen hac in voce canentis :  
 Et, mala, dixisti, sint precor ista procul.  
 Nec sic fata ferant, tulerint sic cætera quamvis ,  
 Ut possim OEnonè perdere læsa Parin.  
 Tot superare metus, qui me, nec credere cogit ,  
 (Ignoscas) idem te quoque fallit Amor.  
 Imperat ille Deis : cum vult, in cornua tauri ,  
 Cum vult, in pennas destruit ille Jovem.  
 Non foret in terris tanto miranda decore  
 Tyndaris; (heu flammis nata puella meis!)  
 Si sua non cycno mutasset Jupiter ora.  
 Fluxerat in Danaës aureus ante sinus :  
 Piniferamque Iden falsus lustraverat ales :



Inter Agenoreas constiteratque boves.  
 Victorem Alciden dominæ quis pensa tenere  
 Crederet? at lanas nere cœgit Amor.  
 Dicitur & Coæ sedisse in veste puellæ.  
 Illa Cleonæo tecta leone fuit.  
 Te memini Phœbum, OEnone (mea crimina dico),  
 Fugisse, & nostros præposuisse toros.  
 Non ego præstabam Phœbo: sed tela Cupido  
 His in te voluit legibus ire sua.  
 Consolare tamen digna tua pellice damna:  
 Quam tibi prætulimus, nata puella Jove est.  
 Sed quod nata Jove est, minimum me tangit in illâ:  
 Quod non est facies pulcior ulla, nocet.  
 Atque utinam fornæ judex incallidus essem  
 Creditus Idæis, Pegasi Nympha, jugis!  
 Non mihi Junonis, nec obesset Pallados ira;  
 Laudata est oculis quod Cytheræa meis.  
 Dividit hæc aliis flammæ celeresque paresque:  
 Ut libitum est, nati temperat ipsa faces.  
 Non tamen evaluit vitare domestica tela.  
 Quos aliis arcus & sibi dura tulit.  
 Deprensam conjux illam in Mavorte dolebat.  
 Testibus hic Divis cum Jove questus erat.  
 Nam dolet & Mavors, terras ultroque reliquit:  
 Prætulit Anchisen huic habitura suum.  
 Anchisen propter voluit formosa videri:  
 Visaque post latam jacuit ultra deam.\*  
 Quid mirum est potuisse Paris succumbere Amori,  
 Immunis sub quo non fuit ipsa parens?  
 Quam læsus Menelaus amat, non læsus amavi.  
 Adjice, non læso quod comes ipsa fuit.  
 Et magnos (video) cogit mihi rapta tumultus:  
 Armatæque petunt Pergama mille rates.  
 Non vereor belli ne non sit causa probanda:  
 Est illi facies digna movere duces:  
 Mihi nulla fides; armatos respice Atridas.  
 Quam sibi sic repetunt, sic metuenda mihi est.  
 Quod si vertendæ spem mentis concipis hujus;  
 Cur cessant herbæ, carmina curve tua?  
 Nam te nec Phœbi sollertior artibus ulla est;  
 Phœbæque Hecates somnia vera vides.  
 Te cum sideribus, te cum deducere Lunam  
 Nubibus, & memini surripuisse diem.

252 PARIS OENONÆ.  
Pascebam tauros : interque armenta leones  
Obstupui placidos vocibus ire tuis.  
Quid retro Xanthum, retro Simoënta vocatum  
Adjiciam cursus non tenuisse suos ?  
Ipse pater Cebren, natæ male tutus ab ore ,  
Cantatas quoties restitit inter aquas !  
Nunc locus OENONÆ est: nunc illam ostende: par  
Sive tuos ignes pellere, sive meos.

FRAGMENTA  
P. OVIDII NASONIS  
EX MEDEA.

Quintil. lib. VIII. cap. V. Nam cum sit rectum, Ne  
cere facile est, prodesse difficile, vehementius  
pud Ovidium Medea dicit :

*Servare potui, perdere an possim rogas ?*

Item,

*Feror huc illuc, ut plena Deo.*

Sen. Suasor. III.

EX EPIGRAMMATIS.

*Cur ego non dicam, Faria, te furiam ?*

Fab.

Item,

*Ride, si sepis, ô puella, ride.*

Murt. lib. II. Epig. XLI.

Item,

*Larte ferox caso Cossus opima tulit.*

Fritic lib. V.

EX PHÆNOMENIS.

*Tot numero, talique Deus simulacra figuræ  
Imposuit calo: perque altas sparsa tenebras  
Clara pruinosæ jussit dare lumina nocti.*

Lactant. lib. II. De Orig. Err. cap. V.

*Pleiades ante genu septem radiare seruntur.*

*Sex tantum apparent: sub opacâ septima nube est.*

Probus in Georgica Virgilii, in cuius vulgatis libris  
hi verius depravatiissimi leguntur.

In Priapeis quædam Ovidii extrare, eruditi arbitrantur. Ex illo certe, cujus initium, *Obscure poteram tibi dicere*, Seneca pater lib. I, Controvers. II. hunc versum adducit:

*Dum timet alterius vulnus inepta loci.*

Servius in IV Georg. ubi agit de Eurydice, citat ex Ovidio, Bis rapitur, vixitque semel. quod in auctore nostro nunc nusquam comparat.

Scholiasfes vetus Horatii ad lib. II, od. v. Gyges nomen pueri ex insulâ Cnido Veneri sacrâ. hujus autem pueri pulcritudinem laudat etiam Ovidius. *At qui in iis, quæ extant, laudat nullibi.*

Quintilianus lib. XII, cap. x. Sed evanescent hæc atque emoriuntur comparatione meliorum. ut lana tincta fuco citra purpuram placet. at si contuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait. *Quæ nullo negotio in metrum redacta Iambum tragicum efficiunt & duos hendecasyllabos.*

Ut lana tincta purpuram citra placet.

At si contuleris eam lacernæ,

Conspectu melioris obruatur.

In Notis enim ad Epist. VII. communem esse ultimam in contuleris, credideris, dederis, & similibus syllabam monemus.

Seneca Controvers. X. Ex Declamatione Ovidii quædam hæc producit. Quicquid laboris est, in hoc est, ut uxori virum, & viro uxorem diligere concedas. Necessè est deinde, jurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos jusjurandum putas? Tu nobis religiosum nomen fuisti. Si mentiremur, illa sibi iratum patrem invocavit, ego socerum. Parce pater, parce socer: non pejeravimus. Ecce objurgator noster, quam effrænato amore sectur quanquam esse filiam preceris. carum quidem, quod illum ab indulgentiâ suâ avocet. Di boni, quomodo hic amavit uxorem? amat filiam, & abdicat. dolet periclitatam esse, & ab eo abducit, sine quo negat se posse vivere: quæritur periculum ejus, quæ pæne caruit hic qui amare caute jubet. Facilius in amore finem impetres, quam modum. tum hos ponis terminos, ut nihil faciant, nisi considerate, nihil promittant, nisi ut jus facturi; omnia verba ratione & fide ponderent. Senes sic amant. Pauca nosti, pater,

crimina : & litigavimus aliquando , & cecidimus  
& fortasse, quod non putas, pejeravimus. Quid a  
patres pertinet, quod amantes jurent? si vis crede  
re, nec ad Deos pertinet. Non est quod tibi pla  
ceas, uxor, tanquam prima peccaveris. periit ali  
qua cum viro, periit aliqua pro viro: illas tamen  
omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium  
Fer, focer, felicitatem tuam. magnum tibi quàm  
parvo constat exemplum! in reliquum diligentio  
res facti sumus: errorem nostrum confitemur: ex  
ciderat jurantibus, esse tertium qui magis amaret  
sic, Di, sit semper. Persevera, focer, recipe filiam  
ego, qui peccavi, pœnâ dignus sum. quare uxore  
necatâ, fœcero causâ sim orbitatis? Discedam è ci  
vitate: fugiam: exulabø; utcunque potero, deli  
derium miserâ & crudeli patientiâ perferam. Mo  
rerer, si solus moriturus essem.

*In codice poematorum veterum longe antiquissimo  
quem apud V. Cl. Petrum Scriverium vidi, Ovidio hoc  
epigramma ineditum adscribebatur:*

Jam nitidum liquidis Phœbus jubar intulit un  
dis,

Emeritam renovans Tethyos amne facem.

Astra subit niveis Phœbe subvecta juvenis,

Mitis & ætherio labitur axe sopor.

Alludunt teneri tremulis cum matribus agni,

Lacteolasque animas lacteus humor alit.

*In eodem codice Argumenta librorum Virgilianorum no  
stro etiam adscribebantur, ut & in multis aliis exem  
plaribus vetustis, quæ vidi. Sed perperam. Denique in  
antiquo libro Georgii Fabricii, hoc Epigramma de Lu  
cretia Nasonis nomen ostentabat:*

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,

Sanguinis & torrens egrederetur, ait;

Procedant testes me non placuisse tyranno,

Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.

*Sed jam satis. Nam illas ineptissimorum hominum de Pu  
lice, Philomela, & his similes nugæ quis Ovidio adscrib  
patienter aut æquo animo ferat? Carmen etiam Panegy  
ricum ad Pisonem, ad alia jam castra jure optimo trans  
iit.*

## V I T A,

EX LILII GREG. GYRALDI  
De Poëtarum Historia Libro quarto.

**P**Ub. Ovidius Naso, patriam habuit Sulmonem, tertiam Pelignorum civitatem. Nam, ut ex Plinio colligimus, Peligni, in Corfinienses, in Superaquanos, & Sulmonenses distincti sunt. Unde illud ex ipsius Poëta Elegiis:

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris;  
Parva, sed irriguis ora salubris aquis.

Ex ordine Equestri fuit, ut idem pluribus locis ostendit. Ingenio fuit, ut mihi quidem videtur, parato, facillique, sed qui nimium sibi aliquando indulgeret. De cuius vita quadam tantum libabo, quæ non injucunda fore arbitror. Fuit itaque Ovidius, cum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum tenui & vesco corpore, nervisque compacto. Id quod vel ex ejus ipsius Ovidii carmine liquet, cum ait:

Pondere, non nervis, corpora nostra carent.

Item alibi,

Aptaque subducto pondere membra dedit.

Snopte naturæ instituto, puer ad poëticam ferebatur. verum parentis monitionibus oratoricæ facultati operam dare compulsus est. In qua, si Senecæ credimus, egregie profecit, forensesque causas & centumviralia judicia exercuit. Mox vita defuncto patre, totum se mansuetioribus Musis restituit, foro relicto. Fratrem uno anno natu majorem habuit; forensi eloquentiæ deditum. quæ xx annum agens, diem obiit. Filias duas ipse habuit. Sunt qui alteram privignam dicant. altera certe aberat, cum ipse relegatus est. Tres vero subinde duxit uxores. duas quidem, facto divortio, repudiavit: tertiam vero, quam singulari caritate ac dilectione profecutus est, ad mortem usque retinuit. Hanc, ut puto, perperam, Perillam vocitatum, quidam existimant. Nam si Perilla uxor fuisset, id profecto in iis, quæ ad uxorem multæ scribuntur, Elegiis, alicubi significasset. Fuit autem Perilla, ut ipsemet ostendit Poëta, puella valde docta, atque in primis Poëtria. ad quam extat Poëta ipsius nobilis Elegia. Romæ vero Ovidius secundum Capito-

lium habitavit : ut ipsemet testatur. Hortos habuit prope viam Flaminiam, qua Cassia juncta fuit. Mortuus est in exilio, ut notat Eusebius, CXCIX Olympiade sepultusque est juxta Tomos, & (ut Pontanus è Georgio Trapezuntio nec semel se audivisse scribit in eo qui De magnificentia ad Atrilium) collata è publico pecunia, à Tomitanis civibus Tymbo, id est, monumentum ante oppidi portam, in loco maxime celebri, magnifice structo. ius scilicet pluris facientibus peregrini poeta ingenii nobilitatem, quam Imperatoris Rom. proscripti nem. Exilii vero ipsius varie casu traditur. tamen ipse non se exulem, sed relegatum, ait. Eam ipse certam triplicem innuit. qua de re multi multa. Illam ipse praetulit, qua & ceteras (ut opinor) praeceperit Augustus quod suo, scilicet, carmine De Amandi arte Romanam corrupisset juvenutem. Ego omnes quadam ex parte veras fuisse puto : eam tamen potissimum, quam & Sædonius Apollinaris de Corinna suis versibus attigit quod videlicet eo ficto nomine Juliam his versibus significaret :

Nec te (inquit) carmina per libidinosa  
Norum, Naso tener, Tomosque missum ;  
Quondam Cæsareæ nimis puellæ  
Fictæ carmine subditum Corinnæ.

Quam opinionem cum alii, tum suo carmine in Nutricia Politianus secutus est. Tradunt quidam, quod cum filiam Augustum parum honeste jacentem vidisset, quod & ipse ipsius poeta versiculo significari voluit,

Cur aliquid vidi? cur conscia lumina feci?

Nam & de C. Caligula Suetonius ita tradit : C. Agrippæ se nepotem neque credi, neque dici, ob ignobilitatem ejus volebat; Succersebatque, si qui, vel oratione, vel carmine, imaginibus eum Caesarum insererent. Prædicabat autem, Matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Julia filia admisset, procreatam. Hæc Suetonius. Sunt qui rem hanc in puerum ineptius referant. Sed in re hujusmodi, conjectura potius quam certa aliqua ratione ducuntur. Sunt & qui de Mæcenate nihil non suspicentur : quem quod nunquam nominari, nescio quid de Julia confingunt. Extant Cæcili Minutiani Apuleii fragmenta, in quibus de Ovidio poeta hæc sere produntur : eum scilicet Calendis Januarii, qua die T. quoque Livius decesserit, anno sui exilii septimo, homi-

esse desisse: struclumque illi Tymbon à Barbaris  
 in se suarum adium januam, idem Minutianus ait.  
 tem, quem Ibin simulato nomine appellarat, Corvum  
 fuisse, qui exulantis poëte uxorem sollicitasset. Relega-  
 tionis causam fuisse, quod Augusti incestum vidisset.  
 Ceterum de Ovidii ingenio sic alicubi Annæus Seneca:  
 Declamabat, inquit, raro Naso controversias; sed non  
 nisi ethicas: libentius dicebat suasorias. Molesta illi  
 erat omnis argumentatio. Verbis minime licenter usus,  
 nisi in carminibus. In quibus non ignoravit vitia sua,  
 sed amavit. Manifestum potest esse, quod rogatus ali-  
 quando ab amicis suis, ut tolleret tres versus; invicem  
 petiit, ut ipse tres exciperet, in quibus nihil illis liceret.  
 Equæ lex visa est. Scripserunt illi quos tolli vellent:  
 & Ovidius, quos tres exciperet. In utrisque codicillis  
 eisdem versus erant. In quibus primum fuisse narrabat  
 Albinovanus Rhetor, qui inter arbitros fuit,  
 Senibovemque virum, semivirumque bovem.

Et,

Egelidum Borean, egelidumque Notum.

Ex quo apparet, summi ingenii viro, iudicium non de-  
 fuisse, ad compescendam suorum carminum licentiam,  
 sed animum. Aiebat interim, decentiorem faciem esse,  
 in qua nevus aliquis esset. Et hæc quidem Seneca: qui  
 & partem declamationis ejus soluta oratione attulit, in  
 ea controversia, cuius hoc est argumentum: Vir & uxor  
 juraverunt, ut, si quid alteri obtigisset, alter moreretur.  
 Vir peregre profectus misit nuncium ad uxorem, qui di-  
 ceret, decessisse virum: uxor se precipitavit. Recreata,  
 jubetur à patre relinquere virum. non vult. abdicatur.  
 Hanc certe controversiam, ait Seneca, ante Arellium  
 Fuscum, magistrum suum, declamavit Ovidius, ut mihi  
 videbatur, longe ingeniosius; excepto eo, quod sine certo  
 ordine per locos discurrebat, &c. Extat & Cæsi, ejus  
 ætatis viri doctissimi, de Ovidio testimonium. Cum enim  
 Alsius Flavius in declamatione quadam hanc senten-  
 tiam dixisset,

Ipse sui, & alimentum erat, & damnum;  
 Alsius objuravit, Apparet (inquit) te poëtas studiose  
 legere. Iste sensus est ejus, qui hoc seculum amatoris  
 non artibus tantum, sed sententiis implevit. Ovidius  
 enim in libris Metamorph. dixit,

Ipse suos artus lacero divellere morsu

Capit

Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

*Hæc ille. Quæ vero ingeniosissimi hujus Poëtæ opera supersint, breviter colligam. Elegiæ Amorum, vel De sine titulo: de quibus sunt Grammaticorum controversiæ. Epistolæ: quarum nonnullæ tanta arte & elegantia conscriptæ sunt, ut in eo genere absolutius quidam nisi fieri posse existiment. Tres libri De arte, duo De remedio amoris, De tristibus quinque, De Ponto quatuor, Ibin, De Nuce, Ad Liviam Consolatio, Sex Fastorum & præclarissimum, ut ait Lactantius, Metamorphoseos opus. Quæ vero perierunt temporum injuria, hæc sunt Sex Fastorum ultimi, Medea tragiæ: quæ Fabio Tacito, aliisque, commendata plurimum. Quæ hoc tempore inventa dicitur, sed falso, ut puto. Scripsit & alteram tragiæ ex Virgilio. de qua sic Tertullianus Septimius quodam suo libello: Denique, inquit, Ovidius etiam Medeam tragiæ ex Virgilio plenissime expressit: quo loco agit de his, qui ex aliis auctoribus centones & nova opera concinnarent. Reliquit item Ovidius inchoatum opusculum De piscibus: ex quo multos Plinius enumerat. Periere & Ovidii Epigrammata: quæ tum Prisciano Grammatico, tum Martiano & Martiali enumerantur. Item Phænomenon libellus: ut ex Lactantii & Probi sententiâ constat. Item liber, quem in malos poetas ediderat, ut ex Fabio colligimus. Perierunt & Valentiniana, quæ uno libro complexus erat. Item triumphus Augusti Cesaris, & De Gestis Imperatoris lingua Geticâ. Bellum item Asiaticum quod ad Tib. Cesarem libris duobus inchoaverat. Atque ut hæc quidem, quantum in præsentia recordor, deperdita; ita quæ subjungam, supposititia, & adulterina, falsoque Ovidio adscripta. De vetula, in quo de magnis siderum conjunctionibus, & de Christiana lege miranda leguntur. Item De Fulce, De Philomela, De Medicamine faciei. Quæ de re, licet in Arte se scripsisse asseveret, id tamen quod in manibus habetur, poema illegitimum, & tralaticium, aliquibus doctis viris putatur.*

F I N I S.




livro meu muito a =  
made


horouvo do meu saber  
e alguindiate pender  
correr e magoado  
fidalgos que te achas  
se de te ponto em  
udo

me não souber o  
oure

hasto vir assigna  
do

Abraço





O V

N

O

9<sup>th</sup> IV  
form



u  
TYP

PUBLII  
OVIDII  
NASONIS  
OPERUM  
TOMUS II.

*Qui XV Metamorphoseon, sive Trans-  
formationum, libros continet.*



AMSTELODAMI,  
Typis Danielis Elzevirii,  
Sumptibus Societatis  
1664.

Sex versus, quos auctor, lib. 1 Tri-  
stium, Eleg. vi, his libris vo-  
luit præfigi.

*Orba parente suo quicumque volumina tangis,  
His saltem vestra detur in urbe locus.  
Quoque magis saveas, non sunt hac edita ab illo,  
Sed quasi de Domini funere rapta sui.  
Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,  
Emendaturus, si licuisset, erat.*

TRAN-  
OVIDI  
EXCER-  
TERO.

E

XVIII  
tinet  
at po-  
narre  
piteri neque  
excipient pro  
offus i conpa-  
cat. Que pu-  
perare nisi ta-  
peru. dicit d

peru. dicit d  
dicit dicit d  
dicit dicit d  
dicit dicit d  
dicit dicit d

dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d

dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d

dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d

dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d  
dit dicit d

TRANSFORMATIONUM  
OVIDII SERIES COMPENDIO  
EXCERPTA, A GULIELMO CAN-  
TERO, Novarum lectionum lib. I, cap. XX.

**E**Xistimo equidem multis, cum Ovidii Transfor-  
mationes legunt, idem quod mihi sepe, contingere :  
ut perpetuam illam & nunquam interruptam  
narrationum tam variarum connexionem satis  
mirari nequeant : quodque in hoc Opere Poëta tam con-  
venienter proposito suo, à prima mundi origine ad sua  
usque tempora, perpetuum carmen artificiosissime dedu-  
cat. Quæ quidem res ita me semper delectavit, ut tem-  
perare mihi tandem non potuerim, quin Opere toto semel  
pervoluto, ordinis rationem per singulas sabellas conside-  
rarem, atque adeo totum Opus quasi in Epitomen quan-  
dam redigerem : ut quam ex partibus singulis olim vo-  
luptatem ceperam, eam tunc è toto poemate breviter  
sub oculos posito, longe pleniorum perciperem : & poëtæ  
ingenium cum in aliis rebus multis, tum in hac præcipue  
non vulgare fuisse deprehenderem. Hujus porro volupta-  
tis fructus ut cum aliis etiam, nec in vitis sortasse, com-  
municemus; visum est hoc loco transformationes Ovidii,  
quam brevissime fieri potuit excerptas, Lectori, tanquam  
in tabella, spectandas proponere : earumque methodum  
omnem velut digito monstrare. Ea autem sic habet.

**LIBER I.** Principio Chaos in elementa quatuor  
distinguitur. quibus cum sui darentur singulis incolæ; ho-  
mo ex terra & aqua creatus est. Secutæ sunt ætates ho-  
minum quatuor. In quarum postrema de Gigantum san-  
guine nati sunt homines. Qui cum essent impii, Jupiter,  
quamvis antea Lycaonem in lupum mutasset, generali  
nihilominus supplicio diluvium inducens, omnia in a-  
quam convertit. Hic soli relinquuntur superstitæ, Den-  
calion & Pyrrha. Qui post redditam terram, jactis post  
terga lapidibus, humanum repararunt genus. Nam re-  
liqua quidem animalia, sponte sua ex humore & calore  
prodierunt. Interque ea & Python serpens. Quem cum  
Apollo interemisset, Python ludos in rei memoriam in-  
stituit. In quibus victores esculea corona donabantur.  
non dum enim extiterat laurus, donec in eam Daphne  
puella fuit conversa. Quod cum accidisset, tum ad patrem  
ejus Peneum, cum reliqui fluvii sive congratulandi, sive  
etiam consolandi gratia convenissent; Nilus desideratus

est Inachus. quod de filia sua Ione sollicitus esset, quam Jupiter post stuprum in jurencam mutarat. Ea cum ab Argo custodiretur, Mercurius eum, narrata prius Nymphæ Syringis in arundinem transformatione, occidit. cuius oculi deinde à Junone in pavonem coltati fuerunt. Tum Iō pristina mulieris forma recepta, Epaphum parit.

**L I B. II.** Qui cum aliquando Phœthonti Apollinem, ut falsum ac supposititium patrem, objecisset; ille curru Solaris imperium ad diem unum à patre in ignis vere stirpis petiit. Quo impetrato, terra ab eo tota accenditur, & inter cetera nigrescunt Ethiopes. Phœthontem deinde fulminis percussum dnm lugent sorores, & una cognatus Cygnus; ille in arbores, hic in cygnum mutatur. Tum Jupiter lustrato terrarum orbe, ac pristino vigori restituto, in Callisonem incidit, eamque sumpta Diana forma stupravit. Ob id irata Juno, Callisonem in ursam convertit: quam postea Arcas filius transfixurus fuerat, nisi utrumq; Jupiter inter sidera retulisset. Quæ de re cum apud Oceanum Juno conquesta esset, in cælum relata fuit humeris pavonum, qui nuper variegati fuerant: sicut & corvus nuper ex albo niger erat redditus, cum Cornicis monitis, quæ illi tum suam in cornicem, tum Nyctimenes in noctuam mutationem explicarat, non obtemperasset, sed audacter Coronidis adulterium ad Apollinem detulisset. Ejus deinde filio, Esculapio, cum futura prædiceret Ocyroë, in aquam ira divina vertitur. Tam Chiron pater, Apollinis auxilium frustra invocavit: quod ille jam inde Elide pastor factus, aliud ageret, neglectis etiam bubus. Id quod Mercurio illos furandi occasione dedit, qui deinde Batti, cum is solus esset furti confectus, perfidia se commutando deprehensa, in indiceem lapidem eum convertit. Inde in Atticam ingressus, Herse, Cecropis filia, potitur. Cui dum invidet soror Aglauros, in saxum obrigescit. Postea Jupiter, cum ipsum boves Agenoris ad litus advertere iussisset, sumpta tauri specie, Europam per mare in Cretam transvexit.

**L I B. III.** Hic Agenor, Cadmum jubet filiam amissam investigare. Quod dum ille facit, & dentibus draconis occisi, in terra satis, enascuntur homines: cum quibus ille deinde Thebas condidit. Huic primum valde luctuosa fuit nepotis Actæonis in cervum mutati dilaceratio: quamvis Junoni grata fuerit, quæ Semelen pellicem oderat. Ideoque ad ipsam sub facie Bercës nutriticis accedens, mortem illi procuravit. Paulo post Jupiter



ter cum Junone disputans, utra Venus esset suavior, Tiresiam adhibet arbitrum: quandoquidem sexum utrumque fuerat expertus. Is lata contra Junonem sententia, ab illa quidem visu privatus, à Jove autem vaticinandi scientiam consecutus est. Primum autem ejus oraculum in Narcisso comprobatum fuit: qui cum puellas omnes, inter quas & Echo pro amoris impatientia in vocem fuerat conversa, contempsisset; sui ipsius denique amore contabescens; in florem mutatus est. Pentheus tamen irridebat, quamquam & ipsi vera prædixerat. Nam cum Bacchi celebrarentur Orgia, ille famulum quendam sacrorum, postquam nautas in pisces fuisse transformatos ab eo intellexerat, in vincula conjecit: & inde à Bacchi fuit discerptus. id quod magnam apud omnes fidem sacris conciliavit.

L I B. IV. Alcithoë tamen, una cum sororibus, constanter ea contemnebat. Adeo ut in festo varias ad colum historias ille sibi invicem narrare cæperint. partim de moris denigratis, partim de Apolline in Eury-nomen verso, ut cum Leucothoë concumberet: quamobrem Clytie zelotypa in Heliotropium fuerit mutata: partim etiam de Hermaphrodito & Salmacide nympha, in unum corpus concretis. Quo factò, sorores ipsæ in vespertiliones, earumque tele in vitem & pampinos transformatae sunt. Hac de re cum Agave letaretur, magnus ei dolor oblatu est: quando Ino & Athamas in mare per insaniam prosilierunt, & facti sunt dii marini. Quos dum mulieres Thebanae pro mortuis deplorant, in saxa & volucres commutantur. Cadmus quoque hac calamitate commotus, relicta Thebis, in Illyriam cum uxore profectus est. ubi uterque anguineam formam accepit. Solus itaque restabat Bacchi de contemptoribus Acrisius, avus Persei, qui Gorgonis caput amputavit. E cujus guttis in terram delapsis angues exorti sunt: & Atlantem in montem, virgasque, post Andromedam liberatam, in lapides convertit. Orto deinde in nuptiis tumultu, Phineum cum suis, unaque Prætum & Polydecten, saxeos reddidit.

L I B. V. Tum Pallas, quæ illi hætenus comes fuerat, ipso relicto in Heliconem se confert, ut Hypocrenen inspicat. Ibi narrant illi Musæ de Pyreneo, & Pieridibus in picas conversis. postquam cantu de variis transformationibus instituto, cum ipsis contendissent.

L I B. VI. Quo exemplo mota Dea, animum se fecit.

Itaque inito cum Arachne texendi certamine, postquam utriusque tela varias transformationes representavit, ipsam in araneam mutavit. Nihil tamen hoc Niobe movit, quo minus amissis liberis in saxum obdurefceret. Quo quidem cognito, vulgus Lycios rusticos in ranas à Diana versos, & Marsyam ab Apolline excoriatum, in memoriam revocavit. Cum vero ad consolandos Thebanos urbes finitimæ convenissent, soli defuerunt Athenienses: quoniam à Tereo Rege infestabantur. Qui deinde stuprata Philomela, in upupam transformatus fuit: quemadmodum & Philomela in lusciniam, ac Progne in hirundinem. Quæ res Pandioni socero intellecta, mortem attulit. Huic in regno successit Erechtheus. à cuius filia Orithyia, Borcas Calaim procreavit & Zethen. Qui in Argonautarum numero quondam fuerunt; cum Jason, seminatae serpentis dentibus, è quibus homines armati prodierunt, & dracone sopito, vellis aureum retulit.

**LIB. VII.** Is postquam domum cum Medea rediit, Asoni illa juventutem reddidit. Eandemque & Pelie pollicita, præmisso arietis iæ agnum reformati specimine, dolo eum occidit. Inde per varia loca multis insignia transformationibus delata; post occisos liberos, Aege nupsit. Contra hunc postea bellum movit Minos; collectis undique copiis: ut & è Faro. Quam cum Arne quondam prodidisset, in monedulam fuerat conversa. Eacus vero ab Aege stetit, & ad eum Myrmidones suos, è formicis ortos, auxilio misit, duce Cephalo: qui aliquando uxorem suam, mutata sibi forma, in adulterium pellexerat, canemque suum simul cum vulpe in saxa converti viderat.

**LIB. VIII.** Minos interim Alcatheon obsidet, qua capta, Nisus in balixetum & Scylla in cirin fuerunt translati. Hinc in Cretam ille reversus est, ubi Minotaurus labyrintho erat inclusus, quem cum Theseus deinde de medio sustulisset, cum Ariadne in patriam rediens, eam in itinere dereliquit. Hinc eam Bacchus assumpsit, ejusque coronam inter sidera collocavit. Icarus vero, cum ex insula conaretur post patrem evolare, submersus est: ejusque exsequias celebrantem patrem vidit perdix, è Talo nuper transformata. Theseus interea cum valde celebris jam esset, ad aprum Calydonium, cuius interfecitore sublato sorores ejus in Meleagrides aves mutatae sunt, fuit convocatus. Inde ad Acheloum di-

ver-

vertitur, & Echinades insulas conspicit, in quas Naiades erant conversa. Quod ita fieri potuisse, Lelex primum Laucidis & Philemonis probat exemplo, qui in arbores ferunt commutati: sicut & domus ipsorum in templum, a pagus ipse in stagnum. Achelus deinde Protei & Astræ transformationes adjicit, ac suas denique, quibus usus quondam fuerat, cum ipsum premeret Hercules gratia Deianiræ.

LIB. IX. Hec illi postea vestem misit, qua periit (postquam Lichas in scopulum fuit translatus & in cælum traductus est. Tum vero Alcmena ad Iölen se contulit: eique Galanthidem in mustelam, & illa vicissim sororem suam in arborem conversam narravit. Interim supervenit ipsis Iölaus, reparata per Heben juvenute. Id quod non posse omnibus contingere, Jupiter. Eaci exemplo docet. Hunc fugiens Miletus, in Asiam discessit, & Bylidem procreavit atque Caunum: cujus illa amore tabe facta, in fontem periit. Quæ quidem res magis mira omnibus visa fuisset; nisi paulo ante Iphis, ipsa nuptiarum die, virilem sexum accepisset.

LIB. X. His porro nuptiis qui interfuerat Hymeneus, ad Orpheum inde se contulit; sed malo omine, quantum quidem mox obiit Eurydice; & postea secundo. Cum quidem non aliter obstupuit Orpheus, quam qui Cerbero conspecto saxens est effectus. Postea cum in monte quodam varias transformationes lyra exprimeret, accurrerunt ad eum arbores omnes, & inter cæteras pinus ex Aty, & cupressus à Cyparisso mutata.

LIB. XI. Hinc cum Thracia mulieres illum discernerent, in arbores mutatae sunt. Tum Bacchus à Thracia recessit, & Midæ pro Sileno restituto auri copiam fecit. cujus cum illum paniteret, in Pactolo lotus, arenas ejus aureas reddidit. Postea Phæbus pro iniquo judicio aures illi asininas tribuit. Quo factò, Trojæ mania humanam indutus formam, exstruxit. Hanc urbem postquam cepit Hercules, Hesione Telamoni uxorem dedit: quandoquidem Peleus jam Theridem post multas ejus transformationes duxerat: & ad Ceycem postea profectus, Dadalionem in accipitrem, & lupum in lapidem conversum, partim intellexerat, partim ipse viderat. Accidit deinde, ut Alcione, marite post naufragium sub Morphei figura per somnum inspecto, in avem, sicut & maritus, mutaretur. Quos in aëre volantes cum animadvertissent quidam, Esacum quondam in

Jussit, & ambitæ circundare littora terræ.  
 Addidit & fontes, immensaque stagna, lacusque;  
 Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis:  
 Quæ diversa locis partim sorbentur ab ipsa;  
 In mare perveniunt partim, campoque recepta  
 Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.  
 Jussit & extendi campos, subsidere valles,  
 Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.  
 Utque duæ dextrâ cælum, totidemque sinistra  
 Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis;  
 Sic onus inclusum numero distinxit eodem  
 Cura Dei: totidemque plagæ tellure premuntur.  
 Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:  
 Nix tegit alta duas: totidem inter utramq; locavit  
 Temperiemque dedit mistâ cum frigore flammâ.  
 Imminet his aër, qui, quanto est pondere terræ  
 Pondus aquæ levius, tanto est onerosior igni.  
 Illic & nebulas, illic consistere nubes  
 Jussit, & humanas motura tonitrua mentes,  
 Et cum fulminibus facientes frigora ventos.  
 His quoq; non passim mundi fabricator habendum  
 Aëra permisit. vix nunc obsistitur illis,  
 Cum sua quisque regant diverso flamina tractu,  
 Quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum.  
 Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit,  
 Persidaque, & radiis juga subdita matutinis.  
 Vesper, & occiduo quæ littora Sole tepefcent,  
 Proxima sunt Zephyro: Scythiam Septemq; trionē  
 Horrifer invasit Boreas: contraria tellus  
 Nubibus assiduis, pluvioque madescit ab Austro.  
 Hæc super imposuit liquidum & gravitate carentē  
 Æthera, nec quicquam terrenæ fœcis habentem.  
 Vix ea limitibus dissepserat omnia certis;  
 Cum, quæ pressa diu massa latuere sub illa,  
 Sidera cœperunt toto effervescente cælo.  
 Neu regio foret ulla suis animantibus orba;  
 Altra tenent cæleste solum, formæque Deorum:  
 Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ:  
 Terra feras cepit: volucres agitabilis aër.  
 Sanctius his animal, mentisque capacius altæ  
 Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.  
 Natus homo est. sive hunc divino semine fecit  
 Ille opifex rerum, mundi melioris origo:

Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto  
 Æthere, cognati retinebat semina cæli.  
 Quam satus læpeto, mistam fluvialibus undis,  
 Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.  
 Pronaque cum spectent animalia cætera terram;  
 Os homini sublime dedit: cælumque tueri  
 Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.  
 Sic, modo quæ fuerat rudis & sine imagine, tellus  
 Induit ignotas hominum conversa figuras.  
 Aurea prima facta est ætas, quæ, vindice nullo,  
 Ipse sua sine lege fidem rectumque colebat.  
 Pœna metusque aberant. nec verba minacia fixo  
 Ere legebantur: nec supplex turba timebant  
 Iudicis ora sui: sed erant sine vindice tuti.  
 Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
 Montibus, in liquidas pinus descenderat undas:  
 Nullaque mortales, præter sua littora, norant.  
 Nondum præcipites cingebant oppida fossæ:  
 Non tuba directi, non æris cornua flexi,  
 Non galeæ, non ensis, erant. sine militis usû  
 Mollia securæ peragebant otia mentes.  
 Ipsa quoque immunis rastroque intacta, nec ullis  
 Incaucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:  
 Contentique cibus nullo cogente creatis,  
 Arbutos fœtus, montanaque fraga legebant,  
 Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis;  
 Et quæ deciderant patula Jovis arbore glandes.  
 Fer erat æternum, placidique tepentibus auris  
 Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.  
 Iox etiam fruges tellus inarata ferebat:  
 Nec renovatus ager gravidis canebat aristas.  
 Lumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant:  
 Lavaque de viridi stillabant ilice mella.  
 Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,  
 Sub Jove mundus erat; subiit argentea proles,  
 Auro deterior, fulvo pretiosior ære.  
 Jupiter antiqui contraxit tempora veris:  
 Perque hyemes, æstusque, & inæquales autumnos,  
 Et breve ver, spatiis exegit quattuor annum.  
 Cum primum siccis aër feroribus ustus  
 Manduit: & ventis glacies adstricta pependit.  
 Cum primum subière domos. domus antra fuerunt,  
 Et densi frutices, & vincæ cortice virgæ.

Semina tum primum longis Cerealia sulcis  
Obruta sunt, pressique jugo gemuère juvenci.

Tertia post illas successit aënea proles,  
Sævior ingeniis, & ad horrida promptior arma;  
Nec scelerata tamen. De duro est ultima ferro.  
Protinus irrumpit venæ peioris in ævum  
Omne nefas: fugère pudor, verumque fidesque:  
In quorum subière locum, fraudesque, dolique,  
Insidiæque, & vis, & amor sceleratus habendi.  
Vela dabat ventis, nec adhuc bene noverat illos,  
Navita: quæque diu steterant in montibus altis,  
Fluctibus ignotis insultavère carinæ.  
Communemque prius, ceu lumina Solis & auras,  
Cautus humum longo signavit limite mensor.  
Nec tantum segetes alimentaque debita dives  
Poscebatur humus; sed itum est in viscera terræ:  
Quasq; recondiderat, Stygiisq; admoverat umbris  
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum  
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroque;  
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.  
Vivitur ex raptò. non hospes ab hospite tutus,  
Non socer à genero: fratrum quoq; gratia rara est  
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:  
Lurida terribiles miscent aconita novercæ:  
Filius ante diem patrios inquirit in annos.  
Viçta jacet Pietas: & Virgo cæde madentes  
Ultima cælestum terras Astræa reliquit.

Neve foret terris securior arduus æther;  
Affectasse ferunt regnum cæleste Gigantas:  
Altaque congestos struxisse ad sidera montes.  
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum  
Fulmine, & excussit subjecto Pelio Ossam.  
Obruta mole suâ cum corpora dira jacerent;  
Perfusam multo natorum sanguine terram  
Immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem:  
Et, ne nulla feræ stirpis monumenta manerent,  
In faciem vertisse hominum. sed & illa propago  
Contentrix Superùm, sævæque avidissima cædis,  
Et violenta fuit: scires è sanguine natos.

Quæ pater ut summa vidit Saturnius arce;  
Ingemit: &, factò nondum vulgata recenti  
Fœda Lycæoniæ referens convivia mensæ,

ingentes animo & dignas Jove concipit iras ;  
 Conciliumque vocat. tenuit mora nulla vocatos.  
 Est via sublimis, cælo manifesta sereno :  
 Lactea nomen habet ; candore notabilis ipso.  
 Hac iter est Superis ad magni tecta Tonantis ,  
 Regalemque domum. dextrâ lævâque Deorum  
 Atria nobilium valvis celebrantur apertis.  
 Plebs habitant diversa locis. à fronte potentes  
 Cælicolæ, clarique suos posuere penates.  
 Hic locus est ; quem, si verbis audacia detur ,  
 Haud timeam magni dixisse Palatia cæli.  
 Ergo ubi marmoreo Superi sedere recessu ,  
 Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno ,  
 Terrificam capitis concussit terque quaterque  
 Cæsariem ; cum qua terram, mare, sidera, movit.  
 Talibus inde modis ora indignantia solvit :  
 Non ego pro mundi regno magis anxius illâ  
 Tempestate fui, qua centum quisque parabant  
 Projicere anguipedum captivo brachia cælo. (uno  
 Jam, quanquam ferus hostis erat, tamen illud ab  
 Corpore, & ex una pendebat origine bellum.  
 Nunc mihi, qua totum Nereus circumtonat orbem,  
 Perdendum mortale genus. per flumina juro  
 Aëra, sub terras Stygio labentia luco,  
 Cuncta prius tentata : sed immedicabile vulnus  
 Inse recidendum ; ne pars sincera trahatur.  
 Sunt mihi Semidei, sunt rustica numina Nymphæ,  
 Cæunisque, Satyrique ; & monticolæ Silvani :  
 Quos quoniam cæli nondum dignamur honore ;  
 Quas dedimus, certè terras habitare sinamus.  
 An satis, ô Superi, tutos fore creditis illos,  
 Cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque, regoque,  
 Truxerit insidias notus feritate Lycaon ?  
 Confremuere omnes : studiisque ardentibus ausum  
 Alia deposcunt sic, cum manus impia sævit  
 Inguine Cæsareo Romanum extinguere nomen,  
 Et tonitum tanto subitæ terrore ruina  
 Humanum genus est ; totusque perhorruit orbis.  
 Nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum,  
 Quam fuit illa Jovi. qui postquam voce manequè  
 Murmura compressit ; tenuere silentia cuncti.  
 Abstulit ut clamor pressus gravitate regentis ;  
 Jupiter hoc iterum sermone silentia rumpit ;

Ille quidem pœnas (curam dimittere) solvit ;  
 Quod tamen admissum , quæ sit vindicta, doceb  
 Contigerat nostras infamia temporis aures :  
 Quam cupiens falsam , summo delabor Olympo ,  
 Et Deus humanâ lustrò sub imagine terras .  
 Longa mora est , quantum noxæ sit ubiq; reperitur  
 Enumerare : minor fuit ipsa infamia vero .  
 Mœnala transferam latebris horrenda ferarum ,  
 Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi .  
 Arcados hinc sedes & inhospita tecta tyranni  
 Ingredior , traherent cum sera crepuscula noctem  
 Signa dedi venisse Deum ; vulgusque precari  
 Cœperat . irridet primò pia vota Lycaon .  
 Mox ait , Experiar , Deus hic , discrimine aperto ,  
 An sit mortalis : nec erit dubitabile verum .  
 Nocte gravem somno nec opina perdere morte  
 Me parat . hæc illi placet experientia veri .  
 Nec contentus eo , missi de gente Molossâ  
 Obsidis unius jugulum mucrone resolvit :  
 Atque ita semineces partim ferventibus artus  
 Mollit aquis , partim subjecto torruit igni .  
 Quos simul imposuit mensis ; ego vindice flamma  
 In domino dignos everti tecta Penates .  
 Territus ille fugit ; nactusque silentia ruris  
 Exululat , frustra que loqui conatur : ab ipso  
 Colligit os rabiem , solitæque cupidine cædis  
 Vertitur in pecudes : & nunc quoq; sanguine gaudet  
 In villos abeunt vestes , in crûra lacerti .  
 Fit lupus , & veteris servat vestigia formæ .  
 Canities eadem est , eadem violentia vultu :  
 Idem oculi lucent : eadem feritatis imago .  
 Occidit una domus : sed non domus una perire  
 Digna fuit , qua terra patet , fera regnat Erinnys  
 In facinus jurassè putes . dent ocuis omnes ,  
 Quas meruère pati , sic stat sententia , pœnas .  
 Dicta Jovis pars voce probant , stimulosq; fremen  
 Adjiciunt : alii partes assensibus implent .  
 Est tamen humani generis jaçtura dolori  
 Omnibus : & , quæ sit terræ mortalibus orbæ  
 Forma futura , rogant : quis sit laturus in aras  
 Thura ? ferisne paret populandas tradere gentes ?  
 Talia quærentes , sibi enim fore cætera curæ ,  
 Rex Superâum trepidare vetat , sobolemque prior



Diffimilem populo promittit origine mirâ.  
Jamque erat in totas sparsurus fulmina terras ;  
Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus æther  
Conciperet flammâs, longusque ardesceret axis.  
Esse quoque in fati reminiscitur, affore tempus ,  
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli  
Ardeat ; & mundi moles operosa laboret.  
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.  
Pœna placet diversa ; genus mortale sub undis  
Perdere , & ex omni nimbos dimittere cælo.  
Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris ,  
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes :  
Emittitque Notum. madidis Notus evolat alis ;  
Terribilem piceâ tectus caligine vultum.  
Barba gravis nimbis ; canis hinc unda capillis :  
Fronte sedent nebulæ : rorant pennæque, sinusque.  
Utque manu lata pendentia nubila pressit ;  
Fit fragor : hinc densi funduntur ab æthere nimbi.  
Nuncia Junonis varios induta colores  
Concipit Iris aquas ; alimenta que nubibus adfert.  
Sternuntur segetes, & deplorata coloni  
Vota jacent ; longique labor perit irritus anni.  
Nec cælo contenta suo Jovis ira : sed illum  
Cæruleus frater juvat auxiliariis undis.  
Convocat hic amnes. qui postquam tecta tyranni  
Intravère sui, Non est hortamine longo  
Nunc, ait, utendum : vires effundite vestras.  
Sic opus est. aperite domos : ac mole remotâ  
Fluminibus vestris totas immitte habenas.  
Jusserat. hi redeunt, ac fontibus ora relaxant :  
Et defrænato volvuntur in æquora cursu.  
Ipse tridente suo terram percussit : at illa  
Intremuit, motuque sinus patefecit aquarum.  
Exspatiata ruunt per apertos flumina campos ;  
Cumque satis arbusta simul, pecudesque, virosque,  
Tecta que, cunque suis rapiant penetralia sacris.  
Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto  
Indejecta malo ; culmen tamen altior hujus  
Unda tegit, pressæque labant sub gurgite turres.  
Jamque mare & tellus nullum discrimen habebant.  
Omnia pontus erant. decrant quoque littora ponto.  
Occupat hic collem : cymbâ sedet alter aduncâ,  
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.

Ille supra segetes, aut mersæ culmina villæ,  
 Navigat: hic summâ piscem deprendit in ulmo.  
 Figitur in viridi (si Fors tulit) anchora prato:  
 Aut subiecta terunt curvæ vineta carinæ.  
 Et, modo qua graciles gramen carpere capellæ,  
 Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ.  
 Mirantur sub aquâ lucos, urbesque domosque  
 Nereïdes: silvasque tenent delphines, & altis  
 Incurfant ramis, agitataque robora pulsant.  
 Nat lupus inter oves: fulvos vehit unda leones:  
 Unda vehit tigres. nec vires fulminis apro,  
 Crura nec ablato profunt velocia cæro.  
 Quæsitisque diu terris, ubi sidere detur,  
 In mare lassatis volucris vaga decidit alis.  
 Obruerat tumulos immensa licentia ponti,  
 Pulsabantque novi montana cacumina fluctus.  
 Maxima pars undâ rapitur: quibus unda pepercit  
 Illos longa domant inopi jejunia victu.  
 Separat Aëniis Aëtæis Phocis ab arvis,  
 Terra ferax, dum terra fuit; sed tempore in illo  
 Pars maris, & latus subitarum campus aquarum.  
 Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus;  
 Nomine Parnasus, superatque cacumine nubes.  
 Hic ubi Deucalion (nam cætera tlexerat æquor)  
 Cum consorte tori parva rate vectus adhæsit;  
 Corycidas Nymphas, & numina montis adorant,  
 Fatidicanque Themis; quæ tunc oracla tenebat.  
 Non illo melior quisquam, nec amantior æqui  
 Vir fuit, aut illâ metuentior ulla Deorum.  
 Jupiter ut liquidis stagnare paludibus orbem,  
 Et superesse videt de tot modo millibus unum,  
 Et superesse videt de tot modo millibus unam;  
 Innocuos ambos, cultores numinis ambos;  
 Nubila disjecit: nimbisque Aquilone remotis,  
 Et cælo terras ostendit, & æthera terris.  
 Nec maris ira manet. positoque tricuspide telo  
 Mulcet aquas rector pelagi: supraque profundum  
 Exstantem, atque humeros innato murice tectum  
 Cæruleum Tritona vocat; conchæque sonaci  
 Inspirare jubet; fluctusque & flumina signo  
 Jam revocare dato. cava buccina sumitur illi  
 Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo.  
 Buccina, quæ medio concepit ut aëra ponto,

Littora voce replet sub utroque jacentia Phœbo.  
 Tum quoque, ut ora Dei madidâ rorantia barbâ  
 Contigit, & cecinit jussos inflata receptus,  
 Omnibus audita est telluris & æquoris undis:  
 Et quibus est undis audita, coërcuit omnes.  
 Jam mare litus habet: plenos capit alveus amnes:  
 Flumina subsidunt: colles exire videntur.  
 Surgit humus: crescunt loca decrefcentibus undis.  
 Postque diem longam nudata cacumina silvæ  
 Ostendunt, limumque tenent in fronde relictum.  
 Redditus orbis erat, quem postquam vidit inanem,  
 Et desolatas agere alta silentia terras;  
 Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis:  
 O soror, ô conjux, ô sœmina sola superstes,  
 Quam commune mihi genus, & patruelis origo,  
 Deinde torus junxit; nunc ipsa pericula jungunt:  
 Terrarum, quascunque vident occasus & ortus,  
 Nos duo turba sumus. possedit cœtera pontus.  
 Nunc quoque adhuc vitæ non est fiducia nostræ  
 Certa fatis: terrent etiamnum nubila mentem.  
 Quid tibi, si sine me fatis erepta fuisses,  
 Nunc animi, miseranda, foret? quo sola timorem  
 Ferre modo posses? quo consolante dolores?  
 Namq; ego crede mihi, si te modo pontus haberet,  
 Te sequerer, conjux: & me quoque pontus haberet.  
 O utinam possem populos reparare paternis  
 Artibus; atque animas formatæ infundere terræ!  
 Nunc genus in nobis restat mortale duobus;  
 Sic visum Superis: hominumq; exempla manemus.  
 Dixerat, & flebant. placuit cœleste precari  
 Numen; & auxilium per sacras quærere sortes.  
 Nulla mora est; adeunt pariter Cephisidas undas,  
 Ut nondum liquidas, sic jam vada nota secantes.  
 Inde ubi libatos irroravêre liquores  
 Vestibus & capiti; flectunt vestigia sanctæ  
 Ad delubra Deæ: quorum fastigia turpi  
 Squallebant musco; stabantque sine ignibus aræ.  
 Ut templi tetigêre gradus; procumbit uterque  
 Pronus humi, gelidoque pavens dedit oscula saxo.  
 Atque ita, Si precibus, dixerunt, numina justis  
 Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum;  
 Dic, Themis, qua generis damnum reparabile nostri  
 Arte sit: & meritis fer opem, mitissima, rebus.

Mota Dea est ; sortemque dedit : Discedite templo  
 Et velate caput ; cinctasque resolvite vestes :  
 Ossaque post tergum magnæ jactate parentis.  
 Obstupère diu : rumpitque silentia voce  
 Pyrrha prior ; jussisque Deæ parère recusat :  
 Detque sibi veniam, pavido rogat ore : pavetque  
 Lædere jactatis maternas ossibus umbras.  
 Interea repetunt cæcis obscura latebris  
 Verba datæ fortis secum, inter seque volutant.  
 Inde Promethides placidis Epimethida dictis  
 Mulcet, & Aut fallax, ait, est sollertia nobis,  
 Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent.  
 Magna parens terra est : lapides in corpore terræ  
 Ossa reor dici : jacere hos post terga jubemur.  
 Conjugis augurio quanquam Titania mota est ;  
 Spes tamen in dubio est. adeo cælestibus ambo  
 Diffidunt monitis. sed quid tentare nocebit ?  
 Descendunt; velantque caput, tunicaq; recingunt  
 Et jussos lapides sua post vestigia mittunt.  
 Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas ?)  
 Ponere duritiem cœpere, suumque rigorem ;  
 Molliri que mora, mollitaque ducere formam.  
 Mox, ubi creverunt, natura que mitior illis  
 Contigit, ut quædam, sic non manifesta, videri  
 Forma potest hominis; sed uti de marmore cœpto  
 Non exacta satis, rudibusque simillima signis.  
 Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo,  
 Et terrena fuit, versa est in corporis usum.  
 Quod solidum est, flectique nequit, mutatur in ossa:  
 Quod modo vena fuit, sub eodem nomine mansit :  
 Inque brevi spatio, Superiorum munere, saxa  
 Missa viri manibus faciem traxère virilem ;  
 Et de fœmineo reparata est fœmina jactu.  
 Inde genus durum sumus, experiensque laborum ;  
 Et documenta damus, qua simus origine nati.  
 Cætera diversis tellus animalia formis  
 Sponte sua peperit; postquam vetus humor ab igne  
 Percaluit Solis, cœnumque, udæque paludes  
 Intumuère æstu : fœcundaque semina rerum  
 Vivaci nutrita solo, ceu matris in alvo,  
 Creverunt, faciemque aliquam cepère morando.  
 Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros  
 Nilus, & antiquo sua flumina reddidit alveo,

Æthereoque recens exarsit sidere limus ;  
 Plurima cultores versis animalia glebis  
 Inveniunt , & in his quædam modo cœpta sub ipsū  
 Nascendi spatium : quædam imperfecta, suisque  
 Trunca vident numeris : & eodem in corpore sæpe  
 Altera pars vivit ; rudis est pars altera tellus.  
 Quippe ubi temperiem sumere hūmorq; calorque;  
 Concipiunt : & ab his oriuntur cuncta duobus.  
 Cumq; sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes  
 Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.  
 Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti  
 Solibus æthereis altoque recanduit æstu ;  
 Edidit innumeras species : partimque figuras  
 Rettulit antiquas ; partim nova monstra creavit.  
 Illa quidem nollet, sed te quoque, maxime Python,  
 Tum genuit : populisque novis, incognita serpens,  
 Terror eras. tantum spatii de monte tenebas.  
 Hunc Deus arcitenens , & nunquam talibus armis  
 Ante, nisi in damis capreisque fugacibus, usus,  
 Mille gravem telis, exhausta pene pharetrâ,  
 Perdidit effuso per vulnera nigra veneno.  
 Neve operis famam possit delere vetustas ;  
 Instituit sacros celebri certamine ludos ;  
 Pythia de domitæ serpentis nomine dictos.  
 His juvenum quicumque manu, pedibusve, rotâve  
 Vicerat ; esculeæ capiebat frondis honorem.  
 Nondum laurus erat ; longoque decentia crine  
 Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.  
 Primus amor Phœbi Daphne Peneïa; quem non  
 Fors ignara dedit, sed sæva Cupidinis ira.  
 Delius hunc nuper victa serpente superbus  
 Viderat adducto flectentem cornua nervo :  
 Quidque tibi, lascive puer, cum fortibus armis ?  
 Dixerat : ista decent humeros gestamina nostros ;  
 Qui dare certa feræ , dare vulnera possumus hosti.  
 Qui modo pestifero tot jugera ventre prementem  
 Stravimus innumeris tumidum Pythona sagittis.  
 Tu face nescio quos esto contentus amores  
 Irritare tua : nec laudes affere nostras.  
 Filius huic Veneris ; Figat tuus omnia, Phœbe ;  
 Te meus arcus, ait : quantoque animalia cedunt  
 Cuncta tibi, tanto minor est tua gloria nostrâ.  
 Dixit : & eliso percussis aëre pennis

Impiger umbrosâ Parnasi constitit arce:  
 Eque sagittiferâ promisit duo tela pharetrâ  
 Diversorum operum. fugat hoc, facit illud amorem.  
 Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acurâ:  
 Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine  
 plumbum.

Hoc Deus in Nympha Peneïde fixit; at illo  
 Læsit Apollineas trajecta per ossa medullas.  
 Protinus alter amat; fugit altera nomen amantis,  
 Silvarum latebris captivarumque ferarum  
 Exuviis gaudens, innuptæque æmula Phœbes.  
 Vittæ coërcebat positos sine lege capillos.  
 Multi illam petière: illa averſata petentes,  
 Impatiens expersque viri, nemorum avia lustrat:  
 Nec quid Hymē, quid Amor, quid sint cōnubia curat.  
 Sæpe pater dixit: Generum mihi, filia, debes.  
 Sæpe pater dixit: Debes mihi, nata, nepotes.  
 Illa velut crimen tædas exosa jugales,  
 Pūlera verecundo suffunditur ora rubore;  
 Inque patris blandis hærens cervice lacertis,  
 Da mihi perpetuâ, genitor carissime, dixit,  
 Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianæ.  
 Ille quidē consequitur: sed te decor iste, quod optas,  
 Esse vetat; votoque tuo tua forma repugnat.  
 Phœbus amat; visæque cupit connubia Daphnes:  
 Quæque cupit, sperat: suaque illum oracula fallunt.  
 Utque leves stipulæ demtis adolentur aristis;  
 Ut facibus sēpes ardent, quas forte viator  
 Vel nimis admovit, vel jam sub luce reliquit;  
 Sic Deus in flammæ abiit: sic pectore toto  
 Uritur, & sterilem sperando nutrit amorem.  
 Spectat inornatos collo pendere capillos.  
 Et, Quid si comantur? ait. videt igne micantes  
 Sideribus similes oculos. videt oscula; quæ non  
 Est vidisse satis. laudat digitosque, manusque,  
 Brachiaque, & nudos mediâ plus parte lacertos.  
 Si qua latent, meliora putat. fugit ocior aurâ  
 Illa levi; neque ad hæc revocantis verba resistit:  
 Nympha, precor, Penëi, mane: non insequor hostis.  
 Nympha, mane. sic agna lupum, sic cerva leonem,  
 Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ;  
 Hostes quæq; suos. amor est mihi causâ sequendi.  
 Me miserum! ne prona cadas, indignave lædi

Crura fecent sentes ; & sim tibi caussa doloris.  
 Aspera, qua properas, loca sunt. moderatius, oro,  
 Curre, fugamque inhibe: moderatius insequar ipse.  
 Cui placeas, inquire tamen. non incola montis,  
 Non ego sum pastor: non hic armenta gregeſve  
 Horridus obſervo. nescis, temeraria, nescis  
 Quem fugias: ideoque fugis. mihi Delphica tellus,  
 Et Claros, & Tenedos, Patareæque regia ſervit.  
 Jupiter eſt genitor. per me, quod eritque, fuitque,  
 Eſtque, patet: per me concordant carmina nervis.  
 Certa quidem noſtra eſt: noſtrâ tamen una ſagittâ  
 Certior, in vacuo quæ vulnera pectore fecit.  
 Inventum medicina meum eſt; opiferque per orbem  
 Dicor; & herbarum ſubjecta potentia nobis.  
 Hei mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis:  
 Nec profunt domino, quæ profunt omnibus, artes!  
 Plura locuturum timido Peneïa curſu  
 Fugit; cumque ipſo verba imperſecta reliquit:  
 Tum quoque viſa decens. nudabant corpora venti,  
 Obviaque adverſas vibrabant flamina veſtes;  
 Et levis impexos retro dabat aura capillos:  
 Auſtaq; forma fugâ eſt. ſed enim non ſuſtinet ultra  
 Perdere blanditias juvenis Deus: utque movebat  
 Ipſe Amor, admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.  
 Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo  
 Vidit; & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem.  
 Alter inhæſuro ſimilis, jam jam que tenere  
 Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro:  
 Alter in ambiguo eſt, an ſit deprenſus, & ipſis  
 Morſibus eripitur; tangentiæque ora relinquit.  
 Sic Deus, & virgo eſt: hic ſpe celer, illa timore.  
 Qui tamen inſequitur, pennis adjutus Amoris,  
 Ocior eſt, requiemque negat: tergoque fugaci  
 Imminet; & crinem ſparſum cervicibus affiat.  
 Viribus abſumtis expalluit illa: citæque  
 Viſta labore fugæ, ſpectans Peneïdas undas,  
 Fer, pater, inquit, opem; ſi flumina numen habetis.  
 [Qua nimium placui, tellus, aut hiſce, vel iſtam,  
 Quæ facit ut lædar, mutando perde figuram.]  
 Vix prece finitâ, torpor gravis alligat artus:  
 Mollia cinguntur tenui præcordia librø.  
 In frondem crines, in ramos brachia creſcunt:  
 Pes modo tam velox pigris radicibus hæret:

Ora cacumen obit : remanet nitor unus in illâ.  
 Hanc quoq; Phœbus amat: positâq; in stipite dextrâ  
 Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus.  
 Complexusque suis ramos, ut membra, lacertis,  
 Oscula dat ligno : refugit tamen oscula lignum.  
 Cui Deus, At conjux quoniam mea non potes esse,  
 Arbor eris certè, dixit, mea. semper habebunt  
 Te coma, te citharæ, te nostræ, laure, pharêtræ.  
 Tu ducibus Latiis aderis, cum læta triumphum  
 Vox canet; & longæ visent Capitolia pompæ.  
 Postibus Augustis eadem fidissima custos  
 Ante fores stabis; medianque tuebere quercum.  
 Utque meum intonsis caput est juvenile capillis;  
 Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores.  
 Finierat Pæan. factis modo laurea ramis  
 Annuit: utque caput, visa est agitasse cacumen.

Est nemus Hæmonicæ, prærupta quod undique  
 claudit

Silva: vocant Tempe. per quæ Penêus ab imo  
 Effusus Pindo spumosis volvitur undis:  
 Dejectuque gravi tenues agitantia fumos  
 Nubila conducit, summasque aspergine silvas  
 Impluit; & sonitu plus quam vicina fatigat.  
 Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetrabilia magni  
 Amnis: in hoc residens facto de cautibus antro,  
 Undis jura dabat, Nymphisque colentibus undas.  
 Conveniunt illuc popularia flumina primum;  
 Nescia gratentur, consolenturne parentem,  
 Populifer Sperchæos; & irrequietus Enipeus,  
 Apidanusque fenex, lenisque Amphrysos, & Æas.  
 Moxque amnes alii qui, qua tulit impetus illos  
 In more deducunt festas erroribus undas.  
 Inachus unus abest: imoque reconditus antro  
 Fletibus auget aquas: natamque miserrimus Iô  
 Luget, ut amissam. nescit vitæne fruatur,  
 An sit apud manes. sed quam non invenit usquam,  
 Esse putat nusquam; atque animo pejora veretur.  
 Viderat à patrio redeuntem Jupiter Iô  
 Flumine: &, O virgo Jove digna, tuoque beatum  
 Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras  
 Altorû nemorû & nemorû monstraverat umbras,)  
 Dum calet, & medio Sol est altissimus orbe.  
 Quod si sola times latebras intrare ferarum;

Præ-



Præside tuta Deo nemorum secreta subibis :  
 Nec de plebe Deo, sed qui cælestia magna  
 Sceptra manu teneo; sed qui vaga fulmina mitto.  
 Ne fuge me. fugiebat enim. jam pascua Lernæ,  
 Constaque arboribus Lirœa reliquerat arva ;  
 Cum Deus inducta latas caligine terras  
 Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem.  
 Interea medios Juno despexit in agros :  
 Et noctis faciem nebulas fecisse volucres  
 Sub nitido mirata die ; non fluminis illas  
 Esse, nec humenti sentit tellure remitti :  
 Atque suus conjux, ubi sit, circumspicit; ut quæ  
 Deprensi toties jam nosset furta mariti.  
 Quem postquam cælo non repperit; Aut ego fallor,  
 Aut ego lædor, ait. delapsaque ab æthere summo  
 Constitit in terris; nebulasque recedere jussit.  
 Conjugis adventum præsenferat, inque nitentem  
 Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.  
 Bos quoque formosa est. speciem Saturnia vaccæ,  
 Quanquã invita, probat: nec non & cujus, & unde,  
 Quove sit armento, veri quasi nescia, quærit.  
 Jupiter e terrâ genitam mentitur, ut auctor  
 Desinat inquiri. petit hanc Saturnia manus.  
 Quid faciat? crudele, suos addicere amores :  
 Non dare, suspectum. pudor est, qui suadeat illinc;  
 Hinc dissuadet amor. victus pudor esset amore :  
 Sed leve si munus sociæ generisque torique  
 Vacca negaretur; poterat non vacca videri.  
 Pellice donatâ, non protinus exiit omnem  
 Diva metum; timuitque Jovem, & fuit anxia furti.  
 Donec Aristoridæ servandam tradidit Argo.  
 Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.  
 Inde suis vicibus capiebant bina quietem :  
 Cætera servabant, atque in statione manebant.  
 Constiterat quocunque modo; spectabat ad Iô :  
 Ante oculos Iô, quamvis averfus, habebat.  
 Luce finit pasci : cum Sol tellure sub alta est ;  
 Claudit, & indigno circumdat vincula collo.  
 Frondibus arbuteis, & amarâ pascitur herbâ :  
 Proque toro, terræ non semper gramen habenti  
 Incubat infelix; limosaque numina potat.  
 Illa etiam supplex Argo cum brachia vellet  
 Tendere; non habuit, quæ brachia tenderet Argo :

Conatoque queri mugitus edidit ore :  
 Pertimuitque sonos : propriaque exterrita voce est.  
 Venit & ad ripas, ubi ludere sæpe solebat,  
 Inachidas ripas : novaque ut conspexit in unda  
 Cornua, pertimuit, seque externata refugit.  
 Naidēs ignorant, ignorat & Inachus ipse,  
 Quæ sit, at illa patrem sequitur, sequiturque; sorores:  
 Et patitur tangi, seque admirantibus offert.  
 Decerptas senior porreberat Inachus herbas;  
 Illa manus lambit, patriisque dat oscula palmis;  
 Nec retinet lacrymas: & si modo verba sequantur,  
 Oret opem; nomenque suum, casusque loquatur.  
 Littera pro verbis, quam pes in pulvere ducit,  
 Corporis indicium mutati triste peregit.  
 Me miserum! exclamat pater Inachus: inq; gementis  
 Cornibus, & nivæ pendens cervice juvencæ,  
 Me miserum! ingeminas. tunc es quaesita per omnes,  
 Nata, mihi terras? tu non inventa repertâ  
 Luctus eras levior. retices: nec mutua nostris  
 Dicta refers. alto tantum suspiria prodis  
 Pectore: quodque unum potes, ad mea verba remugis.  
 At tibi ego ignarus thalamos tædasque parabam:  
 Spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.  
 De grege nunc tibi vir, nunc de grege natus habendus.

Nec finire licet tantos mihi morte dolores:  
 Sed nocet esse Deum. præclusaque janua leti  
 Æternum nostros luctus extendit in ævum.  
 Talia moerenti stellatus submovet Argus,  
 Ereptamque patri diversa in pascua natam  
 Abstrahit. ipse procul montis sublimis cacumen  
 Occupat: unde sedens partes speculetur in omnes.

Nec superûm rector mala tanta Phorōnidos ultra  
 Ferre potest: natumque vocat; quem lucida partu  
 Pleiās enixa est: letoque det, imperat, Argum.  
 Parva mora est, alas pedibus, virgamque potenti  
 Somniferam sumsisse manu, tegimenque capillis.  
 Hæc ubi disposuit, patriâ Jove natus ab arce  
 Desilit in terras. illic tegimenque removit,  
 Et posuit pennas: tantummodo virga retenta est.  
 Hac agit, ut pastor, per devia rura capellas,  
 Dum venit, abductas: & structis cantat avenis.  
 Voce novæ captus custos Junonius artis,

Quis-

Quisquis es, hoc poteris mecum considerare saxo,  
 Argus ait: neque enim pecori fecundior ullo  
 Herba loco est: aptamque vides pastoribus umbram.  
 Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo  
 Detinuit sermone diem: junctisque canendo  
 Vincere arundinibus servantia lumina tentat.  
 Ille tamen pugnat molles evincere somnos:  
 Et, quamvis sopor est oculorum parte receptus;  
 Parte tamen vigilat. querit quoque, namque; reperta  
 Fistula nuper erat, qua sit ratione reperta.

Tum Deus, Arcadiæ gelidis in montibus, inquit,  
 Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas  
 Naias una fuit. Nymphæ Syringa vocabant.  
 Non semel & Satyros eluserat illa sequentes,  
 Et quoscumque Deos umbrosæ silva, feraxve  
 Rus habet. Ortygiam studiis ipsaque colebat  
 Virginitate Deam. ritu quoque cincta Dianæ  
 Falleret, & credi posset Latonia, si non  
 Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.  
 Sic quoque fallebat. redeuntem colle Lyceo  
 Pan videt hanc, pinuque caput præcinctus acutâ,  
 Talia verba refert. restabat verba referre;  
 Et precibus spretis fugisse per avia Nympham;  
 Donec arenosi placitum Ladonis ad amnem  
 Venerit. hic illi cursum impredientibus undis,  
 Ut se mutarent, liquidas orasse sorores:  
 Panaque, cum prensam sibi jam Syringa putaret,  
 Corpore pro Nymphæ calamos tenuisse palustres:  
 Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos  
 Effecisse sonum tenuem, similemque querenti:  
 Arte novâ vocisque Deum dulcedine captum,  
 Hoc mihi concilium tecum, dixisse, manebit:  
 Atque ita disparibus calamis compagine cæræ  
 Inter se junctis nomen tenuisse puellæ.  
 Talia dicturus vidit Cyllenius omnes  
 Succubuisse oculos, adopertaque lumina somno.  
 Supprimat extemplo vocem: firmatque soporem,  
 Languida permulcens medicatâ lumina virgâ.  
 Nec mora; falcato nutantem vulnerat ense,  
 Quæ collo confine caput saxoque cruentum  
 Depicit; & maculas præruptam sanguine caute.  
 Arge, jaces; quodque; in tot lumina lumen habebas  
 Exinctum est: centumque; oculos nox occupat una.

Excipit hos , volucrisque suæ Saturnia pennis  
Collocat ; & gemmis caudam stellantibus implet.

Protinus exarsit , nec tempora distulit iræ ;  
Horriferamque oculis animoque objecit Erinny  
Pellicis Argolicæ , stimulosque in pectora cæcos  
Condidit , & profugam per totum terruit orbem.  
Ultimus immenso restabas , Nile , labori.  
Quem simul ac tetigit , positisque in margine ripæ  
Procubuit genibus , resupinoque ardua collo ,  
Quos potuit , solos tollens ad sidera vultus ,  
Et gemitu , & lacrymis , & lætisono mugitu  
Cum Jove visâ queri est , finemque orare malorum.  
Conjugis ille suæ complexus colla lacertis ,  
Finiat ut pœnas tandem , rogat : Inque futurum  
Pone metus , inquit , nunquam tibi causâ doloris  
Hæc erit : & Stygias jubet hoc audire paludes.  
Ut lenita Dea est , vultus capit illa priores :  
Fitque quod ante fuit . fugiunt è corpore setæ :  
Cornua decrescunt : fit luminis ætior orbis.  
Contrahitur rictus : redeunt humerique manusque :  
Ungulaque in quinos dilapsa absimitur ungues.  
De bove nil superest , formæ nisi candor , in illâ :  
Officioque pedum Nymphæ contenta duorum  
Erigitur : metuitque loqui ; ne more juvencæ  
Mugiat : & tinnide verba intermissa retentat.  
Nunc Dea linigerâ colitur celeberrima turbâ.

Huic Epaphus magni genitus de semine tandem  
Creditor esse Jovis : perque urbes juncta parenti  
Templa tenet . fuit huic animis æqualis & annis  
Sole satus Phaëthon : quem quondam magna lo-  
quentem ,

Nec sibi cedentem , Phœboque parente superbum ,  
Non tulit Inachides : Matrique , ait , omnia demens  
Credis ; & es timidus genitoris imagine falsi.  
Erubuit Phaëthon , iramque pudore repressit :  
Et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matrem.  
Quoque magis doleas , genitrix , ait : ille ego liber ,  
Ille ferox tacui . pudet hæc opprobria nobis  
Et dici potuisse , & non potuisse refelli.  
At tu , si modo sum cælesti stirpe creatus ,  
Ede notam tanti generis : meque asserere cælo.  
Dixit ; & implicuit materno brachia collo :  
Perque suam , Meropisque caput , tædasque sororum ,

Tra-

Traderet oravit veri sibi signa parentis.  
 Ambiguam, Clymene precibus Phaëthontis, an irā  
 Mota magis dicti sibi criminis; utraque cælo  
 Brachia porrexit: spectansque ad lumina Solis,  
 Per jubar hoc, inquit, radiis insigne coruscis,  
 Nate, tibi juro, quod nos auditque videtque;  
 Hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,  
 Sole fatum. si ficta loquor, neget ipse videndum  
 Se mihi; sitque oculis lux ista novissima nostris.  
 Nec longus patrios labor est tibi nosse penates:  
 Unde oritur, terræ domus est contermina nostræ.  
 Si modo fert animus; gradere: & scitabere ab ipso.  
 Emicat extemplo lætus post talia matris  
 Dicta suæ Phaëthon; & concipit æthera mente.  
 Æthiopsque suos, positosque sub ignibus Indos  
 Sidereis, transit; patriosque adit impiger ortus.

## METAMORPHOSEON LIB. II.

**R**egia Solis erat sublimibus alta columnis,  
 Clara micante auro flammæque imitante py-  
 ropo:  
 Cujus ebur nitidum fastigia summa tenebat:  
 Argenti bifores radiabant lumine valvæ.  
 Materiem superabat opus. nam Mulciber illic  
 Æquora cælarat medias cingentia terras,  
 Terrarumque orbem, cælumque; quod imminet orbi.  
 Caruleos habet unda Deos; Tritona canorum,  
 Proteaque ambiguum, balænarumque prementem  
 Ægæona suis immania terga lacertis,  
 Doridaque, & natas: quarum pars nare videntur,  
 Pars in mole sedens virides siccare capillos;  
 Pisce vehi quædam. facies non omnibus una,  
 Nec diversa tamen: qualem decet esse fororum.  
 Terra viros, urbesque gerit, silvasque, feræque,  
 Fluminaque, & nymphas, & cætera numina ruris.  
 Hæc super imposita est cæli fulgentis imago:  
 Signaque sex foribus dextris, totidemque sinistris.  
 Quo simul acclivo Clymeneia limite proles  
 Venit, & intravit dubitati tecta parentis;  
 Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus:  
 Consistitque procul. neque enim propiora ferebat  
 Lumina. purpureâ velatus veste sedebat  
 In solio Phœbus claris lucente sinaragdis.

26. dextrâ, lævâque Dies, & Mensis, & Annus,  
 Sæculaque, & positæ spatiis æqualibus Horæ:  
 Verque novum stabat cinctum florente coronâ:  
 Stabat nuda Æstas, & spicea særa gerebat.  
 Stabat & Autumnus calcatis fordidus uvis.  
 Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.  
 Inde loco medius, rerum novitate paventem  
 Sol oculis juvenem quibus aspicit omnia, vidit.  
 Quæque viæ tibi causa? quid hac, ait, arcè petisti?  
 Progenies, Phaëthon, haud inficienda parenti?  
 Ille refert, O lux immensi publica mundi,  
 Phœbe pater, si das hujus mihi nominis usum,  
 Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat;  
 Pignora da, genitor; per quæ tua vera propago  
 Credar; & hunc animis errorem detrahe nostris.  
 Dixerat. at genitor circum caput omne micantes  
 Deposuit radios; propiusque accedere jussit:  
 Amplexuque dato, Nec tu meus esse negari  
 Dignus es; & Clymene veros, ait, edidit ortus.  
 Quoq; minus dubites; quodvis pete munus: ut illud  
 Me tribuente feras. promissis testis adesto  
 Dîs juranda palus, oculis incognita nostris.  
 Vix bene desierat: currus rogat ille paternos,  
 Inque diem alipedum jus & moderamen equorum.  
 Pœnituit jurasse patrem. qui terque quaterque  
 Concutiens illustre caput, Temeraria, dixit,  
 Vox mea facta tuâ est. utinam promissâ liceret  
 Non dare! confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.  
 Dissuadere licet. non est tua tuta voluntas.  
 Magna petis, Phaëthon; & quæ nec viribus istis  
 Munera conveniant, nec tam puerilibus annis.  
 Sors tua mortalis: non est mortale quod optas.  
 Plus etiam, quam quod Superis contingere fas sit,  
 Nescius affectas. placeat tibi quisque licebit;  
 Non tamen ignifero quisquam consistere in axe  
 Me valet excepto. vult quoque rector Olympi,  
 Qui fera terribili jaculatur fulmina dextrâ,  
 Non agat hos currus. & quid Jove majus habemus?  
 Ardua prima via est; & qua vix mane recentes  
 Enitantur equi: medio est altissima cælo;  
 Unde mare & terras ipsi mihi sæpe videre  
 Fit timor, & pavida trepidat formidine pectus.  
 Ultima prona via est; & eget moderamine certo.

Tunc etiam, quæ me subjectis excipit undis,  
 Ne ferar in præceps, Tethys solet ipsa vereri.  
 Adde, quod assiduâ rapitur vertigine cælum;  
 Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.  
 Nitore in adversum: nec me, qui cætera, vincit  
 Impetus: & rapido contrarius evehor orbi.  
 Finge datos currus. quid agas? poterisne rotatis  
 Obvius ire polis, ne te citus auferat axis?  
 Forsitan & lucos illic urbefque Deorum  
 Concipias animo, delubraque ditia donis  
 Esse. per insidias iter est, formasque ferarum.  
 Utque viam teneas, nulloque errore traharis;  
 Per tamen adversi gradieris cornua Tauri,  
 Hæmoniosque arcus, violentique ora Leonis,  
 Scorpionaque circuitu curvantem brachia longo  
 Scorpion, atque aliter curvantem brachia Cancrum.  
 Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis  
 Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,  
 In promptu regere est. vix me patiuntur, ut acres  
 Incaluere animi; cervixque repugnat habenis.  
 At tu, funesti ne sum tibi muneris auctor,  
 Nate, cave: dum resque sinit, tua corrige vota.  
 Scilicet, ut nostro genitum te sanguine credas,  
 Pignora certa petis. do pignora certa timendo:  
 Et patrio pater esse metu probor. aspice vultus  
 Ecce meos: utinamque oculos in pectora posses  
 Inferere, & patrias intus deprendere curas!  
 Denique quidquid habet dives circumspice mundus:  
 Et que tot ac tantis cæli terræque marisque  
 Posce bonis aliquid: nullam patiêre repulsam.  
 Deprecor hoc unum; quod vero nomine pœna,  
 Non honor est. pœnâ, Phaëthon, pro munere possis.  
 Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?  
 Ne dubita; dabitur (Stygias juravimus undas)  
 Quodcumque optaris: sed tu sapientius opta.  
 Finierat monitus. dictis tamen ille repugnat:  
 Propositumque tenet: flagratque cupidine currus.  
 Ergo, qua licuit genitor cunctatus, ad altos  
 Deducit juvenem Vulcania munera currus.  
 Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ  
 Curvatura rotæ; radiorum argenteus ordo.  
 Per juga chrysolithi, positæque ex ordine gemmæ,  
 Clara repercussio reddebant lumina Phœbo.

Dumque ea magnanimus Phaëthon miratur, opusq;  
 Perspicit: ecce vigil rutilo patefecit ab ortu  
 Purpureas Aurora fores, & plena rosarum  
 Atria. diffugiunt stellæ: quarum agmina cogit  
 Lucifer, & cæli statione novissimus exit.  
 At pater ut terras, mundumque rubescere vidit,  
 Cornuaque extremæ velut evanescere Lunæ;  
 Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.  
 Julia Dææ celeres peragunt: ignemque vomentes  
 Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis  
 Quadrupedæ ducunt; adduntque sonantia fræna.  
 Tum pater ora sui sacro medicamine nati  
 Contigit; & rapidæ fecit patientia flammæ.  
 Imposuitque comæ radios: præsagaque luctus  
 Pectore sollicito repetens suspiria, dixit:  
 Si potes hîc saltem monitis parere paternis;  
 Parce, puer, stimulis; & fortius utere loris.  
 Sponte sua properant. labor est inhibere volentes.  
 Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.  
 Sectus in obliquum est lato curvamine limes.  
 Zonarumque trium contentus sine polumque  
 Effugito australem, junctamq; aquilonibus Arcton.  
 Hac sit iter: manifesta rotæ vestigia cernes.  
 Utque ferant æquos & cælum & terra calores,  
 Nec preme, nec summum molire per æthera currû.  
 Altius egressus cælestia tecta cremabis;  
 Inferius terras: medio tutissimus ibis.  
 Ne te dexterioꝝ tortum declinet in anguem,  
 Neve sinisterioꝝ pressam rota ducat ad aram:  
 Inter utrumque tene. Fortunæ cætera mando;  
 Quæ juvet, & melius, quam tu tibi, consulat opto.  
 Dum loquor; Hesperio positas in litore metas  
 Humida nox tetigit. non est mora libera nobis:  
 Poscimus. eifulget tenebris Aurora fugatis.  
 Corripe lora manu: vel, si mutabile pectus  
 Est tibi, consiliis, non curribus, utere nostris:  
 Dum potes; & solidis etiamnum sedibus adstas;  
 Dumque male optatos nondum premis inscius axes.  
 Quæ tutus spectes, sine me dare lumina terris.  
 Occupat ille levem juvenili corpore currum:  
 Statq; super; manibusque datas contingere habenas  
 Gaudet; & invito grates agit inde parenti.  
 Interea volucres Pyroëis, & Eöus, & Æthon,  
Solis



Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras  
 Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.  
 Quæ postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,  
 Reppulit; & facta est immensi copia mundi;  
 Corripuere viam, pedibusque per aëra motis  
 Obstantes findunt nebulas, pennisque levati  
 Prætereunt ortos isdem de partibus Euros.  
 Sed leua pondus erat; nec quod cognoscere possent  
 Solis equi: solitâque jugum gravitate carebat.  
 Utque labant curvæ justo sine pondere naves,  
 Perque mare instabiles nimiâ levitate feruntur;  
 Sic onere assueto vacuos dat in aëra saltus,  
 Succutiturque alte, similisque est currus inani.  
 Quod simulac sensere; ruunt, tritumque relinquunt  
 Quadrijugi spatium: nec, quo prius, ordine currunt.  
 Ipse pavet; nec qua commissas flectat habenas,  
 Nec scit qua sit iter: nec, si sciat, imperet illis.  
 Tum primum radiis gelidi caluere Triones,  
 Et vetito frustra tentarunt æquore tingi.  
 Quæque polo posita est glaciali proxima serpens,  
 Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli;  
 Incaluit: sumisitque novas fervoribus iras.  
 Te quoque turbatum memorant fugisse, Boöte;  
 Quamvis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.  
 Ut vero summo despexit ab æthere terras  
 Infelix Phaëthon, penitus penitusque patentem;  
 Palluit, & subito genua intremuere timore:  
 Suntque oculis tenebræ per tantum lumen abortæ.  
 Et jam mallet equos nunquam tetigisse paternos:  
 Jamque agnosse genus piget, & valuisse rogando:  
 Jam Meropis diæ cupiens; ita fertur, ut acta  
 Præcipiti pinus Boreâ, cui vincta remisit  
 Fræna suus rector, quam Dis votisque reliquit.  
 Quid faciat? multum cæli post terga relictum:  
 Ante oculos plus est. animo metitur utrumque.  
 Et modo, quos illi fato contingere non est,  
 Prospicit occasus: interdum respicit ortus.  
 Quidq; agat ignarus, stupet: & nec fræna remittit,  
 Nec retinere valet: nec nomina novit equorum.  
 Sparsa quoque in vario passim miracula cælo,  
 Vastaramque videt trepidus simulacra ferarum.  
 Est locus, in genuinos ubi brachia concavat arcus  
 Scorpios; & caudâ flexisque utrinque lacertis

Porrigit in spatium signorum membra duorum.  
 Hunc puer ut nigri madidum sudore veneni  
 Vulnera curvatâ minitantem cuspide vidit ;  
 Mentis inops, gelidâ formidine lora remisit.  
 Quæ postquam summum tetigere jacentia tergum  
 Exspatiantur equi : nulloque inhibente per auras  
 Ignotæ regionis eunt ; quaque impetus egit ,  
 Hac sine lege ruunt : altoque sub æthere fixis  
 Incurfant stellis, rapiuntque per avia currum.  
 Et modo summa petunt, modo per decliva, viasque  
 Præcipites spatio terræ propiore feruntur.  
 Inferiusque suis fraternos currere Luna  
 Admiratur equos : ambustaque nubila fumant.  
 Corripitur flammis, ut quæque altissima, tellus ;  
 Fissaque agit rimas, & succis aret adentis.  
 Pabula cænescunt : cum frondibus uritur arbos :  
 Materiamque suo præbet seges arida damno.  
 Parva queror, magnæ pereunt cum mœnibus urbes  
 Cumque suis totas populis incendia gentes  
 In cinerem vertunt. silvæ cum montibus ardent.  
 Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete ;  
 Et nunc sicca, prius celeberrima fontibus, Ide ;  
 Virgineusque Helicon, & nondum Oeagrius Hæmos.  
 Ardet in immensum geminatis ignibus Ætne,  
 Parnasusque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,  
 Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimasque,  
 Dindymaque, & Mycale, natusque ad sacra Cithæron.  
 Nec profunt Scythiæ sua frigora : Caucasus ardet  
 Ossaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus.  
 Aeris que Alpes, & nubifer Apenninus.  
 Tunc vero Phaethon cunctis è partibus orbem  
 Aspicit accensum : nec tantos sustinet æstus :  
 Ferventesque auras, velut è fornace profundâ,  
 Ore trahit, currusque suos candescere sentit.  
 Et neque jam cineres ejectatamque favillam  
 Ferre potest : calidoque involvitur undique fumo.  
 Quoque eat, aut ubi sit, piceâ caligine tectus  
 Nescit ; & arbitrio volucrum raptatur equorum.  
 Sanguine tum credunt in corpora summa vocato,  
 Æthiopum populos nigrum traxisse colorem.  
 Tum facta est Libye raptis humoribus æstu  
 Arida ; tum Nymphæ passis fontesque lacusque  
 Desflevere comis. queritur Bœotia Dirce,

Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.  
 Nec sortita loco distantes flumina ripas  
 Tuta manent: mediis Tanais fumavit in undis,  
 Penæosque senex, Theutrantæusque Caicus,  
 Et celer Ismenos, cum Phocaico Erymantho,  
 Arsurusque iterum Xanthus, flavusque Lycormas,  
 Quique recurvatis ludit Mæandros in undis;  
 Mygdoniusque Melas, & Tænarius Eurotas.  
 Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes,  
 Thermodonque citus, Gangesque, & Phasis & Ister.  
 Æstuat Alpheos: ripæ Spercheïdes ardent:  
 Quodq; suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurû.  
 Et, quæ Mæonias celebrarant carmine ripas,  
 Fluminæ volucres medio caluere Caystro.  
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem,  
 Occuluitque caput, quod adhuc latet. ostia septem-  
 Pulverulenta vacant septem sine flumine valles.  
 Fors eadem Isnarios Hebrû cum Strymone siccât,  
 Hesperiosque amnes, Rhenum, Rhodanumque,  
 Padumque,

Cuique fuit rerum promissa potentia, Tybrin.  
 Dissilit omne solum; penetratque in Tartara rimis  
 Lumen, & infernum terret cum conjuge Regem.  
 Et mare contrahitur: sicæque est campus arenæ,  
 Quod modo pontus erat: quosq; altû texerat æquor.  
 Existunt montes, & sparsas Cycladas augent:  
 Imâ petunt pisces: nec se super æquora curvi  
 Tollere consuetas audent delphines in auras.  
 Corpora phocarum summo resupina profundo  
 Exanimata natant. ipsam quoque Nerea fama est,  
 Doridaque, & natas, tepidis latuisse sub antris.  
 Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu  
 Exserere ausus erat: ter non tulit æris æstus.  
 Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,  
 Inter aquas pelagi, contractos undique fontes,  
 Qui se considerant in opacæ viscera matris;  
 Suitulit omniferos collo tenus arida vultus:  
 Opposuitque manum fronti: magnoque tremore  
 Omnia concutiens paullum subsedit, & infra,  
 Quam solet esse, fuit: siccâque ita voce locuta est:  
 Si placet hoc, meruique, quid ô tua fulmina cessant,  
 Summe Deum? liceat perituræ viribus ignis,  
 Igne perire tuo, cladeinque auctore levare.

Porrigit in spatium signorum membra duorum.  
 Hunc puer ut nigri madidum sudore veneni  
 Vulnera curvatâ ininitantem cuspide vidit ;  
 Mentis inops, gelidâ formidine lora remisit.  
 Quæ postquam summum tetigere jacentia tergum  
 Exspatiantur equi : nulloque inhibente per auras  
 Ignotæ regionis eunt ; quaque impetus egit ,  
 Hac sine lege ruunt : altoque sub æthere fixis  
 Incurfant stellis, rapiuntque per avia currum.  
 Et modo summa petunt, modo per decliva, viaſque  
 Præcipites spatio terræ propiore feruntur.  
 Inferiusque suis fraternos currere Luna  
 Admiratur equos : ambustaque nubila fumant.  
 Corripitur flammis, ut quæque altissima, tellus ;  
 Fissaque agit rimas, & succis aret ademptis.  
 Pabula canescunt : cum frondibus uritur arbos :  
 Materiamque suo præbet seges arida damno.  
 Parva queror. magnæ pereunt cum mœnibus urbes  
 Cumque suis totas populis incendia gentes  
 In cinerem vertunt. silvæ cum montibus ardent.  
 Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete  
 Et nunc sicca, prius celeberrima fontibus, Ide ;  
 Virgineusque Helicon, & nondum Oeagrius Hæmos.  
 Ardet in immensum geminatis ignibus Ætne,  
 Parnasusque, biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys.  
 Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimasque,  
 Dindymaque, & Mycale, natusque, ad sacra Cithæron  
 Nec profunt Scythiæ sua frigora : Caucasus ardet  
 Ossaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus :  
 Aetnæque Alpes, & nubifer Apenninus.  
 Tunc vero Phaethon cunctis è partibus orbem  
 Aspicit accensum : nec tantos sustinet æstus :  
 Ferventesque auras, velut è fornace profundâ,  
 Ore trahit, currusque suos candescere sentit.  
 Et neque jam cineres ejectatamque favillam  
 Ferre potest : calidoque involvitur undique fumo.  
 Quoque eat, aut ubi sit, piceâ caligine rectus  
 Nescit ; & arbitrio volucrum raptatur equorum.  
 Sanguine tum credunt in corpora summa vocato,  
 Æthiopum populos nigrum traxisse colorem.  
 Tum facta est Libye raptis humoribus æstu  
 Arida ; tum Nymphæ passis fontesque lacusque  
 Dessevere comis. queritur Bœotia Dirœn ,

Argos Amymonen, Ephyre Pirenidæ undas.  
 Nec sortita loco distantes flumina ripas  
 Tuta manent: mediis Tanais fumavit in undis,  
 Penæosque senex, Theutrantæusque Caicus,  
 Et celer Ismenos, cum Phocaico Erymantho,  
 Arsurusque iterum Xanthus, flavusque Lycormas,  
 Quique recurvatis ludit Mæandros in undis;  
 Mygdoniusque Melas, & Tænarius Eurotas.  
 Arsit & Euphrates Babylonius, arsit Orontes,  
 Thermodonque citus, Gangesque, & Phasis & Ister.  
 Æstuat Alpheos: ripæ Spercheïdes ardent:  
 Quodq; suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurû.  
 Et, quæ Mæonias celebrant carmine ripas,  
 Fluminæ volucres medio caluere Caystro.  
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem,  
 Occulitque caput, quod adhuc latet. ostia septem  
 Pulverulenta vacant septem sine flumine valles.  
 Fors eadem Isnarios Hebrû cum Strymone siccatur,  
 Hesperiosque amnes, Rhenum, Rhodanumque  
 Padumque,  
 Cuique fuit rerum promissa potentia, Tybrin.  
 Dissilit omne solum; penetratque in Tartara rimis  
 Lumen, & infernum terret cum conjuge Regem.  
 Et mare contrahitur: sicæque est campus arenæ,  
 Quod modo pontus erat: quosq; altû texerat æquor,  
 Exsistunt montes, & sparsas Cycladas augent.  
 Imæ petunt pisces: nec se super æquora curvi  
 Tollere consuetas audent delphines in auras.  
 Corpora phocarum summo resupina profundo  
 Exanimata natant. ipsum quoque Nerea fama est,  
 Doridæque, & natas, tepidis latuisse sub antris.  
 Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu  
 Exserere ausus erat: ter non tulit æris æstus.  
 Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,  
 Inter aquas pelagi, contractos undique fontes,  
 Qui se considerant in opacæ viscera matris;  
 Suitulit omniferos collo tenus arida vultus:  
 Opposuitque manum fronti: magnoque tremore  
 Omnia concutiens paullum subsedit, & infra,  
 Quam solet esse, fuit: siccâque ita voce locuta est:  
 Si placet hoc, meruique, quid ô tua fulmina cessant,  
 Summe Deum? liceat perituræ viribus ignis,  
 Igne perire tuo, cladeinque auctore levare.

Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resolvo.  
 (Presserat ora vapor.) tostos en aspice crines,  
 Inque oculis tantum, tantum super ora favillæ.  
 Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem  
 Officii que refers; quod adunci vulnere aratri,  
 Rastrorumque fero, totoque exerceor anno?  
 Quod pecori frondes, alimentaque mitia fruges  
 Humano generi, vobis quod thura ministro?  
 Sed tamen exitium fac me meruisse: quid undæ,  
 Quid meruit frater? cur illi tradita forte  
 Æquora decrescunt, & ab æthere longius absunt?  
 Quod si nec fratris, nec te mea gratia tangit;  
 At cæli miserere tui. circumspice utrumque;  
 Fumiat uterque polus: quos si vitiaverit ignis,  
 Atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat:  
 Vixque suis humeris candentem sustinet axem.  
 Si freta, si terræ pereunt, si regia cæli;  
 In chaos antiquum confundimur. eripe flammis,  
 Si quid adhuc superest: & rerum consule summæ.  
 Dixerat hæc Tellus: neque enim tolerare vaporem  
 Ulterius potuit, nec dicere plura: suumque  
 Rettulit os in se, propioraque manibus antra.

At pater omnipotens Superos testatus, & ipsum,  
 Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato  
 Interitura gravi; summam petit arduus arcem;  
 Unde solet latis nubes inducere terris:  
 Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.  
 Sed neque, quas posset terris inducere, nubes  
 Tunc habuit: nec, quos cælo dimitteret, imbres.  
 Intonat: & dextrâ libratum fulmen ab aure  
 Misit in aurigam: pariterque animâque rotisque  
 Expulit, & sævis compefcuit ignibus ignes.  
 Consternantur equi: & saltu in contraria facto  
 Colla jugo excutiunt, abruptaque lora relinquunt.  
 Illic fræna jacent, illic temone revulsus  
 Axis; in hac radii fractarum parte rotarum:  
 Sparsaque sunt late laceri vestigia currus.  
 At Phaëthon, rutilos flammâ populante capillos,  
 Volvitur in præceps, longoque per æra tractu  
 Fertur; ut interdum de cælo stella sereno,  
 Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.  
 Quem procul à patriâ diverso maximus orbe  
 Excipit Eridanus: spumantiaque abluit ora.

Naiides

Naidēs Hesperiaē trifidā fumantia flamma  
 Corpora dant tunulo: signantq; hoc carmine saxū.  
 Hic situs est Phaëthon, currūs auriga paterni:  
 Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.  
 Nam pater obductos luctu miserabilis ægro  
 Condiderat vultus: & si modo credimus, unum  
 Isse diem sine Sole ferunt. incendia lumen  
 Præbebant; aliquisque malo fuit usus in illo.  
 At Clymene postquam dixit, quæcunque fuerunt  
 In tantis dicenda malis; lugubris & amens,  
 Et laniata sinus totum percensuit orbem:  
 Exanimisque artus primo, mox ossa requirens,  
 Repperit ossa tamen peregrinā condita ripā.  
 Incubuitque loco: nomenque in marmore lectura  
 Perfudit lacrymis, & aperto pectore fovit.  
 Nec minus Heliades fletus, & inania morti  
 Munera, dant lacrymas: & caesa pectora palmis.  
 Non auditurum miseras Phaëthonta querelas  
 Nocte dieque vocant: adsternunturque sepulcra.  
 Luna quater junctis impleat cornibus orbem:  
 Illæ more suo (nam morem fecerat usus)  
 Plangorem dederant. è quis Phaëthusa sororum  
 Maxima, cum vellet terræ procumbere, quæssa est  
 Diriguisse pedes: at quam conata venire  
 Candida Lampetie; subitā radice retenta est.  
 Tertia cum crinem manibus laniare pararet;  
 Avellit frondes. hæc stipite crura teneri,  
 Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.  
 Dumque ea mirantur; complectitur inguina cortex  
 Perque gradus uterum, pectusque, numerosque,  
 manusque  
 Ambit: & exstabant tantum ora vocantia matrem.  
 Quid faciat mater? nisi, quo trahat impetus illam,  
 Huc eat, atque illuc? & dum licet, oscula jungat?  
 Non satis est, truncis avellere corpora tentat,  
 Et teneros manibus ramos abrumperē: at inde  
 Sanguinæ manant, tanquam de vulnere, guttæ.  
 Parce, precor, mater; quæcunque est saucia, clamat:  
 Parce, precor: nostrum laniatur in arbore corpus.  
 Jamque vale. cortex in verba novissima venit.  
 Inde fluunt lacrymæ: stillataque solē rigescunt:  
 De ramis electra novis: quæ lucidus amnis  
 Excipit, & auribus mittit gestanda Latinis.

Adfuit huic monstro proles Sthenelēia Cycnus,  
 Qui tibi materno quamvis à sanguine junctus,  
 Mente tamen, Phaëthon, propior fuit. ille relicto  
 (Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes)  
 Imperio ripas virides amnemque querelis  
 Eridanum implerat, silvamque sororibus auctam:  
 Cum vox est tenuata viro: canæque capillos  
 Dissimulant plumæ: collumque à pectore longum  
 Porrigitur, digitosque ligat junctura rubentes:  
 Penna latus vestit: tenet os sine acumine rostrum:  
 Fit nova Cycnus avis. nec se caeloque Jovique  
 Credit, ut injuste missi memor ignis ab illo.  
 Stagna colit, patulosque lacus: ignemque perosus.  
 Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

Squalidus interea genitor Phaëthontis, & expers  
 Ipse sui decoris, qualis, cum deficit orbem,  
 Esse solet: lucemque odit, seque ipse, diemque:  
 Datque animum in luctus; & luctibus adjicit iram:  
 Officiumque negat mundo. Satis, inquit, ab ævi  
 Sors mea principiis fuit irrequieta: pigetque  
 Actorum sine fine mihi, sine honore, laborum.  
 Quilibet alter agat portantes lumina currus.  
 Si nemo est, omnesque Dei non posse fatentur;  
 Ipse agat: ut saltem, dum nostras tentat habenas,  
 Orbatura patres aliquando fulmina ponat.  
 Tum sciet, ignipedum vires expertus equorum,  
 Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.  
 Talia dicentem circumstant omnia Solem  
 Numina: neve velit tenebras inducere rebus,  
 Supplice voce rogant. missos quoque Jupiter ignes  
 Excusat, precibusque minas regaliter addit.  
 [Colligit amentes; & adhuc terrore paventes,  
 Phœbus equos: stimuloq; domans & verberare sœvit:  
 Sævit enim, natumque objectat, & imputat illis.]

At pater omnipotens ingentia mœnia cæli  
 Circuit: & ne quid labefactum viribus ignis  
 Corruat, explorat. quæ postquam firma, sui que  
 Roboris esse videt: terras, hominumque labores  
 Perspicit. Arcadiæ tamen est impentior illi  
 Cura suæ. fontesque, & nondum audentia labi  
 Flumina restituit. dat terræ gramina, frondes  
 Arboribus; læsâsque jubet revirescere silvas.  
 Dum redit, itque frequens; in virgine Nonacrinâ  
 Hæsit:



Hæsit : & accepti caluère sub ossibus ignes.  
 Non erat hujus opus lanam mollire trahendo ;  
 Nec positu variare comas. ubi sibula vestem ,  
 Vittæ coercuerat neglectos alba capillos , (cum ;  
 Et modo leve manu jaculum , modo sumpserat ar-  
 Miles erat Phœbes : nec Mænalon attigit ulla  
 Grator hac Triviæ. sed nulla potentia longa est.  
 Ulterius medio spatium Sol altus habebat ;  
 Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.  
 Exiit hinc humero pharetram, lentosque retendit  
 Arcus : inque solo, quod texerat herba, jacebat :  
 Et pictam positâ pharetram cervicè premebat.  
 Jupiter ut vidit fessam, & custode vacantem ;  
 Hoc certe conjux furtum mea nesciet, inquit :  
 Aut si rescierit ; sunt ô, sunt jurgia tanti.  
 Protinus induitur faciem cultumque Dianæ :  
 Atque ait, O comitum virgo pars una mearum,  
 In quibus es venata jugis ? de cespite virgo  
 Se levat : & , Salve numen, me judice, dixit ,  
 Audiatur ipse licet, majus Jove. ridet, & audit ;  
 Et sibi præferri se gaudet ; & oscula jungit ;  
 Nec moderata satis, nec sic a virgine dauda.  
 Qua venata foret silvâ narrare parantem  
 Impedit amplexu : nec se sine crimine prodit.  
 Illa quidem contra, quantum modo fœmina possit,  
 (Aspiceres utinam, Saturnia, mitior esses !)  
 Illa quidem pugnat : sed quæ superare puella ,  
 Quisve Jovem poterat ? superum petit æthera victor  
 Jupiter. huic odio nemus est, & conscia silva.  
 Unde, pedem referens, pæne est oblita pharêtram  
 Tollere cum telis, & , quem suspenderat, arcum.  
 Ecce, suo comitata choro Diçtynna per altum  
 Mænalon ingrediens, & cæde superba ferarum ,  
 Aspicit hanc, visamque vocat : clamata refugit ;  
 Et timuit primo, ne Jupiter esset in illâ.  
 Sed postquam pariter Nymphas incedere vidit ;  
 Sensit abesse dolos : numerumque accessit ad harum.  
 Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu !  
 Vix oculos attollit humo : nec, ut ante solebat ,  
 Junctâ Deæ lateri, nec toto est agmine prima :  
 Sed fileat ; & læsi dat signa rubore pudoris.  
 Et (nisi quod virgo est) poterat sentire Diana  
 Mille notis culpam. Nymphæ sensitisse feruntur.

Orbe resurgerebant Lunaria cornua nono ;  
 Cum Dea venatrix, fraternis languida flammis ,  
 Nacta nemus gelidū : de quo cum murmure labens  
 Ibat , & attritas versabat rivus arenas.  
 Ut loca laudavit ; summus pede contigit undas.  
 His quoque laudatis, Procul est, ait, arbiter omnis :  
 Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.  
 Parrhasis erubuit cunctæ velamina ponunt :  
 Una moras quaerit. dubitanti vestis adempta est :  
 Qua positâ nudo patuit cum corpore crimen.  
 Antonia, manibusque uterum celare volenti ,  
 I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes ,  
 Cynthia : deque suo jussit secedere coetu.  
 Senserat hoc olim magni matrona Tonantis :  
 Distuleratque graves in idonea tempora poenas.  
 Causa moræ nulla est : & jam puer Arcas (idipsum  
 Indoluit Juno) fuerat de pellice natus.  
 Quo simul obvertit sævam cum lumine mentem ;  
 Scilicet hoc unum restabat, adultera, dixit ,  
 Ut fecunda fores : fieretque injuria partu  
 Nota : Jovisque mei testatum dedecus esset.  
 Haud impune ferēs : adimam tibi nempe figuram ;  
 Qua tibi, quaque places nostro, importuna, marito.  
 Dixit : & , adversâ prensis à fronte capillis ,  
 Stravit humi pronam. tendebat brachia supplex :  
 Brachia cæperunt nigris horrescere villis ,  
 Curvarique manus, & aduncos crescere in unguēs ,  
 Officioque pedum fungi : laudataque quondam  
 Ora Jovi , lato fieri deformia rictu.  
 Neve preces animos, & verba superflua flectant ;  
 Possē loqui eripitur. vox iracunda, minaxque ,  
 Plenaque terroris rauco de gutture fertur.  
 Mens antiqua tamen facta, quæque mansit in ursa.  
 Assiduoque suos gemitu testata dolores ,  
 Qualescunque manus ad cælum & sidera tollit :  
 Ingratumque Jovem, nequeat cum dicere, sentit.  
 Ah quoties , sola non ausa quiescere silva ,  
 Ante domum, quondamque suis erravit in agris !  
 Ah quoties per saxa canum latratibus acta est !  
 Venatrixque metu venantum territa fugit !  
 Sæpe feris latuit visis ; oblita quid esset :  
 Ursaque conspectos in montibus horruit urfos :  
 Pertimuitque lupos; quamvis pater esset in illis.

Ecce Lycaoniae proles ignara parenti

Arcas adest, ter quinque fere natalibus aetis.

Dumque feras sequitur; dum saltus eligit aptos,

Nexilibusque plagis silvas Erymanthidas ambit;

Incidit in matrem. quae restitit Arcade viso;

Et cognoscenti similis fuit. ille refugit:

Immotosque oculos in se sine fine tenentom

Nescius extimuit: propiusque accedere aventi

Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:

Arcuit omnipotens: pariterque ipsosque nefasque

Sustulit; & celeri raptos per inania vento

Imposuit caelo, vicinaque sidera fecit.

Intumuit Juno, postquam inter sidera pellex

Fulsit: & ad canam descendit in aequora Tethyn,

Oceanumque senem; quorum reverentia movit

Sape Deos: causamque viae scitantibus inhit:

Quæritis æthereis quare regina Deorum

Sedibus huc adsim? pro me tenet altera caelum.

Mentiar, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,

Nuper honoratas summo mea vulnera caelo

Videritis stellas illic, ubi Circulus axem

Ultimus extremum spatioque brevissimus ambit.

Est vero, cur quis Junonem lædere nolit,

Offensamque tremat; quæ prosum sola nocendo?

En ego quantum egi! quam vasta potentia nostra est!

Esse hominem vetui: facta est Dea. sic ego pœnas

Sontibus impono: sic est mea magna potestas.

Vindicet antiquam faciem, vultusque ferios

Detrahat; Argolicâ quod in ante Phoronide fecit.

Cur non & pulsa ducat Junone, meoque

Collocet in thalamo, focerumque Lycaonia sumat?

At vos si læsæ contemptus tangit alumnae,

Gurgite cæreulo septem prohibete Triones:

Sideraque in caelo stupri mercede recepta

Pellite: ne puro tingatur in æquore pellex.

Di maris annuerant. habili Saturnia curru

Ingreditur liquidum pavonibus aëra pictis:

Tam nuper pictis caelo pavonibus Argo;

Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses,

Corve loquax, subito nigrantes versus in alas.

Nam fuit hæc quondam niveis argentea pennis

Ales, ut æquaret totas sine labe columbas;

Nec servaturis vigili Capitolia voce

Cederet anseribus, nec amanti flumina cyeno.  
 Lingua fuit damno: linguâ faciente loquaci,  
 Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.  
 Pulcrior in totâ, quam Larissæa Coronis,  
 Non fuit Hæmoniâ placuit tibi, Delphice, certe,  
 Dum vel casta fuit, vel inobservata. sed ales  
 Sensit adulterium Phœbeius: utque latentem  
 Detegeret culpam non exorabilis index,  
 Ad dominum tendebat iter: quem garrula motis  
 Consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix.  
 Auditaque viâ causâ, Non utile carpis,  
 Enquit, iter: ne sperne meæ præfagia linguæ.

Quid fuerim, quid simque, vide; meritumque  
 require:

Inuenies nocuisse fidem. nam tempore quodam  
 Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,  
 Clauferat Actæo textâ de vimine cistâ:  
 Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis  
 Hanc legem dederat, sua ne secreta viderent.  
 Abdita fronde leui densâ speculabar ab ulmo,  
 Quid facerent. commissa duæ sine fraude tuentur,  
 Pandrosos atque Herse. timidæ vocat una sorores  
 Aglauros: nodosque manu diducit. at intus  
 Infantemque vident, apporrectumque draconem.  
 Actæ Deæ refero. pro quo mihi gratia talis  
 Redditur, ut dicar tutelâ pulsa Minervæ;  
 Et ponar post noctis avem. mea pœna volûcres  
 Admonuisse potest; ne voce pericula quærant.  
 At puto non ultro nec quicquam tale rogantem  
 Me petiit. ipsâ licet hoc à Pallade quæras:  
 Quamvis irata est: non hoc irata negabit.  
 Nam me Phocæicâ clarus tellure Coroneus  
 (Nota loquor) genuit. fueramque ego regia virgo:  
 Divitibusque procis (ne me contemne) petebar.  
 Forma mihi nocuit. nam dum per litora lentis  
 Passibus, ut soleo, summâ spatiarer arenâ,  
 Vidit, & incaluit pelagi Deus: utque precando  
 Tempora cum blandis absumsit inania verbis;  
 Vim parat, & sequitur. fugio, densumque relin-  
 quo

Littus, & in molli nequicquam lassor arenâ.  
 Inde Deos, hominesque voco: nec contigit ullum  
 Vox mea mortalem. mota est pro virgine virgo,

Auxi-

Auxiliumque tulit. tendebam brachia cælo:  
 Brachia cœperunt levibus nigrescere pennis.  
 Rejicere ex humeris vestem molibar; at illa  
 Pluma erat; inque cutem radices egerat imas.  
 Plangere nuda meis conabar pectora palmis:  
 Sed neque jam palmas, nec pectora nuda gerebam.  
 Currebam: nec, ut ante, pedes retinebat arena:  
 Et summâ tollebar humo. mox acta per auras  
 Evehor, & data sum comes inculcata Minervæ.  
 Quid tamen hoc prodest, si diro facta volucris  
 Crimine Nyctimene nostro successit honori?

An, quæ per totam res est notissima Lesbon,  
 Non audita tibi est? patrium temerasse cubile  
 Nyctimenen? avis illa quidem: sed conscia culpæ  
 Conspectum lucemque fugit, tenebrisque pudorem  
 Celat; & à cunctis expellitur æthere toto.

Talia dicenti, Tibi, ait, revocamina, corvus,  
 Sint precor ista malo. nos vanum spernimus omen.  
 Nec cœptum dimittit iter: dominoque jacentem  
 Cum juvene Harmonio vidisse Coronida narrat.  
 Laurea delapsa est audito crimine amantis:  
 Et pariter vultusque Deo, plectrumque, colorque  
 Excidit. utque animus tumidâ fervebat ab irâ;  
 Arma assueta capit; flexumque à cornibus arcum  
 Tendit: & illa suo toties cum pectore juncta  
 Indevitato trajecit pectora telo.

Ista dedit gemitum, tractoque à vulnere ferro,  
 Candida Puniceo perfudit membra cruore:  
 Et dixit, Potui pœnas tibi, Phœbe, dedisse;  
 Sed peperisse prius. duo nunc moriemur in unâ.  
 Hactenus; & pariter vitam cum sanguine fudit.  
 Corpus inane animæ frigus letale secutum est.

Pœnitet heu sero pœnæ crudelis amantein:  
 Seque, quod audierit, quod sic exarferit, odit:  
 Odit avem, per quam crimen caussamque dolendi  
 Scire coactus erat: nervumque, arcumque, manumq;  
 Odit; cumque manu temeraria tela sagittas.  
 Collapsamque fovet: serâque ope vincere fata  
 Nititur; & medicas exercet inaniter artes.  
 Quæ postquam frustra tentata, rogumque parari  
 Sensit, & arduos supremis ignibus artus;  
 Tum vero gemitus (neque enim cælestia tingi  
 Ora decet lacrymis) alto de corde petitos

Edidit. haud aliter, quam cum spectante juvenca  
 Lactentis vituli, dextrâ libratus ab aure,  
 Tempora discussit claro cava malleus ictu.  
 Ut tamen ingratos in pectora fudit odores:  
 Et dedit amplexus, injustaque justa peregit:  
 Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem  
 Semina: sed natum flammis uteroque parentis  
 Eripuit; geminique tulit Chironis in antrum.  
 Sperantemque sibi non falsæ præmia linguæ  
 Inter aves albas vetuit considerare corvum.

Semifer interea divinæ stirpis alumno  
 Latus erat; mistoque oneri gaudebat honore.  
 Ecce venit rutilus humeros protecta capillis  
 Filia Centauri: quam quondam Nympha Chariclo,  
 Fluminis in rapidi ripis enixa, vocavit  
 Ocyroën. non hæc artes contenta paternas  
 Edidicisse fuit: fatorum arcana canebat.  
 Ergo ubi fatidicos concepit mente furores,  
 Incaluitque Deo, quem clausum pectore habebat;  
 Aspicit infantem, Totique salutifer orbi  
 Cresce puer, dixit: tibi se mortalia sæpe  
 Corpora debebunt: animas tibi reddere ademptas  
 Fas erit. idque semel Dis indignantibus ausus,  
 Posse dare hoc iterum flammâ prohibebere avitâ:  
 Equè Deo corpus fies ex sanguine; Deusque,  
 Qui modo corpus eras: & bis tua fata novabis.  
 Tu quoque, care pater, non jam mortalis, & ævis  
 Omnibus ut maneat, nascendi lege creatus;  
 Posse mori cupies tum, cum cruciabere diræ  
 Sanguine serpentis per faucia membra recepto.  
 Teque ex æterno patientem numina mortis  
 Efficient: triplicesque Deæ tua fila resolvent.  
 Restabat fati aliquid: suspirat ab imis  
 Pectoribus, lacrymæque genis labuntur obortæ:  
 Atque ita, Prævertunt, inquit, me fata; & vectorque  
 Plura loqui; vocisque meæ præcluditur usus.  
 Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram  
 Contraxere mihi. malleum nescisse futura.  
 Jam mihi subduci facies humana videtur:  
 Jam cibus herba placet: jam latis currere campis  
 Impetus est in equam, cognataque corpora vertor.  
 Tota tamen quare? pater est mihi nempe bisformis.  
 Talia dicenti pars est extrema querelæ

Intellecta parum : confusaque verba fuere.  
 Mox, nec verba quidem, nec equæ sonus ille videtur;  
 Sed simulantis equam : parvoque in tempore certos  
 Edidit hinnitus : & brachia movit in herbas.  
 Tum digiti coeunt ; & quinos alligat ungues  
 Perpetuo cornu levis ungula : crescit & oris ,  
 Et colli spatium : longæ pars maxima pallæ  
 Cauda fit. utque vagi crines per colla jacebant ,  
 In dextras abiere jubas : pariterque novata est  
 Et vox & facies. nomen quoque monstra dedere.

Flebat, opemque tuam frustra Philyreius heros,  
 Delphice, posebat. sed nec rescindere magni  
 Justa Jovis poteras : nec , si rescindere posses ,  
 Tunc aderas. Elin Messeniaque arva colebas.  
 Illud erat tempus, quo te pastoria pellis  
 Texit ; onusque fuit baculum silvestre sinistrae :  
 Alterius , dispar septenis fistula cannis.  
 Dumque amor est curæ , dum te tua fistula mulcet ;  
 Incustoditæ Pylios memorantur in agros  
 Processisse boves. videt has Atlantide Maiâ  
 Natus ; & arte suâ silvis occultat abactas.  
 Senserat hoc furtum nemo , nisi notus in illo  
 Rure senex. Battum vicinia tota vocabant.  
 Divitis hic saltus herbosaque pascua Nelei ,  
 Nobiliumque greges custos servabat equarum.  
 Hunc timuit, blandâque manu seduxit : & , Eia,  
 Quisquis es, hospes, ait, si forte armenta requirit  
 Hæc aliquis , vidisse nega. neu gratia facto  
 Nulla rependatur ; nitidam cape præmia vaccam.  
 Et dedit. acceptâ voces has reddidit hospes :  
 Tutus eas. lapis iste prius tua furta loquatur.  
 Et lapidem ostendit. simulat Jove natus abire.  
 Mox redit : & , versâ pariter cum voce figura ,  
 Rustice , vidisti si quas hoc limite, dixit ,  
 Ire boves ; fer opem : furtoque silentia deme.  
 Juncta suo pretium dabitur tibi fœmina tauro.  
 At senior , postquam merces geminata, Sub illis  
 Montibus, inquit, erunt. & erant sub montibus illis.  
 Risit Atlantiades : & , Me mihi, perfide, prodis ?  
 Me mihi prodis? ait. perjuraque pectora vertit  
 In durum silicem ; qui nunc quoque dicitur Iudex :  
 Inque nihil merito vetus est infamia saxo.  
 Hinc se sustulerat paribus caducifer alis :

Munchiosque volans agros, gratamque Minervæ  
 Despectabat humum, cultique arbuſta Lycæi.  
 Illâ forte die caſtæ de more puellæ  
 Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces  
 Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.  
 Inde revertentes Deus aſpicit ales : iterque  
 Non agit in rectum ; ſed in orbem curvat eundem.  
 Ut volucris viſis rapidiſſima miluiſ extis ,  
 Dum timet, & denſi circumſtant ſacra miniſtri ,  
 Fleſtitur in gyrum ; nec longius audet abire :  
 Spemque ſuam motis avidus circumvolat alis.  
 Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces  
 Inclinat curſus : & eaſdem circinat auras.  
 Quanto ſplendidior , quam cætera ſidera , fulget  
 Lucifer ; & quanto te , Lucifer , aurea Phœbe ;  
 Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe  
 Ibat : eratque decus pompæ , comitumque ſuarum.  
 Obſtupuit formâ Jove natus : & æthere pendens  
 Non ſecus exarſit , quam cum balearica plumbum  
 Funda jactit. volat illud , & incandefcit eundo :  
 Et quos non habuit, ſub nubibus invenit, ignes.  
 Vertit iter : cæloque petit diverſa relicto :  
 Nec ſe diſſimulat : tanta eſt fiducia formæ.  
 Quæ quamquâ juſta eſt ; curâ tamen adjuvat illam :  
 Permulcetq; comas, chlamydemq; , ut pendeat apte,  
 Collocat : ut limbus, totumque appareat aurum :  
 Ut teres in dextrâ , qua ſomnos ducit & arcet ,  
 Virga ſit : ut terſis niteant talaria plantis.  
 Pars ſecreta domûs ebore & teſtudine cultos  
 Tres habuit thalamos. quorû tu, Pandroſe, dextrû ,  
 Aglauros lævum, medium poſſederat Herſe.  
 Quæ tenuit lævum, venientem prima notavit  
 Mercurium : nomenque Dei ſcitarier auſa eſt ,  
 Et cauſam adventûs. cui ſic reſpondit Atlantis  
 Pleioneſque nepos : Ego ſum, qui juſſa per auras  
 Verba patris porto pater eſt mihi Jupiter ipſe.  
 Nec ſingam cauſas. tu tantum fida ſorori  
 Eſſe velis , proliſque meæ matertera dici.  
 Herſe cauſâ vix. taveas oramus amanti.  
 Adſpicit hunc oculis iſdem, quibus abdita nuper  
 Viderat Aglauros flavæ ſecreta Minervæ :  
 Proque miniſterio magni ſibi ponderis aurum  
 Poſtulat. interea teſtis excedere cogit.



Vertit ad hanc torvi Dea bellica luminis orbem ,  
 Et tanto pestitus traxit suspiria motu ,  
 Ut pariter pectus, positamque in pectore forti  
 Ægida concuteret. subit, hanc arcana profanâ  
 Detexisse manu tum, cum sine matre creatam  
 Lemnicolæ stirpem contra data fœdera vidit :  
 Et gratamque Deo fore jam, gratamque sorori :  
 Et ditem sumto, quod avara poposcerit, auro.  
 Protinus Invidiæ nigro squalentia tabo  
 Teستا petit. domus est imis in vallibus antri  
 Abdita, sole carens, non ulli pervia vento ;  
 Tristis, & ignavi plenissima frigoris ; & quæ  
 Igne vacet semper, caligine semper abundet.  
 Huc ubi pervenit belli metuenda virago ;  
 Constitit ante domum, (neq; enim succedere testis  
 Fas habet) & postes extremâ cuspide pulsât.  
 Concussæ patuere fores. videt intus edentem  
 Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum ,  
 Invidiam : visaque oculos avertit. at illa  
 Surgit humo pigrâ : semesarumque relinquit  
 Corpora serpentum : passuque incedit inertî.  
 Utque Deam vidit formâque armisque decoram ;  
 Ingemuit : vultumque ima ad suspiria duxit.  
 Pallor in ore sedet : macies in corpore toto :  
 Nusquam recta acies : livent rubigine dentes :  
 Pectora felle virent : lingua est suffusa veneno.  
 Risus abest ; nisi quem visi movère dolores.  
 Nec fruitur somno, vigilacibus excita curis :  
 Sed videt ingratos, intabescitque videndo ,  
 Successus hominum : carpitque & carpitur una :  
 Suppliciumq; suum est. quamvis tamen oderat illam ;  
 Talibus adfata est breviter Tritonia dictis :  
 Inscipe tabe tuâ natarum Cecropis unam.  
 Sic opus est. Aglauros ea est. haud plura locuta  
 Fugit ; & impressâ tellurem reppulit hastâ.  
 Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens ;  
 Murmura parva dedit ; successurumque Minervæ  
 Indoluit : baculumque capit ; quod spinea totum  
 Vincula cingebant : adopertaque nubibus atris ,  
 Quacunque ingreditur, florentia proterit arva ,  
 Exuritque herbas, & summa cacumina carpit :  
 Assatuque suo populos, urbesque, domosque  
 Polluit : & tandem Tritonida conspexit arcem ;

Ingeniis, opibusque, & festâ pace virentem :  
 Vixque tenet lacrymas; quia nil lacrymabile cernit.  
 Sed postquam thalamos intravit Cecrope nator ;  
 Jussa facit : pectusque manu ferrugine tinctâ  
 Tangit : & hamatis præcordia sentibus implet.  
 Inspiratque nocens virus : piccumque per ossa  
 Dissipat, & medio spargit pulmone, venenum.  
 Neve mali spatium causæ per latius errent ;  
 Germanam ante oculos, fortunatumque sororis  
 Conjugium, pulcrâque Deum sub imagine ponit :  
 Cunctaque magna facit. quibus irritata, dolore  
 Cecropis occulto mordetur : & anxia nocte,  
 Anxia luce gemit ; lentâquo miserima tabe  
 Liquitur, ut glacies incerto faucia sole :  
 Felicisque bonis non secius uritur Herfes ;  
 Quam cum spinosis ignis supponitur herbis ;  
 Quæ neque dant flammæ, leniq; tepore cremantur.  
 Sæpe mori voluit ; ne quicquam tale videret :  
 Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.  
 Denique in adverso venientem limine sedit  
 Exclusura Deum. cui blandimenta, precesque,  
 Verbaque jactanti mitissima, Desine, dixit :  
 Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.  
 Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, isto :  
 Cælataque fores virgâ patefecit. at illi  
 Surgere conanti partes, quasunque sedendo  
 Flestimur, ignava nequeunt gravitate moveri.  
 Illa quidem recto pugnat se attollere trunco :  
 Sed genuum junctura riget, frigusque per ungues  
 Labitur ; & pallent amisso sanguine venæ.  
 Utque malum late solet immedicabile cancer  
 Serpere, & illæsas vitiatæ addere partes ;  
 Sic letalis hiems paulatim in pectora venit :  
 Vitalesque vias, & respiramina claudit.  
 Nec conata loqui est ; nec, si conata fuisset,  
 Vocis haberet iter. saxum jam colla tenebat ;  
 Oraque duruerant : signumque ex sanguine sedebat.  
 Nec lapis albus erat. sua mens infecerat illam.  
 Has ubi verborum pœnas mentisque profanæ  
 Cepit Atlantiades, dictas à Pallade terras  
 Linqvit, & ingreditur jactatis æthera pennis.  
 Sevocat hunc genitor ; nec causam falsus amoris,  
 Fide minister, ait, jussorum nate meorum,

Pelle moram, solitoque celer delabere cursu :  
 Quæque tuam matrem tellus à parte sinistra  
 Suspicit, (indigenæ Sidonida nomine dicunt)  
 Hanc pete: quodque procul montano gramine pasci  
 Armentum regale vides ; ad litora verte.  
 Dixit : & expulsus jamdudum monte juvenci  
 Litora jussa petunt : ubi magni filia regis  
 Ludere virginibus Tyriis comitata solebat.  
 Non bene conveniunt, nec in una sede morantur ,  
 Majestas & amor. sceptri gravitate relicta ,  
 Ille pater rectorque Deum ; cui dextra trifulcis  
 Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem ;  
 Induitur tauri faciem : mistusque juvencis  
 Mugit , & in teneris formosus obambulat herbis.  
 Quippe color nivis est ; quam nec vestigia duri  
 Calcavere pedis, nec solvit aquaticus Auster.  
 Colla toris extant : armis palearia pendent :  
 Cornua parva quidem, sed quæ contendere possis  
 Facta manu, puraque magis perlucida gemma.  
 Nullæ in fronte minæ ; nec formidabile lumen :  
 Pacem vultus habet. miratur Agenore nata ,  
 Quod tam formosus, quod prælia nulla minetur.  
 Sed, quamvis mitem, metuit contingere primo.  
 Mox adit : & flores ad candida porrigit ora.  
 Gaudet amans : & , dum veniat sperata volaptas ,  
 Oscula dat manibus. vix ah, vix cætera differt.  
 Et nunc alludit , viridique exultat in herba :  
 Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis.  
 Paulatimque metu demto, modo pectora præbet  
 Virginea plaudenda manu ; modo cornua fertis  
 Impedienda novis. ausa est quoque regia virgo ,  
 Neicia quem premeret , tergo considere tauri.  
 Cum Deus à terra, siccoque a litore, sensim  
 Falsa pedum primis vestigia ponit in undis.  
 Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti  
 Fert prædam. pavet hæc : littusque ablata relictum  
 Respicit : & dextra cornum tenet ; altera dorso  
 Imposita est : tremulæ sinuantur flamine vestes.

## METAMORPHOSEON LIB. III.

Antiquæ Deum posita fallacis imagine tauri ,  
 Se confessus erat ; Distraque rura tenebat.  
 Cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam

Imperat : & pœnam, si non invenerit, addit  
 Exsilium, facto pius & sceleratus eodem.  
 Orbe pererrato (quis enim deprendere possit  
 Furta Jovis?) profugus patriamq; iramque parenti  
 Vitat Agenorides ; Phœbique oracula supplex  
 Consultit : &, quæ sit tellus habitanda , requirit.  
 Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in arvis ,  
 Nullum passâ jugum, curvique immunis aratri.  
 Hac duce carpe vias : &, qua requieverit herbâ ,  
 Mœnia fac condas : Bœotiaque illa vocato.  
 Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro :  
 Incustoditam lente videt ire juvencam ,  
 Nullum servitii signum cervice gerentem.  
 Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu ;  
 Austoremque vix Phœbum taciturnus adorat.  
 Jam vada Cephisi, Panopesque evaserat arva :  
 Bos stetit ; &, tollens spatiosam cornibus altis  
 Ad cœlum frontem, mugitibus impulit auras.  
 Atque ita, respiciens comites sua terga sequentes,  
 Procubuit, tenerâque latus submisit in herbâ.  
 Cadmus agit grates ; peregrinæque oscula terræ  
 Figit : & ignotos montes agrosque salutat.  
 Sacra Jovi facturus erat : jubet ire ministros ,  
 Et petere è vivis libandas fontibus undas.  
 Silva vetus stabat , nullâ violata securi.  
 Est specus in medio virgis ac vimine densus ,  
 Efficiens humilem lapidum compagibus arcum ;  
 Uberibus fecundus aquis. hoc conditus antro  
 Martius anguis erat, cristis præsignis & auro.  
 Igne micant oculi ; corpus tumet omne veneno :  
 Tresque vibrant linguæ : triplici stant ordine dentes.  
 Quem postquam Tyriâ lucum de gente profecti  
 Infausto tetigere gradu ; demissaque in undas  
 Urna dedit sonitum ; longo caput extulit antro  
 Cæruleus serpens ; horrendaque sibila misit.  
 Effluxere urnæ manibus : sanguisque relinquit  
 Corpus , & attonitos subitus tremor occupat artus.  
 Illo volubilibus squamosos nexibus orbes  
 Torquet , & immensos saltu sinuatur in arcus :  
 Ac mediâ plus parte leves erectus in auras  
 Despicit omne nemus : tantoque est corpore, quanto,  
 Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.  
 Nec mora : Phœnicias (sive illi tela parabant ,

Sive fugam ; sive ipse timor prohibebat utrumque)  
 Occupat ; hos morsu, longis complexibus illos :  
 Hos necat afflato funesti tabe veneni.  
 Fecerat exiguas jam Sol altissimus umbras :  
 Quæ mora sit sociis miratur Agenore natus ;  
 Vestigatque viros. regimen derepta leoni  
 Pellis erat : telum splendenti lancea ferro,  
 Et jaculum ; teloque animus præstantior omni.  
 Ut nemus intravit, letataque corpora vidit,  
 Victoremque supra spatiosi corporis hostem  
 Tristia sanguineâ lambentem vulnera linguâ ;  
 Aut ultor vestræ, fidissima corpora, mortis,  
 Aut comes, inquit, ero. dixit: dextrâque molarem  
 Sustulit ; & magnum magno conamine misit.  
 Illius impulsu cum turribus ardua celsis  
 Mœnia mota forent. serpens sine vulnere mansit.  
 Loricæque modo squamis defensus, & atræ  
 Duritiâ pellis, validos cûte reppulit ictus.  
 At non duritiâ jaculum quoque vincit eadem,  
 Quod medio lentæ fixum curvamine spinæ  
 Constitit ; & toto descendit in ilia ferro.  
 Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit :  
 Vulneraque adspexit, fixumque hostile momordit.  
 Idque, ubi vj multa partem labefecit in omnem,  
 Vix tergo eripuit. ferrum tamen ossibus hæret.  
 Tum vero ; postquam solitas accessit ad iras  
 Plaga recens, plenis tumuerunt guttura venis :  
 Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus :  
 Terraque rafa sonat squamis ; quique halitus exit  
 Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras.  
 Ipse modo immensum spiris facientibus orbem  
 Cingitur : interdum longa trabe rector exit.  
 Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis,  
 Fertur, & obstantes proturbat pectore silvas.  
 Cedit Agenorides paulum : spolioque leonis  
 Sustinet incurfus ; instantiaque ora retardat  
 Cupide prætentâ. furit ille, & inania duro  
 Vulnera dat ferro : figitque in acumine dentes.  
 Jamque venenifero sanguis manare palato  
 Cœperat ; & virides aspergine tinxerat herbas :  
 Sed leve vulnus erat : quia se retrahebat ab ictu ;  
 Læsaque colla dabat retro ; plagamque sedere  
 Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat.

Donec Agenorides conjectum in gutture ferrum  
 Usque sequens pressit : dum retro quercus eunti  
 Oblitit ; & fixa est pariter cum robore cervix.  
 Pondere serpentis curvata est arbor , & imæ  
 Parte flagellari genuit sua robora caudæ.  
 Dum spatium victor victi considerat hostis ; (tum  
 Vox subito audita est : (neq; erat cognoscere prom-  
 Unde, sed audita est Quid, Agenore nate, peremtum  
 Serpentem spectas ? & tu spectabere serpens.  
 Ille diu pavidus, pariter cum mente colorem  
 Perdiderat ; gelidoque comæ terrore rigebant.  
 Ecce viri faulrix superas delapsa per auras  
 Pallas adest : motæque jubet supponere terræ  
 Vipereos dentes populi incrementa futuri.  
 Paret : & ut, presso sulcum patefecit aratro ,  
 Spargit humi jussos mortalia semina dentes.  
 Inde fide majus glebæ cœpère moveri :  
 Primaque de sulcis acies apparuit hastæ.  
 Tegmina mox capitum picto nutantia cono :  
 Mox humeri pectusque, onerataque brachia telis  
 Exiunt : crescitque seges clypeata virorum.  
 Sic , ubi tolluntur festis aulæ theatris ,  
 Surgere signa solent ; primumq; ostendere vultum ;  
 Cætera paulatim : placidoque educta tenore  
 Tota patent ; imoque pedes in margine ponunt.  
 Territus hoste no: o Cadmus capere arma parabat :  
 Ne cape, de populo, quem terra creaverat, unus  
 Exclamat ; nec te civilibus infere bellis.  
 Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum  
 Cominus ensē ferit : jaculo cadit eminus ipse.  
 Hic quoque, qui leto dederat, non longius illo  
 Vivit, & expirat, modo quas acceperat, auras.  
 Exemploque pari furit omnis turba : suoque  
 Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.  
 Jamque brevis spatium vitæ sortita juvenis  
 Sanguineam trepido plangebant pectore matrem ;  
 Quinque superstibus : quorum fuit unus Echign.  
 Is sua jecit humi monitu Tritonidis arma ;  
 Fraternalæque fidem pacis petiitque deditque.  
 Hos operis comites habuit Sidonius hospes ;  
 Cum posuit jussam Phœbæis fortibus urbem.  
 Jam stabant Thebæ : poteras jam, Cadme, videri  
 Exsilio felix : soceri tibi Marsque Venusque

Con-

Contigerant. huc adde genus de conjuge tantâ ,  
 Tot natos, nataſque, & pignora cara nepotes.  
 Hos quoque jam juvenes ſed ſcilicet ultima ſemper  
 Exſpectanda dies homini: dicique beatus  
 Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.

Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, ſecundas  
 Cauſſa fuit luſtûs, alienaque cornua fronti  
 Addita, voſque canes ſatiatæ ſanguine herili.  
 At bene ſi quaeras; Fortunæ crimen in illo, (bat?  
 Non ſcelus invenies. quod enim ſcelus error habe-  
 Mons erat, infectus variarum cæde ferarum:  
 Jamque dies rerum medias contraxerat umbras;  
 Et ſoſex æquo metâ diſtabat utrâque;  
 Cum juvenis placido per devia luſtra vagantes  
 Participes operum compellat Hyantius ore;  
 Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum:  
 Fortunæque dies habuit ſatis. altera lucem  
 Cum croceis inveſta rotis Aurora reducet;  
 Propoſitum repetamus opus. nunc Phæbus utrâque  
 Diſtat idem terrâ; ſinditque vaporibus arva.  
 Siſtite opus præſens: nodofaque tollite lina.  
 Juſſa viri faciunt; intermittuntque laborem.  
 Vallis erat piceis & acutâ denſa cupreſſu;  
 Nomine Gargaphie, ſuccinctæ ſacra Dianæ:  
 Cujus in extremo eſt antrum nemorale recessu,  
 Arte laboratum nullâ: ſimulaverat artem  
 Ingenio Natura ſuo. nam pumice vivo  
 Et levibus tophis nativum duxerat arcum.  
 Fons ſonat à dextrâ tenui perlucidus undâ,  
 Margine gramineo patulos incinctus hiatus.  
 Hic Dea ſilvarum veniatu feſſa ſolebat  
 Virgineos artus liquido perfundere rore.  
 Quo poſtquam ſubiit; Nympharum tradidit uni  
 Armigeræ jaculum, pharetramq;, arcuſq; retentis.  
 Altera depoſitæ ſubjecit brachia pallæ.  
 Vincula duæ pedibus dæmunt. nam doctior illis  
 Iſmenis Crocale, ſparſos per colla capillos  
 Colligit in nodum; quainvis erat ipſa ſolutis.  
 Excipiunt laticem Nepheleq;, Hyaleq;, Rhanifq;,  
 Et Plecas, & Phiale; funduntque capicibus urnis.  
 Dumque ibi perluitur ſolitâ Titania lymphâ;  
 Ecce nepos Cadmi dilatâ parte laborum  
 [Per nemus ignotum non certis paſſibus errans]

Pervenit in lucum : sic illum fata ferebant.  
 Qui simul intravit rorantia fontibus antra ;  
 Sicut erant ; viso nudæ sua pectora Nymphæ  
 Percussere viro : subitisque ululatibus omne  
 Implevere nemus : circumfusæque Dianam  
 Corporibus texere suis. tamen altior illis  
 Ipsa Dea est, colloque tenuis supereminet omnes.  
 Qui color infectis adversi Solis ab ictu  
 Nubibus esse solet, aut purpureæ Auroræ :  
 Is fuit in vultu visæ sine veste Dianæ.  
 Quæ quanquam comitum turbâ stipata suarum ;  
 In latus obliquum tamen adstitit : oraque retro  
 Flexit : & ut vellet promptas habuisse sagittas ;  
 Quas habuit, sic hausit aquas : vultumque virilem  
 Perfudit : spargensque comas ultricibus undis ,  
 Addidit hæc cladis prænuncia verba futuræ :  
 Nunc tibi me posito visam velamine narres ,  
 Si poteris narrare, licet. nec plura minata ,  
 Dat sparso capiti vivacis cornua cervi :  
 Dat spatium collo : summasque cacuminat aures :  
 Cum pedibusque manus, cum longis brachia mutat  
 Cruribus : & velat maculoso vellere corpus.  
 Additus & pavor est. fugit Autoneius heros :  
 Et se tam celerem cursu miratur in ipso.  
 [Ut vero solitis sua cornua vidit in undis.]  
 Me miserum ! dicturus erat : vox nulla secuta est.  
 Ingemuit ; vox illa fuit ; lacrymæque per ora  
 Non sua fluxerunt. mens tantum pristina mansit.  
 Quid faciat ? repetatne domum regalia tecta ?  
 An lateat silvis ? timor hoc, pudor impedit illud.  
 Dum dubitat, videre canes: primusque Melampus,  
 Ichnobatesque sagax latratu signa dedere ;  
 Gnostius Ichnobates, Spartana gente Melampus.  
 Inde ruunt alii rapida velocius aura, (omnes :  
 Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus ; Arcades  
 Nebrophonosque valens, & trux cum Lælope Theron,  
 Et pedibus Pterelas, & naribus utilis Agre,  
 Hylæusque fero nuper percussus ab apro,  
 Deque lupo concepta Nape, pecudeque secuta  
 Pæmenis, & natis comitata Harpyia duobus,  
 Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon :  
 Et Dromas, & Canace. Sticteque, & Tigris, & Alce,  
 Et niveis Leucon, & villis Asbolus atris,



Prævalidusque Lacon, & cursu fortis Aëlo,  
 Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lycisce:  
 Et nigram medio frontem distinctus ab albo  
 Harpos & Melaneus, hirsutaque corpore Lachne:  
 Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati,  
 Labros, & Agriodos, & acutæ vocis Hylæctor:  
 Quosque referre mora est: ea turba cupidine prædæ  
 Per rupes, scopulosque, adituque carentia saxa,  
 Qua viâ difficilis, quaque est via nulla, feruntur.  
 Ille fugit, per quæ fuerat loca sæpe secutus.  
 Heu famulos fugit ipse suos! clamare libebat,  
 [Actæon ego sum: dominum cognoscite vestrum.]  
 Verba animo defunt: resonat latratibus æther.  
 Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit:  
 Proxima Theridamas; Orcitrophus hæsit in armis.  
 Tardius exierant; sed per compendia montis  
 Anticipata via est. dominum retinentibus illis  
 Cætera turba coit, confertque in corpore dentes.  
 Jam loca vulneribus defunt. gemit ille, sonumque,  
 Et, si non hominis, quem non tamen edere possit  
 Cervus, habet: mæstis que replet juga nota querelis:  
 Et genibus supplex pronis similisque roganti,  
 Circumfert tacitos, tanquam sua brachia, vultus.  
 At comites rapidum solitis latratibus agmen  
 Ignari instigant, oculisque Actæona quærunt;  
 Et velut absentem certatim Actæona clamant.  
 Ad nomen caput ille refert: ut abesse queruntur  
 Nec capere oblata segnem spectacula prædæ.  
 Vellet abesse quidem; sed adest: velletque videre,  
 Non etiam sentire, canum fera facta suorum.  
 Undique circumstant: mersisque in corpore rostris  
 Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi.  
 [Nec nisi finita per plurima vulnera vita  
 Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ.]

Rumor in ambiguo est: aliis violentior æquo  
 Visa Dea est: alii laudant, dignamque severa  
 Virginitate vocant. pars invenit utraque causas.  
 Sola Jovis conjux non tam culpetne probetne  
 Eloquitur; quam clade domus ab Agenore ductæ  
 Gaudet: & à Tyria collectum pellice transfert  
 In generis socios odium. subit ecce priori  
 Causa recens; gravidamque dolet de semine magni  
 Esse Jovis Semelen. tum linguam ad jurgia solvit.

Profeci quid enim toties perjurgia? dixit.  
 Ipsa petenda mihi est: ipsam, si maxima Juno  
 Rite vocor, perdam; si me gemmantia dextrâ  
 Sceptra tenere decet; si sum regina, Jovisque  
 Et soror & conjux. certe soror. at puto furto  
 Contentam: & thalami brevis est injuria nostri.  
 Concipit; id deerat: manifesta que crimina pleno  
 Fert utero: & mater, quod vix mihi contigit uni,  
 De Jove vult fieri. tanta est fiducia formæ.  
 Fallat eam faxo: nec sim Saturnia; si non  
 Ab Jove mersa suo Stygias penetrarit in undas.  
 Surgit ab his folio fulvâ que recondita nube  
 Limen adit Semeles. nec nubes ante removit,  
 Quam simulavit anum: posuitque ad tempora canos:  
 Sulcavitque cutem rugis: & curvâ trementi  
 Membra tulit passu: vocem quoque fecit anilem.  
 Ipsaque fit Beroë, Semeles Epidauria nutrix.  
 Ergo ubi, captato sermone, diuque loquendo,  
 Ad nomen venere Jovis; suspirat: &, Optem  
 Jupiter ut sit, ait: metuo tamen omnia. multi  
 Nomine Divorum thalamos inière pudicos.  
 Nec tamen esse Jovem satis est: det pignus amoris;  
 Si modo verus is est: quantusque & qualis ab altâ  
 Junone excipitur; tantus talisque rogato  
 Det tibi complexus: suaque ante insignia sumat.  
 Talibus ignaram Juno Cadmeïda dictis  
 Formârat. rogat illa Jovem sine nomine munus.  
 Cui Deus, Elige, ait: nullam patiére repulsam.  
 Quoque magis credas; Stygii quoque conscia sunt  
 Numina torrentis. timor & Deus ille Deorum.  
 Læta malo, nimiumque potens, perituraque amantis  
 Obsequio Semele, Qualem Saturnia, dixit,  
 Te solet amplecti, Veneris cum fœdus initis,  
 Da mihi te talem. voluit Deus ora loquentis  
 Opprimere. exierat jam vox properata sub auras.  
 Ingemuit: neque enim non hæc optasse, neque ille  
 Non jurasse potest. ergo mœstissimus altum  
 Æthera conscendit; nutuque sequentia traxit  
 Nubila: quis nimbos, immistaque fulgura ventis  
 Addidit, & tonitrus, & inevitabile fulmen.  
 Qua tamen usque potest, vires sibi demere tentat.  
 Nec, quo centimanum dejecerat igne Typhœa,  
 Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo.

Est aliud leuius fulmen ; cui dextra Cyclopum  
 Sævitæ flammæque minus, minus addidit iræ :  
 Tela secunda vocant Superi. caput illa ; domumque  
 Intrat Agenoream. corpus mortale tumultus  
 Non tulit æthereos ; donisque jugalibus arsit.  
 Imperfectus adhuc infans genitricis ab alvo  
 Eripitur, patrioque tener (si credere dignum)  
 Insuitur femori ; maternaque tempora complet.  
 Furtim illum primis Ino matertera cuius  
 Educat. inde datum Nymphæ Nyseides antris  
 Occulnere suis ; lactisque alimenta dedere.

Dumque ea per terras fatali lege geruntur ;  
 Tutaque bis geniti sunt incunabula Bacchi :  
 Forte Jovem memorant diffusum nectare curas  
 Seposuisse graves, vacuâque agitasse remissos  
 Cum Junone jocos : & , Major vestra profecto est,  
 Quam quæ contingit maribus, dixisse, voluptas.  
 Illa negat. placuit quæ sit sententia docti  
 Quærere Tiresiæ. Venus huic erat utraque nota.  
 Nam duo magnorum viridi coeuntia silvâ  
 Corpora serpentum baculi violaverat ictu :  
 Deque viro factus (mirabile) fœmina, septem  
 Egerat autumnos. octavo rursus eisdem  
 Vidit : & , Est vestræ si tanta potentia plagæ ,  
 Dixit, ut auctoris sortem in contraria mutet :  
 Nunc quoque vos feriam. percussis anguibus isdem  
 Forma prior rediit ; genitivaque venit imago.  
 Arbiter hic igitur sumtus de lite jocosa ,  
 Diæta Jovis firmat. gravius Saturnia iusto ,  
 Nec pro materia fertur doluisse : sui que  
 Iudicis æterna damnavit lumina nocte. (quam

At pater omnipotens (neq; enim licet irrita cui-  
 Facta Dei fecisse Deo) pro lumine adempto  
 Scire futura dedit : pœnamque levavit honore.

Ille per Aœnias fama celeberrimus urbes  
 Irreprehensa dabat populo responsa petenti.  
 Prima fide vocisque ratæ tentamina sumsit  
 Carula Liriope : quam quondam flumine curvo  
 Implicuit ; clausæque suis Cephisos in undis  
 Vim tulit. enixa est utero pulcherrima pleno  
 Infantem, Nymphis jam tunc qui posset amari ;  
 Narcissumque vocat. de quo consultus, an esset  
 Tempora maturæ visurus longa senectæ :

Fatidicus vates , Si se non noverit , inquit .  
 Vana diu visa est vox auguris . exitus illam ,  
 Resque probat , letique genus , novitasque furoris .  
 Jamque ter ad quinos unum Cephissus annum  
 Addiderat : poteratque puer , juvenisque videri .  
 Multi illum juvenes , multæ cupière puellæ .  
 Sed fuit in tenerâ tam dira superbia formâ ;  
 Nulli illum juvenes , nullæ tetigère puellæ .  
 Aspicit hunc , trepidos agitantem in retia cervos ,  
 Vocalis Nymphe ; quæ nec reticere loquenti ,  
 Nec prior ipsâ loqui didicit , resonabilis Echo .  
 Corpus adhuc Echo , non vox erat : & tamen usum  
 Garrula non alium , quam nunc habet , oris habebat ;  
 Reddere de multis ut verba novissima possêt .  
 Fecerat hoc Juno . quia , cum deprendere possêt  
 Sub Jove sæpe suo Nymphas in monte jacentes ,  
 Illa Deam longo prudens sermone tenebat ,  
 Dum fugerent Nymphæ postquam Saturnia sensit ;  
 Hujus , ait , linguæ , qua sum delusa , potestas  
 Parva tibi dabitur , vocisque brevissimus usus .  
 Reque minas firmat . tamen hæc in fine loquendi  
 Ingeminat voces : auditaque verba reportat .

Ergo ubi Narcissum per devia lustra vagantem  
 Vidit , & incaluit ; sequitur vestigia furim .  
 Quoque magis sequitur ; flammâ propiore calefcit .  
 Non aliter , quam cum summis circumlita tædis  
 Admotam rapiunt vivacia sulfura flammam .  
 O quoties voluit blandis accedere dictis ,  
 Et molles adhibere preces ! natura repugnat ;  
 Nec sinit incipiat . sed quod sinit , illa parata est  
 Expectare sonos , ad quos sua verba remittat .  
 Forte puer , comitum seductus ab agmine fido ,  
 Dixerat , Ecquis adest ? & , Adest , responderat Echo .  
 Hic itupet : utque aciem partes divisit in omnes ;  
 Voce , Veni , clamat magnâ . vocat illa vocantem .  
 Respicit : & nullo rursus veniente , Quid , inquit ,  
 Me fugis ? & totidem , quot dixit , verba recepit .  
 Perstat ; & alternæ deceptus imagine vocis ;  
 Huc coëamus , ait : nullique libentius unquam  
 Responsura sono , Coëamus rettulit Echo :  
 Et verbis favet ipsa suis ; egressaque silvis  
 Ibat , ut injiceret sperato brachia collo .  
 Ille fugit ; fugiensque , Manus complexibus aufer :

Ante, ait, emoriar, quam sit tibi copia nostri.  
 Rettulit illa nihil, nisi, Sit tibi copia nostri.  
 Spreta latet silvis: pudibundaque frondibus ora  
 Protegit: & solis ex illo vivit in antris.  
 Sed tamen hæret amor; crescitque dolore repulsæ.  
 Attenuant vigiles corpus miserabile curæ:  
 Adducitque cutem macies; & in aëra succus  
 Corporis omnis abit. vox tantû, atq; ossa supersunt.  
 Vox manet. ossa ferunt lapidis traxisse figuram.  
 [Inde latet silvis: nulloque in monte videtur;  
 Omnibus auditur. sonus est, qui vivit in illâ.]

Sic hanc, sic alias undis aut montibus ortas  
 Luserat hic Nymphas; sic cætus ante viriles.  
 Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens  
 Sic, amet iste licet, sic non potiatur amato,  
 Dixerat. assensit precibus Rhamnusia justis.  
 Fons erat illimis, nitidis argenteus undis,  
 Quem neque pastores, neque pastæ monte capellæ  
 Contigerant, aliudve pecus: quem nulla volûcris,  
 Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.  
 Gramen erat circa, quod proximus humor alebat:  
 Silvæque, sole lacum passura tepescere nullo.  
 Hic puer, & studio venandi lassus & æstu,  
 Procubuit; faciemque loci, fontemque secutus.

Dumque sitim sedare cupit; sitis altera crevit.  
 Dumque bibit, visæ correptus imagine formæ, *est.*  
 Ré sine corpore amat: corpus putat esse, quod umbra  
 Adstupet ipse sibi: vultuque immotus eodem  
 Hæret, ut è Pario formatum marmore signum.  
 Spectat humi positus geminum sua lumina sidus,  
 Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines;  
 Impubesque genas, & eburnea colla, decusque  
 Oris, & in niveo mistum candore ruborem;  
 Cunctaque miratur; quibus est mirabilis ipse.  
 Se cupit imprudens. &, qui probat, ipse probatur.  
 Dumque petit, petitur pariterque incendit, & ardet.

Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti!  
 In medias quoties visum captantia collum  
 Brachia mersit aquas; nec se deprendit in illis!  
 Quid videat nescit. sed quod videt, uritur illò:  
 Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.  
 Credule, quid frustra simulacra fugacia captas?  
 Quod petis, est nusquâ: quod amas, avertere, perdes.

Ista repercussæ, quam cernis, imaginis umbra est.  
 Nil habet ista sui. tecum venitque, manetque :  
 Tecum discedat ; si tu discedere possis.  
 Non illum Cereris , non illum cura quietis  
 Abstrahere inde potest. sed opaca fusus in herba  
 Spectat inexpleto mendacem lumine formam :  
 Perque oculos perit ipse suos. paulumque levatus,  
 Ad circumstantes tendens sua brachia silvas ;  
 Ecquis , iö silvæ, crudelius, inquit, amavit ?  
 Scitis enim, & multis latebra opportuna fuistis.  
 Equem, cum vestra tot agantur sæcula vitæ,  
 Qui sic tabuerit, longo meministis in ævo ?  
 Et placet, & video : sed quod videoque, placetque,  
 Non tamen invenio. tantus tenet error amantem.  
 Quoq; magis doleam; nec nos mare separat ingens,  
 Nec via, nec montes, nec clausis mœnia portis.  
 Exigua prohibemur aqua. cupit ipse teneri.  
 Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis ;  
 Hic toties ad me resupino nititur ore.      (obstat.  
 Posse putes tangi. minimum est quod amantibus  
 Quisquis es, huc exi. quid me, puer unice, fallis ?  
 Quove petitus abis ? certe nec forma, nec ætas  
 Est mea, quâ fugias; & amarunt me quoq; Nymphæ.  
 Spem mihi nescio quam vultu promittis amico :  
 Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro :  
 Cum risi, arrides. lacrymas quoque sæpe notavi  
 Me lacrymante tuas. nutu quoque signa remittis :  
 Et, quantum motu formosi suspicor oris,  
 Verba refers aures non pervenientia nostras.  
 In te ego sum, sensi : nec me mea fallit imago.  
 Uror amore mei. flammæ moveoque feroque.  
 Quid faciâ? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?  
 Quod cupio mecum est. inopem me copia fecit.  
 O utinam nostro secedere corpore possem !  
 Votû in amante novû; vellê, quod amamus, abesset.  
 Jamque dolor vires adimit : nec tempora vitæ  
 Longa meæ superant : primoque extingnor in ævo.  
 Nec mihi mors gravis est posituro morte dolores.  
 Hic, qui diligitur, vellem diuturnior esset.  
 Nunc duo concordēs animâ moriemur in unâ.  
 Dixit, & ad faciem rediit male sanus eandem ;  
 Et lacrymis turbavit aquas : obscuraque moto  
 Reddita forma lacu est. quam cum vidisset abire ;

Quo fugis? oro, mane; nec me, crudelis, amantem  
 Desere, clamavit liceat, quod tangere non est,  
 Adspicere; & misero præbere alimenta furori.  
 Dumque dolet, summâ vestem deduxit ab orâ,  
 Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.  
 Pectora traxerunt tenuem percussâ ruborem.  
 Non aliter, quam poma solent; quæ candida parte,  
 Parte rubent: aut ut variis solet uva racemis  
 Ducere purpureum, nondum matura, colorem.  
 Quæ simul aspexit liquefactâ rursus in undâ;  
 Non tulit ulterius: sed, ut intabescere flavæ  
 Igne levi ceræ, matutinæve pruinae  
 Sole tepente solent, sic attenuatus amore  
 Liquitur; & cæco paulatim carpitur igni.  
 Et neque jam color est misto candore rubori;  
 Nec vigor, & vires, & quæ modo visa placebant,  
 Nec corpus remanet, quondâ quod amaverat Echo.  
 Quæ tamen ut vidit, quamvis irata memorque,  
 Indoluit: quotiesque puer miserabilis, Eheu,  
 Dixerat; hæc resonis iterabat vocibus, Eheu.  
 Cumque suos manibus percusserat ille lacertos,  
 Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem.  
 Ultima vox solitam fuit hæc spectantis in undam,  
 Heu frustra dilecte puer! toridemque remisit  
 Verba locus: dictoque Vale, Vale inquit & Echo.  
 Ille caput viridi fessum submitit in herbâ.  
 Lumina nox claudit domini mirantia formam.  
 Tum quoque se, postquam est infernâ sede receptus,  
 In Stygiâ spectabat aquâ. planxere sorores  
 Naiades: & sectos fratri posuere capillos.  
 Planxere & Dryades. plangentibus assonat Echo.  
 Jamq; rogû, quassasq; faces, feretrumque parabant:  
 Nusquam corpus erat. croceum pro corpore florem  
 Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

Cognita res meritam vati per Achaidas urbes  
 Attulerat famam: nomenque erat auguris ingens.  
 Spernit Echionides tamen hunc, ex omnibus unus  
 Contemptor Superûm Pentheus: præsagaque ridet  
 Verba senis: tenebrasque & cladem lucis ademptæ  
 Objicit, ille movens albertia tempora canis,  
 Quam felix esses, si tu quoque luminis hujus  
 Orbis, ait, fieres; ne Bacchia sacra videres!  
 Jamque dies aderit, jamq; haud procul auguror esse;

Qua novus huc veniat proles Semeleia Liber.  
 Quem nisi templorum fueris dignatus honore ;  
 Mille lacer spargere locis : & sanguine silvas  
 Fœdabis, matremque tuam, matrisque sorores.  
 Evenient. neque enim dignabere numen honore:  
 Meque sub his tenebris nimium vidisse quereris.  
 Talia dicentem proturbat Echione natus.  
 Dicta fides sequitur ; responsaque vatis aguntur.  
 Liber adest : festisque fremunt ululatus agri.  
 Turba ruunt: mistæque viris matresque nurusque,  
 Vulgusque, procerisque, ignota ad sacra feruntur  
 Quis furor, anguigenæ, proles Mavortia, vestras  
 Attouit mentes ? Pentheus ait. ærane tantum  
 Ære repulsa valent ? & adunco tibia cornu ?  
 Et magicæ fraudes ? ut quos non belligerentis,  
 Non tuba terruerint, non strictis agmina telis ;  
 Fœminæ voces, & mota infania vino,  
 Obscœnique greges, & inania tympana vincant ?  
 Vosne, senes, mirer ? qui longa per æquora vecti  
 Hac Tyron, hac profugos posuistis sede Penates ;  
 Nunc finitis sine Marte capi? vosne, acrior ætas,  
 O juvenes, propiorque meæ ; quos arma tenere,  
 Non thyrôs, galeâque tegi, non fronde decebat ?  
 Este, precor, memores, qua sitis stirpe creati :  
 Illiusque animos, qui multos perdidit unus,  
 Sumite serpentis. pro fontibus ille lacuque  
 Interiit : at vos pro famâ vincite vestrâ.  
 Ille dedit leto fortes : vos pellite molles,  
 Et patrium revocate decus. si fata vetabant  
 Stare diu Thebas ; utinam tormenta virique  
 Mœnia diruerent : ferrumque ignisque sonarent !  
 Essemus miseri sine crimine : forsque querenda,  
 Non celanda foret : lacrymæque pudore carerent.  
 At nunc à puero Thebæ capientur inermi :  
 Quem neq; bella juvant, nec tela, nec usus equorû ;  
 Sed madidus myrrhâ crinis, mollesque coronæ,  
 Purpuraque, & pictis intextum vestibus aurum.  
 Quem quidem ego actutû (modo vos abssistite) cogâ  
 Assumtumque patrem commentaque sacra fateri.  
 An satis Acrisio est animi, contemnere vanum  
 Numen, & Argolicas venienti claudere portas ;  
 Penthea terrebit cum totis advena Thebis ?  
 Ite citi, (famulis hoc imperat) ite, ducemque



Attrahite huc vinctum. iussis mora segnīs abesto.  
 Hunc avus, hunc Athamas, hunc cætera turba suorū  
 Corripiunt dictis: frustra que inhibere laborant.  
 Acrior admonitu est; irritaturque retenta  
 Et crescit rabies: remoraminaque ipsa nocebant.  
 Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,  
 Lenius, & modico strepitu decurrere vidi.  
 At, quacunq; trabes obstructaque saxa tenebant,  
 Spumeus, & fervens, & ab objice sævior ibat.  
 Ecce cruentati redeunt: & Bacchus ubi esset,  
 Quærenti domino, Bacchum vidisse negarunt.  
 Hunc, dixere, tamen comitem, famulumq; sacrorū  
 Cepimus: & tradunt manibus post terga ligatis.  
 [Sacra Dei quondam Tyrrhenâ gente secutum.]  
 Aspicit hunc oculis Pentheus, quos ira tremēdos  
 Fecerat: & quanquam pœnæ vix tempora differt,  
 O periture; tuâque aliis documenta dature  
 Morte, ait, ede tuum nomen, nomenque parentum,  
 Et patriam; morisque novi cur sacra frequentes.  
 Ille metu vacuus, Nomen mihi, dixit, Acætēs;  
 Patria Mæronia est: humili de plebe parentes.  
 Non mihi, quæ duri colerent pater arva juvenci,  
 Lanigerosve greges, non ulla armenta reliquit.  
 Pauper & ipse fuit: linoque solebat & hamis  
 Decipere, & calamo salientes ducere pisces.  
 Ars illi sua census erat. cum traderet artem;  
 Accipe, quas habeo, studii successor & hæres,  
 Dixit, opes: moriensque mihi nihil ille reliquit  
 Præter aquas. unum hoc possum appellare paternū.  
 Mox ego, ne scopulis hærerem semper in isdem,  
 Addidici regimen, dextrâ moderante, carinæ  
 Flectere: & Oleniæ sidus pluviale capellæ,  
 Tâygetenque, Hyadæque oculis Arctonque no-  
 tavi,  
 Ventorumque domos, & portus puppibus aptos.  
 Forte petens Delon, Diæ telluris ad oras  
 Applicor, & dextris adducor litora remis:  
 Doque leves saltus: udæque immittor arenæ.  
 Nox ubi consumpta est; Aurora rubescere primū  
 Cœperat: exurgo, laticesque inferre recentes  
 Admoneo; monstroque viam, quæ ducat ad undas.  
 Ipse, quid aura mihi tumulo promittat ab alto,  
 Prospicio: comitesque voco, repetoque carinam.

Adsumus en, inquit, sociorum primus Opheltæ :  
 Utque putat, prædam deserto nactus in agro,  
 Virginæ puerum ducit per litora formâ.  
 Ille, merò somnoque gravis, titubare videtur ;  
 Vixque sequi. specto cultum, faciemque, gradumque.  
 Nil ibi, quod posset credi mortale, videbam.  
 Et sensi, & dixi sociis, Quod numen in isto  
 Corpore sit dubito : sed corpore numen in isto est.  
 Quisquis es, ô faveas, nostrisque laboribus adsis.  
 His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari,  
 Diæty ait : quo non alius conscendere summas  
 Ocior antennas, prensoque rudente relabi.  
 Hoc Libys, hoc flavus præ tutela Melanthus,  
 Hoc probat Alcimedon : & qui requisemque modumque ;  
 Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus :  
 Hoc omnes alii. prædæ tam cæca cupido est.  
 Non tamen hanc sacro violari pondere pinum  
 Perpetiar, dixi : pars hæc mihi maxima juris.  
 Inque aditu obstito. furit audacissimus omni  
 De numero Lycabas : qui Thuscâ pulsus ab urbe  
 Exsilium, dirâ pœnam pro cæde, luebat.

Is mihi, dum resto, juveniliguttura pugno  
 Rupit : & excussus misisset in æquora ; si non  
 Hæsissem, quamvis amens, in fune retentus.  
 Impia turba probat factum. tum denique Bacchus,  
 (Bacchus enim fuerat) veluti clamore solutus  
 Sit sopor ; eque mero redeant in pectora sensus ;  
 Quid facitis ? quis clamor, ait ? qua, dicite, nautæ,  
 Huc ope perveni ? quo me deferre paratis ?  
 Pone metum, Proreus, & quos contingere portus  
 Ede velis, dixit. terrâ sistere petita.  
 Naxon, ait Liber, cursus adverte vestros.  
 Illa mihi domus est : vobis erit hospita tellus.  
 Per mare fallaces, perque omnia numina jurant  
 Sic fore : neque jubent pictæ dare vela carinæ.  
 Dextera Naxos erat. dextra mihi lintea danti,  
 Quid facis, ô demens ? quis te furor, inquit, Accete,  
 Pro se quisque, tenet ? lævam pete ? maxima nutu  
 Pars mihi significat ; pars, quid velit, aure susurrat.  
 Obstupui : Capiatque alius moderamina, dixi :  
 Meque ministerio scelerisque artisque removi.  
 Incorporâ cunctis ; totumque immurmurat agmen.  
 E quibus Æthalion, Te scilicet omnis in uno

Nostra.

Nostra salus posita est? ait. & subit ipse: meumque  
Explet opus: Naxoque petit diversa relicta.

Tū Deus illudens, tanquam modo deniq; fraudem  
Senserit, è puppi pontum prospectat adunca.  
Et flenti similis, Non hæc mihi litora, nauæ,  
Promisistis, ait: non hæc mihi terra rogata est.  
Quo merui pœnam facto? quæ gloria vestra est;  
Si puerum iuvenes, si multi fallitis unum?  
Jam dudum flebam. lacrymas manus impia nostras  
Ridet: & impellit properantibus æquora remis.  
Per tibi nunc ipsum (nec enim præsentior illo  
Est Deus) adjuro, tam me tibi vera referre,  
Quam veri majora fide. stetit æquore puppis  
Haud aliter, quam si siccum navale teneret.  
Illi admirantes remorum in verbere perstant:  
Velaque deducunt; geminaque ope currere tentant.  
Impediunt hederæ remos, nexuque recurvo.  
Serpunt; & gravidis distringunt vela corymbis.  
Ipse, racemiferis frontem circumdatus uvis,  
Pampineis agitât velatam frondibus hastam.  
Quem circa tigres, simulacraque inania lyncem,  
Pictarumque jacent fera corpora pantherarum.  
Exsiluere viri; sive hoc insania fecit,  
Sive timor: primusque Medon nigrescere pinnis  
Corpore depresso, & spinæ curvamina flecti  
Incipit. huic Lycabas, In quæ miracula, dixit,  
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti  
Naris erat, squamamque cutis durata trahebat.  
At Libys, obstantes dum vult obvertere remos,  
In spatium resilire manus breve vidit; & illas  
Jam non esse manus; jam pinnas posse vocari.  
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,  
Brachia non habuit; truncoque repandus in undas  
Corpore desiluit. falcata novissima cauda est.  
Qualia dividuæ sinuantur cornua Lunæ.  
Undique dant saltus: multaque aspergine rorant:  
Emerguntque iterû: redeuntque sub æquora rursus:  
Inque chori ludunt speciem: lascivaque jactant  
Corpora; & acceptum patulis mare naribus efflant.  
De modo viginti tot enim ratis illa ferebat)  
Restabam solus. pavidum, gelidumque trementi  
Corpore, vixque meû firmat Deus, Excute, dicens,  
Corde metum, Diamque tene. delatus in illam

censis aris Baccheia sacra frequento.  
 Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures ,  
 Inquit : ut ira morâ vires absumere posset.  
 Præcipitem famuli rapite hinc : cruciaraque diris  
 Corpora tormentis Stygiæ dimittite nocti.  
 Protinus abstractus solidis Tyrrhenus Acœtes  
 Clauditur in tectis : & dum crudelia iussæ  
 Instrumenta necis ferrumque ignesque parantur ;  
 Sponte suâ patuisse fores , lapsasque lacertis  
 Sponte suâ, fama est, nullo solvente, catenas.  
 Perstat Echionides : nec jam jubet ire, sed ipse  
 Vadit, ubi electus facienda ad sacra Cithæron  
 Cantibus & clarâ bacchantum voce sonabat.  
 Ut fremit acer equus, cum bellicus ære canoro  
 Signa dedit tubicen, pugnaeque assumit amorem :  
 Penthea sic istus longis ululatibus æther  
 Movit : & audito clangore recanduit ira.  
 Monte fere medio est, cingentibus ultima silvis ,  
 Purus ab arboribus, spectabilis undique campus.  
 Hic oculis illum cernentem sacra profanis  
 Prima videt, prima est infano concita motu ,  
 Prima suum misso violavit Penthea thyrso  
 Mater: Iô, geminæ, clamavit, adeste sorores.  
 Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,  
 Ille mihi ferendus aper. ruit omnis in unum  
 Turba furens. cunctæ coeunt, cunctæq; sequuntur,  
 Jam trepidum, jam verba minus violenta locutum,  
 Jam se damnantem, jam se peccasse fatentem.  
 Saucius ille tamen, Fer opem, matertera, dixit ,  
 Autonoe : moveant animos Actæonis umbræ.  
 Illa quid Actæon nescit ; dextramque precanti  
 Abstulit : Inoë lacerata est altera raptu.  
 Non habet infelix quæ matri brachia tendat :  
 Trunca sed ostendens disiectis corpora membris ;  
 Adspice , mater ait. visis ululavit Agave ;  
 Collaque iactavit , movitque per aëra crinem :  
 Avulsamque caput digitis complexa cruentis  
 Clamat, Iô comites , opus hæc victoria nostrum est.  
 Non citius frondes autumnno frigore tactas ,  
 Jamque male hærentes altâ rapit arbore ventus ;  
 Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis :  
 Talibus exemplis monitæ nova sacra frequentant,  
 Thuraque dant, sanctasque colunt Ismenides aras.

## METAMORPHOSEON LIB. IV.

**A**T non Alcithoë Minyeias orgia cenfet  
 Accipienda Dei: sed adhuc temeraria Bacchum  
 Progeniem negat esse Jovis: sociasque sorores  
 Impietatis habet. festum celebrare sacerdos,  
 Immunesque operum dominas famulasque suorum  
 Pectora pelle tegi, crinales solvere vittas,  
 Serta comâ, manibus frondentes sumere thyrsos,  
 Jussulat: & sævam læsi fore numinis iram  
 Vaticinatus erat. parent matresque nurusque;  
 Telasque, calathosque, infectaque pensa reponunt:  
 Thuraque dant: Bacchumque vocant, Bromium-  
 que, Lyæumque,  
 Ignigenamque, satumque iterum, solumque bima-  
 trem.

Additur his Nyseus, indetonfusque Thyoneus,  
 Et cum Lenæo genialis confitor uvæ,  
 Nycteliusque, Eleleusque parens & Iacchus, &  
 Evan:

Et quæ præterea per Graias plurima gentes (tas.  
 Nomina, Liber, habes. tibi enim inconsumta Juven-  
 Tu puer æternus, tu formosissimus alto  
 Conspicieris cælo: tibi, cum sine cornibus adstas,  
 Virgineum caput est: Oriens tibi victus, adusque  
 Decolor extremo quæ cingitur India Gange.  
 Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgū  
 Sacrilegos mactas: Tyrrhenaque mittis in æquor  
 Corpora. tu bijugum pictis insignia frænis  
 Colla premis lyncum: Bacchæ Satyrique sequuntur:  
 Quique senex ferulâ titubans ebrius artus  
 Sustinet; & pando non fortiter hæret afello.  
 Quacunq; ingrederis; clamor juvenilis, & una  
 Fœminæ voces, impulsæque tympana palmis,  
 Concavaque æra sonant, longoque foramine buxus.  
 Pacatus mitisque, rogant Ismenides, adsis:  
 Jussaque sacra colunt. solæ Minyeides intus,  
 Intempestivâ turbantes festa Minervâ,  
 Aut ducunt lanas, aut stamina pollice versant,  
 Aut hærent telæ, famulasque laboribus urgent.  
 E quibus una levi deducens pollice filum:  
 Dum cessant aliæ, commentaque sacra frequentant,  
 Nos quoq; quas Pallas melior Dea detinet, inquit,

E a

Utile

Utile opus manuum vario sermone leuimus :  
 Perque vices aliquid, quod tempora longa videri  
 Non sinat, in medium vacuas referamus ad aures.  
 Dicta probant ; primaque iubent narrare sorores.  
 Illa, quid è multis referat (nam plurima norat)  
 Cogitat ; & dubia est, de te, Babylonia, narret,  
 Derceti, quam versâ squamis velantibus artus  
 Stagna Palæstini credunt celebrasse figurâ :  
 An magis ut sumtris illius filia pennis  
 Extremos albis in turribus egerit annos.  
 Nais an ut cantu, nimiumque potentibus herbis,  
 Verterit in tacitos juvenilia corpora pisces :  
 Donec idem passa est. an, quæ poma alba ferebat,  
 Ut nunc nigra ferat contactu sanguinis arbor.  
 Hæc placet: hanc, quoniam vulgaris fabula non est,  
 Talibus orsu modis, lanâ sua fila sequente :

Pyramus & Thisbe, juvenû pulcherrimus alter,  
 Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis,  
 Contiguas tenuère domos : ubi dicitur altam  
 Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.  
 Notitiam primosque gradus vicinia fecit.  
 Tempore crevit amor. tædæ quoque jure coissent ;  
 Sed vetuère patres, quod non potuère vetare.  
 Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.  
 Conscius omnis abest. nutu signisque loquuntur.  
 Quoque magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.  
 Fissus erat tenui rimâ, quam duxerat olim,  
 Cum fieret, paries domui communis utrique.  
 Id vitium nulli per sæcula longa notatum ;  
 (Quid non sentit amor? primi sensistis amantes,  
 Et voci fecistis iter : tutæque per illud  
 Murmure blanditiæ minimo transire solebant.  
 Sæpe ut constiterant, hinc Thisbe, Pyramus illinc;  
 Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris ;  
 Inuide, dicebant, paries, quid amantibus obstas ?  
 Quantum erat, ut sineres nos toto corpore jungi !  
 Aut hoc si nimium, vel ad oscula danda pateres !  
 Nec sumus ingrati. tibi nos debere fatemur,  
 Quod datus est verbis ad amicas transitus aures.  
 Talia diversâ nequicquam sede locuti ;  
 Sub noctem dixère Vale : partique dedère  
 Oscula quisque suæ, non pervenientia contra.  
 Postera nocturnos Aurora removerat ignes,

Solque pruinofas radiis siccauerat herbas :  
 Ad folitum coière locum. tum murmure paruo  
 Multa prius quæfti, ftatuunt, ut nocte fidenti  
 Fallere cuftodes, foribusque excedere tentent :  
 Cumque domo exierint , urbis quoque tecta relin-  
 quant :

Neve fit errandum lato fpatiantibus aruo ;  
 Conveniant ad bufta Nini : lateantque fub umbra  
 Arboris. arbor ibi niveis uberrima pomis  
 Ardua morus erat, gelido contermina fonti.  
 Pacta placent : & lux tarde difcedere vifa  
 Præcipitatur aquis, & aquis nox furgit ab ifdem.  
 Callida per tenebras, verfato cardine, Thisbe  
 Egreditur, fallitque fuos : adopertaque vultum  
 Pervenit ad tumulum ; dictaque fub arbore fedit.  
 Audacem faciebat amor. venit ecce recenti  
 Cæde læna boum fpumantes oblita rictus ,  
 Depositura fitim vicini fontis in unda.

Quam procul ad Lunæ radios Babyloniam Thisbe  
 Vidit : & obfcurum timido pede fugit in antrum.  
 Dumque fugit , tergo velamina lapfa relinquit.  
 Ut læa fæva fitim multa compefcuit unda ,  
 Dum redit in filvas, inventos forte fine ipfa  
 Ore cruentato tenues laniavit amictus.  
 Serius egressus veftigia vidit in alto  
 Pulvere certa feræ, totoque expalluit ore  
 Pyramus. ut vero veftem quoque fanguine tinctam  
 Repperit ; Una duos nox, inquit, perdet amantes :  
 E quibus illa fuit longa digniffima vita.

Noftro nocens anima eft ego te, miferanda, peremi,  
 In loca plena metus qui juffi nocte venires:  
 Nec prior huc veni. noftro divellite corpus ,  
 Et fclerata fero confumite viscera morfu ,  
 O quicumque fub hac habitatis rupe, leones.  
 Sed timidi eft optare necem. velamina Thisbes  
 Tollit, & ad pactæ fecum fert arboris umbram.  
 Utque dedit notæ lacrymas, dedit oscula vefti :  
 Accipe nunc, inquit, noftro quoque fanguinis haultus,  
 Quoque erat accinctus, dimittit in ilia ferrum.  
 Nec mora ; ferventi moriens è vulnere traxit.  
 Ut jacuit relupinus humi ; cruor emicat alte.  
 Non aliter, quam cum vitato fiftila plumbo  
 Scinditur, & tenues ftridente foramine longe

Ejaculatur aquas ; atque i cœtibus aëra rumpit.  
 Arborei fœtus aspergine cædis in atram  
 Vertuntur faciem : madefactaque sanguinæ radix  
 Puniceo tingit pendentia mora colore.  
 Ecce, metu nondum posito, ne fallat amantem ,  
 Illa redit: juvenemque oculis, animoque requirit :  
 Quantaque vitarit narrare pericula gestit.  
 Utq; locum, & versam cognovit in arbore formam;  
 (Sic facit incertam pomi color) hæret an hæc sit.  
 Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum  
 Membra solum; retroque pedem tulit: oraque buxo  
 Pallidiora gerens, exhorruit æquoris instar ,  
 Quod fremit, exiguâ cum summum stringitur aurâ.  
 Sed postquam remorata suos cognovit amores ;  
 Percutit indignos claro plangore lacertos :  
 Et laniata comas , amplexaque corpus amatum ,  
 Vulnera supplevit lacrymis ; stetumque cruori  
 Miscevit : & gelidis in vultibus oscula figens ,  
 Pyrame, clamavit, quis te mihi casus ademit ?  
 Pyrame, responde. tua te, carissime, Thisbe  
 Nominat. exaudi : vultusque attolle jacentes.  
 Ad nomen Thisbes oculos jam inorte gravatos  
 Pyramus erexit , visâque recondidit illâ.  
 Quæ postquam vestemque suam cognovit , & ense  
 Vidit ebur vacuum; sua te inanus, inquit, amorque  
 Perdidit, infelix. est & mihi fortis in unum  
 Hoc manus: est & amor. dabit hic in vulnera vires.  
 Persequar extinctum : letique miserrima dicar  
 Causâ comesque tui : quique à me morte revelli  
 Heu solâ poteras, poteris nec morte revelli.  
 Hoc tamen amborum verbis estote rogati ,  
 O multum miseri meus illiusque parentes ,  
 Ut, quos certus amor , quos hora novissima junxit.  
 Componi tumulo non invidetis eodem.  
 At tu , quæ ramis arbor miserabile corpus  
 Nunc tegis unius, mox es tectura duorum ;  
 Signa tene cædis : pullosque, & luctibus aptos  
 Semper habe fœtus gemini monumenta cruoris.  
 Dixit : & aptato pectus mucrone sub imum  
 Incubuit ferro ; quod adhuc a cæde tepebat.  
 Vota tamen tetigère Deos , tetigère parentes.  
 Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater :  
 Quodque rogis superest, unâ requiescit in urnâ.



Delierat : mediumque fuit breve tempus ; & or-  
fa est

Dicere Leucoiõe. vocem tenuere sorores.  
Hunc quoque, sidereâ qui temperat omnia luce ,  
Cepit amor Solem. Solis referemus amorès.  
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur  
Hic vidisse Deus. videt hic Deus omnia primus.  
Indoluit factò : Junonigenæque marito  
Furta tori, furtique locum monstravit. at illi  
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat ,  
Excidit. extemplo gr̄aciles ex ære catenas ,  
Retiaque, & laqueos, quæ lumina fallere possint,  
Elimat. non illud opus tenuissima vincant  
Stamina, non summo quæ pender aranea tigno.  
Urque leves tactus, momentaque parva sequantur,  
Efficit : & lecto circumdata collocat apte.  
Ut venere torum conjux & adulter in unum ;  
Arte viri , vinclisque novâ ratione paratis ,  
In mediis ambo deprensi amplexibus hærent.  
Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas :  
Admisitque Deos. illi jacuere ligati  
Turpiter. atque aliquis de Dis non tristibus optet  
Sic heri turpis. Superi risere : diuque  
Hæc fuit in toto notissima fabula cælo.  
Exigit indicii memorem Cythereia pœnam :  
Inque vices illum , tectos qui læsit amores ,  
Lædit amore pari. quid nunc, Hyperione nate ,  
Forma, calorque tibi, radiataque lumina profunt ?  
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris ,  
Ureris igne novo: quique omnia cernere debes ,  
Leucothoën spectas : & virgine sigis in unâ ,  
Quos mundo debes, oculos. modo surgis Eöo  
Temporius cælo : modo serius incidis undis ;  
Spectandique morâ brumales porrigis horas.  
Deficis interdum : vitiumque in lumina mentis  
Transit ; & obscurus mortalia pectora terres.  
Nec , tibi quod Lunæ terris propioris imago  
Obstiterit, palles. facit hunc amor iste colorem.  
Diligis hanc unam: nec te Clymeneque, Rhodosq ;  
Nec tenet Æææ genitrix pulcherrima Circes ,  
Quæque tuos Clyrie, quamvis despecta, petebat  
Concubitus ; ipsoque illo grave vulnus habebat  
Tempore. Leucothoë multarum oblivia fecit.

Gentis odoriferæ quam formosissima partu  
 Edidit Eurynome, sed postquam filia crevit,  
 Quam mater cunctas, tam matrem filia vincit.  
 Rexit Achæmenias urbes pater Orchamus: isque  
 Septimus à prisca numeratur origine Beli.  
 A xe sub Helperio sunt pascua Solis equorum:  
 Ambrosiam pro gramine habent ea fæsta diurnis  
 Membra ministeriis nutrit, reparatque labori.  
 Dumque ibi quadrupedes cælestia pabula carpunt;  
 Noxque vicè peragit; thalamos Deus intrat amatos  
 Versus in Eurynomes faciem genitricis: & inter  
 Bis sex Leucothoën famulas ad limina cernit  
 Lævia versato ducentem stamina fuso.  
 Ergo ubi, ceu mater, care dedit oscula natæ;  
 Res, ait, arcana est: famulæ, discedite: neve  
 Arripite arbitrium matri secreta loquenti.  
 Paruerunt: thalamoque Deus sine teste relicto,  
 Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,  
 Omnia qui video; per quem videt omnia tellus:  
 Mundi oculus mihi crede, places pavet illa: metuq;  
 Et colus & fusus digitis cecidère remissis.  
 Ipse timor decuit, nec longius ille moratus,  
 In veram rediit faciem, solitumque nitorem.  
 At virgo, quamvis inopino territa visu,  
 ViSta nitore Dei, posita vim passa querela est.  
 Invidit Clytie, neque enim moderatus in illa  
 Solis amor fuerat: stimulatæque pellicis ira  
 Vulgat adulterium: diffamatumque parenti  
 Indicat, ille ferox immausuetusque precantem,  
 Tendentemque manus ad lumina Solis, & Ille  
 Vim tulit invitæ, dicentem, defodit alta  
 Crudus humo: tumulûque super gravis addit arenæ.  
 Dissipat hunc radiis Hyperione natus: iterque  
 Dat tibi, quo possis defossos promere vultus.  
 Nec tu jam poteris enectum pondere terræ  
 Tollere, Nympha, caput: corpusq; ex sanguine jacebas.  
 Nil illo fertur volucrum moderator equorum  
 Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes.  
 Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,  
 Si queat, in vivum tentat revocare colorem.  
 Sed, quoniam tantis fatum conatibus obstat,  
 Nectare odorato spargit corpusque locumque:  
 Multaque præquestus, Tanges tamen æthera, dixit.

Protinus imbutum cælesti nectare corpus  
 Delicuit, terramque suo madefecit odore :  
 Virgaque per glebas sensim radicibus actis  
 Thurea surrexit ; tumulumque cacumine rupit.  
 At Clytien (quamvis amor excusare dolorem ,  
 Indiciumque dolor poterat) non amplius auctor  
 Lucis adit : Venerisque modum sibi fecit in illa.  
 Tabuit ex illo dementer amoribus usa ,  
 Nympharum impatiens ; & sub Jove nocte dieque  
 Sedit humo nuda nudis incomta capillis.  
 Perque novem luces expers undæque cibique  
 Rore mero, lacrymisque suis jejunia pavit :  
 Nec se movit humo. tantum spectabat euntis  
 Ora Dei : vultusque suos flectebat ad illum.  
 Membra ferunt hæsisse solo : partemque coloris  
 Luridus exsanguis pallor convertit in herbas.  
 Est in parte rubor : violæque simillimus ora  
 Flos regit. illa suum, quamvis radice tenetur ,  
 Vertitur ad Solem : mutataque servat amorem.

Dixerat : & factum mirabile ceperat aures.  
 Pars fieri potuisse negant ; pars omnia veros  
 Posse Deos memorant : sed non & Bacchus in illis.  
 Poscitur Alcithoë, postquam siluere sorores :  
 Quæ radio stantis percurrrens stamina telæ ,  
 Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores  
 Daphnidis Idæi, quem Nymphæ pellicis irâ  
 Contulit in saxum. tantus dolor urit amantes.

Nec loquor, ut quondam naturæ jure novato  
 Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina, Scython.

Te quoque, nunc adamas, quondam fidissime  
 parvo,

Celmi, Jovi : largoque satos Curetas ab imbri.

Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores  
 Prætereo : duleique animos novitate tenebo.

Unde sit infamis ; quare male fortibus undis

Salmacis enervet, tactosque remolliat artus ;

Discite. causâ latet : vis est notissima fontis.

Mercurio puerum diva Cythereïde natum

Naiides Idæis enutrivère sub antris.

Cujus erat facies, in qua materque paterque

Cognosci possent : nomen quoque traxit ab illis.

Is tria cum primum fecit quinquennia ; montes

Deferuit patrios : Idaque altrice relicta

Ignotis errare locis , ignota videre  
 Flumina gaudebat ; studio minuente laborem.  
 Ille etiam Lycias urbes , Lyciæque propinquos  
 Caras adit. videt hîc stagnum lucentis ad imum  
 Usque solum lymphæ. non illic canna palustris ,  
 Nec steriles ulvæ, nec acutâ cuspide junci.  
 Perspicuus liquor est. stagni tamen ultima vivo  
 Cespite cinguntur, semperque virentibus herbis.  
 Nympha colit : sed nec venatibus apta , nec arcus  
 Flectere quæ soleat, nec quæ contendere cursu :  
 Solaque Naiadum celeri non nota Dianæ.  
 Sæpe suas illi fama est dixisse sorores :  
 Salmaci, vel jaculum, vel pietas sume pharetras ;  
 Et tua cum duris venatibus otia misce.  
 Nec jaculum sumit , nec pietas illa pharetras :  
 Nec sua cum duris venatibus otia miscet.  
 Sed modo fonte suo formosos perluit artus :  
 Sæpe Citoriaco deducit pectine crines ;  
 Et quid se deceat , spectatas consulit undas.  
 Nunc perlucenti circumdata corpus amictu  
 Mollibus aut foïis, aut mollibus incubat herbis.  
 Sæpe legit flores. & tunc quoque forte legebat ,  
 [Cum puerum vidit : visumque optavit habere.]  
 Nec tamen ante adiit, etsi properabat adire ,  
 Quam se composuit , quam circumspexit amictus ,  
 Et fluxit vultum ; & meruit formosâ videri.  
 Tunc sic orsa loqui : Puer ô dignissime credi  
 Esse Deus ; seu tu Deus es, potes esse Cupido :  
 Sive es mortalis ; qui te genuere beati :  
 Et frater felix , & fortunata profecto  
 Si qua tibi soror est, & quæ dedit ubera nutrix.  
 Sed longe cunctis longeque potentior illis ,  
 Si qua tibi sponsa est ; si quam dignabere tædâ.  
 Hæc tibi sive aliqua est ; mea sit furtiva voluptas :  
 Seu nulla est, ego sim: thalamumque ineamus eundem.  
 Nais ab his tacuit : pueri rubor ora notavit  
 Nescia quid sit amor : sed & erubuisse decebat.  
 Hic color apricâ pendentibus arbore pomis ,  
 Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti ,  
 Cum frustra resonant æra auxiliaria, Lunæ.  
 Poscenti Nymphæ sine fine sororia saltem  
 Oscula, jamque manus ad eburnea colla ferenti ,  
 Desinis ? an fugio, tecumque, ait, ista relinquo ?

Salmacis extimuit ; Locaque hæc tibi libera trado,  
 Hospes, ait : simulatque gradu discedere verso.  
 Tum quoque respiciens, fruticumq; recondita silva  
 Delituit : flexumque genu submitit. at ille  
 Ut puer, & vacuis ut inobservatus in herbis,  
 Huc it ; & hinc illuc : & in alludentibus undis  
 Summa pedum, taloque tenuis vestigia tingit.  
 Nec mora ; temperie blandarum captus aquarum,  
 Mollia de tenero velamina corpore ponit.  
 Tum verò obstupuit, nudæque cupidine formæ  
 Salmacis exarsit. flagrant quoq; lamina Nymphes.  
 Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe  
 Oppositâ speculi referitur imagine Phœbus.  
 Vixque moram patitur : vix jam sua gaudia differt.  
 Jam cupit amplecti : jam se male continet amens.  
 Ille, cavis velox applauso corpore palmis,  
 Desilit in latices : alternaque brachia ducens  
 In liquidis translucet aquis : ut eburnea si quis  
 Signa tegat claro, vel candida lilia, vitro.  
 Vicinus, en meus est, exclamat Nais : & omni  
 Veite procul jactâ, mediis immittitur undis :  
 Pugnacemque tenet : luctantiaque oscula carpi  
 Subjacetque manus, invitaque pectora tangit :  
 Et nunc hac juveni, nunc circumfunditur illac.  
 Denique nitentem contra, elabique volentem  
 Implicat, ut serpens, quam regia sustinet ales ;  
 Sublimemque rapit : pendens caput illa, pedesque  
 Alligat ; & caudâ spatiantes implicat alas.  
 Utve solent hedera longos intexere truncos :  
 Utque sub æquoribus deprensus polypus hostem  
 Continet, ex omni dimissis parte flagellis.  
 Perstat Atlantiades ; sperataque gaudia Nymphæ  
 Denegat. illa premit ; commissaque corpore toto  
 Sicut inhærebat, Pugnes licet, improbe, dixit,  
 Non tamen effugies. ita Di jubeatis, & istum  
 Nulla dies à me, nec me seducat ab isto.  
 Vota suos habuêre Deos. nam mista duorum  
 Corpora junguntur : faciesque inducitur illis  
 Una. velut si quis conducta cortice ramos  
 Crescendo jungi, pariterque adolefcere cernat.  
 Sic ubi complexu coierunt membra tenaci,  
 Nec duo sunt, & forma duplex, nec fœmina dici,  
 Nec puer ut possint ; neutrumq; & utrumq; videtur.

Ergo ubi se liquidas, quo vir descenderat, undas  
 Semimarem fecisse videt, mollitaque in illis  
 Membra; manus tendens, sed jam non voce virili,  
 Hermaphroditus ait, Nato date munera vestro,  
 Et pater & genitrix, amborum nomen habenti:  
 Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde  
 Semivir; & tactis subito mollescat in undis.  
 Motus uterque parens nati rata vota biformis  
 Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.

Finis erat dictis; & adhuc Minyëia proles  
 Urget opus, spernitque Deum, festumque profanat:  
 Tympana cum subito non apparentia raucis  
 Obstrepere sonis: & adunco tibia cornu, (cique.  
 Tinnulaque æra sonant: redolent myrrhæque, cro-  
 Resque fide major, cœpère virescere telæ,  
 Inque hederæ faciem pendens frondescere vestis.  
 Pars abit in vites: & quæ modo fila fuërunt,  
 Palmite mutantur: de stamine pampinus exit:  
 Purpura fulgorem pictis accommodat undis.  
 Jamque dies exactus erat, tempusque subibat,  
 Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem;  
 Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.  
 Tecta repente quati, pinguesque ardere videntur  
 Lampades, & rutilis collucere ignibus ædes:  
 Falsaque sævarum simulacra ubi late ferarum.  
 Fumida jam dudum latitant per tecta sorores;  
 Diversæque locis ignes ac lumina vitant.  
 Dumq; petunt latebras; parvos membrana per artus  
 Porrigitur, tenuique inducit brachia pennâ.  
 Nec qua perdiderint veterem ratione figuram  
 Scire sinunt tenebræ. non illas pluma levavit:  
 Suscinuere tamen se perlucentibus alis.  
 Conatæque loqui, minimam pro corpore vocem  
 Emittunt; peraguntque leves stridore querelas.  
 Tecta que, non silvas, celebrant: lucemque perosa  
 Nocte volant. seroque trahunt à vespere nomen.  
 Tum verò totis Bacchi memorabile Thebis  
 Numen erat; magnasque novi matertera vires  
 Narrat ubique Dei: de totque sororibus expers  
 Una doloris erat, nisi quem fecere sorores.  
 Aspicit hanc natis, thalamoq; Athamantis habentem  
 Sublimos animos, & alumno numine Jano;  
 Nec tulit: & secum, Potuit de pellice natus

Vertere Mænonios, pelagoque immergere, nautas,  
 Et laceranda sive nati dare viscera matri,  
 Et triplices operire novis Minyeïdas alis:  
 Nil poterit Juno, nisi inultos flere dolores?  
 Idque mihi satis est? hæc una potentia nostra est?  
 Ipse docet quid agam. fas est & ab hoste doceri.  
 Quidque furor valeat, Pentheâ cæde satisque  
 Ac super ostendit. cur non stimuletur, eatque  
 Per cognata suis exempla furoribus Ino?  
 Est via declivis funestâ hubila taxo:  
 Ducit ad infernas per muta silentia sedes.  
 Styx nebulas exhalat iners: umbræque recentes  
 Descendunt illac, simulacraque functa sepulcris.  
 Pallor Hiemsque tenent latè loca senta: novique,  
 Qua fit iter, manes, Stygiam quod ducit ad urbem,  
 [Ignorant: ubi sit nigri fera regia Ditis]  
 Mille capax aditus, & apertas undique portas  
 Urbs habet. utque fretum de totâ flumina terrâ,  
 Sic omnes animas locus accipit ille; nec ulli  
 Exiguus populo est, turbamve accedere sentit.  
 Errant exsanguis sine corpore & ossibus umbræ:  
 Parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni;  
 Pars alias artes antiquæ imitamina vitæ.  
 Sustinet ire illuc cælesti sede relicta,  
 (Tantum odiis iræque dabat) Saturnia Juno.  
 Quo simul intravit, sacroque à corpore pressum  
 Ingeniuit limen; tria Cerberus extulit ora:  
 Et tres latratus simul edidit. illa sorores  
 Nocte vocat genitas, grave & implacabile numen.  
 Carceris ante fores clausas adamante sedebant:  
 Deque suis atros pectebant crinibus angues.  
 Quam simul agnorunt inter caliginis umbras;  
 Surrexere Deæ. sedes Scelerata vocatur.  
 Viscera præbebat Tityos lanianda; novemque  
 Jugeribus distentus erat. tibi, Tantale, nullæ  
 Deprenduntur aquæ: quæq; imminet, effugit arbos.  
 Aut petis, aut urges ruiturum, Sisyphæ, saxum.  
 Volvitur Ixion: & se sequiturque fugitque.  
 Molirique suis letum patruelibus auxæ,  
 Assiduæ repetunt, quas perdant, Belides undas.  
 Quos omnes acie postquam Saturnia torvâ  
 Vidit; & ante omnes Ixionæ; rursus ab illo  
 Sisyphon aspiciens, Cur hic è fratribus, inquit,  
 Per-

Perpetuas patitur pœnas ; Athamanta superbum  
 Regia dives habet : qui me cum conjuge semper  
 Sprevit ? & exponit caussas odiique viæque ;  
 Quidque velit. quod vellet, erat, ne regia Cadmi  
 Staret ; & in facinus traherent Athamanta Sorores.  
 Imperium, promissâ, preces confundit in unum :  
 Sollicitatque Deas sic hæc Junone locutâ ,  
 Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos  
 Movit : & obstantes rejecit ab ore colúbras.  
 Atque ita, Non longis opus est ambagibus, infit.  
 Facta puta , quæcunque jubes. inamabile regnum  
 Desere : teque refer cæli melioris ad auras.

Læta redit Juno: quam cælum intrare parantem  
 Roratis lustravit aquis Thaumantias Iris.  
 Nec mora; Tisiphone madefactam sanguine sumit  
 Importuna facem : fluidoque cruore rubentem  
 Induitur pallam ; tortoque incingitur angue :  
 Egrediturque domo. Luctus comitantur euntem ,  
 Et Pavor, & Terror, trepidoque Insania vultu.  
 Limine constiterat : postes tremuisse feruntur  
 Æolii ; pallorque fores infecit acernas :  
 Solque locum fugit. monstris exterrita conjux ,  
 Territus est Athamas : tectoque exire parabant ;  
 Obstitit infelix, aditumque obsedit, Erinnyis :  
 Nexaque vipereis distendens brachia nodis ,  
 Cæsariem excussit. motæ fonuère colubræ.  
 Parsq; jacens humeris; pars circum tempora lapsæ  
 Sibila dant, saniemq; vomunt, linguasq; coruscant.  
 Inde duos mediis abrumpit crinibus angtes ;  
 Pestiferaque manu raptos immisit. at illi  
 Inoosque sinus Athamantæosque pererrant ;  
 Inspirantque graves animas: nec vulnera membris  
 Ulla ferunt. mens est, quæ diros sentiat ictus.  
 Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni ,  
 Oris Cerberei spumas, & virus Echidnæ ;  
 Erroresque vagos, cæcæque obliviam mentis ,  
 Et scelus, & lacrymas, rabiemq; , & cordis amorem ;  
 Omnia mixta simul : quæ sanguine mista recenti  
 Coxerat ære cavo, viridi versata cicutâ.  
 Dumque pavent illi; vertit furiale venenum  
 Pectus in amborum : præcordiaque intima movit.  
 Tum face jactatâ per eundem sæpius orbem ,  
 Consequitur motos velociter ignibus ignes.



Sic victrix, jussique potens, ad inania magni  
Regna redit Ditis: sumtumque recingitur anguem.

Protinus Æolides mediâ furibundus in aulâ  
Clamat, Iô, comites, his retia pandite silvis:  
Hic modo cum gemina visa est mihi prole læna.  
Utque feræ, sequitur vestigia conjugis amens:  
Deque sinu matris ridentem & parva Leärchum  
Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras  
More rotat fundæ: rigidoque infantia saxo  
Discutit ossa ferox. tum denique concita mater,  
(Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causâ veneni;)  
Exululat; passisque fugit male sana capillis.

Teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis,  
Evohe, Bacche, sonat. Bacchi sub nomine Juno  
Risit: &, Hos usus præstet tibi, dixit, alumnus.  
Imminet æquoribus scopulus. pars ima cavatur  
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus undas:  
Summa riget, frontemq; in apertû porrigit æquor.  
Occupat hunc vires infania fecerat, Ino:  
Seque super pontum, nullo tardata timore,  
Mittit, onusque suum. percussâ recanduit unda.  
At Venus immeritæ neptis miserata labores,  
Sic patruo blandita suo est: O numen aquarum,  
Proxima cui cælo cessit, Neptune, potestas;  
Magna quidem posco: sed tu miserere meorum,  
Jactari quos cernis in Iönio immenso:  
Et Dis adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto est.  
Si tamen in dio quondam concreta profundo  
Spuma fui, Graiumque manet mihi nomen ab illâ.  
Annuit oranti Neptunus; & abstulit illis,  
Quod mortale fuit, majestatemque verendam  
Imposuit; nomenque simul faciemque novavit:  
Leucotheæque Deum cum matre Palæmona dixit.

Sidonix comites, quantum valuere, secutæ  
Signa pedum, primo videre novissima saxo:  
Nec dubium de morte ratæ, Cadmeïda palmis  
Deplanxere domum scissæ cum veste capillos.  
Utque parum justæ, nimiumque in pellice sævæ  
Invidiam fecere Deæ. convicia Juno  
Non tulit: &, Faciam vos ipsas maxima, dixit,  
Sævitiæ monumenta meæ. res dicta secuta est.  
Nam quæ præcipue fuerat pia, Persequar, inquit,  
In freta reginam. saltumque datura, moveri

Haud usquam potuit : scopuloque affixa cohaesit.  
 Altera, dum solito tentat plangore ferire  
 Pectora, tentatos sentit riguisse lacertos.  
 Illa, manus ut forte tetenderat in maris undas,  
 Saxeæ facta manus in easdem porrigit undas :  
 Hujus, ut arreptum laniabat vertice crinem,  
 Duratos subito digitos in crine videres.  
 Quo quæque in gestu deprenditur, hæsit in illo.  
 Pars volucres factæ ; quæ nunc quoque gurgit  
 in illo

Æquora diffringunt sumtis Iſmenides alis.

Nescit Agenorides natam parvumque nepotem  
 Æquoris esse Deos. luctu serieque malorum  
 Victus, & ostentis, quæ plurima viderat, exit  
 Conditor urbe suâ ; tanquam Fortuna locorum,  
 Non sua se premeret : longisque erratibus actus  
 Contigit Illyricos profuga cum conjuge fines.  
 Jamq; malis annisq; graves, dum prima retractant  
 Fata domûs, releguntque suos sermone labores ;  
 Num sacer ille meâ trajectus cuspide serpens,  
 Cadmus ait, fuerit ; tum, cum Sidone profectus  
 Vipereos sparsi per humum nova semina dentes ?  
 Quem si cura Deûm tam certâ vindicat irâ,  
 Ipse precor, serpens in longam porrigar alvum.  
 Dixit : & , ut serpens, in longam tenditur alvum :  
 Duratæque cuti squamas increſcere sentit,  
 Nigraque cæruleis variari corpora guttis :  
 In pectusque cadit pronus : commissaque in unum  
 Paulatim tereti sinuântur acumine crura.  
 Brachia jam restant : quæ restant brachia tendit ;  
 Et lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,  
 Accede, ô conjux, accede, miserrima, dixit :  
 Dumq; aliquid superest de me ; me tange : manumq;  
 Accipe, dum manus est ; dum non totum occupat  
 anguis.

Ille quidem vult plura loqui : sed lingua repente  
 In partes est fissa duas. nec verba volenti  
 Sufficiunt : quotiesque aliquos parat edere questus ;  
 Sibilat. hanc illi vocem Natura relinquit.  
 Nuda manu feriens exclamat pectora conjux,  
 Cadme, mane : teque his, infelix, exue monſtris.  
 Cadme, quid hoc ? ubi pes ? ubi sunt humerique,  
 manusque ?

Et color, & facies, & dum loquor, omnia? cur non  
 Me quoque, cælestes, in eundem vertitis anguem?  
 Dixerat. ille suæ lambebat conjugis ora:  
 Inque sinus caros, veluti cognosceret, ibat;  
 Et dabat amplexus; assuetaque colla petebat.  
 Quisquis adest (aderant comites) terretur. at illos  
 Lubrica permulcent cristati colla dracones,  
 Et subito duo sunt; juxtaeque volumine serpunt;  
 Donec in appositi nemoris subiêre latebras.  
 Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec vulnere  
 lædunt:

Quidque prius fuerint, placidi meminêre dracones.  
 Sed tamen ambobus versæ solatia formæ  
 Magna nepos fuerat? quem debellata colebat  
 India: quem positis celebrabat Achæia templis.  
 Solus Abantiades ab origine cretus eadem  
 Acrisius superest, qui mœnibus arceat urbis  
 Argolicæ; contraque Deum ferat arma; genusque  
 Non putet esse Jovis. neq; enim Jovis esse putabat  
 Persea; quem pluvio Danaë conceperat auro.  
 Mox tamen Acrisium (tanta est præsentia veri,)  
 Tam violasse Deum, quam non agnôsse nepotem,  
 Pœnitet. impositus jam cælo est alter: at alter  
 Viperei referens spoliū memorabile monstri  
 Aëra carpebat tenerum stridentibus alis.  
 Cumque super Libycas victor penderet arenas;  
 Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:  
 Quas humus exceptas varios animavit in angues.  
 Unde frequens illa est infestaque terra colubris.

Inde per immensum ventis discordibus actus  
 Nunc huc, nunc illuc, exemplo nubis aquosæ,  
 Fertur; & ex alto seductas æthere longè  
 Despectat terras; totumque supervolat orbem.  
 Ter gelidas Arctos, ter Cancrī brachia vidit:  
 Sæpe sub occasus, sæpe est ablatas in ortus.  
 Jamque cadente die veritus se credere nocti  
 Constitit Hesperio regnis Atlantis in orbe;  
 Exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes  
 Evocet Auroræ; currus Aurora diurnos.  
 Hic hominum cunctos ingenti corpore præstans  
 Japetionides Atlas fuit. ultima tellus  
 Rege sub hoc & pontus erat, qui Solis anhelis  
 Equora subdit equis, & fessos excipit axes.

Mille greges illi, totidemque armenta per herba  
 Errabant: & humum vicinia nulla premebant.  
 Arboreæ frondes auro radiante nitentes.  
 Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.  
 Hospes, ait Perseus illi, seu gloria tangit  
 Te generis magni: generis mihi Jupiter auctor:  
 Sive es mirator rerum; mirabere nostras.  
 Hospitium requiemque peto. memor ille vetustæ  
 Sortis erat: Themis hanc dederat Parnasia sortem:  
 Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro  
 Arbor: & hunc prædæ titulum Jove natus habebit  
 Id metuens, solidis pomaria clauserat Atlas  
 Mœnibus, & vasto dederat servanda draconi:  
 Arcebatque suis externos finibus omnes.  
 Huic quoque, Vade procul, ne longè gloria rerum  
 Quas mentiris, ait, longè tibi Jupiter absit.  
 Vimque minis addit: foribusque expellere tentat  
 Cunctantem, & placidis miscentem fortia dictis.  
 Viribus inferior, (quis enim par esset Atlanti  
 Viribus!) At quoniam parvi tibi gratia nostra est;  
 Accipe munus, ait. lævâque a parte Medusæ  
 Ipse retroversus squallentia prodidit ora.  
 Quantus erat, mons factus Atlas, jam barba comæque;  
 In silvas abeunt; juga sunt humerique manusque.  
 Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumē.  
 Ossa lapis fiunt. tum partes auctus in omnes  
 Crevit in immensum (sic Dî statuistis,) & omne  
 Cum tot sideribus cælum requievit in illo.

Clauserat Hippotades æterno carcere ventos:  
 Admonitorque operum cælo clarissimus alto  
 Lucifer ortus erat. pennis ligat ille resumptis  
 Parte ab utraque pedes; teloque accingitur unco:  
 Et liquidum motis talaribus aëra findit.  
 Gentibus innumeris circumque infraque relictis,  
 Æthiopum populos Cephæia conspicit arva.  
 Illic immeritam maternæ pendere linguæ  
 Andromedam pœnas injustas jusserat Ammon.  
 Quam simul ad duras religatam brachia cautes  
 Vidit Abantiades; nisi quod levis aura capillos  
 Moverat; & trepido manabant lumina fletu;  
 Marmoreum ratus esset opus. trahit inscius ignes;  
 Et stupet: &, visæ correptus imagine formæ,  
 Pœne suas quaterere est oblitus in aëre pennas.

Ut stetit, O, dixit, non istis digna catenis,  
 Sed quibus inter se cupidi junguntur amantes;  
 Pande requirenti nomen terræque tuumque;  
 Et cur vincla geras. primò silet illa: nec audet  
 Appellare virum virgo: manibusque modestos  
 Celasset vultus; si non religata fuisset.  
 Lumina, quod potuit, lacrymis implevit obortis.  
 Sæpius intanti, sua ve delicta fateri  
 Nolle videretur, nomen terræque suumque,  
 Quantaque maternæ fuerit fiducia formæ,  
 Indicat. &, nondum memoratis omnibus, unda  
 Insonuit: veniensque immenso bellua ponto  
 Eminent; & latum sub pectore possidet æquor.  
 Conclamat virgo: genitor lugubris, & amens  
 Mater adest; ambo miseri, sed iustius illa.  
 Nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus,  
 Plangoremque ferunt: vinctoque in corpore adhærent.  
 Cum sic hospes ait: Lacrymarum longa manere  
 Tempora vos poterant: ad opem brevis hora ferenda  
 est.

Hanc ego si peterem Perseus Jove natus, & illâ  
 Quam clausam implevit fœcundo Jupiter auro,  
 Gorgonis anguicomæ Persæus superator, & alis  
 Æthereas ausus jactatis ire per auras;  
 Præferret cunctis certe gener. addere tantis  
 Dotibus & meritum (faveant modo numina) tentor.  
 Ut mea sit, servata meâ virtute, pacifcor.  
 Accipiunt legem, (quis enim dubitaret?) & orant,  
 Promittuntque super regnum dotale, parentes.  
 Ecce velut navis præfixo concita rostro  
 Sulcat aquas, juvenum sudantibus acta lacertis;  
 Sic fera dimotis impulsu pectoris undis  
 Tantum aberat scopulis, quantum balearica torto  
 Funda potest plumbo mediis transmittere cæli;  
 Cum subito juvenis pedibus tellure repulsâ  
 Arduus in nubes abiit. ut in æquore summo  
 Umbra viri visa est, visam fera sevit in umbram.  
 Utque Jovis præpes, vacuo cum vidit in arvo  
 Præbentem Phœbo liventia terga draconem,  
 Occupat aversum: neu fœva retorqueat ora,  
 Squamigeris avidos figit cervicibus ungues.  
 Sic celeri fissum præpes per inane volatu  
 Terga feræ pressit; dextroque frementis in armo

Inachides ferrum curvo tenus abdidit hamo.  
 Vulnere læsa gravi modo se sublimis in auras  
 Attollit : modo subdit aquis : modo more ferocis  
 Versat apri , quem turba canum circumsona terret.  
 Ille avidos morsus velocibus effugit alis :  
 Quaq; patent, nunc terga cavis super obsita conehis,  
 Nunc laterum costas, nunc qua tenuissima cauda  
 Desinit in piscem, falcato vulnerat ense.  
 Bellua puniceo mistos cum sanguine fluctus  
 Ore vomit. maduere graves aspergine pennæ.  
 Nec bibalis ultra Perseus talaribus ausus  
 Credere; conspexit scopulum: qui vertice summo  
 Stantibus extat aquis; operitur ab æquore moto.  
 Nixus eo, rupisque tenens juga prima sinistra ,  
 Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.  
 Littora cum plausu clamor superasque Deorum  
 Implevere domos. gaudent, generumque salutant ,  
 Auxiliumque domus servatoremque fatentur  
 Cassiope, Cepheusque pater. resoluta catenis  
 Incedit virgo pretiumque & causa laboris.  
 Ipse manus hauta victrices abluit unda :  
 Anguiferumque caput nudâ ne lædat arenâ ,  
 Mollit humum foliis : nataque sub æquore virgas  
 Sternit, & imponit Phorcynidos ora Medusæ.  
 Virga recens, bibulâque etiamnum viva medullâ ,  
 Vim rapuit monstri, tactuque induruit hujus :  
 Percepitque novum ramis & fronde rigorem.  
 At pelagi Nymphæ factum mirabile tentant  
 Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent :  
 Seminaque ex illis iterant jactata per undas.  
 Nunc quoque curalii; eadem natura remansit ,  
 Duritiem tacto capiant ut ab aëre; quodque  
 Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum.  
 Dis tribus ille focos totidem de cespite ponit ;  
 Lævum Mercurio, dextrum tibi, bellica virgo ;  
 Ara Jovis media est. mactatur vacca Minervæ ;  
 Alipedi vitulus ; taurus tibi, summe Deorum.  
 Protinus Andromedan & tanti præmia facti  
 Indotata rapit. tædas Hymenæus Amorque  
 Præcutiunt : largis satiantur odoribus ignes :  
 Sertaque dependent tectis : lotique, lyraque ,  
 Tibiaque, & cantus, animi felicia læti  
 Argumenta, sonant. referatis aurea valvis

Atria tota patent, pulchroque instructa paratu.  
 [Cepheni proceres ineunt convivia regis.]  
 Postquam epulis functi generosi munere Bacchi  
 Dissidère animos : cultusque habitusque locorum  
 Quærit Abantiades; quærenti protinus unus  
 [Narrat Lyncides, moresque, habitusq; virorum.]  
 Quæ simul edocuit, Nunc, ô fortissime, dixit,  
 Fære precor, Perseu, quantâ virtute, quibusque  
 Artibus abstuleris crinita draconibus ora.  
 Narrat Agenorides, gelido sub Atlante jacentem  
 Esse locum, solidæ tutum munimine molis :  
 Cujus in introitu geminas habitasse sorores  
 Phorceidas, unius partitas luminis usum :  
 Id se solerti furtim, dum traditur, astu  
 Supposita cepisse manu : perque abdita longè,  
 Deviaque, & silvis horrentia saxa fragolis  
 Gorgoneas tetigisse domos : passimque per agros,  
 Perq; vias vidisse hominum simulacra ferarumque,  
 In silicem ex ipsis visâ conversâ Medusâ :  
 Se tamen horrendæ clypei, quod læva gerebat,  
 Ære percusso formam aspexisse Medusæ :  
 Dumque gravis somnus colubrasque ipsamque te-  
 nebat,  
 Eripuisse caput collo : pennisque fugacem  
 Pegason & fratrem matris de sanguine natos,  
 Addidit & longi non falsa pericula cursus :  
 Quæ freta, quas terras sub se vidisset ab alto :  
 Et quæ jactatis tetigisset sidera pennis.  
 Ante expectatum tacuit tamen. excipit unus  
 E numero procerum, quærens, cur sola sororum  
 Gesserit alternis immistos crinibus angues.  
 Hospes ait, Quoniam scitaris digna relatu,  
 Accipe quæsitæ causam. clarissima forma,  
 Multorumque fuit spes invidiosa procorum  
 Illa ! nec in tota conspectior ulla capillis  
 Pars fuit. inveni, qui se vidisse referrent.  
 Hanc pelagi rector templo vitiasse Minervæ  
 Dicitur. aversa est, & castos ægide vultus  
 Nata Jovis texit. nec e hoc impune fuisset ;  
 Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros.  
 Nunc quoque, ut attonitos formidine terreat ho-  
 stes,  
 Pectore in adverso, quos fecit, sustinet angues.

D Umque ea Cephenum medio Danæcius heros  
 Agmine commemorat; fremidâ regalia turbâ  
 Atria complentur: nec conjugialia festa  
 Qui canat, est clamor; sed qui fera nunciet arma.  
 Inque repentinos convivia versa tumultus  
 Assimilare freto possis: quod sæva quietum  
 Ventorum rabies motis exasperat undis.  
 Primus in his Phineus, belli temerarius auctor,  
 Fraxineam quatiens æratæ cuspidis hastam;  
 En, ait, en adsum prærepta conjugis ultor.  
 Nec mihi te pennæ, nec falsum versus in aurum  
 Jupiter, eripient. conanti mittere Cepheus,  
 Quid facis? exclamat: quæ te, germane, furentem  
 Mens agit in facinus? meritissime hæc gratia tantis  
 Redditur? hac vitam servatæ dote rependis?  
 Quam tibi non Perseus, verum si quæris, ademit:  
 Sed grave Nereïdum numen, sed corniger Ammon,  
 Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti  
 Exsaturanda meis. illo tibi tempore rapta est,  
 Quo peritura fuit. nisi si, crudelis, id ipsum  
 Exigis, ut pereat: luctuque levabere nostro. (est;  
 Scilicet haut satis est, quod te spectante revincta  
 Et nullam quod opem patruus sponsusve tulisti:  
 Insuper à quoquam quod sit servata dolebis;  
 Præmiaque eripies? quæ si tibi magna videntur;  
 Ex illis scopulis, ubi erant affixa, petisses:  
 Nunc sine, qui petiit, per quem non orba senectus,  
 Ferre, quod & meritis & voce est pactus: eumque  
 Non tibi, sed certæ prælatum intellige morti.  
 Ille nihil contra: sed & hunc, & Persea vultu  
 Alterno spectans, petat hunc ignorat, an illum.  
 Cunctatusque brevi, contortam viribus hastam,  
 Quantas ira dabat, nequicquam in Persea misit.  
 Ur stetit illa toro; stratis tum denique Perseus  
 Exsiluit: teloque ferox inimica remisso  
 Pectora rupisset; nisi post altaria Phineus  
 Isset: & (indignum) scelerato profuit ara.  
 Fronte tamen Rhœti non irrita cuspis adhæsit.  
 Qui postquâ cecidit, ferrumq; ex osse revulsum est,  
 Palpitat, & positas aspergit sanguine mensas.  
 Tum verò indomitas ardescit vulgus in iras:



Telaque conjiciunt. & sunt, qui Cephea dicant  
 Cum genero debere mori. sed limine recti  
 Exierat Cepheus, testatus jusque, fidemque,  
 Hospitiique Deos, ea se prohibente moveri.  
 Bellica Pallas adest; & protegit ægide fratrem:  
 Datq; animos. erat Indus Athis, quem flumine Gange  
 Edita Limnate vitreis peperisse sub antris  
 Creditur, egregius forma: quam divite cultu  
 Augebat, bis adhuc octonis integer annis;  
 Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat  
 Aureus: ornabant aurata monilia collum;  
 Et madidos myrrhâ curvum crinale capillos.  
 Ille quidem jaculo quamvis distantia misso  
 Figere doctus erat; sed tendere doctior arcus.  
 Tum quoq; lenta manu flectentem cornua Perseus  
 Stipite, qui mediâ positus fumabat in arâ,  
 Perculit; & fractis confudit in ossibus ora.  
 Hunc ubi laudatos jactantem in sanguine vultus  
 Assyrius vidit Lycabas; junctissimus illi  
 Et comes, & veri non dissimulator amoris;  
 Postquam exhalantem sub acerbo vulnere vitam  
 Deploravit Athin; quos ille tetenderat, arcus  
 Arripit: & Mecum tibi sint certamina, dixit:  
 Nec longum pueri fato latabere; quo plus  
 Invidiæ, quam laudis, habes. hæc omnia nondum  
 Dixerat: emicuit nervo penetrabile telum:  
 Vitatumque, tamen sinuosa veste pependit.  
 Vertit in hunc harpen spectatam cæde Medusæ  
 Acrisioniades, adigitque in pectus. at ille  
 Jam moriens, oculis sub nocte natantibus atrâ,  
 Circumspexit Athin: seque acclinavit in illam:  
 Et tulit ad manes junctæ solatia mortis.  
 Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,  
 Et Libys Amphinedon, avidi committere pugnam,  
 Sanguine, quo tellus latè madefacta tepebat,  
 Conciderant lapsi: surgentibus obstitit ensis,  
 Alterius costis, jugulo Phorbantis adactus.  
 At non Actoriden Erithon, cui lata bipennis  
 Telum erat, admoto Perseus petit ensē: sed alcis  
 Existantem signis, multæque in pondere massæ,  
 Ingentem manibus tollit cratera duabus;  
 Infigitque viro. rutilum vomit ille cruorem:  
 Et resupinus humum moribundo vertice pulsat.

Inde Semiramio Polydæmona sanguine cretum,  
 Caucaſiumque Abarin, Sperchionidenq; Lycetum,  
 Intonſumq; comas Elycen, Phlegianque, Clytumq;  
 Sternit: & exſtructos morientum calcat aceros.  
 Nec Phineus auſus concurrere cominus hoſti,  
 Intorquet jaculum: quod detulit error in Idan,  
 Expertem fruſtra belli, & neutra arina ſecutum.  
 Ille tuens oculis immitem Phinea toriſ, (neu,  
 Quandoquidem in partes, ait, abitrahor, accipe, Phi-  
 Quem ſeciſti hoſtem; penſaque hoc vulnere vulnus.  
 Jamque remiſſurus tractum de corpore telum  
 Sanguine defectos cecidit collapſus in artus.  
 Hic quoque Cephenum poſt regem primus Odites  
 Enſe jacet Clymeni: Protenora perculit Hypſeus:  
 Hypſea Lyncides. fuit & grandævus in illis  
 Emathion, æqui cultor, timidusque Deorum:  
 Quem quoniam prohibent anni bellare, loquendo  
 Iugnat; & inceſſit, ſcelerataque devovet arma.  
 Huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis  
 Demetit enſe caput; quod protinus incidit aræ:  
 Atque ibi ſemanimi verba exſecrantia lingua  
 Edidit, & medios animam exſpiravit in ignes.  
 Hinc gemini fratres, Broteaſq; & caſtibus Ammon  
 Inviſti, vinci ſi poſſent caſtibus enſes,  
 Phineâ cecidère manu: Cereriſque ſacerdos  
 Ampycus, albenſi velatus tempora vittâ.  
 Tu quoque, læpetide, non hos adhibendus in uſus;  
 Sed qui pacis opus citharam cum voce moveres;  
 Juſſus eras celebrare dapes, feſtumque canendo.  
 Cui præcul aſtanti, pleſtrumque imbelles tenenti,  
 Pettalus, I, ridens, Stygiis cane cætera, dixit,  
 Manibus: & lævo mucronem tempore figit.  
 Concidit, & digitis morientibus ille retentat  
 Fila lyra: caſuque canit miſerabile carmen.  
 Non ſinit hunc impune ferox cecidiſſe Lycormas:  
 Raptaque de dextro robuſta repagula poſſi  
 Oſſibus illidit mediæ cervicis. at ille  
 Procubuit terræ maſtati more juveni.  
 Bemere tentabat lævi quoque robora poſſi  
 Ginyphius Pelates. tentanti dextera ſixa eſt  
 Cuſpide Marmaridæ Corythi; lignoque co hæſit.  
 Hærenti latus hauſit Abas: nec corruit ille;  
 Sed retinente manum inoriens è poſte pendit.

Sternitur & Melaneus Persæia castra secutus ;  
 Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri ;  
 Dives agri Dorylas : quo non possederat alter  
 Latus, aut totidem tollebat farris acervos.  
 Hujus in obliquo missum stetit inguine ferrum :  
 Letifer ille locus. quem postquam vulneris auctor  
 Singultantem animam, & versantem lumina vidit  
 Bactrius Halcyoneus, Hoc quod premis, inquit,  
 habeto

De tot agris terræ : corpusque ex sanguine reliquit.  
 Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam  
 Ultor Abantiades : media quæ nare recepta  
 Cervice exacta est, in partesque eminet ambas.  
 Dumque manum Fortuna juvat; Clytiūq; Claniq;  
 Matre ratos una, diverso vulnere fudit.  
 Nam Clytū per utrumque gravi librata lacerto  
 Fraxinus acta femur: jaculū Clani ore momordit.  
 Occidit & Celadon Mendesius: occidit Aitreus,  
 Matre Palæstinā, dubio genitore creatus.  
 Æthionque sagax quondam ventura videre ;  
 Nunc ave deceptus falsa: regisq; Thoactes  
 Armiger, & caso genitore infamis Agyrtes.  
 Plus tamē exhausto superest: namque omnibus unū  
 Opprimere est animus. conjurata undique pugnant  
 Agmina pro causā meritā impugnante fideinque.  
 Hac pro parte focer frustra pius, & nova conjux,  
 Cum genitrice, favent; ululatuque atria complent.  
 Sed sonus armorum superat, gemitusque cadentum:  
 Pollutosque semel multo Bellona Penates  
 Sanguine perfundit; renovataque prælia miscet.  
 Circueunt unum Phineus, & mille secuti  
 Phinea. tela volant hibernā grandine plura  
 Præter utrumq; latus, præterq; & lumen & aures.  
 Applicat hinc humeros ad magnæ saxa columnæ :  
 Tutaque terga gerens, adversaque in agmina versus,  
 Sustinet instantes. instabant parte sinistra  
 Chæonius Molpeus, dextra Nabathæus Ethemon.  
 Tigris ut, auditis diversā valle duorum  
 Extimulata fame mugitibus armentorum,  
 Nescit utrò potius ruat; & ruere ardet utroque :  
 Sic dubius Perseus, dextrā levāne feratur,  
 Molpea trajecti submovit vulnere cruris; (mon;  
 Contentusq; fugā est. neque enim dat tempus Ethe-

Sed furit : & cupiens alto dare vulnera collo ,  
 Non circumspectis exactum viribus ensem  
 Fregit : & extrema percussæ parte columnæ  
 Lamina dissiluit ; dominique in gutture fixa est.  
 Non tamen ad letum caussas satis illa valentes  
 Plaga dedit. trepidum Perseus, & inermiâ frustra  
 Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.  
 Verum ubi virtutem turbæ succumbere vidit ,  
 Auxilium, Perseus, quoniam sic cogitis ipsi ,  
 Dixit, ab hoste petam : vultus avertite vestros ,  
 Siquis amicus adest : & Gorgonis extulit ora.  
 Quære alium, tua quem moveant miracula, dixit  
 Thescelus : utque manu jaculum fatale parabat  
 Mittere , in hoc hæsit signum de marmore gestu.  
 Proximus huic Ampyx animi plenissima magni  
 Pectora Lyncidæ gladio petit : inque petendo  
 Dextera dirigit, nec citra mota nec ultra.  
 At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo  
 Ementitus erat, clypeo quoque flumina septem  
 Argento partim, partim cælaverat auro ,  
 Aspice, ait, Perseu, nostræ primordia gentis :  
 Magna ferēs tacitas solatia mortis ad umbras ,  
 A tanto cecidisse viro. pars ultima vocis  
 In medio suppressa sono est : ad aperta que velle  
 Ora loqui credas ; nec sunt ea pervia verbis.  
 Increpat hos, Viti que animi non crinibus, inquit,  
 Gorgoneis torpetis, Eryx : incurrite mecum ; tem.  
 Et prosterne huius juvenem magica arma movent.  
 Incursum erat ; tenuit vestigia tellus :  
 Immobilis que silex armata que mansit imago.  
 Hi tamen ex merito pœnas subire. sed unus  
 Miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aconteus,  
 Gorgone conspecta saxo concrevit oborto.  
 Quem ratus Altyages etiamnum vivere, longo  
 Ense ferit : sonuit tinnitibus ensis acutis.  
 Dum stupet Altyages ; naturam traxit eandem :  
 Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.  
 Nomina longa mora est mediâ de plebe virorum  
 Dicere. bis centum restabant corpora pugne :  
 Gorgone bis centum riguerunt corpora visa.  
 Pœnitet injusti nunc denique Phineæ belli.  
 Sed quid agat ? simulacra videt diversa figuris ;  
 Agnoscitque suos : & nomine quemque vocatos  
Pœscit

Pofcit opem: credensque parum, sibi proxima tangit  
 Corpora: marmor erant. avertitur; atq; ita supplex,  
 Confessasque manus, obliquaque brachia tendens,  
 Vincis, ait, Perſeu: remove fera monſtra; tuæque  
 Saxificos vultus, quæcunque ea, tolle Meduſæ.

Tolle, precor. non nos odium regnive cupido  
 Compulit ad bellum: pro conjuge movimus arma.

Cauſâ fuit meritis melior tua, tempore noſtra.

Non ceſſiſſe piget. nihil, ô fortiffime, præter  
 Hanc animam concede mihi: tua cætera ſunto.

Talia dicenti, neque eum, quem voce rogabat,

Reſpicere audenti, Quod, ait, timidiffime Phineu,  
 Et poſſum tribuiſſe, & magnum munus inerti eſt,

(Pone metum, tribuam: nullo violabere ferro.

Quin etiam manſura dabo monumenta per ævum;

Inque domo ſoveri ſemper ſpectabere noſtri:

Ut mea ſe ſponſi ſoletur imagine conjux.

Dixit: & in partem Phorcynida tranſtulit illam,

Ad quam ſe trepido Phineus obverterat ore.

Tum quoque conanti ſua flectere lumina cervix

Diriguit, ſaxoque oculorum induruit humor.

Sed tamen os timidû, vultuſq; in marmore ſupplex,

Submiſſæque manus, facieſque obnoxia manſit.

Victor Abantiades patrios cum conjuge muros

Intrat: & immerita vindex ultorque parentis

Aggreditur Proctum. nam fratre per arma fugato

Acriſionæas Prætus poſſederat arces.

Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat, arce

Torva colubriferi ſuperavit lumina monſtri.

Te tamen, ô parvæ rector Polydeſta Seriphi,

Nec juvenis virtus per tot ſpectata labores,

Nec mala mollierant: ſed inexorabile durus

Exerces odium: nec iniquâ ſinis in ira eſt.

Detreſtas etiam laudes: fictamque Meduſæ

Arguite eſſe necem. Dabimus tibi pignora veri;

Parcite luminibus, Perſeus ait: oraue regis

Ore Meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit.

Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri

Se dedit. inde cava circumdata nube Seriphon

Deſerit; a dextrâ Cythno Gyaroque relictis.

Quaque ſuper pontum via viſa breviffima, Thebas,

Virginemque Heliconâ petit; quo monte potita

Conſtitit; & doctas ſic eſt affata ſorores:

Fama novi fontis nostras pervenit ad aures ;  
 Dura Medusæi quem præpetis ungula rupit.  
 Is mihi caussa viæ. volui mirabile monstrum  
 Cernere: vidi ipsum materno sanguine nasci.  
 Excipit Uranie: Quæcunque est caussa videndi  
 Has tibi, Diva, domos, animo gratissima nostro es.  
 Vera tamen fama est: & Pegasus hujus origo  
 Fontis. & ad latices deducit Pallada sacros.  
 Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas,  
 Silvarum lucos circumspicit antiquarum ;  
 Antraque, & innumeris distinctas floribus herbas:  
 Felicesque vocat pariter studiique locique  
 Mnemonidas. quam sic affata est una sororum :  
 O, nisi te virtus opera ad majora tulisset,  
 In partem ventura chori Tritonia nostri,  
 Vera refers; meritoque probas artesque locumque :  
 Et gratam sortem, tutæ modo simus, habemus.  
 Sed (vetitum est adeo sceleri nihil) omnia terrent  
 Virgineas mentes: dirusque ante ora Pyreneus  
 Vertitur: & nondum me tota mente recepi.  
 Daulia Threicio Phocæque milite rura  
 Ceperat ille ferox, iniustaque regna tenebat.  
 Tempa petebamus Parnasia. vidit euntes :  
 Nostraque fallaci veneratus numina cultu ;  
 Mnemonides (cognorat enim), consistite, dixit :  
 Nec dubitate, precor, tecto grave sidus, & imbrem  
 (Imber erat) vitare meo: subière minores  
 Sæpe casas Superi. dictis & tempore motæ  
 Annuimusque viro, primasque intravimus ædes.  
 Desierant imbres; victoque Aquilonibus Austro,  
 Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.  
 Impetus ire fuit. claudit sua tecta Pyreneus :  
 Vimque parat: quam nos sumtis effugimus alis.  
 Ipse secuturo similis stetit arduus arce :  
 Quaque via est vobis, erit & mihi, dixit, eadem.  
 Seque jacit vecors è summæ culmine turris :  
 Et cadit in vultus, discussique ossibus oris  
 Tundit humû moriens scelerato sanguine tinctam.  
 Musa loquebatur. pennæ sonuere per auras :  
 Voxque salutantum ramis veniebat ab altis.  
 Suspicit; & linguæ quarrit tam certa loquentes  
 Unde sonent: hominemque putat Jove nata locutû.  
 Ales erant; numeroque novem sua fata querentes

Institerant ramis imitantes omnia picæ.  
 Miranti sic orsa Deæ Dea: Nuper & istæ  
 Auxerunt volucrem victæ certamine turbam.  
 Pæros has genuit Pellæis dives in arvis.  
 Pæronis Evippe mater fuit. illa potentem  
 Lucinam novies, novies paritura, vocavit.  
 Intumuit numero stolidarum turba sororum :  
 Perque tot Hæmonias, & per tot Achæidas urbes  
 Huc venit: & tali committunt prælia voce :  
 Desinite indoctum vana dulcedine vulgus  
 Fallere. nobiscum, si quæ est fiducia vobis,  
 Thespiades certate Deæ. nec voce, nec arte  
 Vincemur; totidemque sumus. vel cedite victæ  
 Fonte Medusæo, & Hyanteâ Aganippe :  
 Vel nos Emathiis ad Pæonas usque nivosos  
 Cedamus campis. dirimant certamina Nymphæ.  
 Turpe quidem contendere erat; sed cedere visum  
 Turpius. electæ jurant per flumina Nymphæ ;  
 Factaque de vivo pressere sedilia saxo.  
 Tunc, sine sorte prior quæ se certare professa est,  
 Bella canit Superùm : falsoque in honore Gigantas  
 Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum ;  
 Emissumque ima de sede Typhoëa terræ  
 Cælitibus fecisse metum; cunctosque dedisse  
 Terga fugæ: donec sessos Ægyptia tellus  
 Ceperit, & septem discretus in ostia Nilus.  
 Huc quoque terrigenam venisse Typhoëa narrat,  
 Et se mentitis Superos celasse figuris :  
 Duxque gregis, dixit, sit Jupiter; unde recurvis  
 Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus  
 Ammon.

Delius in corvo, proles Semeleïa capro,  
 Fele soror Phœbi, niveâ Saturnia vaccâ,  
 Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibdidis alis.

Hactenus ad citharam vocalia moverat ora :  
 Poscimus Aônides. sed forsitan otia non sint ;  
 Nec nostris præbere vacet tibi cantibus aurem.  
 Ne dubita, vestrumque mihi refer ordine carmen,  
 Pallas ait: nemorisque levi confedit in umbra.  
 Musâ refert: Dedimus summam certaminis uni.  
 Surgit, & immisos hederâ collecta capillos  
 Calliope querulas prætentat pollice chordas :  
 Atque hæc percussis subjungit carmina nervis.

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro :  
 Prima dedit fruges, alimenta que mitia terris ;  
 Prima dedit leges. Cereris fumus omnia munus.  
 Illa canenda mihi est. utinam modo dicere possem  
 Carmina digna Deæ! certè Dea carmine digna est.  
 Vasta giganteis ingesta est insula membris  
 Trinacris ; & magnis subiectum molibus urget  
 Æthereas ausum sperare Typhoëa sedes.  
 Nititur ille quidem, pugnatque resurgere sæpe :  
 Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro :  
 Læva, Pachyne, tibi : Lilybæo crura premuntur :  
 Degravat Ætna caput : sub qua resupinus arenas  
 Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhœus.  
 Sæpe remoliri luctatur pondera terræ ;  
 Oppidaque, & magnos evolvere corpore montes.  
 Inde tremitt tellus: & Rex pavet ipse silentium ,  
 Ne pateat, latoque solum retegatur hiatu ;  
 Immissusque dies trepidantes terreat umbras.  
 Hanc metuens cladem tenebrosa sede tyrannus  
 Exierat : curruque atrorum vectus equorum  
 Ambibat Siculæ cautus fundamenta terræ.  
 Postquam exploratum satis est, loca nulla labare ;  
 Depolitique metus : videt hunc Erycina vagantem  
 Monte suo residens, natumque amplexa volucrem ;  
 Arma manusque meæ, mea, nate, potentia, dixit,  
 Illa, quibus superas omnes, cape tela, Cupido,  
 Inque Dei pectus celeres molire sagittas,  
 Cui triplicis cessit fortuna novissima regni.  
 Tu superos, ipsamque Jovem, tu numina ponti  
 Vincta domas, ipsumque, regit qui numina ponti.  
 Tartara quid cessant ? cur non matrisque tuumque  
 Imperium profers ? agitur pars tertia mundi.  
 Et tamen in cælo quoque tanta potentia nostro  
 Spernitur : ac mecum vires minuuntur Amoris.  
 Pallada nonne vides, jaculatricemque Dianam  
 Abcessisse mihi ? Cereris quoque filia virgo,  
 Si patiemur, erit : nam spes affectat eandem.  
 At tu, pro socio si qua est mea gratia regno,  
 Junge Deam patruo. dixit Venus. ille pharëtram  
 Solvit : & arbitrio matris de mille sagittis  
 Unam seposuit. sed qua nec acutior ulla,  
 Nec minus incerta est, nec quæ magis audiat arcu.  
 Oppositoque genu curvavit flexile cornu :



Inque cor hamata percussit arundine Ditem.

Haud procul Hennæis lacus est à mœnibus altæ,  
Nomine Pergus, aquæ. non illo plura Cæystros  
Carmina cygnorum labentibus audit in undis.

Silva coronat aquas, cingens latus omne, suisque  
Frondebis, ut velo, Phœbéos submovet ignes.

Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.

Perpetuum ver est. quo dum Proserpina luco

Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit;

Dumque puellari studio calathosque sinumque

Implet, & æquales certat superare legendo,

Pæne simul visa est, dilectaque, raptaque Diti:

Usque adeò properatur amor. Dea territa mœsto

Et matrem, & comites, sed matrem sæpius, ore

Clamat: &, ut summâ vellem laniarat ab orâ,

Collecti flores tunicis cecidère remissis.

Tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis:

Hæc quoque virgineum movit jactura dolorem.

Raptor agit currus: & nomine quemque vocatos

Exhortatur equos. quorum per colla jubasque

Excudit obscura tinctas ferrugine habenas.

Perque lacus altos, & olentia sulfure fertur

Stagna Palicorum ruptâ ferventia terrâ:

Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho

Inter inæquales posuerunt mœnia portus.

Est medium Cyanes, & Pisææ Arethusæ,

Quod coit angustis inclusum cornibus æquor.

Hic fuit, à cuius stagnum quoq; nomine dictū est,

Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas;

Gurgite quæ medio summâ tenus exstitit alvo,

Agnovitque Deum: Nec longius ibitis, inquit.

Non potes invitæ Cereris gener esse. roganda;

Non rapienda fuit. quod si componere magnis

Parva mihi fas est; & me dilexit Anapis.

Exorata tamen; nec, ut hæc, exterrita nupss.

Dixit: &, in partes diversas brachia tendens,

Obstitit: haud ultra tenuit Saturnius iram:

Terribilesque hortatus equos, in gurgitis ima

Contortum valido sceptrum regale lacerto

Condidit. iecta viam tellus in Tartara fecit:

Et pronos currus medio cratere recepit.

At Cyane, raptamque Deam, contemtaque fontis

Jura sui mœrens, inconsolabile vulnus

Mente gerit tacita; lacrymisque absumitur omnis :  
 Et, quarum fuerat magnum modo numen, in illas  
 Extenuatur aquas. molliri membra videres :  
 Ossa pati flexus : ungues poluisse rigorem :  
 Primaque de tota tenuissima quæque liquefcunt ;  
 Cærulei crines, digitique, & crura, pedesque :  
 Nam brevis in gelidas membris exilibus undas  
 Transitus est post hæc tergumq; , humeriq; , latusq; ,  
 Pectoraque in tenues abeunt evanida rivos.  
 Denique pro vivo vitiatas sanguine venas  
 Lympha subit: restatq; nihil, quod prendere possis.

Interea pavida nequicquam filia matri  
 Omnibus est terris, omni quæstia profusa. lo.  
 Illam non rutilis veniens Aurora capillis  
 Cessantem vidit, non Hesperus. illa duabus  
 Flammi ferâ pinus manibus succendit ab Ætnâ ;  
 Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras.  
 Rursus, ubi alma dies hebetarat sidera, natam  
 Solis ad occasus Solis quærebat ab ortu.  
 Fessâ labore sitim collegerat; oraque nulli  
 Colluerant fontes: cum testam stramine vidit  
 Forte casam ; parvasque fores pulsavit : at inde  
 Prodit anus; Divamque videt; lymphamq; rogantî,  
 Dulce dedit, tostâ quod coxerat ante polentâ.  
 Dum bibit illa datum ; duri puer oris & audax  
 Constitit ante Deam ; risitque, avidamque vocavit.  
 Offensa est : neque adhuc epota parte loquentem  
 Cum liquido mistâ perfudit Diva polentâ.  
 Combibit os maculas; & , qua modo brachia gessit,  
 Crura gerit: cauda est mutatis addita membris :  
 Inque brevem formam, ne sit vis magna nocendi,  
 Contrahitur: parvaque minor mensura lacerta est.  
 Mirantem, stentemque, & tangere monstra parantē  
 Fugit anum ; latebramque petit: aptumque colori  
 Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

Quas Dea per terras, & quas erraverit undas,  
 Dicere longa mora est quærenti defuit orbis.  
 Sicaniam repetit. dunique omnia lustrat eundo ;  
 Venit & ad Cyanen : ea, ni mutata fuisset ,  
 Omnia narrasset. sed & os & lingua volenti  
 Dicere non aderant: nec, quo loqueretur, habebat.  
 Signa tamen manifesta dedit: notamque parenti  
 Illo forte loco delapsam gurgite sacro

Persephones zonam summis ostendit in undis.  
 Quam simul agnovit, tanquam tum denique raptā  
 Scilicet, inornatos laniavit Diva capillos:  
 Et repetita suis percussit pectora palmis.  
 Nec scit adhuc ubi sit: terras tamen increpat omnes;  
 Ingratasque vocat, nec frugum munere dignas,  
 Trinacriam ante alias, in qua vestigia <sup>as</sup> <sup>si</sup>  
 Repperit. ergo illic sœva vertentia gleb  
 Fregit aratra manu: parilique irata colubos  
 Ruricolasque boves leto dedit: arvaque jussit  
 Fallere depositum; vitiatasque semina fecit.  
 Fertilitas terræ latum vulgata per orbem  
 Cassa jacet: primis segetes moriuntur in herbis:  
 Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber.  
 Sideraque, ventique nocent: avidaque volucres  
 Semina jacta legunt: lolium, tribulique fatigant  
 Triticeas messes, & inexpugnabile gramen.  
 Cum caput Elæis Alpheias extulit undis:  
 Rorantesque comas a fronte removit ad aures:  
 Atque ait: O toto quæsitæ virginis orbe,  
 Et frugum genitrix, immensos siste labores:  
 Neve tibi sîdæ violenta irascere terræ.  
 Terra nihil meruit: patuitque invita rapinæ.  
 Nec sum pro patria supplex: huc hospita veni.  
 Pisâ mihi patria est: & ab Elide ducimus ortum.  
 Sicaniam peregrina colo: sed gratior omni  
 Hæc mihi terra solo est. hos nunc Aethusa penates,  
 Hanc habeo sedem; quam tu, mitissima, serva.  
 Mota loco cur sim, tantique per æquoris undas  
 Advehar Ortygiam, veniet narratibus hora  
 Tempestiva meis: cum tu curisque levata,  
 Et vultus melioris eris. mihi pervia tellus  
 Præbet iter: subterque imas ablata cavernas  
 Hic caput attollo: desuetaque sidera cerno.  
 Ergo, dum Stygio sub terris gurgite labor,  
 Visa tua est oculis illic Proserpina nostris.  
 Illa quidem tristis, nec adhuc interrita vultu;  
 Sed regina tamen, sed opaci maxima mundi;  
 Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.  
 Mater ad auditas stupuit, ceu saxea, voces:  
 Attonitæque diu similis fuit. utque dolore  
 Pulsa gravi gravis est amentia; curribus auras  
 Exit in æthereas: ibi toto nubila vultu

Ante Jovem passis stetit invidiosa capillis.  
 Proque meo veni supplex tibi, Jupiter, inquit,  
 Sanguine, proque tuo. si nulla est gratia matris;  
 Nata patrem moveat: neu sit tibi cura precamur  
 Vilior illius, quod nostro est edita partu.  
 En quæsitæ diu tandem mihi nata reperta est:  
 Si reperire vocas, amittere certius; aut si  
 Scire ubi, reperire vocas. quod raptæ, feremus.  
 Dummodo reddat eam. neq; enim prædone marito  
 Filia digna tua est; si jam nœa filia digna est.  
 Jupiter excepit: Commune est pignus onasque  
 Nata mihi tecum: sed, si modo nomina rebus  
 Addere vera placet, non hoc injuria factum,  
 Verum amor est: neq; erit nobis gener ille pudori.  
 Tu modo, Diva, velis. ut desint cætera, quantum est  
 Esse Jovis fratrem! quid quod nec cætera desunt,  
 Nec cedit nisi sorte mihi? sed tanta cupido  
 Si tibi discidium; repetat Proserpina cælum:  
 Lege tamen certa; si nullos contigit illic  
 Ore cibos. nam sic Parcarum fœdere cautum est.

Dixerat. at Cereri certum est educere natam.  
 Non ita fata sinunt. quoniam jejunia virgo  
 Solverat. & cultis dum simplex errat in hortis,  
 Puniceum curva decerpserat arbore pomum:  
 Sumtaque pallenti septem de cortice grana  
 Presserat ore suo. solusque ex omnibus illud  
 Viderat Ascalaphus: quem quondã dicitur Orphne,  
 Inter Avernales haud ignotissima Nymphas,  
 Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris.  
 Vidit: & indicio reditum crudelis ademit.  
 Ingemuit regina Erebi, testemque profanam  
 Fecit avem: sparsimq; caput Phlegethontide lym-  
 In rostrum, & plumas, & grandia lumina vertit.  
 Ille sibi ablatus fulvis amicitur ab alis;  
 Inque caput crescit; longosque reflectitur ungues;  
 Vixque movet natas per inertia brachia pennas:  
 Fœdaque fit volueris, venturi nuncia luctus,  
 Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

Hic tamen indicio pœnam linguaque videri  
 Commeruisse potest. vobis, Acheloides, unde  
 Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?  
 An quia, cum legeret vernos Proserpina flores,  
 In comitum numero mistæ, Sirenes, gratis?

Quam

Quam postquam toto frustra quæstistis in orbe ;  
 Protinus ut vestram sentirent æquora curam ,  
 Possè super fluctus alarum insistere remis  
 Optastis : facilesque Deos habuistis, & artus  
 Vidistis vestros subitis flavescere pennis.  
 Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures ,  
 Tantaque dos oris linguæ deperderet usum ;  
 Virginei vultus, & vox humana remansit.

At medius fratrisque sui mœstæque sororis  
 Jupiter ex æquo volentem dividit annum.  
 Nunc Dea regnorum numen commune duorum  
 Cum matre est totidè, totidè cum conjugè mensès.  
 Vertitur extemplo facies & mentis & oris :  
 Nam, modo quæ poterat Diti quoq; mœsta videri ,  
 Læta Deæ frons est : ut Sol, qui tectus aquosis  
 Nubibus ante fuit, victis ubi nubibus exit.

Exigit alma Ceres, natâ secura repertâ ,  
 Quæ tibi causâ vitæ : cur sis , Arethusa, sacer fons.  
 Conticuère undæ : quarum Dea sustulit alto  
 Fonte caput : viridesque manu siccata capillos  
 Fluminis Elæi veteres narravit amores.  
 Pars ego Nympharum, quæ sunt in Achæide, dixit,  
 Una fui : nec me studiosius altera saltus  
 Legit, nec posuit studiosius altera castès.  
 Sed quamvis formæ nunquam mihi fama petita est,  
 Quamvis fortis eram ; formosæ nomen habebam :  
 Nec mea me facies nimium laudata juvabat.  
 Quaque aliæ gaudere solent, ego rustica dote  
 Corporis erubui ; crimenque placere putavi.  
 Lassa revertēbar (memini) Stymphalide silva.  
 Æstus erat: magnumque labor geminaverat æstum.  
 Invenio sine vortice aquas, sine murmure euntes,  
 Perspicuas imo ; per quas numerabilis alta  
 Calculus omnis erat ; quas tu vix ire putares.  
 Cana salicta dabant , nutritaque populus unda ,  
 Sponte sua natas ripis declivibus umbras.  
 Accessi ; primumque pedis vestigia tinxit :  
 Poplite deinde tenus, neque eo contenta, recingor :  
 Molliaque impono salici velamina curvæ :  
 Nudaq; mergor aquis, quas dum ferioq; trahoque  
 Mille modis labens, excussaque brachia jacto :  
 Nescio quod medio sensu sub gurgite murmur :  
 Territaque insisto propioris margine ripæ.

Quo properas, Arethusi? suis Alpheus ab undis,  
 Quo properas? iterum rauco mihi dixerat ore.  
 Sicut eram, fugio sine vestibus, altera vestes  
 Ripa meas habuit, tanto magis instat, & ardet:  
 Et quia nuda fui, sum visa paratior illi.  
 Sic ego currebam; sic me ferus ille premebat:  
 Ut fugere accipitrem penna trepidante columbæ,  
 Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.  
 Usq; sub Orchomenon, Psophidaque, Cyllenenque,  
 Mænaliosq; sinus, gelidumq; Erimanthon, & Elin  
 Currere sustinui, nec me velocior ille.  
 Sed tolerare diu cursus ego viribus impar  
 Non poteram: longi patiens erat ille laboris.  
 Per tamen & campos, per opertos arbore montes,  
 Saxa quoque, & rupes, & qua via nulla, cucurri.  
 Sol erat à tergo: vidi præcedere longam  
 Ante pedes umbram: nisi si timor illa videbat.  
 Sed certè sonituque pedum terrebar; & ingens  
 Crinales vittas afflabat anhelitus oris.  
 Feisa labore fugæ, fer opem, deprendimur, inquam,  
 Armigeræ, Dictynna, tuæ: cui scopè dediti  
 Ferre tuos arcus, inclusaque tela pharëtra.  
 Nota Dea est; spissisque ferens è nubibus unam  
 Me super injecit. lustrat caligine tectam  
 Annis; & ignarus circum cava nubila quærit.  
 Bisque locum, quo me Dea texerat, inscius ambit:  
 Et bis, Iö Arethusa, Iö Arethusa, vocavit. (est,  
 Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnæ  
 Siqua lupos audit circum stabula alta frementes?  
 Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit  
 Ora canum, nulloque audet dare corpore motus?  
 Non tamen abscedit: neque enim vestigia cernit  
 Longius ulla pedum. seruat nubemque locumque.  
 Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus;  
 Caruleæque cadunt toto de corpore guttæ.  
 Quaque pedem movi, manat lacus: eque capillis  
 Ros cadit: & citius, quam nunc tibi fata renarro,  
 In laticem mutor. sed enim cognoscit amatas  
 Annis aquas, positoque viri, quod sumferat, ore,  
 Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.  
 Delia rumpit humum. cæcis ego mersa cavernis  
 Addebor Ortygiam: quæ me cognomine Divæ  
 Grata meæ superas eduxit prima sub auras.

Hæc Arethusa tenuis geminos Dea fertilis angues  
 Curribus admovit; fransque coercuit ora:  
 Et medium cæli terræque per aëra uesta est:  
 Atque leuem currum Tritonida misit in arcem  
 Triptolemo; partimque rudi data semina iussit  
 Spargere humo, partim post tempora longa recultæ.  
 Jam super Europen sublimis & Asida terras  
 Væctus erat juvenis; Scythicas advertitur oras.  
 Rex ibi Lynceus erat. regis subit ille penates.  
 Qua veniat, causamque viæ, nomenque rogatus,  
 Et patriam, Patria est claræ mihi, dixit, Athenæ;  
 Triptolemus nomen. veni nec puppe per undas,  
 Nec pede per terras: patuit mihi pervius æther.  
 Dona fero Cereris; latos quæ sparsa per agros  
 Frugiferas messes, alimenta que mitia reddant.  
 Barbarus invidit: tantique ut muneris auctor  
 Ipse sit; hospitio recipit: somnoque gravatum  
 Aggreditur ferro. conantem figere pectus  
 Lynceus Ceres fecit: rursusque per aëra misit  
 Mopsopium juvenem sacros agitare jugales.

Fimierat dictos è nobis maxima cantus.  
 At Nymphæ vicisse Deas Heliconæ colentes  
 Concordi dixere sono. convicia victæ  
 Cum jacerent, Quoniam, dixit, certamine vobis  
 Supplicium meruisse parum est, maledictaque culpæ  
 Additis, & non est patientia libera nobis;  
 Ibimus in pœnas; & qua vocat ira, sequemur.  
 Rident Emathides, spernuntque minacia verba;  
 Conatæque loqui, & magno clamore protervas  
 Intentare manus, pennas exire per unguis  
 Aspexere suos, operiri brachia plumis:  
 Alteraque alterius rigido concrefcere rostro  
 Ora vident, volucresque novas accedere silvis.  
 Dumque volunt plangi; per brachia mota levatæ  
 Aëre pendebant nemorum convicia picæ,  
 Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,  
 Rauaque garrulitas, studiumque immane loquendi.

## METAMORPHOSEON LIB. VI.

**P** Ræbuerat dictis Tritonia talibus aurem;  
 Carminaque Aënidum, justamque probaverat  
 iram.

Tum secum, Laudare parum est; laudemur & ipse:

Numina nec sperni sine pœna nostra sinamus.  
 Mæoniæque animum fatis intendit Arachnes:  
 Quam sibi lanificæ non cedere laudibus artis  
 Audierat. non illa loco, nec origine gentis  
 Clara, sed arte, fuit. pater huic Colophonius Idmon  
 Phœzico bibulas tingebat murice lanas.  
 Occiderat mater: sed & hæc de plebe, siroque  
 Æqua viro fuerat. Lydas tamen illa per urbes  
 Quæsierat studio nomen memorabile; quamvis  
 Orta domo parva, parvis habitabat Hypæpis.  
 Hujus ut aspicerent opus admirabile, sœpe  
 Deseruere sui Nymphæ vineta Tymoli:  
 Deseruere suas Nymphæ Pactolides undas.  
 Nec factas solum vestes spectare juvabat;  
 Tum quoque, cum fierent, tantus decor affuit arti.  
 Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes:  
 Seu digitis subigebat opus; repetitaque longo  
 Vellera mollibat nebulas æquantia tractu;  
 Sive levi teretem versabat pollice fusum;  
 Seu pingebat acu; scires à Pallade doctam.  
 Quod tamen ipsa negat: tantæque offensa magistrâ,  
 Certet, ait, mecum; nihil est quod victa recusem.  
 Pallas anum simulat: falsoque in tempora canos  
 Addit, & infirmos baculo quoque sustinet artus.  
 Tum sic orsa loqui: Non omnia grandior ætas,  
 Quæ fugiamus, habet. seris venit usus ab annis.  
 Consilium ne sperne meum. tibi fama petatur  
 Inter mortales faciendæ maxima lanæ.  
 Cede Dex: veniamque tuis temeraria dictis  
 Supplice voce roga. veniam dabit illa roganti.  
 Aspicit hanc torvis, inceptaque fila relinquit;  
 Vixque manû retiners, confessaque vultibus iram,  
 Talibus obscuram rescuta est Pallada dictis:  
 Mentis inops, longaque venis confecta senecta:  
 Et nimium vixisse diu nocet. audiat istas,  
 Si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces.  
 Contilii satis est in me mihi. neve monendo  
 Profecisse putes; eadem sententia nobis.  
 Cur non ipsa venit; cur hæc certamina vitat?  
 Tum Dea, Venit, ait; formamque removit anilem;  
 Palladaque exhibuit venerantur numina Nymphæ,  
 Mygdonidesque nurus. sola est non territa virgo.  
 Sed tamen erubuit; subitusque invita notavit



Ora rubor : rursusque evanuit. ut solet aër  
 Purpureus fieri, cum primum Aurora movetur ;  
 Et breve post tempus candescere Solis ab ictu.  
 Perstat in incepto, stolidæque cupidine palmæ  
 In sua fata ruit. neque enim Jove nata recusat :  
 Nec monet ulterius : nec jam certamina differt.  
 Haud mora ; constituunt diversis partibus ambæ ,  
 Et gracili geminas intendunt stamine telas.  
 Tela jugo vincita est : stamen fecerunt arundo :  
 Inferitur medium radiis subtemen acutis ;  
 Quod digiti expediunt, atque inter stamina ductum  
 Percusso feriunt insecti pectine dentes.  
 Utraque festinant : cinctæque ad pectora vestes  
 Brachia docta movent, studio fallente laborem.  
 Illic & Tyrium quæ purpura sensit ænum  
 Textitur, & tenues parvi discriminis umbræ :  
 Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus  
 Inficere ingenti longum curvamine cælum :  
 In quo diversi niteant cum mille colores ,  
 Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.  
 Usque adeo quod tangit idem est : tamen ultima di-  
 Illic & lentum filis immittitur aurum, (stant.  
 Et vetus in tela deducitur argumentum.

Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce  
 Pingit, & antiquam de terræ nomine litem.  
 Bis sex cælestes medio Jove sedibus altis  
 Augusta gravitate sedent. sua quemque Deorum  
 Inscribit facies. Jovis est regalis imago.  
 Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente  
 Aspera saxa facit, medioque è vulnere saxi  
 Exsiluisse ferum ; quo pignore vindicet urbem.  
 At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam :  
 Dat galeam capiti : defenditur ægide pectus.  
 Percussamque sua simulat de cuspide terram  
 Prodere cum baccis foetum cœnentis olivæ :  
 Mirarique Deos. operi victoria finis.  
 Ut tamen exemplis intelligat æmula laudis ,  
 Quod pretium speret pro tam furialibus ausis ;  
 Quattuor in partes certamina quattuor addit  
 Clara colore suo, brevibus distincta sigillis.  
 Threiciâ Rhodopé habet angulus unus, & Hæmon ;  
 Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam ;  
 Nomina summorum sibi qui tribuere Deorum.

Altera Pygmææ fatum miserabile matris  
Pars habet. hanc Juno victam certamine iussit  
Esse gruem ; populisque suis indicere bellum.

Pingit & Antigonem ausam contendere quondam  
Cum magni consortis Jovis ; quam regia Juno  
In volucem vertit : nec profuit Ilion illi ,  
Laomedonve pater, sumtis quin candida pennis  
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.

Qui superest solus Cinyran habet angulus orbū :  
Isque gradus templi natarum membra suarum  
Amplectens, saxoque jacens, lacrymare videtur.  
Circuit extremas oleis pacalibus oras.  
Is modus est ; operique suâ facit arbore finem.

Mæonem elusam designat imagine tauri  
Europen : verum taurum, freta vera putares.  
Ipsa videbatur terras spectare relictas ,  
Et comites clamare suas, tactumque vereri  
Assilientis aquæ ; timidasque reducere plantas.  
Fecit & Asterion aquilâ luctante teneri ;  
Fecit olorinis Ledam recubare sub alis :  
Addidit, ut Satyri celatus imagine pulcrum  
Jupiter implevit gemino Nyctæida fœtu :  
Amphitryon fuerit, cum te Tirynthia cepit ;  
Aureus ut Danaen, Afopida luserit igneus ;  
Mnemosynen pastor : varius Deoïda serpens.  
Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco  
Virgine in Æolia posuit. tu visus Enipeus  
Gignis Aloïdas ; aries Bisaltida fallis.  
Et te, flava comas, frugum mitissima mater ,  
Sensit equum ; te sensit avem crinita colubris  
Mater equi volucris : sensit Delphina Melantho.  
Omnibus his faciemque suam faciemque locorum  
Reddidit. est illic agrestis imagine Phœbus.  
Utque modo accipitris pennas , modo terga leonibus  
Gesserit : ut pastor Macareïda luserit Issen.  
Liber ut Erigonen falsa deceperit uva :  
Ut Saturnus equo geminum Chirona creavit.  
Ultima pars telæ, tenui circumdata limbo ,  
Nexilibus flores hederis habet intertextos.

Non illud Pallas, non illud carpere Livor  
Possit opus. doluit successu flava virago :  
Et rupit pictas cælestia crimina vestes.  
Utque Cytoriaco radium de monte tenebat ;

Ter quater Idmonix frontem percussit Arachnes.  
 Non tulit infelix : laqueoque animosa ligavit  
 Gutturam. pendentem Pallas miserata levavit :  
 Atq; ita, Vive quidem, pende tamen, improba, dixit:  
 Lexque eadem poenæ, ne sis secura futuri,  
 Dicta tuo generi, serisque nepotibus esto.  
 Post ea discedens succis Hecateidos herba  
 Spargit. & extemplo tristi medicamine tactæ  
 Defluxere comæ : cumque his & naris & auris.  
 Fitque caput minimum toto quoq; corpore paræ.  
 In latere exiles digiti pro cruribus hærent.  
 Cætera venter habet. de quo tamen illa remittit  
 Stamen ; & antiquas exercet aranea telas.

Lydia tota fremit: Phrygiæque per oppida facti  
 Rumor it, & magnum sermonibus occupat orbem.  
 Ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,  
 Tum cum Mæoniam virgo Sipyllumque colebat.  
 Nec tamen admonita est poena popularis Arachnes  
 Cedere cælitibus, verbisque minoribus arti.  
 Multa dabant animos. sed enim nec conjugis artes,  
 Nec genus amborum, magnique potentia regni,  
 Sic placuere illi, quamvis ea cuncta placebant,  
 Ut sua progenies : & felicissima matrum  
 Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.  
 Nam fata Tiresia venturi præscia Manto  
 Per medias fuerat, divino concita motu,  
 Vaticinata vias : Ismenides, ite frequentes :  
 Et date Latonæ, Latonigenisque duobus,  
 Cum prece thura pia ; lauroque innectite crinem.  
 Ore meo Latona jubet. paretur : & omnes  
 Thebaïdes jussis sua tempora frondibus ornant :  
 Thuraque dant sanctis, & verba precantia, flammis.  
 Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,  
 Vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro :  
 Et, quantum ira sinit, formosa : moverisque decoro  
 Cum capite immisos humerum per utrumq; capillos.  
 Constitit : utque oculos circumtulit alta superbos ;  
 Quis furor auditos, inquit, præponere visis  
 Cælestes ? aut cur colitur Latona per aras ;  
 Numen adhuc sine thure meum est ? mihi Tantalus au-  
 Cui licuit soli Superiorum tangere mensas. (Etor,  
 Pleiadum soror est genitrix mihi : maximus Atlas,  
 Et avus, æthereum qui fert cervicibus axem :

Jupiter alter avus. Socero quoque gloriator illo.  
 Me gentes metuunt Phrygiæ: me regia Cadmi  
 Sub domina est: fidibusque mei commissa mariti  
 Mœnia cum populis à meque viroque reguntur.  
 In quamcunque domus adverto lumina partem,  
 Immensæ spectantur opes. accedit eodem  
 Digna Dea facies. huc natas adjice septem,  
 Et totidem juvenes; & mox generosque nurusque.  
 Quærite nunc, habeat quam nostra superbia causâ;  
 Nescio quoque audete satam Titanida Cæo  
 Latonam præferre mihi; cui maxima quondam  
 Exiguam sedem paritura terra negavit. (est.  
 Ne cælo, nec humo, nec aquis Dea vestra recepta  
 Exul erat mundi; donec miserata vagantem,  
 Hospita tu terris erras, ego, dixit, in undis,  
 Instabilemque locum Delos dedit. illa duobus  
 Facta parens: uteri pars est hæc septima nostri.  
 Sum felix. quis enim neget hoc? felixque manebo.  
 Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.  
 Major sum, quam cui possit Fortuna nocere.  
 Multaque ut eripiat; multo mihi plura relinquet.  
 Excessere metum mea jam bona. fingite demum  
 Huic aliquid populo natorum posse meorum;  
 Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum  
 Latonæ. turbâ quo quantum distat ab orbâ,  
 Ite sacris, properate sacris; laurumque capillis  
 Ponite. deponunt; infectaque sacra relinquunt:  
 Quodque licet, tacito venerantur murmure numen.  
 Indignata Dea est: summoque in vertice Cynthi  
 Talibus est dictis gemina cum prole locuta:  
 En ego vestra parens, vobis animosa creatis,  
 Et nisi Junoni, nulli cessura Dearum,  
 An Dea sim, dubitor: perque omnia sæcula cultis  
 Arceor, ô nati, nisi vos succurritis, aris.  
 Nec dolor hic solus. diro convicia factis  
 Tantalus adjecit: vosque est postponere natis  
 Ausa suis: & me (quod in ipsam recidat) orbani  
 Dixit; & exhibuit linguam scelerata paternam.  
 Adjectura preces erat his Latona relatis:  
 Desine, Phœbus ait (pœnæ mora longa), querelæ.  
 Dixit idem Phœbe. celerique per aëra lapsu  
 Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.  
 Plausus erat lateque patens prope mœnia campus,

Assiduis pulsatus equis ; ubi turba rotarum ,  
 Duraque mollierant subjectas ungula glebas .  
 Pars ibi de septem genitis Amphione fortes  
 Conscendunt in equos , Tyrioque rubentia fuco  
 Terga premunt ; auroq ; graves moderatur habenas .  
 E quibus Ismenos , qui matri sarcina quondam  
 Prima suæ fuerat , dum certum flectit in orbem  
 Quadrupedes cursus , spumantiaque ora coercet ;  
 Hei mihi ! conclamat ; medioque in pectore fixus  
 Tela gerit ; frenisque manu moriente remissis  
 In latus à dextro paulatim defluit armo .  
 Proximus , audito sonitu per inane pharætræ ,  
 Frena dabat Sipylus : veluti cum præsciis imbris  
 Nube fugit visâ , pendentiaque undique rector  
 Carbasâ deducit , ne qua levis effluat aura .  
 Frena dabat . dantem non evitabile telum  
 Consequitur : summaque tremens cervice sagitta  
 Hæsit ; & exstabat nudum de gutture ferrum .  
 Ille , ut erat pronus , per colla admissa jubasque  
 Volvitur ; & calido tellurem sanguine foëdat .  
 Phædimus infelix , & aviti nominis hæres  
 Tantalus , ut solito finem imposuere labori ;  
 Transierant ad opus nitidæ juvenile palæstræ :  
 Et jam contulerant arcto luctantia nexu  
 Pectora pectoribus ; cum tento concita cornu ,  
 Sicut erant juncti , trajecit utrumque sagitta .  
 Ingemuere simul ; simul incurvata dolore  
 Membra solo posuere ; simul suprema jacentes  
 Lumina versarunt ; animam simul exhalant .  
 Aspicit Alphenor , lanjataque pectora plangens  
 Advolat , ut gelidos complexibus allevet artus :  
 Inque pio cadit officio . nam Delius illi  
 Intima fatifero rumpit præcordia ferro .  
 Quod simul eductum , pars est pulmonis in hamis  
 Eruta : cumque anima cruor est effusus in auras .  
 At non intonsum simplex Damascithona vulnus  
 Afficit . istus erat , qua crus esse incipit , & qua  
 Mollia nervosus facit internodia poples .  
 Dumque manu tentat trahere exitiabile telum ,  
 Altera per jugulum pennis tenus acta sagitta est .  
 Expulit hanc sanguis : seque ejaculatus in altum  
 Emicat , & longe terebratâ profilit aurâ .  
 Ultimus Ilioneus non profectura precando

Brachia sustulerat : Dique ô communiter omnes ,  
 Dixerat (ignarus non omnes esse rogandos);  
 Parcite. motus erat, cum jam revocabile telum  
 Non fuit, arcitenens. minimo tamen occidit illo  
 Vulnere ; non altâ percusso corde sagitta.

Fama mali, populique dolor, lacrymaque suorum  
 Tam subitæ matrem certam fecere ruinæ ,  
 Mirantem potuisse ; nascentemque, quod ausi  
 Hoc essent Superi, quod tantum juris haberent.  
 Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto ,  
 Finierat moriens pariter cum luce dolorem.  
 Heu quantum hæc Niobe Niobe distabat ab illa ,  
 Quæ modo Latois populum submoverat aris .  
 Et mediam tulerat gressus resupina per urbem ,  
 Invidiosa suis ; at nunc miseranda vel hosti !  
 Corporibus gelidis incumbit : & ordine nullò  
 Oscula dispensat natos suprema per omnes.  
 A quibus ad cælum liventia brachia tendens ,  
 Pascere, crudelis, nostro, Latona, dolore ;  
 Pascere, ait ; satiaque meo tua pectora luctu :  
 [Corque ferum satia, dixit : per funera septem]  
 Efferre : exsulta ; victrixque inimica triumphæ.  
 Cur autem victrix ? miseræ mihi plura supersunt ,  
 Quàm tibi felici. post tot quoque funera vinco.  
 Dixerat : insonuit contento nervus ab arcu ;  
 Qui, præter Nioben unam, conterruit omnes,  
 Illa, malo est audax. stabant cum vestibus atris  
 Ante toros fratrum demisso crine sorores.  
 E quibus una, trahens hærentia viscere tela ,  
 Imposito fratri moribunda relanguit ore.  
 Altera, solari miseram conata parentem ,  
 Conticuit subitò ; duplicataque vulnere cæco est.  
 [Oraque non pressit, nisi postquam spiritus exit.]  
 Hæc frustra fugiens collabitur ; illa sorori  
 Immoritur : latet hæc ; illam trepidare videres.  
 Sexque datis leto, diversaque vulnera passis ,  
 Ultima restabat : quam toto corpore mater ,  
 Tota veste regens, Unam, minimamque relinque ;  
 De multis minimam posco, clamavit, & unam.  
 Dumque rogat; pro qua rogat, occidit. orba resedit  
 Exanimis inter natos, nataque, virumque :  
 Diriguitque malis. nullos movet aura capillos.  
 In vultu color est sine sanguine : lumina moentis

Stant immota genis : nihil est in imagine vivi.  
 Ipsa quoque interius cum duro lingua palato  
 Congelat, & venæ desunt posse moveri.  
 Nec flecti cervix, nec brachia reddere gestus,  
 Nec pes ire potest. intra quoque viscera saxum est.  
 Flet tamen, & validi circumdata turbine venti  
 In patriam rapta est. ibi fixa cacumine montis  
 Liquitur, & lacrymas etiamnum marmora manant.  
 Tum vero cuncti manifestam numinis iram  
 Fœmina virque timent: cultuque impensius omnes  
 Magna gemelliparæ venerantur numina Divæ.  
 Utque sit, à factis propiore priora renarrant.  
 E quibus unus ait : Lyciæ quoque fertilis agris  
 Haud impune Deam veteres sprevere coloni.  
 Res obscura quidem est ignobilitate virorum;  
 Mira tamen. vidi præsens itagnumque lacumque  
 Prodigio notum. nam me jam grandior ævo,  
 Impatiensque vix genitor deducere lectos  
 Juserat inde boves; gentisque illius eunti  
 Ipse ducem dederat. cum quo dum pascua lustro,  
 Ecce lacus medio sacrorum nigra favillâ  
 Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.  
 Restitit; & pavido, Faveas mihi, murmure dixit  
 Dux meus: & simili, Faveas, ego murmure dixi.  
 Natiadum, Faunine foret tamen ara rogabam,  
 Indigenæne Dei; cum talia reddidit hospes:  
 Non hac, ô juvenis, montanum numen in ara est.  
 Illa suam vocat hanc, cui quondam regia Juno  
 Orbe interdixit: quam vix erratica Delos  
 Orantem accepit, tum cum levis insula nabat.  
 Illic, incumbens cum Palladis arbore palmæ,  
 Edidit invitâ geminos Latona novercâ.  
 Hinc quoque Junonem fugisse puerpera fertur:  
 Inque suo portasse sinu duo numina natos.  
 Jamque Chimæiferæ, cum Sol gravis ureret arva,  
 Finibus in Lyciâ, longo Dea fessa labore,  
 Sidereo siccata sitim collegit ab æstu:  
 Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.  
 Forte lacum melioris aquæ prospexit in imis  
 Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant  
 Vimina cum juncis, gratamque paludibus ulvam  
 Accessit, positoque genu Titania terram  
 Pressit; ut hauriret gelidos potura liquores.

Rustica turba vetant. Dea sic affata vetantes :  
 Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum.  
 Nec Solem proprium Natura, nec aëra fecit,  
 Nec tenues undas. ad publica munera veni.  
 Quæ tamen ut deris supplex peto non ego nostros  
 Abluere hîc artus, lassataque membra parabam :  
 Sed releuare sitim. caret os humore loquentis ;  
 Et fauces arent ; vixque est via vocis in illis.  
 Haustus aquæ mihi neſtar erit : vitamque fatebor  
 Accepisse simul. vitam dederitis in unda.  
 Hi quoq; vos moveant; qui nostro brachia tendunt  
 Parua sinu. & casu tendebant brachia nati.  
 Quem non blanda Dæx potuissent verba mouere ?  
 Hi tamen orantem perstant prohibere : minasque ,  
 Ni procul abscedat, conviciaque insuper addunt.  
 Nec satis hoc. ipsos etiam pedibusque manuque  
 Turbavère lacus : imoque è gurgite mollem  
 Huc illuc limum saltu movere maligno.  
 Distulit ira sitim. neque enim jam filia Cœi  
 Supplicat indignis ; nec dicere sustinet ultra  
 Verba minora Deâ : tollensque ad sidera palmas ,  
 Æternum stagno, dixit, vivatis in isto.  
 Deveniunt optata Dæx. iuvat isse sub undas ;  
 Et modo tota cava summergere membra palude :  
 Nunc proferre caput ; summo modo gurgite nare :  
 Sæpe super ripam stagni considere : sæpe  
 In gelidos resiliere lacus. & nunc quoque turpes  
 Litibus exercent linguas : pulsoque pudore ,  
 Quamvis sint sub aquâ, sub aquâ maledicere tentât.  
 Vox quoq; jam rauca est; inflataq; colla tumescunt:  
 Ipsaque dilatant patulos convicia rictus.  
 Terga caput tangunt ; colla intercepta videntur :  
 Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet :  
 Limosoque novæ saliant in gurgite ranæ.  
 Sic ubi nescio quis Lycia de gente virorum  
 Rettulit exitium; Satyri reminiscitur alter :  
 Quem Tritoniaca Latoüs arundine victum  
 Affecit pœna. Quid me mihi detrahis? inquit.  
 Ah piget : ah non est, clamabat, tibia tanti :  
 Clamanti cutis est summos derepta per artus :  
 Nec quicquâ, nisi vulnus, erat. cruor undiq; manat;  
 Detectique patent nervi : trepidæque sine ulla  
 Pelle micant venæ. salientia viscera possis ,



Et perlucentes numerare in pectore fibras,  
 Illum ruricolæ silvarum numina Fauni,  
 Et Saryri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,  
 Et Nymphæ flêrunt: & quisquis montibus illis  
 Lanigerosque greges, armenta que buccera pavit.  
 Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas  
 Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.

Quas ubi fecit aquam, vacuas emisit in auras.  
 Inde petens rapidum ripis declivibus æquor,  
 Marsya nomê habet, Phrygiæ liquidissimus amnis.

Talibus extemplo redit ad præsentia dictis  
 Vulgus; & extinctum cum stirpe Amphionæ lugent.  
 Mater in invidia est tamen hanc quoque; dicitur unus  
 Fleisse Pelops: humeroque suas ad pectora postquam  
 Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.

Concolor hic humerus, nascendi tempore, dextro,  
 Corporeusque fuit. manibus mox cæsa paternis  
 Membra ferunt junxisse Deos. aliisque repertis,  
 Qui locus est juguli mediis, summi que lacerti,  
 Defuit. impositum est non comparentis in usum  
 Partis ebur: factoque Pelops fuit integer illo.

Finitimi proceres coeunt: urbesque propinquæ  
 Oravere suos ire ad solatia reges,  
 Argosque, & Sparte, Peloponnesusque Mycenæ,  
 Et nondum torvæ Calydon invisa Dianæ,  
 Orchomenosque ferox, & nobilis ære Corinthos,  
 Messeneque ferax, Patraque, humilesque Cleonæ,  
 Et Nelæa Pylos, neque adhuc Pittheia Trœzen.

Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab Isthmo,  
 Exteriusque sitæ bimari spectantur ab Isthmo.  
 Credere quis possit? sola cessatis Athenæ.

Obstitit officio bellum; subvictaque ponto  
 Barbara Mopsopios terrebant agmina muros.  
 Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis  
 Fuderat: & clarum vincendo nomen habebat.

Quem sibi Pandion, sive virisque potentem,  
 Et genus à magno ducentem forte Gradivo,  
 Connubio Procnes junxit. non pronuba Juno,  
 Non Hymenæus adeit, non illi Gratia læcto.

Eumenides tenuere faces de funere raptas:  
 Eumenides stravere torum: testoque profanus  
 Incubuit bubo, thalamicque in culmine sedit.

Hæc ave conjuncti Procne Tereusque; parentes

Hac ave sunt facti. gratata est scilicet illis  
 Thracia : Disque ipsi grates egere : diemque ,  
 Quaque data est claro Pandione nata tyranno ,  
 Quaque erat ortus Irys, festam jussere vocari.  
 Ulque adeo latet utilitas. jam tempora Titan  
 Quinque per autumnos repetiti duxerat anni :  
 Cum blandita viro Procne , Si gratia dixit ,  
 Ulla mea est, vel me visenda mitte sorori ;  
 Vel soror huc veniat. redituram tempore parvo  
 Promittes socero. magni mihi numinis instar  
 Germanam vidisse dabis. jubet ille carinas  
 In freta deduci : veloque & remige portus  
 Cecropios intrat ; Piræaque littora tangit.  
 Ut primum soceri data copia, dextraque dextra  
 Jungitur ; infausto committitur omine sermo.  
 Coeperat, adventus caussam, mandata referre  
 Conjugis ; & celeres missa spondere recursus :  
 Ecce venit magno dives Philomela paratu ;  
 Divitior formâ : quales audire solemus  
 Naidas & Dryadas mediis incedere silvis :  
 Si modo des illis cultus , similesque paratus.  
 Non secus exarsit conspecta virgine Tereus ;  
 Quam si quis canis ignem supponat arillis :  
 Aut frondem , positaque cremet fœnilibus herbas.  
 Digna quidem facies. sed & hunc innata libido  
 Exstimulat , pronumque genus regionibus illis  
 In Venerem est. flagrat vitio gentisque suoque.  
 Impetus est illi, comitum corrumpere curam ,  
 Nutricisque fidem : nec non ingentibus ipsam  
 Sollicitare datis ; totumque impendere regnum :  
 Aut rapere, & sevo raptam defendere bello.  
 Et nihil est, quod non esstremo captus amore  
 Ausit ; nec capiunt inclusas pectora flammæ.  
 Jamque moras male fert; cupidoque revertitur ore  
 Ad mandata Procnes ; & agit sua vota sub illis.  
 Facundum faciebat amor, & exiesque rogabat  
 Ulterius justo ; Procne ~~non~~ se ferebat.  
 Addidit & lacrymas ; ~~non~~quam mandasset & illas.  
 Prò Superi, quantum mortalia pectora cœcæ  
 Noctis habent ! ipso sceleris molimine Tereus  
 Creditur esse pius : laudemque à crimine sumit.  
 Quid quod idè Philomela cupit patriosque lacertis  
 Blanda tenens humeros, ut eat visura sororem ,

Perque suam, contraque suam, petit usque, salutem.  
 Spectat eam Terens; præcontrectatque videndo:  
 Osculaque, & collo circumdata brachia cernens;  
 Omnia pro stimulis, facibusque, ciboque furoris  
 Accipit. & quoties amplectitur illa parentem;  
 Esse parens vellet: neque enim minus impius esset.  
 Vincitur ambarum genitor prece. gaudet, agitque  
 Illa patri grates: & successisse duabus  
 Id putat infelix; quod erit lugubre duabus.  
 Jam labor exiguus Phœbo restabat: equique  
 Pulsabant pedibus spatium declivis Olympi.  
 Regales epulæ mensis, & Bacchus in auro  
 Ponitur. hinc placido dantur sua corpora somno.  
 At rex Odrysius, quamvis secessit, in illa  
 Æstuat: & repetens faciem, motusque, manusque;  
 Qualia vult fingit, quæ nondum vidit: & ignes  
 Ipse suos nutrit, cura remouente soporem.  
 Lux erat: & , generi dextram complexus euntis,  
 Pandion comitem lacrymis commendat abortis:  
 Hanc ego, care gener, quoniam pia causa coëgit,  
 [Et voluere ambæ, voluisti tu quoque, Tereu,]  
 Do tibi: perque fidem, cognataque pectora supplex,  
 Per Superos oro, patrio tuearis amore:  
 Et mihi sollicitæ lenimen dulce senectæ (mittas.  
 Quamprimum (omnis erit nobis mora longa) re-  
 Tu quoque quamprimum (satis est procul esse soror-  
 Si pietas ulla est, ad me, Philomela, redito. (rem.)  
 Mandabat; pariterque suæ dabat oscula natæ:  
 Et lacrymæ mites inter mandata cadebant.  
 Utque fide pignus dextras utriusque poposcit;  
 Inter seque datas junxit; natamque nepotemque  
 Absentes minori pro se jubet ore salutent:  
 Supremumque vale, pleno singultibus ore,  
 Vix dixit: timuitque suæ præfagia mentis.  
 At simul imposita est pictæ Philomela carinæ;  
 Admotumque fretum remis, tellusque repulsâ est;  
 Vicinus, exclamat: mecum mea vota feruntur.  
 [Exultatque, & vix animo sua gaudia differt]  
 Barbarus: & nusquam lumen detorquet ab illâ.  
 Non aliter, quam cum pedibus prædator obuncis  
 Deposuit nido leporem Jovis ales in alto:  
 Nulla fuga est capto: spectat sua præmia raptor.  
 Jamque iter effectum; jamque in sua littora sessis

Puppibus exierant : cum rex Pandione natam  
 In stabula alta trahit, silvis obscura vetustis : (tem,  
 Atq; ibi pallentem, trepidamque, & cuncta timen-  
 Et jam cum lacrymis, ubi sit germana, rogantem,  
 Includit : fassusque nefas, & virginem, & unam  
 Vi superat ; frustra clamato sepe parente ,  
 Sæpe sorore sua, magnis super omnia Divis.  
 Illa tremit, velut agna pavens, quæ saucia cani  
 Ore excussa lupi, nondum sibi tuti videtur :  
 Utque columba, suo madefactis sanguine plumis ,  
 Horret adhuc, avidosq; timet, quibus hæserat, ūgues.  
 Mox ubi mens rediit ; passos laniata capillos ,  
 [Lugenti similis, cæsis plangore lacertis,]  
 Intendens palmas, Prò diris, Barbare, factis ,  
 Prò crudelis, ait ! nec te mandata parentis  
 Cum lacrymis movère piis. nec cura sororis ,  
 Nec mea virginitas, nec conjugalia jura ?  
 Omnia turbasti. pellex ego facta forori :  
 Tu geminis conjux. [non hæc mihi debita pœna.]  
 Quin animã hanc (ne quod facinus tibi, perfide, re-  
 Eripis? atque utinam fecisses ante nefandos (stet)  
 Concubitus ! vacuas habuissèm criminis umbras.  
 Si tamen hæc Superi cernunt ; si numina Divùm  
 Sunt aliquid ; si non perierunt omnia mecum  
 Quandocunque mihi pœnas dabis. ipsa pudore  
 Projecto tua facta loquar. si copia detur ;  
 In populos veniam: si silvis clausã tenebor ;  
 Implebo silvas, & conscia saxa movebo.  
 Audiat hæc æther, & si Deus ullus in illo est.  
 Talibus ira feri postquam commota tyranni ;  
 Nec minor hac metus est: caussa stimulatus utraq; ,  
 Quo fuit accinctus, vagina liberat enssem :  
 Arreptamque coma, flexis post terga lacertis ,  
 Vincula pati cogit. jugulum Philomela parabat ;  
 Spemque suæ mortis viso conceperat ense.  
 Ille indignanti, & nomen patris usque vocanti ,  
 Iuctantique loqui comprehensam forcipe linguam  
 Abstulit ense fero. radix micat ultima linguæ.  
 Ipsa jacet, terræque tremens immurmurat atræ.  
 Utque salire solet mutilatæ cauda colubræ,  
 Palpitat : & moriens dominæ vestigia quærit.  
 Hoc quoque post facinus (vix ausim credere) fertur  
 Sæpe suã lacerum repetisse libidine corpus.

Quos quondam vidi veſtrâ prius urbe receptus.  
 Facus ingemuit ; triſtique ita voce locutus :  
 Flebile principium melior fortuna ſequetur.  
 Hanc utinam poſſem vobis memorare ! ſine ullo  
 Ordine nunc repetâ. neu longâ ambage morer vos ;  
 Oſſa cinisque jacent, memori quos mente requiris.  
 Et quota pars illi rerum periêre mearum !  
 Dirâ lues in populis Junonis iniquæ  
 Incidit exotâ dictas à pellice terras.  
 Dum viſum mortale malum, tantæque latebat  
 Cauſſa nocens cladis ; pugnatum eſt arte medendi.  
 Exitium ſuperabat opem ; quæ victa jacebat.  
 Principio cælum ſpiſſâ caligine terras  
 Preſſit ; & ignavos incluſit nubibus æſtus.  
 Dumque quater junctis implevit cornibus orbem  
 Luna ; quater plenum tenuata retexit orbem ,  
 Letiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri.  
 Conſtat & in fontes vitium veniſſe, lacuſque ;  
 Milliaque incultos ſerpentum multa per agros  
 Erraſſe ; atque ſuis fluvijs temeraſſe venenis.  
 Strage canum primâ , volucrumque , oriunq̄ue ,  
 boumque ,  
 Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi.  
 Concidere infelix validos miratur arator  
 Inter opus tauros ; medioque recumbere ſulco.  
 Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros  
 Sponte ſuâ lanæque cadunt, & corpora tabent.  
 Acer equus quondam, magnæque in pulvere famæ,  
 Degenerat palmas ; veterumque oblitus honorum .  
 Ad præſepe gemit, morbo moriturus inerti.  
 Non aper irarſci meminit ; non fidere curſu  
 Cerva ; nec armentis incurrere fortibus urſi.  
 Omnia languor habet. ſilviſque, agriſque, viiſque  
 Corpora fœda jacent. vitiantur odoribus auræ.  
 Mira loquor. non illa canes, avidæque volucres ,  
 Non cani tetigêre lupi : dilapſa liqueſcunt ;  
 Aſſatuque nocent ; & agunt contagia late.  
 Pervenit ad miſeros damno graviore colonos  
 Peſtis, & in magnæ dominatur mœnibus urbis .  
 Viſcera torrentur primo : flammæque latentis  
 Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus ægre.  
 Aſpera lingua tumet ; trepidiſque arentia venis  
 Ora patent : auræque graves captantur hiatu.

Non stratum, non ulla pati velamina possunt :  
 Dura sed in terrâ ponunt præcordia : nec fit  
 Corpus humo gelidû, sed humus de corpore servet  
 Nec moderator adest : inque ipsos sæva medentes  
 Erumpit elades ; obfuntque auctoribus artes.  
 Quo propior quisque est, servitque fidelius ægro ;  
 In partem leti citius venit. utque salutis  
 Spes abiit ; finemque vident in funere morbi ;  
 Indulgent animis : & nulla, quid utile, cura est.  
 Utile enim nihil est. passim, positoque pudore,  
 Fontibus, & fluvîis, puteisque capacibus hærent :  
 Nec prius est extincta sitis, quam vita, bibendo.  
 [Inde graves multi nequeunt confurgere ; & ipsi  
 Immoriuntur aquis: aliquis tamen haurit & illas.]  
 Tantaque sunt miseris invisi tædia læti ;  
 Profliliunt : aut, si prohibent consistere vires,  
 Corpora devolvunt in humum ; fugiuntque penates :  
 Quisque suos: sua cuique dôrnus funesta videtur.  
 [Et quia causa later, locus est in crimine notus.]  
 Semanimes errare viis, dum stare valebant,  
 Aspiceret ; stentes alios, terræque jacentes ;  
 Lassaque versantes supremo lumina motu.  
 [Membraque pendentis tendunt ad sidera cæli,  
 Hic, illic ubi mors deprenderat, exhalantes.]  
 Quid mihi tunc animi fuit ? an, quod debuit esse,  
 Ut vitam odissem, & cuperein pars esse meorum ?  
 Quo se cunq; acies oculorum flexerat ; illic  
 Vulgus erat stratum. veluti cum patria motis  
 Poma cadunt ramis, agitataque ilice glandes.  
 Tempa vides contra gradibus sublimia longis :  
 Jupiter illa tenet. quis non altaribus illis  
 Irrita thura tulit ? quoties pro conjuge conjux,  
 Pro gnato genitor, dum verba precantia dicit,  
 Non exoratis animam finivit in aris :  
 Inque manu thuris pars inconsumta-reperta est !  
 Admoti quoties templis, dum vota sacerdos  
 Concipit, & fundit purum inter cornua vinum,  
 Haud expectato ceciderunt vulnere tauri !  
 Ipse ego sacra Jovi pro me, patriaque, tribusque  
 Cum facerem natis, mugitus victima diros  
 Edidit : & subito collapsa sine ictibus nilis  
 Exiguo tinxit subjectos sanguine cultros.  
 Fibra quoque ægra notas veri, monitusque Deorum

Perdiderat. tristes penetrant ad viscera morbi.  
 Ante sacros vidi projecta cadavera postes :  
 Ante ipsas, quo mors foret invidiosior, aras.  
 Pars animam laqueo claudunt; mortisque timorem  
 Morte fugant: utroque vocant venientia fata.  
 Corpora missa neci nullis de more feruntur  
 Funeibus: neque enim capiebant funera portæ.  
 Aut inhumata premunt terras: aut dantur in altos  
 Indotata rogos. & jam reverentia nulla est:  
 Deque rogis pugnant: alienisque ignibus ardent.  
 Qui lacrymant, desunt: indehætaque vagantur  
 Natorumq; virumq; animæ; juvenumque senumque.  
 Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.

Attonitus tanto miserarum turbine rerum,  
 Jupiter ô, dixi, si te non falsa loquuntur  
 Diæta sub amplexus Æginæ Alopidos isse:  
 Nec te, magne pater, nostri pudet esse parentem;  
 Aut mihi redde meos: aut me quoq; conde sepulcro.  
 Ille notam fulgore dedit, tonitruque secundo.  
 Accipio, sintque ista precor felicia mentis  
 Signa tuæ, dixi: quod das mihi, pignero, omen.  
 Forte fuit juxta patulis rarissimâ ramis  
 Sacra Jovi quercus de semine Dodonæo.  
 Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo  
 Grande onus exiguo formicas ore gerentes,  
 Rugosoque suum servantes cortice callem.  
 Dum numerum miror, Totidem, pater optime, dixi,  
 Tu mihi da cives: & inania mœnia reple.  
 Intremuit, ramisque sonum sine flamine motis  
 Alta dedit quercus. pavidò mihi membra timore  
 Horruerant, stabantque comæ. tamen oscula terræ,  
 Roboribusque dedi: nec me sperare fatebar;  
 Sperabam tamen: atque animo mea vota fovebam.  
 Nox subit: & curis exercita corpora somnus  
 Occupat. ante oculos eadem mihi quercus adesse,  
 Et ramos totidem, totidemque animalia ramis  
 Ferre suis visa est; parillique tremiscere motu:  
 Graniferumque agmen subjectis spargere in arvis.  
 Crescere quod subito, & majus majusque videri,  
 Ac se tollere humo: rectoque adstiterè trunco;  
 Et maciem numerumque pedum, nigrumq; colorem  
 Ponere; & humanam membris inducere formam.  
 Somnus abit. damno vigilans mea visa; querorq;

In Superis opis esse nihil. at in ædibus ingens  
 Murmur erat: vocesque hominum exaudire videbar,  
 Jam mihi desuetas dum suspicor has quoque somni;  
 Ecce venit Telamon properus: foribusque reclusis,  
 Speque fideque, pater, dixit, majora videbis.  
 Egredere. egredior: qualesque in imagine somni  
 Vitis eram vidisse viros, ex ordine tales  
 Aspicio, agnoscoque. adeunt; regemque salutant.  
 Vota Jovi solvo, populisque recentibus urbem  
 Partior, & vacuos priscais cultoribus agros;  
 Myrmidonasque voco: nec origine nomina fraudo.  
 Corpora vidisti. mores, quos ante gerebant,  
 Nunc quoque habent: parcumque genus, patientis-  
 que laborum,

Quæstique tenax, & qui quæ sita reservent.  
 Hi te ad bella pares annis animisque sequentur;  
 Cum primum, qui te feliciter attulit, Eurus  
 (Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Austros.  
 Talibus atque aliis longum sermonibus illi  
 Implevere diem. lucis pars ultima mensæ  
 Est data, nox somnis. jubar aureus extulerat Sol:  
 Flabat adhuc Eurus; redituraque vela tenebat.  
 Ad Cephalum Pallante fati, cui grandior ætas,  
 Ad regem Cephalus, simul & Pallante creati  
 Conveniunt. sed adhuc regem sopor altus habebat.  
 Excipit Æacides illos in limine Phocus:  
 Nam Telamon fraterque viros ad bella legebant.  
 Phocus in interius spatium pulcrosque recessus  
 Cecropidas ducit: cum quis simul ipse resedit;  
 Aspicit Æoliden ignotâ ex arbore factum  
 Ferre manu jaculum; cujus fuit aurea cuspis.  
 Pauca prius mediis sermonibus ille locutus,  
 Sum nemorum studiosus, ait, cædisque ferinæ:  
 Qua tamen è silvâ teneas hastile recitum,  
 Jamdudum dubito: certe, si fraxinus esset,  
 Fulva colore foret: si cornus; nodus inesset.  
 Unde sit ignoro: sed non formosus isto  
 Viderunt oculi telum jaculabile nostri.  
 Excipit Actæis è fratribus alter: & Usam  
 Majorem specie mirabere, dixit, in isto.  
 Consequitur, quodcunque petit: Fortunaque missum  
 Non regit; & revolat nullo referente cruentum.  
 Tum vero juvenis Nereius omnia quærit:



Cur sit, & unde datum; quis tanti muneris auctor.  
 Quæ petit, ille refert, sed, quæ narrare pudori est,  
 Quæ tulerit mercede, silet: tactusque dolore  
 Conjugis amissæ, lacrymis ita fatur obortis:  
 Hoc me, nate Deâ, (quis possit credere?) telum  
 Flere facit, facietque diu; si vivere nobis  
 Fata diu dederint. hoc me cum conjugè carâ  
 Perdidit. hoc utinam caruissimâ munere semper!  
 Procris erat (si forte magis pervenit ad aures  
 Orithyïa tuas) raptæ soror Orithyïæ.  
 Si faciem moresque velis conferre duarum;  
 Dignior ipsa rapi. pater hanc mihi junxit Ere-  
 chtheus:

Hanc mihi junxit Amor. felix dicebar, eramque:  
 (Non ita Dis visum est) ac nunc quoque forsitan  
 Alter agebatur post pacta jugalia mensis; (essem.  
 Cum me cornigeris tendentem retia cervis  
 Vertice de summo semper florentis Hymetti  
 Lutea mane videt pulvis Aurora tenebris:  
 Invitumque rapit. liceat mihi vera referre  
 Pace Deæ, quod sit roseo spectabilis ore,  
 Quod teneat lucis, teneat confinia noctis,  
 Nectareis quod alatur aquis; ego Procrin amabam:  
 Pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore.  
 Sacra tori, coitusque novos, thalamosque recentes,  
 Primaque deserti referebam fœdera lecti.  
 Mota Dea est: & Siste tuas, ingræte, querelas;  
 Procrin habe, dixit. quod si mea provida mens est;  
 Non habuisse voles. meque illi irata remisit.  
 Dum redeo, mecumque Deæ memorata retracto;  
 Esse metus cœpit, ne jura jugalia conjux  
 Non bene servasset. faciesque ætasque jubebant  
 Credere adulterium: prohibebant credere mores.  
 Sed tamè abfueram: sed & hæc erat, unde redibam,  
 Criminis exemplum: sed cuncta timemus amantes.  
 Quarere, quo doleam, studeo; donisque pudicam  
 Sollicitare fidem. favet huic Aurora timori:  
 Immutatque meam (videor sensisse) figuram.  
 Palladius in eo non cognoscendus Athenas:  
 Ingrediorque domum. culpâ domus ipsa carebat;  
 Castaque signa dabat: dominoque erat anxia raptò.  
 Vix aditu per mille dolos ad Erechthida factò;  
 Ut vidi, obstupui; meditataque pæne reliqui

Tentamenta fide : male me, quin vera faterer,  
 Continui ; male quin, ut oportuit, oscula ferrem.  
 Tristis erat : sed nulla tamen formosior illa  
 Esse potest tristi ; desiderioque calebat  
 Conjugis abrepti. tu collige, qualis in illa,  
 Phoece, decor fuerit ; quam sic dolor ipse decebat.  
 Quid referam, quoties tentamina nostra pudici  
 Reppulerint mores? quoties, Ego, dixerit, uni  
 Servor, ubicunque est: uni mea gaudia servo?  
 Cui non ista fide satis experientia sano  
 Magna foret? non sum contentus; & in mea pugna  
 Vulnera, dum census dare me pro nocte pacifcor.  
 Muneraque augendo tandem dubitare coegi.  
 Exclamo: Male testus ego en, male pactus adulter  
 Verus eram conjux: me, perfida, recte teneris.  
 Illa nihil: tacito tantummodo victa pudore  
 Insidiosa malo cum conjuge limina fugit:  
 Offensaque mei genus omne perosa virorum  
 Montibus errabat studiis operata Dianæ.  
 Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa  
 Pervenit: orabam veniam; & peccasse fatebar.  
 Et potuisse datis simili succumbere culpæ  
 Me quoque muneribus; si munera tanta darentur.  
 Hoc mihi confesso, læsum prius ulta pudorem,  
 Redditur, & dulces concorditer exigit annos.  
 Dat mihi præterea, tanquam se parva dedisset  
 Dona, canem munus: quem cum sua traderet illi  
 Cynthia, Currendo superabit, dixerat, omnes.  
 Dat simul & jaculum; manibus quod cernis habes  
 Muneris alterius quæ sit fortuna requiris? (mus.  
 Accipe. mirandi novitate movebere facti.  
 Carmina Læiades non intellecta priorum  
 Solverat ingenii; & præcipitata jacebat  
 Immemor ambagum vates obscura suarum.  
 Scilicet alma Themis non talia linquit inulta.  
 Protinus Aëniis immittitur altera Thebis  
 Pestis; & exitio multi pecorumque suoque  
 Rurigenæ pavere feram. vicina juvenus  
 Venimus; & latos indagine cinximus agros.  
 Illa levi velox superabat retia saltu:  
 Summaque transibat postarum lina plagarunt.  
 Copula detrahitur canibus, quos illa sequentes  
 Effugit, & volucri non secius alite ludit.

Poscor & ipse meum consensu Lælapa magno.  
 Muneris hoc nomen. jamdudum vincula pugnat  
 Exuere ipse sibi, colloque morantia tendit.  
 Vix bene missus erat; nec jam poteramus, ubi esset,  
 Scire. pedum calidus vestigia pulvis habebat.  
 Ipse oculis ereptus erat. non ocior illo  
 Hasta, nec excussæ contorto verberare glandes,  
 Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.  
 Collis apex medii subjectis imminet arvis:  
 Tollor eo, capioque novi spectacula cursus:  
 Qua modo deprendi, modo se subducere ab ipso  
 Vulnere visa fera est. nec limite callida recto,  
 In spatiumque fugit; sed decipit ora sequentis:  
 Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.  
 Imminet hic, sequiturque parem: similisque tenenti  
 Non tenet, & vacuos exercet in æra morsus.  
 Ad jaculi vertebat opem: quod dextera librat  
 Dum mea; dum digitos amentis indere tento;  
 Lumina deflexi: revocataque rursus eodem  
 Rettuleram, medio mirum duo marmora campo  
 Aspicio; fugere hoc, illud latrare putares.  
 Scilicet invictos ambo certamine cursus  
 Esse Deus voluit; si quis Deus adfuit illis.

Hastenus: & tacuit. Jaculo quod crimen in ipso?  
 Phocus ait. jaculi sic crimina reddidit ille.  
 Gaudia principum nostri sint, Phoece, doloris.  
 Illa prius referam. juvat ô meminisse beati  
 Temporis, Æacida, quo primos rite per annos  
 Conjuge eram felix, felix erat illa marito.  
 Mutua cura duos, & amor socialis habebat.  
 Nec Jovis illa meo thalamos præferret amor:  
 Nec me quæ caperet, non si Venus ipsa veniret,  
 Ulla erat. æquales urebant pectora flammæ.  
 Sole fere radiis feriente cacumina primis,  
 Venatum in silvas juveniliter ire solebam:  
 Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres  
 Ire canes, nec lina sequi nodosa sinebam.  
 Tutus eram jaculo. sed æum satiata ferinæ  
 Dextera cædis erat: repetebam frigus, & umbras,  
 Et, quæ de gelidis halabat vallibus, auram.  
 Aura petebatur medio mihi lenis in æstu:  
 Auram expectabam: requies erat illa labori.  
 Aura recordor enim venias, cantare solebam:

Meque juves, intresque sinus, gratissima, nostros :  
 Utque facis, relevare velis, quibus urimur, æstus.  
 Forsitan addiderim (sic me mea fata trahebant)  
 Blanditias plures: &, Tu mihi magna voluptas,  
 Dicere sim solitus: tu me reficisque fovesque :  
 Tu facis, ut silvas, ut amem loca sola : meoque  
 Spiritus iste tuus semper captatur ab ore.  
 Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem  
 Nescio quis: nomenque auræ tam sæpe vocatum  
 Esse putans Nymphæ, Nympham mihi credit a-  
 Criminis extemplo ficti temerarius index (mari.  
 Procrin adit: linguâque refert audita susurrâ.  
 Credula res amor est. subito collapsa dolore,  
 Ut sibi narratur, cecidit: longoque resecta  
 Tempore; se miseram, se fati dixit iniqui:  
 Deque fidæ quæsta est: & crimine concita vano,  
 Quod nihil est, metuit; metuit sine corpore nomen:  
 Et dolet infelix veluti de pellice verâ.  
 Sæpe tamen dubitat; speratque miserrima falli:  
 Indicioque fidem negat; &, nisi viderit ipsa,  
 Damnatura sui non est delicta mariti.  
 Postera depulerant Auroræ lumina noctem;  
 Egredior, silvasque peto: victorque per herbas;  
 Aura veni, dixi, nostroque medere labori.  
 Et subito gemitus inter mea verba videbar  
 Nescio quos audisse. Veni, tamen, optima, dixi.  
 Fronde levem rursus strepitum faciente caducâ,  
 Sum ratus esse feram: telumque volatile misi.  
 Procris erat: medioque tenens in pectore vulnus,  
 Hei mihi! conclamat. vox est ubi cognita fidæ  
 Conjugis; ad vocem præceps amensque cucurri.  
 Semanimem, & sparsas fœdantem sanguine vestes,  
 Et sua (me miserum!) de vulnere dona trahentem  
 Invenio: corpusque meo mihi carius ulnis  
 Sontibus attollo: scissaque à pectore veste  
 Vulnera sæva ligo: conorque inhibere cruorem:  
 Neu me morte suâ sceleratum deserat, oro.  
 Viribus illa carens, & jam moribunda, coegit  
 Hæc se pauca loqui: Per nostri fœdera lecti,  
 Perque Deos supplex oro, superosque, meosque;  
 Per si quid merui de te bene; perque manentem  
 Nunc quoque, cum pereo, causam mihi mortis,  
 amorem,

Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.  
 Dixit : & errorem tum denique nominis esse  
 Et sensi, & docui. sed quid docuisse juvabat ?  
 Labitur ; & parvæ fugiunt cum sanguine vires.  
 Dumq; aliquid spectare potest, me spectat : & in me  
 Infelicem animam nostrosque exhalat in ore.  
 Sed vultu meliore mori secura videtur.  
 Flentibus hæc lacrymans heros memorabat ; & ecce  
 Æacus ingreditur duplici cum prole, novoque  
 Milite ; quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

## METAMORPHOSEON LIB. VIII.

**J**Am nitidum retegente diem, noctisque fugante  
 Tempora Lucifero, cadit Eurus ; & humida sur-  
 gunt

Nubila. dant placidi cursum redeuntibus Austri  
 Æacidis, Cephaloque ; quibus feliciter acti  
 Ante expectatum portus tenuere petitos.  
 Interea Minos Lelegeia litora vastat :  
 Prætentatque sui vires Mavortis in urbe  
 Alcathoë, quam Nisus habet, cui splendidus ostro  
 Inter honoratos medio de vertice canos  
 Crinis inhærebat magni fiducia regni.  
 Sexta resurgebant orientis cornua Phœbes :  
 Et pendebat adhuc belli Fortuna ; diuque  
 Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.  
 Regia turris erat vocalibus addita muris :  
 In quibus auratam proles Latoia fertur  
 Deposuisse lyram : saxo sonus ejus inhæsit.  
 Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi ;  
 Et petere exiguo resonantia saxa lapillo ;  
 Tum cum pax esset. bellum quoque sæpe solebat  
 Spectare, eque illâ rigidi certamina Martis.  
 Jamque morâ belli procerum quoq; nomina norat,  
 Armaque, equosque, habitusque, Cydonæasque  
 pharêtras.

Noverat ante alios faciem ducis Europæi ;  
 Plus etiam, quam nosse sat est. hac judice Minos,  
 Seu caput abdiderat cristatâ casside pennis,  
 In galeâ formosus erat ; seu sumserat auro  
 Fulgentem clypeum, clypeum sumsisse decebat.  
 Torserat adductis hastilia lenta lacertis ;  
 Laudabat virgo junctam cum viribus artem.

Imposito patulos calamo sinuaverat arcus :  
 Sic Phœbum sumtis jurabat stare sagittis.  
 Cum vero faciem demto nudaverat ære ,  
 Purpureusque albi stratis insignia pictis  
 Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat :  
 Vix sua , vix sanæ virgo Nisèia compos  
 Mentis erat. felix jaculum, quod tangeret ille ,  
 Quæque manu premeret, felicia frana vocabat.  
 Impetus est illi, (liceat modo) ferre per agmen  
 Virgineos hostile gradus : est impetus illi ,  
 Turribus è summis in Gnossia mittere corpus  
 Castra : vel æratas hosti recludere portas :  
 Vel si quid Minos aliud velit. utque sedebat  
 Candida Diætri spectans tentoria regis :  
 Læter, ait, doleamne geri lacrymabile bellum ,  
 In dubio est. doleo quod Minos hostis amanti est.  
 Sed nisi bella forent , nunquid mihi cognitus esset ?  
 Me tamen accepta poterat deponere bellum  
 Obside : me comitem, me pacis pignus habere.  
 Si, quæ te peperit, talis, pulcherrime rerum ,  
 Qualis es ipse, fuit : merito Deus arsit in illa.  
 O ego ter felix , si pennis lapsa per auras  
 Gnossiaci possem castris insistere regis :  
 Fassaque me, siaramaque meas, qua dote, rogarem,  
 Vellet enim ! tantum patrias ne posceret arces.  
 Nam pereant potius sperata cubilia : quam sim  
 Proditione potens. quamvis sæpe utile vinci  
 Victoris placidi fecit clementia multis.  
 Iusta gerit certe pro nato bella peremto :  
 In causâque valet, causâque tuentibus armis.  
 Ut puto, vincemur. qui si manet exitus urbem :  
 Cur suis hæc illi referabit mœnia Mavors ,  
 Et non noster amor ? melius sine corde, moraque ,  
 Impensaque sui poterit superare cruoris.  
 Quam metuo certe, nequis tua pectora, Minos ,  
 Vulneret imprudens ! quis enim tam dirus, ut in te  
 Dirigere immitem, nisi nescius, audeat hastam ?  
 Cœpta placent, & stat sententia tradere mecum  
 Dotalem patriam : sinemque imponere bello.  
 Verum velle parum est. aditus custodia servat :  
 Claustraque portarum genitor tenet. hunc ego solû  
 Infelix timeo : solus mea vota moratur.  
 Di facerent, sine patre forem ! sibi quisque profecto

Fit Deus. ignavis precibus Fortuna repugnat.  
 Altera jamdudum succensa Cupidine tanto  
 Perdere gauderet, quodcunque obstaret amorī.  
 Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,  
 Per gladios ausim. neq; in hoc tamen ignibus ullis,  
 Aut gladii opus est: opus est mihi crine paterno.  
 Illa mihi est auro pretiosior, illa beatam  
 Purpura me, voti que mei factura potentem.  
 Talia dicenti, curarum maxima nutrix,  
 Nox intervēnit, tenebrisque audacia crevit.  
 Prima quies aderat; qua curis fessā diurnis  
 Pectora somnus habet. thalamos taciturna paternos  
 Intrat: & (heu facinus!) fatali nata parentem  
 Crine suum spoliat: prædâque potita nefandâ  
 [Fert secum spolium celeris; progressâque portâ]  
 Per medios hostes (meritis fiducia tanta est)  
 Pervenit ad regem: quem sic affata paventem:  
 Suasit amor facinus. proles ego regia Nisi  
 Scylla, tibi trado patriosque meosque Penates.  
 Præmia nulla peto, nisi te. cape pignus amoris  
 Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem,  
 Sed patrium tibi crede caput. scelerataque dextrâ  
 Munera porrexit. Minos porrecta refugit.  
 Turbatuſque novi respondit imagine facti:  
 Dî te submoveant, ô nostri infamia sæcli,  
 Orbe suo: tellusque tibi pontusque negentur.  
 Certe ego non patiar Jovis incunabula Creten,  
 Quæ meus est orbis, tantum contingere monstrum.  
 Dixit: & ut leges captis justissimus auctor  
 Hostibus imposuit, classis retinacula solvi  
 Jussit; & æratas impelli remige puppes.  
 Scylla, freto postquam deductas nare carinas,  
 Nec præstare ducem sceleris sibi præmia vidit;  
 Consumtis precibus violentam transit in iram:  
 Intendensque manus, passis furibunda capillis,  
 Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relictâ,  
 O patriæ prælate meæ, prælate parenti?  
 Quo fugis, immitis? cujus victoria nostrum  
 Et scelus & meritum est. nec te data munera, nec te  
 Noster movit amor; nec quod spes omnis in unum  
 Te mea congesta est? nam quo deserta revertar?  
 In patriam? superata jacet. sed finge manere:  
 Proditione meâ clausa est mihi. patris ad ora?

Quæ tibi donavi. cives odere merentem :  
 Finitimi exemplum metuunt. exponimur orbæ ;  
 Terrarum nobis ut Crete sola pateret.  
 Hac quoque sic prohibes? sic nos, ingrata, relinquis?  
 Non genitrix Europa tibi, sed inhospita Syrtis,  
 Armeniæve tigres, Austrove agitata Charybdis.  
 Nec Jove tu natus : nec mater imagine tauri  
 Ducta tua est. generis falsa est ea fabula vestri.  
 Et ferus, & captus nullius amore juvencæ  
 Qui te progenuit, taurus fuit. exige pœnas,  
 Nise pater. gaudete malis modo prodita nostris  
 Mœnia : nam fateor, merui ; & sum digna perire.  
 Me tamen ex illis aliquis, quos impia læsi,  
 Me perimat. cur, qui vicisti crimine nostro,  
 Insequeris crimen? scelus hoc patriæque patrique ;  
 Officium tibi sit. te vere conjugæ digna est,  
 Quæ torvum ligno decepit adultera taurum ;  
 Distortemque utero sortum tulit. ecquid ad aures  
 Perveniant mea dicta tuas? an inania venti  
 Verba ferunt ; idemque tuas, ingrata, carinas?  
 Jam jam Passphaën non est mirabile taurum  
 Præposuisse tibi : tu plus feritatis habebas.  
 Me miseram ! properare juvat : divulsæque remis  
 Unda sonat. mecum simul ah mea terra recedit.  
 Nil agis, ô frustra meritum oblite meorum.  
 Insequar invitum : puppimque amplexa recurvam,  
 Per freta longa trahar. vix dixerat ; insilit undas :  
 [Consequiturque rates faciente Cupidine vires.]  
 Gnosfiacæque hæret comes invidiosa carinæ.  
 Quam pater ut vidit, (nam jam pendebat in auras,  
 Et modo factus erat fulvis Halixætos alis)  
 Ibat ; ut hærentem rostro lanicaret adunco.  
 Illa metu puppim dimittit : at aura cadentem  
 Sustinuisse levis, ne tangeret æquora, visa est.  
 Pluma fuit. plumis in avem mutata vocatur  
 Ciris : & a tonso est hoc nomen adepta capillo.  
 Vota Jovi Minos taurorum corpora centum  
 Solvit, ut egressus ratibus Curetida terram  
 Contigit ; & spoliis decorata est regia fixis.  
 Creverat opprobrium generis: fœdumque patebat  
 Matræ adulterium monstri novitate bifornis.  
 Destinât hunc Minos thalamis remove pudorem ;  
 Multiplicique domo, cæcisque includere tectis.



Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis  
 Ponit opus: turbatque notas, & lumina flexum  
 Ducit in errorem variarum ambage viarum.  
 Non secus ac liquidus Phrygiis Mæandros in arvis  
 Ludit; & ambiguo lapsu refluitque fluitque:  
 Occurrensque sibi venturas aspicit undas:  
 Et nunc ad fontes, nunc in mare versus apertum,  
 Incertas exercet aquas. ita Dædalus implet  
 Innumeras errore vias: vixque ipse reverti  
 Ad limen potuit; tanta est fallacia tecti.  
 Quo postquam tauri geminam juvenisque figuram  
 Clausit; & Actæo bis pactum sanguine monstrum  
 Tertia fors annis domuit repetita novenis;  
 Utque ope virgineâ nullis iterata priorum  
 Janua difficilis filo est inventa relecto;  
 Protinus Ægides, raptâ Minoïde, Dian  
 Vela dedit: comitemque suam crudelis in illo  
 Litore deseruit. desertæ, & multa querenti,  
 Amplexus & opem Liber tulit. utque perenni  
 Sidere clara foret, sumtam de fronte coronam  
 Immisit cælo. tenues volat illa per auras:  
 Dumque volat; gemmæ subitos vertuntur in ignes:  
 Consistuntque loco, specie remanente Coronæ:  
 Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.  
 Dædalus interea Creten longumque perosus  
 Exsilium, tactusque soli natalis amore;  
 Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, & undas  
 Obstruat: at cælum certe patet. ibimus illac.  
 Omnia possideat; non possidet aëra Minos.  
 Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:  
 Naturamque novat. nam ponit in ordine pennas,  
 A minimâ cœptas, longam brevior sequenti;  
 Ut clivo crevisse putes. sic rustica quondam  
 Fistula disparibus paulatim surgit avenis.  
 Tum lino medias, & ceris alligat imas.  
 Atque ita compositas parvo curvamine flectit;  
 Ut veras imitentur aves. puer Icarus una  
 Stabat: & ignarus sua se tractare pericla,  
 Ore renidenti, modo quas vaga moverat aura,  
 Captabat plumas: flavam modo pollice ceram  
 Mollibat; lusuque suo mirabile patris  
 Inpediebat opus. postquam, manus ultima cœptis  
 Imposita est; geminas opifex libavit in alas

Ipse suum corpus : motaque pendit in aurâ.  
 Instruit & natum : Medioque ut limite curras,  
 Icare, ait, moneo. ne, si demissior ibis,  
 Unda gravet pennas ; si celsior, ignis adurat.  
 Inter utrumque vola. nec te spectare Booten,  
 Aut Helicen jubeo, strictumque Orionis ensen.  
 Me duce carpe viam. pariter præcepta volandi  
 Tradit ; & ignotas huineris accommodat alas.  
 Inter opus monitusque genæ maduere seniles :  
 Et patriæ tremuere manus. dedit oscula nato  
 Non iterum repetenda suo : pennisque levatus  
 Ante volat ; comitumque timet, velut ales, ab alto.  
 Quæ teneram prolem produxit in aëra nido.  
 Hortaturque sequi ; damnosâsque erudit artes :  
 Et movet ipse suas, & nati respicit alas.  
 Hos aliquis, tremulâ dum captat arundine pisces,  
 Aut pastor baculo, stivave innixus arator,  
 Vidit, & obstupuit : quique æthera carpere possent,  
 Credidit esse Deos. & jam Junonia lævâ  
 Parte Samos fuerant, Delosque, Parosque relictæ :  
 Dextra Lebynthos erant, tœcundaque melle Ca-  
 Cum puer audaci cœpit gaudere volatu ; (lymne.  
 Deseruitque ducem : callique cupidine tactus  
 Altius egit iter. rapidi vicinia Solis  
 Mollit odoratas pennarum vincula ceras.  
 Tabuerant ceræ : nudos quatit ille lacertos :  
 Remigioque carens non uilas percipit auras.  
 Oraque cæruleâ patrium clamantia nomen  
 Excipiuntur aquâ : quæ nomen traxit ab illo.  
 At pater infelix, nec jam pater, Icare, dixit,  
 Icare, dixit, ubi es ? qua te regione requiram ?  
 Icare, dicebat : pennas aspexit in undis.  
 Devovitque suas artes ; corpusque sepulero  
 Condidit ; & tellus à nomine dicta sepulti.  
 Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati  
 Garrula ramosâ prospexit ab ilice perdis :  
 Et plausit pennis : testataque gaudia cantu est ;  
 Unica tunc volueris ; nec visâ prioribus annis,  
 Factaque nuper avis, longum tibi, Dadale, crimen.  
 Namque huic tradiderat fatorum ignara, docendam  
 Progeniem germana suam, natalibus actis.  
 Bis puerum senis, animi ad præcepta rapacis.  
 Ille etiâ medio spinas in pisce notatas

Traxit.

Traxit in exemplum : ferroque incidit acuto  
 Perpetuos dentes ; & ferræ repperit usum.  
 Prius & ex uno duo ferrea brachia nodo :  
 Vinxit ; ut, æquali spatio distantibus illis ,  
 Altera pars staret ; pars altera duceret orbem.  
 Dædalus invidit ; sacraque ex arce Minervæ  
 Præcipitem mittit, lapsum mentitus. at illum ,  
 Quæ favet ingeniis, excepit Pallas : avemque  
 Reddidit : & medio velavit in aëre pennis.  
 Sed vigor ingenii quondam velocis in alas ,  
 Inque pedes abiit. nomen, quod & ante, remansit.  
 Non tamen hæc alte volueris sua corpora tollit ,  
 Nec facit in ramis altoque cacumine nidos ;  
 Propter humum volitat : ponitque in sepibus ova :  
 Antiquique memor metuit sublimia casus .

Jamque fatigatum tellus Ætneræ tenebat  
 Dædalon : & sumtis pro supplice Cocalus armis  
 Mitis habebatur. jam lamentabile Athenæ  
 Pendere desierant Theseâ laude tributum.  
 Tempa coronantur : bellatricemque Minervam  
 Cum Jove Disque vocant aliis: quos sanguine voto,  
 Muneribusque datis, & acerris thuris adorant.  
 Sparserat Argolicas nomen vaga Fama per urbes .  
 Theseos : & populi, quos dives Achaïa cepit ,  
 Hujus opem magnis imploravêre periclis :  
 Hujus opem Calydon, quamvis Meleagron haberet,  
 Sollicitâ supplex petit prece. causa petendi  
 Sus erat, infestæ famulus vindexque Dianæ.  
 Oenea namque ferunt, pleni successibus anni ,  
 Primitias frugum Cereri, sua vina Lyæo ,  
 Palladios flavæ latices libasse Minervæ.  
 Cæptus ab agricolis Superos pervenit ad omnes  
 Invidiosus honos : solas sine thure relictas  
 Præteritæ cessasse ferunt Latoïdos aras.  
 Tangit & ira Deos. At non impune feremus ;  
 Quæque inhonoratæ, non & dicemur inultæ ,  
 Inquit : & Oenêos ultorem spreta per agros  
 Misit aprum : quanto majores herbida tauros  
 Non habet Epiros: sed habent Sicula arva minores.  
 Sanguine & igne micant oculi , riget horrida cer-  
 [Et setæ densis similes hastilibus horrent:] (vix:  
 Stantque velut vallum, velut alta hastilia setæ.  
 Ferrida cum raucolatos stridore per annos

Spuma fluit : dentes æquantur dentibus Indis.  
 Fulmen ab ore venit : frondes afflatibus ardent.  
 Is modo crescenti segetes proculcat in herbâ :  
 Nec matura metit fleturi vota coloni :  
 Et Cererem in spicis intercipit. area frustra ,  
 Et frustra exspectant promissas horrea messes.  
 Sternuntur gravidi longo cum palmite fœtus ,  
 Baccaque cum ramis semper frondentis olivæ.  
 Sævit & in pecudes. non has pastorve canesve ,  
 Non armenta truces possunt defendere tauri.  
 Diffugiant populi : nec se, nisi mœnibus urbis ,  
 Esse putant tutos : donec Meleagros, & una  
 Lecta manus juvenum coiere cupidine laudis.  
 Tyndaridæ gemini, spectatus cœtibus alter ,  
 Alter equo ; primæque ratis molitor Iason ,  
 Et cum Pirithoo felix concordia Theseus ,  
 Et duo Thestiadæ, prolesque Aphareia Lynceus ,  
 Et velox Idas ; & jam non fœmina Cæneus ,  
 Leucippusque ferox, jaculoque insignis Acastus ,  
 Hippothoosq; Dryasq; , & cretus Amyntore Phœ-  
 Actoridæq; pares, & missus ab Elide Phyleus. (nix,  
 Nec Telamon aberat , magnique creator Achillis :  
 Cumque Pheretiade & Hyantêo Iôlao  
 Impiger Eurytion, & cursu invictus Echion, (quo  
 Naryciusque Lelex, Panopeusque, Hyleusq; , ferox-  
 Hippasus, & primis etiamnum Nestor in armis.  
 Et quos Hippocœon antiquis misit Amyclis ;  
 Penelopesque socer, cum Parrhasio Ancæo ,  
 Ampycidesque sagax, & adhuc a conjuge tutus  
 Oeclides, nemorisque decus Tegeæa Lycæi.  
 Rasilis huic summam mordebat fibula vestem ;  
 Crinis erat simplex nodum collectus in unum :  
 Ex humero pendens resonabat eburnea lævo  
 Telorum cultos : arcum quoque læva tenebat.  
 Talis erat cultus : facies, quam dicere vere  
 Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.  
 Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros  
 Optavit renuente Deo : flammæque latentes  
 Hæusit, & , O felix, si quem dignabitur, inquit,  
 Ista virum ! nec plura sinunt tempusque pudorque  
 Dicere : majus opus magni certaminis urget.  
 II Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas,  
 Incipit à plano : de vexaque prospicit arva.

Sustinet ad Procnen post talia facta reverti.  
 Coniuge quæ viso germanam quærit : at ille  
 Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.  
 Et lacrymæ fecere fidem. velamina Procne  
 Deripit ex humeris auro fulgentia lato :  
 Induiturque atras vestes : & inane sepulcrum  
 Constituit : falsisque piacula manibus infert :  
 Et luget non sic lugendæ fata sororis.  
 Signa Deus bis sex actis lustraverat anno.  
 Quid faciat Philomela ? fugam custodia claudit :  
 Structa rigent solido stabulorum mœnia saxo :  
 Os mutum facti caret indice grandi dolori  
 Ingenium est : miserisque venit sollertia rebus.  
 Stamina barbaricâ suspendit callida telâ :  
 Purpureasque notas filis intexuit albis  
 Indicium sceleris : perfectaque tradidit uni :  
 Utque serat dominæ gestu rogat. ille rogata  
 Pertulit ad Procnen : nec scit quid tradat in illis.  
 Evolvit vestes sævi matrona tyranni :  
 Germanæque suæ carmen miserabile legit :  
 Et mirum potuisse filet dolor ora repressit :  
 Verbaque quærenti satis indignantia linguæ  
 Desuerunt : nec flere vacat. sed fasque nefasque  
 Confusura ruit : pœnæque in imagine tota est.  
 Tempus erat, quo sacra solent Triëtérica Bacchi  
 Sithoniæ celebrare nurus. nox conscia sacris  
 Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti :  
 Nocte sua est egressa domo regina : Deique  
 Ritibus instruitur ; furialiaque accipit arma.  
 Vite caput tegitur : lateri cervina sinistro  
 Vellera dependent : humero levis incubat hasta.  
 Concita per silvas turba comitante suarum  
 Terribilis Procne, furiisque agitata doloris,  
 Bacche, tuas simulat, venit ad stabula avia tandem :  
 Exululatque, Evoëque sonat, portasque refringit :  
 Germanamque rapit : raptæque insignia Bacchi  
 Induit : & vultus hederarum frondibus abdit :  
 Attonitamque trahens intra sua limina ducit.  
 Ut sensit tetigisse domum Philomela nefandam,  
 Horruit infelix ; totoque expalluit ore.  
 Nacta locum Procne, sacrorum pignora demit,  
 Oraque de elat miseræ pudibunda sorori ;  
 Amplexuque petit. sed non attollere contra

Sustinet hæc oculos ; pellex sibi visa fororis :  
 Dejectoque in humum vultu , jurare volenti ,  
 Testarique Deos, per vim sibi dedecus illud  
 Illatum, pro voce manus fuit. ardet, & iram  
 Non capit ipsa suam Procne : stetumque fororis  
 Corripiens, Non est lacrymis hic, inquit, agendum,  
 Sed ferros; sed si quid habes, quod vincere ferrum  
 Possit. in omne nefas ego me, germana, paravi.  
 Aut ego, cum facibus regalia tecta cremaro ,  
 Artificem mediis immittam Terea flammis :  
 Aut linguam, aut oculos, aut quæ tibi membra pu-  
 dorem

Abstulerunt, ferro rapiam: aut per vulnera mille  
 Sontem animam expellam. magnum quodcunque  
 paravi.

Quid sit, adhuc dubito. peragit dum talia Procne;  
 Ad matrem veniebat Itys. quid possit, ab illo  
 Admonita est: oculisque tuens immitibus, Ah quam  
 Es similis patri! dixit. nec plura locuta ,  
 Triste parat facinus ; tacitâque exæstuat irâ.  
 Ut tamen accessit natus, matrique salutem  
 Attrulit, & parvis adduxit colla lacertis ,  
 Mistaque blanditiis puerilibus oscula junxit ;  
 Mota quidem est genitrix; infra tæque constitit ira:  
 Invitique oculi lacrymis maduere coactis.  
 Sed simul ex nimia matrem pietate labare  
 Sensit : ab hoc iterum est ad vultus versa fororis ;  
 Inque vicem spectans ambos, Cur admovet, inquit,  
 Alter blanditias ; raptâ silet altera linguâ ?  
 Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa sororê ?  
 Cui sis nupta vide, Pandione nata, marito.  
 Degeneras. scelus est pietas in conjugè Tereo.  
 Nec mora ; traxit Ityn : veluti Gangetica cervæ  
 Lactentem sæctum per silvas tigris opacas.  
 Utque domûs altæ partem tenuere remotam ;  
 Tendentemque manus , & jam sua fata videntem ,  
 Eia, & jam, mater, clamantem , & colla petentem  
 Ensê ferit Procne, lateri qua pectus adhæret.  
 Nec vultum avertit. satis illi ad fata vel unum  
 Vulnus erat : jugulum ferro Philomela resolvit.  
 Vivaque adhuc, animæque aliquid retinentia mem-  
 Dilatant. pars inde cavis exsultat ænîs : (bra  
 Pars veribus stridet: manant penetralia tabo.

His adhibet conjux ignarum Tereus mensis :  
 Et patrii moris sacrum mentita, quod uni  
 Fas sit adire viro, comites famulosque removit.  
 Ipse sedens folio Tereus sublimis avito  
 Vescitur: inque suam sua viscera congerit alvum.  
 Tantaque nox animi est, Ityn huc accessite, dixit.  
 Dissimulare nequit crudelia gaudia Proene :  
 Jamque suæ cupiens existere nuncia cladis ;  
 Intus habes, quod possis, ait. circumspicit ille ,  
 Atque ubi sit, quaerit. quaerenti, iterumque vocanti,  
 Sicut erat sparsis furiali cæde capillis ,  
 Profiliit , Ityosque caput Philomela cruentum  
 Misit in ora patris : nec tempore maluit ullo  
 Possse loqui, & meritis testari gaudia dictis.  
 Thracius ingenti mensas clamore repellit ,  
 Vipereasque ciet Stygia de valle forores :  
 Et modo, si possit, reserato pectore diras  
 Egerere inde dapes, semesaque viscera gestit :  
 Flet modo, seque vocat bustum miserabile nati :  
 Nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.  
 Corpora Cecropidum pennis pendere putares ;  
 Pendebant pennis. quarum petit altera silvas :  
 Altera tecta subit. neque adhuc de pectore cædis  
 Excessere notæ ; signataque sanguine pluma est.  
 Ille dolore suo, pœnæque cupidine velox ,  
 Verritur in volucrem ; cui stant in vertice cristæ :  
 Prominet immodicum pro longâ cuspidis rostrum .  
 Nomen Epops volucris : facies armata videtur.  
 Hic dolor ante diem longæque extrema senectæ  
 Tempora, Tartareas Pandiona misit ad umbras.  
 Sceptra loci , rerumque capit moderamen Ere-  
 chtheus ;  
 Iustitia dubium, validissime potentior armis.  
 Quattuor ille quidem juvenes, totidemque creâra  
 Fœmineæ sortis : sed erat par forma duarum.  
 E quibus Æolides Cephalus te conjuge felix ,  
 Procri, fuit: Boreæ Tereus Thracæque nocebant :  
 Dilectaque diu caruit Deus Orithyia ,  
 Dum rogat, & precibus mavult quam viribus uti.  
 Ast ubi blanditiis agitur nihil ; horridus irâ ,  
 Quæ solita est illi nimiumque domestica vento ,  
 Et meritò, dixit : quid enim mea tela reliqui ,  
 Sævitiâ, & vires, iramque , animosque minaces ,

Admovique preces ; quarum me dedecet usus ?  
 Apta mihi vis est. vi tristia nubila pello :  
 Vi freta concutio, nodosaque robora verto ,  
 Induroque nives, & terras grandine pulso.  
 Idem ego, cum fratres cælo sum nactus aperto ,  
 (Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor ;  
 Ut medius nostris concursibus intonet æther ;  
 Exiliantque cavis elisi nubibus ignes.  
 Idem ego, cum subii convexa foramina terræ ,  
 Suppositaque ferox inis mea terga cavernis ;  
 Sollicito manes, totumque tremoribus orbem.  
 Hac ope debueram thalamos petiisse : socerque  
 Non orandus erat, sed vi faciendus, Erechtheus,  
 Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus ;  
 Excussit pennas. quarum jactatibus omnis  
 Afflata est tellus ; latumque perhorruit æquor.  
 Pulvereamq; trahens per summa cacumina pallam,  
 Verrit humum : pavidamque metu caligine tectus  
 Orithyian amans fulvis amplectitur alis.  
 Dum volat ; arserunt agitati fortius ignes.  
 Nec prius aërii cursûs suppressit habenas ,  
 Quam Ciconum tenuit populos & mœnia, raptor.  
 Illic & gelidi conjux Actæa tyranni ,  
 Et genitrix facta est ; partus enixa gemellos ;  
 Cætera qui matris, pennas genitoris haberent.  
 Non tamen has una memorant cum corpore natas:  
 Barbaque dum rutilis aberat subnixæ capillis ;  
 Implumes Calaisque puer Zethesque fuerunt.  
 Mox pariter ritu pennæ cœpère volucrum  
 Cingere utrumque latus ; pariter flavescere malæ.  
 Ergo, ubi concessit tempus puerile juventæ ,  
 Vellera cum Minyis nitido radiantia villo  
 Per mare non motum primâ petiére carinâ.

METAMORPHOSEON LIB. VII.

**I** Amque fretum Minyæ Pagasæâ puppe secabant,  
 Perpetuaque trahens inopem sub nocte senectam  
 Phineus visus erat ; juvenesque Aquilone creati  
 Virginæas volucres miseri senis ore fugarant ;  
 Multaque perpessi claro sub Iasone, tandem  
 Contigerant rapidas limosi Phasidos undas.  
 Dumque adeunt regem ; Phryxæaque vellera poscunt ;



Lexque datur numeris magna horrenda labo-  
 Concipit interea validos Ætias ignes : (rum ;  
 Et luctata diu, postquam ratione furorem  
 Vincere non poterat ; Frustra, Medea, repugnas ;  
 Nescio quis Deus obstat, ait. mirumque, nisi hoc  
 est,

Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.  
 Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur ?  
 Sunt quoque dura nimis. cur, quem modo denique  
 vidi,

Ne pereat, timeo ? quæ tanti causa timoris ?  
 Excute virgineo conceptas pectore flammæ,  
 si potes, infelix. si possem, sanior essem.  
 Sed trahit invitam nova vis ; aliudque Cupido,  
 Mens aliud suadet. video meliora, proboque :  
 Deteriora sequor. quid in hospite, regia virgo,  
 Jæris ? & thalamos alieni concipis orbis ? (ille  
 hæc quoque terra potest, quod ames, dare. vivat, an  
 Occidat, in Dis est. vivat tamen. idque precari  
 vel sine amore licet. quid enim commisit Iäson ?  
 Quam nisi crudelem, non tangat Iäsonis ætas,  
 ut genus, & virtus ? quam non, ut cætera desint,  
 Forma movere potest ? certe mea pectora movit.  
 At, nisi opem tulerò, taurorum afflabitur ore :  
 Concurretque suæ segeti tellure creatis  
 Hostibus : aut avido dabitur fera præda draconi.  
 Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,  
 tum ferrum & scopulos gestare in corde fatebor.  
 Cur non & specto pereuntem ? oculosque videndo  
 Conscelero ? cur non tauros exhortor in illum,  
 Terrigenasque feros, insopitumque draconem ?  
 Di meliora velint. quamquam non ista precanda,  
 Sed facienda mihi. prodamne ego regna parentis,  
 Atque ope nescio quis servabitur advena nostra,  
 Ut per me sospes sine me det linthea ventis,  
 Virque sit alterius ; pœnæ Medea relinquetur ?  
 si facere hoc, aliamve potest præponere nobis,  
 Decidat ingratus. sed non is vultus in illo,  
 Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ ;  
 Ut timeam fraudem, meritique obliviam nostri.  
 Et dabit ante fidem : cogamque in fœdera testes  
 Esse Deos. quid tuta times ? accingere ; & omnem  
 Pelle moram. tibi se semper debebit Iäson,

Te face solenni junget sibi : perque Pelasgas  
 Servatrix urbes matrum celebrabere turbâ. (que  
 Ergo ego germanam, fratremque, patremq;, Deo  
 Et natale solum ventis ablata relinquam ?  
 Nempe pater sævus, nempe est mea barbara tellus  
 Frater adhuc infans : stant mecum vota sororis.  
 Maximus intra me Deus est, non magna relinquam  
 Magna sequar : titulum servatæ pæbis Achivæ,  
 Notitiæque loci melioris, & oppida, quorum  
 Hic quoque fama viget, cultusque, artesque virorû  
 Quemque ego cum rebus, quas totus possidet or  
 Æsoniden mutasse velim : quo conjuge felix (bis  
 Et Dis cara ferar, & vertice sidera tangam.  
 Quid, quod nescio qui meâis concurrere in undis  
 Dicuntur montes, ratibusque inimica Charybdis,  
 Nunc forbere fretû, nunc reddere; cinctaque sævi  
 Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo ?  
 Nempe tenens quod amo, gremioque in Iâsonia  
 hærens,  
 Per freta longa ferar, nihil illum amplexa verebor  
 Aut, si quid metuam, metuam de conjuge solo.  
 Conjugiumne vocas, speciosaque nomina culpæ  
 Imponis, Medea, tuæ ? quin aspice quantum  
 Aggrediare nefas : &, dum licet, effuge crimen.  
 Dixit : & ante oculos rectum, pietasque, pudorque  
 Constiterant : & victa dabat jam terga Cupido.  
 Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras :  
 Quas nemus umbrosum, secretaque silva tegebant.  
 Et jam fortis erat, pulsusque residerat ardor ;  
 Cum videt Æsoniden : extinctaque flamma revixit.  
 Erubuère genæ ; totoque recanduit ore.  
 Ut solet à ventis alimenta assumere, quæque  
 Parva sub inductâ latuit scintilla favillâ,  
 Crescere ; & in veteres agitata resurgere vires :  
 Sic jam lentus amor, jam quem languere putares.  
 [Ut vidit juvenem, specie præsentis inarsit.]  
 Et casu, solito formosior Æsone natus  
 Illâ luce fuit, posses ignoscere amanti.  
 Spectat ; & in vultu, veluti nunc denique viso,  
 Lumina fixa tenet : nec se mortalia demens  
 Ora videre putat : nec se declinat ab illo.  
 Ut verò cœpitque loqui, dextramque prehendit  
 Hospes, & auxilium submissâ voce rogavit ;

Promisitque torum; lacrymis ait illa profusis:  
 Quid faciam video: nec me ignorantia veri  
 Decipiet, sed amor. servabere munere nostro:  
 servatus promissa dato. per sacra triformis  
 ille Deæ, lucoque foret quod numen in illo,  
 Perque patrem foceri cernentem cuncta futuri,  
 Eventusque suos, per tanta pericula jurat.  
 Creditus, accepit cantatas protinus herbas,  
 Edidicitque usum; lætusque in tecta recessit.  
 Postera depulerat stellas Aurora micantes:  
 Conveniunt populi sacrum Mavortis in arum;  
 Consultuntque jugis. medio Rex ipse resedit  
 Agmine purpureus, sceproque insignis eburno.  
 Ecce adamantæis Vulcanum naribus efflant  
 Æripedes tauri: tactæque vaporibus herbæ  
 Ardent. utque solent pleni resonare camini,  
 Aut ubi terrenâ silices fornææ soluti  
 Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum;  
 Pectora sic intus clausas volventia flammæ,  
 Gutturæque usta sonant. tamen illis Æsone natus  
 Obvius it. vertè truces venientis ad ora  
 Terribiles vultus, præfixaque cornua ferro;  
 Pulveremque solum pede pulsavère bisulco;  
 Fumificisque locum mugitibus implevère.  
 Diriguère metu Minyæ. subit ille; nec ignes  
 Sentit anhelatos: tantum medicamina possunt.  
 Pendulaque audaci mulcet palearia dextrâ:  
 Suppositosque jugo pondus grave cogit aratri  
 Ducere & insuetum ferro proscindere campum.  
 Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus implent,  
 Adjiciuntque animos. galeâ tum sumit aenâ  
 Vipereos dentes; & aratos spargit in agros.  
 Semina mollit humus valido prætincta veneno:  
 Et crescunt, fiuntque sati nova corpora dentes.  
 Utque hominis speciem maternâ sumit in alvo;  
 Perque suos intus numeros componitur infans;  
 Nec nisi maturus communes exit in auras.  
 Sic ubi visceribus gravidæ telluris imago  
 Effecta est hominis, fæto consurgit in arvo:  
 Quodque magis mirum, simul edita concutit arma.  
 Quos ubi viderunt præacutæ cuspidis hastas  
 In caput Hæmonii juvenis torquere parantes;  
 Demisere metu vastumque animumque Pelasgi.

Ipsa quoque extimuit, quæ tutum fecerat illum :  
 Utque peti vidit juvenem tot ab hostibus unum,  
 Palluit ; & subito sine sanguine frigida sedit.  
 Neve parum valeant à se data gramina, carmen  
 Auxiliare canit ; secretaque advocat artes.  
 Ille, gravem medios silicem jaculatus in hostes ,  
 A se depulsum Martem convertit in ipsos.  
 Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres ;  
 Civilique cadunt acie. gratantur Achivi :  
 Victoremque tenent ; avidisque amplexibus hærent.  
 Tu quoque victorem complecti, barbara, velles ;  
 [Obstitit incepto pudor : at complexa fuisses ;]  
 Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famæ.  
 Quod licet, affectu tacito lætaris : agisque  
 Carminibus grates, & Dis auctoribus horum.  
 Pervigilem superest herbis sopire draconem :  
 Qui cristâ linguisque tribus præsignis, & tuncis  
 Dentibus horrendus, custos erat arietis aurei.  
 Hunc postquam sparsit Lethæi gramine succi ;  
 Verbaque ter dixit placidos facientia somnos ,  
 Quæ mare turbatum , quæ concita flumina sistant ;  
 Somnus in ignotos oculos subrepat : & auro  
 Heros Æsonius potitur : spolioque superbus ,  
 Muneris auctorem secum spolia altera portans ,  
 Victor Iölciaeos tetigit cum conjugè portus.  
 Hæmonia matres pro gnatis dona receptis ,  
 Grandævique ferunt patres : congestaque flammâ  
 Thura liquefiunt ; inductaque cornibus aurum  
 Victima vota cadit. sed abest gratantibus Æson ,  
 Jam propior leto. fessulque senilibus annis.  
 Cum sic Æsonides : O cui debere salutem  
 Confiteor, conjux, quanquam mihi cuncta dedisti,  
 Excessitque fidem meritorem summa tuorum ;  
 Si tamen hoc possunt ; quid enim non carmina pos-  
 Deme meis annis ; & dentes adde parenti. (sunt ?  
 Nec tenuit lacrymas. mora est pietate rogantis :  
 Dissimilemque animum subiit Æceta relictus.  
 Non tamen affectus tales confessa, Quod, inquit,  
 Excidit ore pio, conjux, scelus ? ergo ego cuiquam  
 Posse tuæ videar spatium transcribere vitæ ?  
 Nec sinat hoc Hecate ; nec tu petis æqua : sed isto,  
 Quod petis , experiar majus dare munus, Iäson.  
 Arte meâ soceri longum tentabimus ævum ,

Non annis revocare tuis. modo Diva triformis  
 Adjuvet : & præsens ingentibus annuat ausis.  
 Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent,  
 Efficerentque orbem. postquam plenissima fulsit,  
 Ac solidâ terras spectavit imagine Luna :  
 Egreditur tectis vestes induta recinctas,  
 Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos :  
 Fertque vagos mediæ per muta silentia noctis  
 Incomitata gradus. homines, volucresque, feraeque  
 Solverat alta quies: nullo cum murmure sepes,  
 Immotæque silent frondes ; silet humidus aer.  
 Sidera sola micant. ad quæ sua brachia tendens  
 Ter se convertit ; ter sumtis flumine crinem  
 Perfrævit aquis ; ternis ululatibus ora  
 Solvit : & in durâ submisso poplite terrâ,  
 Nox, ait, arcanis fidissima, quæque diurnis  
 Aurea cum Lunâ succeditis ignibus astra,  
 Tuque triceps Hecate, quæ cœptis conscia nostris  
 Adjutrixque venis, cantusque, artesque magarum,  
 Quæque magas, Tellus, pollentibus instruis herbis ;  
 Furæque, & venti, montesque, amnesque, lacusque,  
 Dique omnes nemorum, Dique omnes noctis ad-  
 este :

Quorum ope, cum volui, ripis mirantibus amnes  
 In fontes rediére suos : concussaque sisto ;  
 tantia concutio cantu freta ; nubila pello ;  
 Jubilaque induco : ventos abigoque vocoque :  
 Sipereas rumpo verbis & carmine fauces :  
 Vivaque saxa, suâ convulsaque robora terrâ,  
 Et silvas moveo ; jubeoque tremiscere montes :  
 Et mugire solum, manesque exire sepulcris.  
 Te quoque, Luna, traho, quamvis Temesæ labores  
 Era tuos minuant. currus quoque carmine nostro  
 Pallet avi ; pallet nostris Aurora venenis.  
 Vos mihi taurorum flammæ hebetastis ; & unco  
 laud patiens oneris collum pressistis aratro.  
 Vos serpentigenis in se fera bella dedistis :  
 Custodemque rudem somni sopistis : & aurum  
 Indice decepto Graias misistis in urbes.  
 Nunc opus est succis, per quos renovata senectus  
 In florem redeat, primosque recolligat annos.  
 Et dabitis : neque enim micuerunt sidera frustra ;  
 Nec frustra volucrum tractus cervice draconum

Currus adest. aderat demissus ab æthere currus.  
 Quo simul ascendit; frænataque colla draconum  
 Permissit, manibusque leves agitavit habenas;  
 Sublimis rapitur: subiectaque Thessala Tempus  
 Despiciat, & cretæis regionibus applicat angues:  
 Et quas Ossa tulit, quas altus Pelion herbas,  
 Othrysque, Pindusque, & Pindo major Olympus,  
 Perspicit: & placitâ partim radice revellit;  
 Partim succidit curvamine falcis aëneæ.  
 Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,  
 Multa quoq; Amphrysi: neq; eras immunis, Enipeus  
 Nec non Penæ, nec non Spercheïdes undæ  
 Contribuere aliquid, juncosaque littora Bæbes.  
 Carpit & Euboicâ vivax Anthedone gramen,  
 Nondum mutato vulgatum corpore Glauci.  
 Et jam nona dies curru pennisque draconum,  
 Nonaque nox omnes lustrantem viderat agros;  
 Cum rediit: neque erant pasti, nisi odore, dracones;  
 Et tamen annosâ pellem posuere senectæ.  
 Constitit adveniens citra limenque, foresque;  
 Et tantum caelo tegitur: refugitque viriles  
 Contactus; statuitque aras è cespite binas,  
 Dexteriore Hecates, at lævâ parte Juventæ.  
 Quas ubi verbenis, silvâque incinxit agresti;  
 Haud procul egestâ scrobibus tellure quibus  
 Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atrî  
 Conjicit; & patulas perfundit sanguine fossas.  
 Tum super invergens liquidî carchesia Bacchi,  
 Æneaque invergens tepidî carchesia lactis;  
 Verba simul fundit, terrenaque numina poscit:  
 Umbrarumque rogat raptâ cum conjuge regem,  
 Ne properent artus animâ fraudare seniles.  
 Quos ubi placavit precibusque & murmure longo;  
 Æsonis effœtum proferri corpus ad aras  
 Jussit: & in plenos resolutum carmine somnos  
 Exanimi similem stratis porrexit in herbis. (stros:  
 Hinc procul Æsoniden, procul hinc jubet ire mini-  
 Et monet arcanis oculos removere profanos.  
 Dissugiunt jussi. passis Medea capillis  
 Bacchantum ritu flagrantem circuit aras:  
 Multifidasque faces in fossâ sanguinis atrâ  
 Tingit: & intinctas geminis accendit in aris.  
 Terque senem flammâ, ter aquâ, ter sulfure lustrat.

Interea validum posito medicamen aëno  
 Fervet, & exsultat; spumisque tumentibus albet.  
 Illic Hæmoniæ radices valle resectas,  
 Seminaque, floresque, & succos incoquit acres.  
 Adjicit extremo lapides Oriente petitos,  
 Et, quas Oceani refuum mare lavit, arenas.  
 Addit & exceptas Luna pernoctæ pruinas,  
 Et strigis infames, ipsis cum carnibus, alas;  
 Inque virum soliti vultus mutare ferinos  
 Ambigui profecta lupi. nec defuit illic  
 Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri,  
 Vivacisque jecur cervi: quibus insuper addit  
 Ora caputque novem cornicis sæcula passæ.  
 His & mille aliis postquam sine nomine rebus  
 Propositum instruxit mortari barbara munus;  
 Arenti ramo jampridem mitis olivæ  
 Omnia confudit; summisque immiscuit ima.  
 Ecce vetus calido versatus stipes aëno  
 Fit viridis primo: nec longo tempore frondem  
 Induit; & subito gravidis oritur olivis.  
 At quacunq; cavo spumas ejecit aëno  
 Ignis, & in terram guttæ cecidere calentes;  
 Vernat humus: floresque, & mollia pabula surgunt.  
 Quod simul ac vidit; stricto Medea recludit  
 Ense senis jugulum: veteremque exire cruorem  
 Passa, replet succis. quos postquam combibit Æson  
 Aut ore acceptos, aut vulnere; barba comæque  
 Canitie positâ nigrum rapuere colorem.  
 Pulsa fugit macies: abeunt pallorque situsque;  
 Adjectoque cavæ suppleantur sanguine venæ;  
 Membraque luxuriant. Æson miratur, & olim  
 Ante quater denos hunc se reminiscitur annos.  
 Viderat ex alto tanti miracula monstri  
 Liber: & admonitus juvenes nutricibus annos  
 Possè suis reddi; capit hoc à Tethyæ munus.  
 Neve doli cessent; odium cum conjuge falsum  
 Phasias assimulat: Pelixque ad limina supplex  
 Confugit atque illam (quoniam gravis ipse senectâ)  
 Excipiunt natæ. quas tempore callida parvo  
 Colchis amicitix mendacis imagine cepit.  
 Dumque refert, inter meritorum maxima, demtos  
 Æsonis esse situs; atque hac in parte moratur;  
 Spes est virginibus Pelia subiecta creatis,

Arte suum parili revirescere posse parentem.  
 [Idque petunt: pretiumque jubent sine fine pacisci.]  
 Illa brevi spatio silet; & dubitare videtur:  
 Suspenditque animos fictâ gravitate rogantes.  
 Mox ubi pollicita est, Quo sit fiducia major  
 Muneris hujus, ait: qui vestras maximus ævo est  
 Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.  
 Protinus innumeris effætus laniger annis  
 Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu:  
 Cujus ut Hæmonio marcentia guttura cultro  
 Fodit, & exiguo maculavit sanguine ferrum;  
 Membra simul pecudis, validosque venefica succos  
 Mergit in ære cavo. minuuntur corporis artus:  
 Cornuaque exuitur, nec non cum cornibus annos:  
 Et tener auditur medio balatus æno.  
 Nec mora; balatum mirantibus exsilit agnus:  
 Lascivitque fugâ; lactantiaque ubera quærit.  
 Obstupere fata Peliâ: promissaque postquam  
 Exhibuere fidem; tum vero impensius instant.  
 Ter juga Phæbus equis in Ibero gurgite mersis  
 Demserat; & quartâ radiantia nocte micabant  
 Sidera; cum rapido fallax Ætias igni  
 Imponit purum laticem, & sine viribus herbas.  
 Jamque neci similis, resoluto corpore, regem,  
 Et cum rege suo custodes somnus habebat,  
 Quem dederant cantus, magicæque potentia linguæ.  
 Intranant justæ cum Colchide limina natæ:  
 Ambierantque torum: Quid nunc dubitatis inertes?  
 Stringite, ait, gladios: veteremque haurite cruorem;  
 Ut repleam vacuas juvenili sanguine venas.  
 [In manibus vestris vita est ætasque parentis.]  
 Si pieras ulla est, nec spes agitat inanes;  
 Officium præstate patri: telisque senectam  
 Exigite; & saniem conjecto emittite ferro.  
 His, ut quæque pia est, hortatibus impia prima est:  
 Et ne sit scelerata, facit scelus. haud tamen ictus  
 Ulla suos spectare potest: oculosque reflectunt;  
 Cæcæque dant sævis aversæ vulnera dextris.  
 Ille, cruore fluens, cubito tamen allevat artus:  
 Semilacerque toro tentat consurgere: & inter  
 Tot medius gladios pallentia brachia tendens;  
 Quid facitis, gnata? quid vos in fata parentis  
 Armat, ait? cecidere illis animique manusque.



Plura locuturo cum verbis guttura Colchis  
Abtulit, & calidis laniatum merfit aënis.

Quod nisi pennatis serpentibus isset in auras ;  
Non exemta foret pœnæ, fugit alta superque  
Pelion umbrosum Philyreia tecta, superque  
Othryn, & eventu veteris loca nota Cerambi.  
Hic ope Nympharum sublarus in aëra pennis ,  
Cum gravis infuso tellus foret obruta ponto ,  
Deucalionæas effugit inobrutus undas.

Æoliam Pitanen a lævâ parte relinquit ,  
Factaque de saxo longi simulacra draconis :  
Idæumque nemus : quo raptum furta juvencum  
Occuluit Liber falsi sub imagine cervi :  
Quaque pater Corythi parvâ tumulatur arenâ :  
Et quos Mæra novo latratu terruit agros.  
Eurypylique urbem, qua Cox cornua matres  
Gesserunt, tum cum discederet Herculis agmen :  
Phœbæamque Rhodon, & Ialysios Teichinas ,  
Quorum oculos ipso vitiantes omnia visu  
Jupiter exosus, fraternis subdidit undis.

Transit & antiquæ Carthæia mœnia Cex ,  
Qua pater Alcidas placidam de corpore natæ  
Miraturus erat nasci potuisse columbam.

Inde lacus Hyries videt, & Cycneia Tempe ,  
Quæ subitus celebravit olor. nam Phyllius illic  
Imperio pueri volucresque serumque leonem  
Tradiderat domitos : taurum quoque vincere jus-

sus

vicerat ; & , spreto toties iratus amore ,  
Præmia poscenti taurum suprema negabat.  
Ille indignatus, Cupies dare, dixit : & alto  
Desiluit saxo. cuncti cecidisse putabant :

Factus olor niveis pendebat in aëra pennis.  
At genitrix Hyrie, servari nescia, stendo  
Delicuit : stagnumque suo de nomine fecit.

Adjacet his Pleuron : in qua trepidantibus alis  
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Inde Calauræ Latoïdos aspicit arva ,  
In volucrem versi cum conjugè conscia regis.  
Dextera Cyllene est: in qua cum matre Menephron  
Incubiturus erat, sævarum more ferarum.

Cephison procul hinc desilentem fata nepotis  
aspicit in tamidam phœen ab Apolline versi :

Eumelique domum lugentis in aëre natam.

Tandem viperæis Epnyren Pirenida pennis

Contigit. hinc ævo veteres mortalia primo

Corpora vulgarunt pluvialibus edita fungis.

Sed postquam Colchis arsit nova nupta venenis,

Flagrantemque domum regis mare vidit utrum-  
que;

Sanguine natorum perfunditur impius ensis:

[Ultraque se male mater, Iasonis effugit arma.]

Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat

Palladias arces: quæ te, justissime Phineu,

Teque, senex Peripha, pariter videre volantes,

Innixamque novis neptem Polypemonis alis.

Excipit hanc Ægeus, facto damnandus in uno:

Nec satis hospitium est, thalami quoque, fœdere jungit.

Jamque aderat Theseus proles ignara parenti;

Qui virtute sua bimarem pacaverat Isthmon.

Hujus in exitium miscet Medea, quod olim

Attulerat secum Scythicis aconiton ab oris.

Illud Echidnæ memorant è dentibus ortum

Esse canis. specus est tenebroso cæcus hiatu:

Est via declivis, per quam Tirynthius heros

Restantem, contraque diem radiosque micantes

Oblivantem oculos, nexis adamante catenis,

Cerberon abstraxit: rabidâ qui concitus irâ

Implevit pariter ternis lætibus auras:

Et sparsit virides spumis albescentibus agros.

Has concreâsse putant: nascasque alimenta feracis

Fœcundique soli, vires cepisse nocendi.

Quæ quia nascuntur dura vivacia caute,

Agrestes aconita vocant. ea conjugis actu

Ipsè parens Ægeus nato porrexit, ut hosti.

Sumserat ignarâ Theseus data pocula dextrâ;

Cum pater in capulo gladii cognovit eburno

Signa sui generis: facinusque excussit ab ore.

Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

At genitor, quanquam lætatur sospite nato;

Attonitus tantum leti discrimine parvo

Committi potuisse nefas, foet ignibus aras,

Muneribusque Deos implet: feriuntque secures

Colla torosa boum vinctorum cornua vitis.

Nullus Erechthidis fertur celebrator illo

Illuxisse dies. agitant convivium patres,

Et medium vulgus : nec non & carmina, vino  
 Ingenium faciente, canunt, te, maxime Theseu,  
 Mirata est Marathon Gretæi sanguine tauri :  
 Quodque suis securus arat Cromyona colonus ;  
 Munus opusque tuum est. tellus Epidauria per te  
 Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem :  
 Vidit & immitem Cephæias ora Procrusten :  
 Cercyonis letum vidit Cerealis Eleusin.  
 Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus ;  
 Qui poterat curvare trabes ; & agebat ab alto  
 Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Tutus ad Alcathoën Lelegæia mœnia limes  
 Composito Scirone patet : sparsique latronis  
 Terra negat sedem, sedem negat ossibus unda :  
 Quæ jactata diu fertur durasse vetustas  
 In scopulos. scopulis nomen Scironis inhæret.  
 Si titulos annosque tuos numerare velimus ;  
 Facta premant annos. pro te, fortissime, vota  
 Publica suscipimus: Bacchi tibi sumimus haustus.  
 Consonat assensu populi, precibusque faventum  
 Regia : nec totâ tristis locus ullus in urbe est.

Nec tamen (usque adeo nulli sincera voluptas ;  
 sollicitique aliquid lætis intervenit) Ægeus  
 Gaudia percepit nato secura recepto.  
 Bella parat Minos: qui quanquam milite, quanquam  
 Classe valet ; patria tamen est firmissimus ira :  
 Androgeique necem justis ulciscitur armis.  
 Ante tamen bellum vires acquirit amicas :  
 Quaq; potens habitus, volucris freta classe pererrat.  
 Hinc Anaphen sibi jungit, & Astypaleia regna ;  
 Promissis Anaphen, regna Astypaleia bello:  
 Hinc humilem Myconon, cretosaque rura Cimoli,  
 Florentemque Cythnon, Scyron, planamque Se-  
 riphon,

Sarmoreamque Paron, quaq; impia prodidit arce  
 Ithonis accepto, quod avara poposcera, auro.  
 Tutata est in avem, quæ nunc quoque diligit aurum ;  
 nigra pedem ; nigris velata monedula pennis.

At non Oliaros, Didymaque, & Tenos, & An-  
 dros,

t Gyaros, nitida que ferax Peparethos olivæ,  
 nossiacas juvère rates : latere inde sinistro  
 Penopiam Minos petit Æacideia regna.

Oenopiam veteres appellavêre: sed ipse  
 Æacus Æginam genitricis nomine dixit.  
 Turba ruit, tantæque virum cognoscere famæ  
 Expetit. occurrunt illi Telamonque minorque  
 Quam Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.  
 Ipse quoque egreditur tardus gravitate senili  
 Æacus: & quæ sit veniendi causâ requirit.  
 Admonitus patrii luctûs suspirat, & illi  
 Dicta refert rector populorum talia centum:  
 Arma juves oro pro gnato sumta; piæque  
 Pars sis militiæ. tumulo solatia posco.  
 Huic Asopiades, Petis irrita, dixit, & urbi  
 Haud facienda meæ: neque enim conjunctior ulla  
 Cecropidis hac est tellus. ea fœdera nobis.  
 Tristis abit, Stabuntque tibi tua tœdera magno,  
 Dixit: & utilius bellum putat esse minari,  
 Quam gerere, atque suas ibi præconsumere vires.  
 Classis ab Oenopiis etiamnum Lyctia muris  
 Spectari poterat; cum pleno concita velo  
 Attica puppis adest, in portusque intrat amicos:  
 Quæ Cephalum, patriæque simul mandata ferebat.  
 Æacidæ longo juvenes post tempore visum  
 Agnovêre tamen Cephalum; dextrasque dedêre:  
 Inque patris duxêre domum. spectabilis heros,  
 Et veteris retinens etiamnum pignora formæ,  
 Ingreditur; ramumque tenens popularis olivæ  
 A dextrâ lævâque duos ætate minores  
 Major habet, Clyton & Buten, Pallante creatos.  
 Postquam congressus primi sua verba tulerunt;  
 Cecropidum Cephalus peragit mandata, rogatque  
 Auxilium; fœdusque refert, & jura parentum:  
 Imperiunque peti totius Achæidos addit.  
 Sic ubi mandatam juvit facundia causam;  
 Æacus in capulo sceptri nitente sinistrâ,  
 Ne petite auxilium, sed sumite, dixit, Athenæ.  
 Nec dubie vires, quas hæc habet insula, vestras  
 Ducite, & omnis eat rerum status iste mearum.  
 Robora non desunt. superat mihi miles, & hosti.  
 Gratia Dis; felix & inexcusabile tempus.  
 Immo ita sit, Cephalus, crescat tua ciuibus opto  
 Res, ait. adveniens equidem modo gaudia cepi;  
 Cum tam pulchra mihi, tam par ætate juvenus  
 Obvia processit, multos tamen inde requiro,

Quo postquam venere viri ; pars retia tendunt :  
 Vincula pars adimunt canibus : pars pressa sequuntur  
 Signa pedum , cupiuntque suum reperire periculum.  
 Concava vallis erat : qua se demittere rivi  
 Assuerant pluvialis aquæ. tenet ima lacunæ  
 Lenta salix, ulvæque leves, junci que pauciores ,  
 Viminaque, & longâ parvæ sub arundine cannæ.  
 Hinc aper excitus medios violentus in hostes  
 Fertur , ut excussis elisi nubibus ignes.  
 Sternitur incursum nemus : & propulsa fragorem  
 Silva dat. exclamant juvenes : prætentaque forti  
 Tela tenent dextrâ , lato vibrantia ferro.  
 Ille ruit ; spargitque canes , ut quisque ruenti  
 Obstet : & obliquo latrantes dissipat ictu.  
 Cuspis Echionio primum contorta lacerto  
 Vana fuit : truncoque dedit leve vulnus acerno.  
 Proxima , si nimis mittentis viribus usa  
 Non foret, in tergo visa est hæc sura petito :  
 Longius it : auctor teli Pagasæus Iason.  
 Phœbe, ait Ampycides, si te colique, coloque ;  
 Da mihi, quod petitur, certo contingere telo :  
 Qua potuit, precibus Deus annuit. ictus ab illo ,  
 Sed sine vulnere aper : ferrum Diana volanti  
 Abstulerat jaculo : lignum sine acumine venit.  
 Ira feri mota est : nec fulmine lenius arsit :  
 Lux micat ex oculis, spiratque è pectore flamma.  
 Utque volat moles adducto concita nervo ,  
 Cum petit aut muros, aut plenas milite turres ;  
 In juvenes certo sic impete vulnificus sus  
 Fertur : & Eupalamon Pelagonaque dextra tuen-  
 tes

Cornua prosternit focii rapuere jacentes.  
 At non letiferos effugit Enaximus ictus  
 Hippocoonte satius. trepidantem, & terga parantem  
 Vertere succiso liquerunt poplite nervi.  
 Forsitan & Pylius citra Trojana perisset  
 Tempora : sed sumto positâ conamine ab hastâ ,  
 Arboris insiluit, quæ stabat proxima, ramis :  
 Despexitque loco tutus, quem fugerat, hostem.  
 Dentibus ille ferox in querno stipite tritis  
 Imminet exitio, fidenque recentibus armis  
 Othriadæ magni rostro femur hausit adunco.  
 At gemini nondum cælestia sidera fratres ,

Ambo conspicui nive candidioribus albâ  
 Vectabantur equis : ambo vibrata per auras  
 Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.  
 Vulnera fecissent ; nisi setiger inter opacas  
 Nec jaculis ilset nec equo loca pervia silvas.  
 Persequitur Telamon : studioque incautus eundi ,  
 Pronus ab arboreâ cecidit radice retentus.  
 Dum levat hunc Peleus ; celerem Tegeæa sagittam  
 Imposuit nervo, sinuatoque expulit arcu.  
 Iuxta sub aure feri summum destringit arundo  
 Corpus : & exiguo rubefecit sanguine lætas.  
 Nec tamen illa sui successu latior ictûs ,  
 Quam Meleagros erat. primus vidisse putatur ;  
 Et primus sociis visum ostendisse cruorem :  
 Et, Meritum, dixisse, feres virtutis honorem.  
 Erubescere viri : sique exhortantur ; & addunt  
 Cum clamore animos : jaciuntque sine ordine tela.  
 Turba nocet jactis : &, quos perit, impedit ictus.  
 Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas ,  
 Discite fœmineis quam tela virilia præsent ,  
 O juvenes , operique meo concedite, dixit.  
 Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis ;  
 Hunc tamen invitâ perimet mea dextra Dianâ.  
 Talia magniloquo tumidus memoraverat ore :  
 Ancipitemque manu tollens utrâque securim ,  
 Insiterat digitis primos suspensus in artus.  
 Occupat audacem : quaque est via proxima leto ,  
 Summa ferus geminos direxit in inguina dentes.  
 Concidit Ancæus : glomerataque sanguine multo  
 Viscera lapsa fluunt : madefactaque terra cruore est.  
 Ibat in adversum proles Ixionis hostem  
 Pirithoüs , validâ quatiens venabula dextrâ.  
 Cui procul Ægides, O me mihi carior, inquit ,  
 Pars animæ consistit meæ : licet eminus esse  
 Fortibus : Ancæo nocuit temeraria virtus.  
 Dixit : & aratâ torisit grave cuspide cornum :  
 Quo bene librato, votique potente futuro ,  
 Obstitit esculeâ frondosus ab arbore ramus.  
 Misit & Æsonides jaculum : quod casus ab illo  
 Vertit in immeriti fatum latrantis, &, inter  
 Ilia conjectum , tellure per ilia fixam est.  
 At manus Oenidæ variat : missisque duabus ,  
 Bata prior terrâ , medio sterit altera tergo.

Nec mora: dum sc̄vit, dū corpora versat in orbem;  
 Stridentemque novo spumam cum sanguine fundit;  
 Vulneris auctor adest: hostemque irritat ad iram:  
 Splendidaque adversos venabula condit in armos.  
 Gaudia testantur socii clamore secundo;  
 Victricemque petunt dextrā conjungere dextram:  
 Immanemque ferum multā tellure jacentem  
 Mirantes spectant: neque adhuc contingere tutum  
 Esse putant: sed tela tamen sua quisque cruentant.  
 Ipse pede imposito caput exitiabile pressit:  
 Atque ita, Sume mei spoliū, Nonacria, juris,  
 Dixit: & in partem veniat mihi gloria tecum.  
 Protinus exuvias rigidis horrentia setis  
 Terga dat, & magnis insignia dentibus ora.  
 Illi lætitiæ est cum munere muneris auctor.  
 Invidere alii; totoque erat agmine murmur.  
 E quibus ingenti tendentes brachia voce,  
 Pone age, nec titulos intercipe fœmina nostros,  
 Thesiadæ clamant: neu te fiducia formæ  
 Decipiat; longeque tuo sit captus amore  
 Auctor: & huic adimunt munus, jus muneris illi.  
 Non tulit; & timidâ frendens Mavortius ira,  
 Discite raptores alieni, dixit, honoris,  
 Facta minis quantum distent. hausitque nefando  
 Pectora Plexippi, nil tale timentia, ferro.  
 Toxæa, quid faciat, dubium, pariterque volentem  
 Ulcisci fratrem, fraterna que fata timentem,  
 Haud patitur dubitare diu: calidumque priori  
 Cæde recalfecit consorti sanguine telum.  
 Dona Deūm templis nato victore ferebat,  
 Cum videt extinctos fratres Althæa referri.  
 Quæ plangore dato, mœstis ululatibus urbem  
 Implet: & auratis mutavit vestibus atras.  
 At simul est auctor necis editus; excidit omnis  
 Luctus: & à lacrymis in pœnæ versus amorem est.  
 Stipes erat: quem, cum partus enixa jaceret  
 Thesias, in flammam triplices posuere sorores:  
 Staminaque impresso fatalia pollice nentes;  
 Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibi que,  
 O modo nate, damus. quo postquam carmine dicto  
 Excessere Dææ; flagrantem mater ab igne  
 Eripuit torrem: sparsitque liquentibus undis.  
 Ubi diu fuerat penetrabilibus additus imis:

Servatusque tuos, juvenis, servaverat annos.  
 Protulit hunc genitrix, tædasque in fragmina poni  
 Imperat: & positis inimicos admovet ignes.  
 Tuin conata quater flammis imponere ramum,  
 Cœpta quater tenuit. pugnant materque fororque,  
 Et diversa trahunt unum duo nomina pectus.  
 Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri:  
 Sæpe suum fervens oculis dabat ira ruborem.  
 Et modo nescio quid similis crudele minanti  
 Vultus erat; modo quem misereri credere posses.  
 Cumque ferus lacrymas animi siccaverat ardor;  
 Inveniebantur lacrymæ tamen. utque carina,  
 Quam ventus, ventoque rapit contrarius æstus,  
 Vim geminam sentit, paretque incerta duobus:  
 Thestias haud aliter dubiis affectibus errat,  
 Inque vices ponit, positamque resuscitat iram.  
 Incipit esse tamen melior germana parente:  
 Et, consanguineas ut sanguine leniat umbras,  
 Impietate pia est. nam postquam pestifer ignis  
 Convaluit; Rogus iste cremet mea viscera, dixit.  
 Utque manu dirâ lignum fatale tenebat;  
 Ante sepulcrales infelix adstitit aras.  
 Pœnarumque Dææ triplices furialibus, inquit,  
 Eumenides, sacris vultus advertite vestros.  
 Ulciscor facioque nefas. mors morte pianda est:  
 In scelus addendum scelus est, in funera funus.  
 Per cœacervatos pereat domus impia luctus.  
 An felix Oeneus nato victore fruetur:  
 Thestius orbis erit? melius lugebitis ambo.  
 Vos modo fraterni manes, animæque recentes,  
 Officium sentite meum: magnoque paratas  
 Accipite inferias, uteri mala pignora nostri.  
 Hei mihi! quo raptor? fratres ignoscite matri.  
 Deficiunt ad cœpta manus. meruisse fatemur  
 Illum, cur pereat: mortis mihi displicet auctor.  
 Ergo impune feret; vivusque, & victor, & ipso  
 Successu tumidus regnum Calydonis habebit?  
 Vos cinis exiguus, gelidæque jacebitis umbræ?  
 Haud equidem patiar. pereat sceleratus: & ille  
 Spemque patris, regni que trahat, patriæque rui-  
 nam.

Mens ubi materna est? ubi sunt pia jura parentum?  
 Et, quos sustinui, bis mensum quinque labores?

O uti-



O utinam primis arsis ignibus infans :  
 Idque ego passa forem ! vixisti munere nostro :  
 Nunc merito mori tu. cape præmia facti :  
 Bisque datam, primum partu, mox stipite raptu,  
 Redde animam : vel me fraternis adde sepulcris.  
 Et cupio, & nequeo. quid agam ? modo vulnera  
 fratrum

Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago :  
 Nunc animû pietas, maternaque nomina frangunt.  
 Me miseram ! male vincetis : sed vincite, fratres :  
 Dummodo, quæ dederò vobis solatia, vosque  
 Ipsa sequar, dixit : dextrâque aversâ trementi  
 Funereum torrem medios coniecit in ignes.  
 Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse,  
 Stipes : & invitis correptus ab ignibus arsit.  
 Inficius atque absens flammâ Meleagros ab illâ  
 Uritur : & cæcis torreri viscera sentit  
 Ignibus : at magnos superat virtute dolores.  
 Quod tamen ignavo cadat, & sine sanguine leto,  
 Mœret : & Ancæi felicia vulnera dicit.

Grandævumque patrem, fratremque, piâque fo-  
 rores  
 Cum gemitu, sociamque tori vocat ore supremo ;  
 Forsitan & matrem. crescunt ignisque dolorque ;  
 Languescuntque iterum. simul est extinctus uter-  
 que,

Inque leves abiit paulatim spiritus auras :  
 Alta jacet Calydon. lugent juvenesque senesque :  
 Vulgusque, proceresque gemunt : scissæque capillos  
 Planguntur matres Calydonides Eveninæ.  
 Pulvere canitiem genitor vultusque seniles  
 Fœdat humi fufus ; spatiosumque increpat ævum.  
 Nam de matre manus, diri sibi conscia facti,  
 Exegit pœnas, acto per viscera ferro.  
 Non mihi si centum Deus ora sonantia, linguæ  
 Ingeniumque capax, totumque Heliconâ dedisset ;  
 Tristitia persequerer miserarum dicta sororum.  
 Immemores decoris liventia pectora tundunt :  
 Dumque manet corpus, corpus refoveuntque fo-  
 ventque :

Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.  
 Post cinerem, cineres haustos ad pectora versant :  
 Affusæque jacent tumulo : signataque saxo

Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt.  
 Quas, Parthæoniæ tandem Latoia clade  
 Exstatiata domûs, præter Gorgenque nurumque  
 Nobilis Alcmenæ, natis in corpore pennis  
 Allevat; & longas per brachia porrigit alas:  
 Corneaque ora facit; versasque per aëra mittit.

Interea Theseus sociati parte laboris  
 Functus, Erechthæas Tritonidos ibat ad arces.  
 Clausit iter, fecitque moras Acheloüs eunti,  
 Imbre tumens. Succede meis, ait, inelyte, tectis,  
 Cecropida; nec te committe rapacibus undis.  
 Ferre trabes solidas, obliquaque volvere magno  
 Murmure saxa solent. vidi contermina ripæ  
 Tam gregibus stabula alta trahi: nec fortibus illic  
 Profuit armentis, nec equis velocibus esse.  
 Multa quoque hic torrens nivibus de monte solutis  
 Corpora turbineo juvenilia vortice misit.  
 Tutior est requies; solito dum flumina currant  
 Limite; dum tennes capiat suus alveus undas.  
 Annuit Ægides: Utarque, Acheloë, domoque  
 Consilioque tuo, respondit: & usus utroque est.  
 Pumice multivoco, nec lævibus atria tophis  
 Structa subit. molli tellus erat humida musco.  
 Summa lacunabant alterno murice conchæ.  
 Jamque duas lucis partes Hyperione menso,  
 Discubuere toris Theseus comitesque laborum:  
 Hac Ixionides, illa Træzenius heros.  
 Parte Lelex, raris jam sparsus tempora canis.  
 Quosque alios parili fuerat dignatus honore  
 Annis Acarnanum, lætissimus hospite tanto.  
 Protinus appositas nudæ vestigia Nymphæ  
 Instruxere epulis mensas: dapibusque remotis  
 In gemma posuere merum. tum maximus heros  
 Æquora prospiciens oculis subiecta, Quis, inquit,  
 Ille locus? digitoque ostendit: & Insula nomen  
 Quod gerat illa, doce. quanquam non una videtur.  
 Annis ad hæc, Non est, inquit, quod cernimus,  
 unum.

Quinque jacent terræ: spatii discrimine fallunt.  
 Quoque minus spretæ factum mirere Dianæ;  
 Naides hæc fuerant: quæ cum bis quinque juvencos  
 Mactassent; rurisque Deos ad sacra vocassent;  
 Immemores nostri festas duxere choræas.

Intumui: quantusque feror, cum plurimus, unquam;  
 Tantus eram: pariterque animis immanis & undis  
 A silvis silvas, & ab arvis arva revelli. (nostri.  
 Cumque loco Nymphas, memores tum denique  
 In freta provolvi. fluctus nosterque marisque  
 Continuan diduxit humum; partesque resolvit  
 In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.

Ut tamen ipse vides, procul, en procul una recessit  
 Insula grata mihi. Perimelen navita dicit.  
 Huic ego virg<sup>neum</sup> dilectæ nomen ademi.  
 Quod pater Hippodamas ægre tulit: inque profun-  
 dum

Propulit è scopulo parituræ corpora natæ.  
 Excepi; nantemque ferens, O proxima cælo  
 Regna vagæ, dixi, sortite, tridentifer, undæ,  
 In quo delinimus, quo sacri currimus amnes,  
 [Huc ades, atque audi placidus, Neptune, precan-  
 tem.]

Huic ego, quam porto, nocui. si mitis, & æquus,  
 Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset;  
 Debuit illius misereri; ignoscere nobis.  
 Affer opem; mersæque precor feritate paternâ  
 Da, Neptune, locum: vel sit locus ipsâ licebit.  
 Hanc quoq; complectar. movit caput æquoreus rex:  
 Concussitque suis omnes assensibus undas.  
 Extimuit Nymphe: nabat tamen. ipse natantis  
 Pectora tangebam trepido salientia motu:  
 Dumque ea contrecto, totum durefcere sensu  
 Corpus; & inductâ condi præcordia terra.  
 [Dû loquor, amplexa est artus nova terra natantes,  
 Et gravis increvit mutatis insula membris.]

Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos  
 Moverat. irridet credentes: utque Deorum  
 Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus;  
 Ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes  
 Esse Deos, dixit; si dant adimuntque figuras.  
 Obstupuere omnes; nec talia dicta probarunt:  
 Ante omnesque Lelex, animo maturus & ævo,  
 Sic ait: Immensa est, finemque potentia cæli  
 Non habet: & quicquid Superi voluere, peractû est.  
 Quoque minus dubites; tiliæ contermina quercus  
 Collibus est Phrygiis, modico circumdata muro.  
 Ipse locum vidi: nam me Pelopeia Pittheus

Misit in arva, suo quondam regnata parenti.  
 Haud procul hinc stagnum; tellus habitabilis olim;  
 Nunc celebres mergis fulicisque palustribus undæ.  
 Jupiter huc, specie mortali, cumque parente  
 Venit Atlantiades positus caducifer alis.  
 Mille domos adiere, locum requiemque petentes:  
 Mille domos clausere seræ, tamen una recepit,  
 Parva quidem, stipulis & cannâ tecta palustri:  
 Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon  
 Illa sunt annis juncti juvenilibus; illa  
 Confenuere casâ: paupertatemque fatendo  
 Effecere levem, nec iniquâ mente ferendam.  
 Nec refert, dominos; illic, famulose requiras;  
 Tota domus, duo sunt: idem parentque jubentque.  
 Ergo ubi Cælicolæ parvos tetigere penates;  
 Submissoque humiles intrarunt vertice postes;  
 Membra senex posito jussit relevare sedili:  
 Quo superinjecit textum rude sedula Baucis.  
 Inde foco tepidum cinerem dimovit: & ignes  
 Suscitât hesternos; foliisque & cortice secco  
 Nutrit; & ad flammâs animâ producit anili:  
 Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto  
 Detulit, & minuit, parvoque ad movit aëno.  
 Quodque suus conjux riguo collegerat horto,  
 Truncat olus foliis. furcâ levat ille bicorni  
 Sordida terga suis, nigro pendentia tigno:  
 Servatoque diu refecat de terгоре partem  
 Exiguam; sectamque domat ferventibus undis.  
 Interea medias fallunt sermonibus horas:  
 Sentiri que moram prohibent. erat alveus illic  
 Fagineus, curvâ clavo suspensus ab ansâ:  
 Is tepidis impletur aquis; artusque fovendos  
 Accipit. in medio torus est de mollibus ulvis  
 Impositus lecto, spondâ pedibusque salignis.  
 Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo  
 Sternere consueverant: sed & hæc vilisque vetasque  
 Vestis erat, lecto non indignanda saligno.  
 Accubere Dei. mensam succincta tremensque  
 Ponit anus. mensæ sed erat pes tertius impar:  
 Testa parem fecit. quæ postquam subdita clivum  
 Sustulit; æquatam mentæ tersere virentes.  
 Ponitur hinc bicolor sinceræ bacca Minervæ,  
 Conditaque in liquidâ cornâ autumnalia sicce,

Intubaque, & radix, & lactis massa coacti ;  
 Ovaque, non acri leviter versata favillâ ;  
 Omnia fictilibus. post hæc cælatus eâdem  
 sistitur argillâ crater ; fabricataque sago  
 Pocula, quæ cava sunt, flaventibus illita ceris.  
 Parva mora est ; epulasque foci, misère calentes :  
 Nec longæ rursus referuntur vina senectæ ;  
 Dantque locum mēsis paulum seducta secundis.  
 Hic nux, hic nīsta est rugosis carica palmis ,  
 Prunaque, & in <sup>partibus</sup> rugosis redolentia mala canistris,  
 Et de purpureis collectæ vitibus uvæ.  
 Candidus in medio favus est. super omnia vultus  
 Accessère boni : nec iners pauperque voluntas.  
 Interea, quoties haustum cratera repleti  
 iponte suâ, per seque vident succrescere vina ,  
 Attoniti novitate pavent, manibusque supinis  
 Concipiunt Baucisque preces timidusque Phile-  
 mon :  
 Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.  
 Unicus anser erat, minimæ custodia villæ :  
 Quem Dīs hospitibus domini mactare parabant :  
 He celer pennâ tardos ætate fatigat ;  
 Luditque diu : tandemque est visus ad ipsos  
 Confugisse Deos. Superi vetuère necari ;  
 Dique sumus ; meritasque luet vicinia pœnas  
 Impia, dixerunt. vobis immunibus hujus  
 Esse mali dabitur : modo vestra relinquitte tecta ;  
 Nec nostros comitate gradus : & in ardua montis  
 ce simul. parent ambo, baculisque levati  
 Nituntur longo vestigia ponere clivo.  
 Tantum aberant summo, quantum semel ire sa-  
 gitta  
 missa potest: flexère oculos, & mersa palude  
 cætera prospiciunt : tantum sua tecta manere.  
 Dumque ea mirantur ; dum deslent fata suorum:  
 Illa vetus dominis etiam casa parva duobus ,  
 Vertitur in templum : furcas subière columnæ :  
 stramina flavescunt ; adopertaque marmore tel-  
 lus ,  
 Cælatæque fores, aurataque tecta videntur.  
 Talia cum placido Saturnius edidit ore :  
 Picite, juste senex, & fœmina conjuge justo  
 Signa, quid opteris. cum Baucide pauca locutus ,

Consilium Superis aperit commune Philemon :  
 Esse sacerdotes , delubraque vestra tueri  
 Poscimus : & quoniam concordēs egimus annos ;  
 Auferat hora duos eadem : nec conjugis unquam  
 Buxta mex videam ; neu sim tumulandus ab illā.  
 Vota fides sequitur . templi tutela fuere ;  
 Donec vita data est . annis a voque soluti  
 Ante gradus sacros cum starent forte , locique  
 Narrarent casus ; frondere Philemona Baucis ,  
 Baucida conspexit senior frondere Philemon .  
 Jamque super geminos crescente cacumine vultus  
 Mutua , dum licuit , reddebant dicta ; Valeque ,  
 O conjux , dixere simul : simul abdita textit  
 Ora frutex . ostendit adhuc Tyaneius illic  
 Incola de gemino vicinos corpore truncos .  
 Hæc mihi non vani ( neque erat cur saliere vel-  
 lent )

Narrare senes . equidem pendentia vidi  
 Serta super ramos : ponensque recentia , dixi ,  
 Cura pii Dis sunt , & , qui coluere , coluntur .

Desierat : cunctosque & res & moverat auctor :  
 Thesea præcipue : quem facta audire volentem  
 Mira Deum , nixus cubito Calydonius amnis  
 Talibus alloquitur : Sunt , ô fortissime , quorum  
 Forma semel mota est , & in hoc renovamine mansit .  
 Sunt , quibus in plures jus est transire figuras :  
 Ut tibi , complexi terram maris incola , Proteu .  
 Nam modo te juvenem , modo te videre leonem ,  
 Nunc violentus aper : nunc , quem tetigisse timerent ,  
 Anguis eras : modo te faciebant cornua taurum .  
 Sæpe lapis poteras , arbor quoque sæpe videri .  
 Interdum , faciem liquidarum imitatus aquarum ,  
 Flumen eras : interdum undis contrarius ignis .

Nec minus Autolyçi conjux Erisichthone nata  
 Juris habet . pater hujus erat , qui numina Divum  
 Sperneret ; & nullos aris adoleret honores .  
 Ille etiam Cereale nemus violasse securi  
 Dicitur ; & lucos ferro temerasse vetustos .  
 Stabat in his ingens annoso robore quercus ;  
 Una nemus : vittæ mediam , memoresque tabellæ ,  
 Sertaque cingebant voti argumenta potentis .  
 Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas :  
 Sæpe etiam , manibus nexis ex ordine , trunci

Circiêre modum : mensuraque roboris ulnas  
 Quinque ter implebat. nec non & cætera tanto  
 Silva sub hac, silvâ quanto jacet herba sub omni.  
 Non tamen idcirco terrum Triopeius illâ  
 Abstinuit ; famulosque jubet succidere sacrum  
 Robur : & ut jussos cunctari vidit , ab uno  
 Edidit hæc raptâ sceleratus verba securi :  
 Non dilecta Deæ solum, sed & ipsa licebit  
 Sit Dea, jam tanget frondente cacumine terram.  
 Dixit : &, obliquos dum telum librat in ictus ,  
 Contremuit, gemitumque dedit Deoia quercus :  
 Et pariter frondes, pariter pallescere glandes  
 Cœpere ; ac longi sudore madescere rami.  
 Cujus ut in trunco fecit manus impia vulnus ;  
 Haud aliter fluxit discussâ cortice sanguis ;  
 Quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus  
 Concidit , abruptâ cruor è cervice profusus.  
 Obstupescere omnes : aliquisque ex omnibus audet  
 Detertere nefas, sævamque inhibere bipennem.  
 Aspicit hunc, Mentisque piæ cape præmia, dixit  
 Thessalus: inque virum convertit ab arbore ferrum:  
 Detruncatque caput ; repetitaque robora cædit.  
 Editus è medio sonus est cum robore talis :  
 Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno :  
 Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum  
 Vaticinor moriens nostri solatia leti.  
 Persequitur scelus ille suum: labefactaque tandem  
 Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor  
 Corruit, & multam prostravit pondere silvam.  
 Attonitæ Dryades damno nemorisque suoque ,  
 Omnes germanæ, Cererem cum vellibus atris  
 Mœrentes adeunt : pœnamque Erisichthonis orant.  
 Annuit his : capitisque sui pulcherrima motu  
 Concussit gravidis oneratos messibus agros :  
 Molliturque genus pœnæ miserabile, si non  
 Ille suis esset nulli miserabilis actis ,  
 Pestiferâ lacerare Fame. quæ quatenus ipsi  
 Non adeunda Deæ , (neque enim Cereremque Fa-  
 memque  
 Fata coire sinunt) montani numinis unam  
 Talibus agrestem compellat Oreâda dictis :  
 Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris ,  
 Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore, tellus ;  
 Fri-

Frigus iners illic habitant, Pallorque, Tremorque  
 Et jejuna Fames : ea se in præcordia condat  
 Sacrilegi scelerata jube. nec copia rerum  
 Vincat eam ; superetque meas certamine vires.  
 Neve viæ spatium te terreat ; accipe curtus :  
 Accipe, quos frænis alte moderere, dracones.  
 Et dedit. illa dato subvecta per aëra curru  
 Devenit in Scythiam : rigidique cacumine montis  
 (Caucason appellant) serpentum colla levavit :  
 Quæsitamque Famem lapidoso vidit in agro ,  
 Unguibus & raras vellentem dentibus herbas.  
 Hirtus erat crinis ; cava lumina : pallor in ore :  
 Labra incana situ : scabræ rubigine fauces :  
 Dura cutis, per quam spectari viscera possent :  
 Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis :  
 Ventris erat pro ventre locus. pendere putares  
 Pectus ; & à spinæ tantummodo cruce teneri.  
 Auxerat articulos macies, genuumque rigebat  
 Orbis, & immodico prodibant tubera talo.  
 Hanc procul ut vidit, (neq; enim est accedere juxta  
 Ausa) refert mandata Deæ; paulumque morata ,  
 Quamquam aberat longe , quamquam modo vene-  
 rat illuc ,

Visa tamen sensisse Famem ; retroque dracones  
 Egit in Hæmoniam versis sublimis habenis.

Dicta Fames Cereris (quamvis contraria semper  
 Illius est operi) peragit ; perque aëra vento  
 Ad jussam delata domum est : & protinus intrat  
 Sacrilegi thalamos : altoque sopore solutum  
 (Noctis erat tempus) geminis amplectitur alis :  
 Sequè viro inspirat, faucesque, & pectus & ora  
 Afflat ; & in vacuis spargit jejunia venis.  
 Functaque mandato fœcundum deserit orbem ;  
 Inque domos inopes assueta revertitur arva.  
 Lenis adhuc somnus placidis Frisichthona pennis  
 Mulcebat. petit ille dapes sub imagine somni :  
 Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat ;  
 Exercetque cibo delusum guttur inani :  
 Proque epulis tenues nequicquam devorat auras.  
 Ut vero est expulsa quies ; furit ardor edendi :  
 Perque avidas fauces, immensaque viscera regnat.  
 Nec mora: quod pontus , quod terra , quod educat  
 Possit ; & appolitis queritur jejunia mensis :  
 Inque



neque epulis epulas quaerit. quodque urbibus esse,  
 quodque satis populo poterat; non sufficit uni.  
 Iusque cupit, quo plura suam demittit in alvum.  
 neque fretum recipit de totâ flumina tetrâ;  
 nec satiatur aquis; peregrinosque ebibit amnes;  
 neque rapax ignis non unquam alimenta recusat;  
 numerasque trabes cremat; & , quo copia major  
 est data, plura petit; turbâque voracior ipsa est:  
 neque epulas omnes Erisichthonis ora profani  
 accipiunt, poscuntque simul. cibus omnis in illo  
 iussa cibi est: semperque locus fit inanis edendo.  
 neque fame patrias altique voragine ventris  
 tenuerat opes. sed inattenuata manebas  
 in quoque, dira fames; implacataeque vigebat  
 anima gulæ. tandem, demisso in viscera censu,  
 illa restabat, non illo digna parente. (cusat:  
 nunc quoque vendit inops. dominum generosa re-  
 vicina suas tendens super æquora palmas,  
 accipe me domino, qui raptæ præmia nobis  
 arginitatis habes, ait. hæc Neptunus habebat.  
 qui prece non spretâ, quamvis modo visâ sequenti  
 det hero; formamque novat; vultumque virilem  
 induit, & cultus piscem capientibus aptos.  
 nunc dominus spectans, O qui pendentia parvo  
 ex cibo celas, moderator arundinis, inquit,  
 in mare compositum, sic sit tibi piscis in undâ  
 sedulus, & nullos, nisi fixus, sentiat hamos:  
 hæc modo cum vili turbatis veste capillis  
 litore in hoc steterat, (nam stantem in litore vidi)  
 ubi sit: neque enim vestigia longius exstant.  
 Dei munus bene cedere sentit: & à se  
 Squæri gaudens, his est ressecuta rogantem:  
 Cuiquis es, ignoscas; in nullam lumina partem  
 Argite ab hoc flexi; studioque operatus inhæsi.  
 Coque minus dubites, sic has Deus æquoris artes  
 invenet, ut nemo jamdudum litore in isto,  
 (ne tamen excepto) nec fœmina constitit ulla.  
 Cæcidit; & verso dominus pede pressit arenam;  
 Iusque abiit. illi sua reddita forma est.  
 ubi habere suam transformia corpora sentit,  
 Ne pater dominus Triopeida vendit. at illa (bat:  
 Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abi-  
 bebaturque avido non iusta alimenta parenti.

Vis tamen illa mali postquam consumserat omne  
 Materiam, dederatque gravi nova pabula morbo  
 Ipse suos artus lacero divellere morsu  
 Cœpit : & infelix minuendo corpus alebat.  
 Quid moror externis ? etiam mihi sæpe novandi  
 Corporis, ô juvenes, numero finita potestas.  
 Nam modo, quod nunc sum, videor : modo flect  
 in anguem :

Armenti modo dux vires in cornua sumo.  
 Cornua, dum potui. nunc pars caret altera telo  
 Frontis, ut ipse vides. gemitus sunt verba secuti.

METAMORPHOSEON LIB. IX.

Quæ gemitus, truncæque Deo Neptunius he  
 ros

Causa rogat frontis : cum sic Calvdonius annis  
 Cœpit, inornatos redimitus arundine crines :  
 Triste petis munus. quis enim sua prælia victus  
 Commemorare velit ? referã tamen ordine. nec tam  
 Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est :  
 Magnaque dat nobis tantus solatia victor.

Nomine si qua suo tandem pervenit ad aures  
 Dejanira tuas, quondam pulcherrima virgo,  
 Multorumque fuit spes invidiosa procorum :  
 Cum quibus ut soceri domus est intrata petiti ;  
 Accipe me generum, dixi, Parthæone nate.  
 Dixit & Alcides. alii cessere duobus.

Ille Jovem socerum dare se, famamque laborum,  
 Et superata suæ referebat jussa novercæ.

Contra ego : (turpe Deum mortali cedere duxi :  
 Nondũ erat ille Deus) Regem me cernis aquarum  
 Cursibus obliquis inter tua regna fluentem :

Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,  
 Sed popularis ero, & rerum pars una tuarum.

Tantum ne noceat, quod me nec regia Juno  
 Cæ, & omnis abest jussorum pœna laborum.

Nam quod te jactas Alcmenã matre creatum ;  
 Jupiter aut falsus pater est, aut crimine verus.

Matris adulterio patrem petis. elige, fictum  
 Esse Jovem malis, an te per dedecus ortum.

Talia dicentem jamdudum lumine torvo  
 Spectat ; & accense non fortiter imperat iræ  
 Verbaque tot reddit : Melior mihi dextera lingua.

tummodo pugnando superem: tu vince loquendo.  
 Congrediturque ferox. pudit modo magna locu-  
 edere. rejeci viridem de corpore vestem; (tum  
 achiaque opposui: tenuique à pectore varas  
 statione manus; & pugnae membra paravi.  
 e cavis hausto spargit me pulvere palmis;  
 que vicem fulvæ jactu flavescit arenæ.  
 modo cervicem, modo crura micantia captat;  
 ut captare putes: omnique à parte lacescit.  
 e mea defendit gravitas; frustra que petebat  
 aud secus ac moles, quã magno murmur  
 oppugnant: manet illa; suoque est pondus  
 igredimur paulum: rursusque ad bellum  
 que gradu stetimus, certi non ceder  
 um pede pes junctus: totoque ego p  
 t digitos digitis, & frontem fronte  
 non aliter fortes vidi concurrere tai  
 um pretium pugnae toto nitidissim  
 expetitur conjux. spectant armenta,  
 escia quem maneat tanti victoria reg  
 er sine profectu voluit nitentia contr  
 ejicere Alcides à se mea pectora  
 xcutit amplexus, adductaque b  
 mpulsamque manu (certum mi  
 rotinus avertit: tergoque one  
 qua fides, (neque enim ficta n  
 uaritur, inposito pressus mihi  
 x tamen exserui sudore flu  
 achia; vix solvi duos à  
 stat anhelanti; prohibet  
 t cervice meâ potitur tu  
 ulla genu nostro est; &  
 erior virtute meas devertor.  
 laborque viro longum formatus  
 ni postquam flexos sinuavi corpus in  
 umque sero movi linguam stridore bisulc  
 i sit, & illudens nostras Tirynthius artes;  
 onarum labor est angues superare mearum,  
 xit: & ut vincas alios, Acheloë, dracones;  
 ars quota Lernæ serpens eris unus Echidnae?  
 alneribus foecunda suis erat illa: nec ullum  
 e centum numero caput est impune recisum;  
 in gemino cervix hærede valentior esset.

Hanc ego ramosam natis è cæde colubris,  
 Crescentemque malo, domui; domitamque perem  
 Quid fore te credas, falsum qui versus in anguem  
 Arma aliena moves? quem forma precaria celat?  
 Dixerat: & summo digitorum vincula collo  
 Injicit. angebar, seu guttura forcipe pressus:  
 Pollicibusque meas pugnabam evellere fauces.  
 Sic quoque devicto restabat tertia tauri  
 Forma trucus: tauro mutatus membra rebello.

Ille toris à lævâ parte lacertos;  
 que trahens sequitur: deprensâque durâ  
 humo; meque altâ sternit arenâ.  
 fuerat: rigidum fera dextera cornu  
 afregit; truncâque à fronte revellit.  
 omis & odoro flore repletum,  
 usque meo bona Copia cornu est.  
 ympe ritu succincta Dianæ  
 m, fufis utrimque capillis,  
 mque tulit prædivite cornu  
 & mensas felicia poma secundas.  
 primo feriente cacumina Sole,  
 neq; enim dum flumina pacem  
 t lapsus, motæque residant,  
 vultus Acheloiis agrestes,  
 mediis caput abdidit undis.  
 domuit jactura decoris;  
 vitis quoque, fronde salignâ,  
 ur arundine damnum.  
 isdem virginis ardor  
 um terga sagittâ.  
 ios cum conjuge muros  
 jove natus ad undas.  
 s hiemalibus auctus,  
 sequens erat, atque impervius amnis.  
 pro se, curam de conjuge agentem  
 us adit, membrisque valens, scitulque vadorum;  
 officioque meo ripâ sistetur in illâ  
 Hæc, ait, Alcide: tu viribus utere nando.  
 [Pallentemq; metu, fluviumq;, ipsumq; timentem]  
 Tradidit Aönus pavidam Calydonida Nesso.  
 Mox, ut erat, pharetrâque gravis, spolioque leonis,  
 (Nam clavam, & curvos trans ripam miserat arcus)  
 Quandoquidem cœpi, superentur flumina, dixit.

Nec dubitat ; nec qua sit clementissimus amnis  
 Quærit : & obsequio deferri spernit aquarum.  
 Jamque tenens ripam, missos cum tolleret arcus ,  
 Conjugis agnovit vocem : Nessoque parante  
 Fallere depositum , Quo te fiducia, clamat,  
 Vana pedum, violente, rapit ? tibi, Nesso biformis,  
 Dicimus. exaudi : nec res intercipe nostras.  
 Si te nulla mei reverentia movit ; at orbes  
 Concubitus vetitos poterant inhibere paterni.  
 Haud tamen effugies, quamvis ope fidis equinâ.  
 Vulnere, non pedibus te consequar. ultima dicta  
 Re probat : & missâ fugientia terga sagittâ  
 Trajicit. exstabat ferrum de pectore aduncum.  
 Quod simul evulsum est, sanguis per utrinque fo-  
 ramen

Emicuit, mistus Lernæi tabe veneni. (ulti,  
 Excipit hunc Nessus : Neque enim moriemur in-  
 Secum ait : & calido velamina tincta cruore  
 Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.

Longa fuit mediæ mora temporis : actaque magni  
 Herculis implerant terras, odiumque novercæ.  
 Victor ab Oechaliâ Cenzæ sacra parabat  
 Vota Jovi, cum fama loquax præcessit ad aures,  
 Dejanira tuas, (quæ veris addere falsa  
 Gaudet, & è minimâ sua per mendacia crescit)  
 Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.  
 Credit amans : Venerisque novæ perterrita famâ  
 Indulsit primo lacrymis ; flendoque dolorem  
 Diffudit miseranda suum : mox deinde, Quid autem  
 Flemus, ait ? pellex lacrymis lætabitur istis :  
 Quæ quoniam adventat, properandum, aliquidque  
 novandum est,

Dum licet ; & nondû thalamos tenet altera nostros.  
 Conquerar, an sileam ? repetam Calydon, morerne ?  
 Excedam tectis ? an, si nihil amplius, obstem ?  
 Quid si, me, Meleagre, tuam memor esse soxorem,  
 Forte paro facinus ; quantumque injuria possit,  
 Fœmineusque dolor, jugulatâ pellice testor ?  
 In cursus animus varios abit. omnibus illi  
 Prætulit imbutam Nesso sanguine vestem  
 Mittere ; quæ vires defecto reddat amori.  
 Ignaroque Lichæ, quid tradat nescia, lucus  
 Ipsa suos tradit : blandisque miserrima verbis

Dona det illa viro, mandat. capit inscius heros :  
 Induiturque humeris Lernææ virus Echidnæ.  
 Thura dabat primis, & verba precantia, flammis ;  
 Vinaque marmoreas paterâ fundebat in aras :  
 Incaluit vis illa mali ; resolutaque flammis  
 Herculeos abiit late diffusa per artus.  
 Dum potuit, solitâ gemitum virtute repressit.  
 Victa malis postquam patientia, reppulit aras ;  
 Implevitque suis nemorosum vocibus Octen.  
 Nec mora ; letiferam conatur scindere vellem :  
 Qua trahitur, trahit illa cutem ; scœdumque relatu,  
 Aut hæret membris frustra tentata revelli ;  
 Aut laceros artus, & grandia detegit ossa.  
 Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens  
 Tincta lacu, stridit ; coquiturque ardente veneno.  
 Nec modus est, sorbent avidæ præcordia flammæ :  
 Cœruleusque fluit toto de corpore sudor :  
 Ambustusque sonant nervi : cæcâque medullis  
 Tabe liquefactis, tendens ad sidera palmas,  
 Cladibus, exclamat, Saturnia, pascere nostris :  
 Pascere : & hanc pestem specta, crudelis, ab alto :  
 Corque ferum fatia, vel si miserandus & hosti ;  
 (Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus ægram,  
 Invisamque animam, natamque laboribus, aufer.  
 Mors mihi inunus erit, decet hæc dare dona nover-  
 cam.

Ergo ego scœdantem peregrino templa cruore  
 Bufirin domui ? sævoque alimenta parentis  
 Antæo eripui ? nec me pastoris Iberi (movit ?  
 Forma triplex ; nec forma triplex tua, Cerbere,  
 Vosne manus validi pressistis cornua tauri ?  
 Vestrum opus Elis habet, vestrum Stymphalides  
 undæ,

Partheniumque nemus ? vestrâ virtute relatus  
 Thermodontiaco cælatus baltheus auro,  
 Pomaque ab insomni male custodita dracone ?  
 Nec mihi Centauri potuère resistere, nec mi  
 Arcadiæ vastator aper ? nec profuit Hydræ  
 Crescere per damnum, geminasque resumere vires ?  
 Quid ? cum Thracas equos humano sanguine pi-  
 gues,

Plenaque corporibus laceris præsepia vidi,  
 Visaque dejeci, dominumque ipsosque peremi ?

His elisa jacet moles Nemeæa lacertis?  
 Hac cælum cervice tuli? defessa jubendo est  
 Sæva Jovis conjux: ego sum indefessus agendo.  
 Sed nova pestis adest: cui nec virtute resilli,  
 Nec telis armisve potest. pulmonibus errat  
 Ignis edax imis, perque omnes pascitur artus.  
 At valet Eurystheus. & sunt, qui credere possint  
 Esse Deos? dixit. perque altum faucibus Oeten  
 Haud aliter graditur, quam si venabula tigris  
 Corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.  
 Sæpe illum gemitus edentem, sæpe frementem,  
 Sæpe retentantem totas infringere vestes,  
 Sternentemque trabes, irascentemque videres  
 Montibus, aut patrio tendentem brachia cælo.  
 Ecce Lichan trepidum, & latitantem rupe cavatâ  
 Adspicit: utque dolor rabiem collegerat omnem;  
 Tune, Licha, dixit, feralia dona tulisti?  
 Tune meæ necis auctor eris? tremit ille, pavetque  
 Pallidus; & timide verba excusantia dicit.  
 Dicentem, genibusque manus adhibere parantem,  
 Corripit Alcides; & terque quaterque rotatum  
 Mittit in Euboïcas, tormento fortius, undas.  
 Ille per aërias pendens induruit auras.  
 Utque ferunt imbres gelidis concreescere ventis;  
 Inde nives fieri; nivibus quoque molle rotatis  
 Adstringi & spissâ glomerari grandine corpus;  
 Sic illum validis actum per inane lacertis,  
 Exsanguemque metu, nec quicquam humoris ha-  
 bentem,  
 In rigidos versum silices prior edidit ætas.  
 Nunc quoque in Euboïco scopulus brevis emicat alba  
 Gurgite, & humanæ servat vestigia formæ.  
 Quem, quasi sensurum, nautæ calcare verentur;  
 Appellatque Lichan. at tu, Jovis incluta proies,  
 Arboribus cæsis, quas ardua gesserat Oete,  
 Inque pyram structis, arcus, pharetramque capa-  
 cem,  
 Regnaque visuras iterum Trojana sagittas,  
 Ferre jubes Pœante satum: quo flamma ministro  
 Subdita. dumque avidis comprehenditur ignibus aggeris;  
 Congeriem silvæ Nemeæo vellere summam  
 Sternis: & impositâ clavæ cervice recubis,  
 Haud alio vultu, quam si conviva jaceres

Inter plena ineri redimitus pocula fertis.

Jamque valens, & in omne latus diffusa sonabat,  
Securosque artus, contemptoremque petebat  
Flamma suum. timuere Dei pro vindice terræ.

Quos ita (sensit enim) læto Saturnius ore  
Jupiter alloquitur: Nostra est timor iste voluptas,  
O Superi: totoque libens mihi pectore grator,  
Quod memoris populi dicor rectorque paterque:  
Et mea progenies vestro quoque tuta favore est.

Nam quanquam ipsius datur hoc immanibus actis;  
Obligor ipse tamen. sed enim, ne pectora vano  
Fida metu paveant, Oetæas spernite flammæ.

Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes:  
Nec nisi maternâ Vulcanum parte potentem  
Sentiet. æternum est, à me quod traxit, & expers  
Atque immune necis, nullâque domabile flammâ.

Idque ego defunctum terrâ cælestibus oris  
Accipiam, cunctisque meum lætabile factum  
Dis fore confido. si quis tamen Hercule, si quis  
Forte Deo doliturus erit, data præmia nolet:  
Sed meruisse dari sciet; invitisque probabit.

Affensere Dei. conjux quoque regia visa est  
Cætera non duro, duro tamen ultima vultu  
Dicta tulisse Jovis; seque indoluisse notatam.

Interea, quodcunque fuit populabile flammæ,  
Muciber abstulerat; nec cognoscenda remansit  
Herculis effigies; nec quidquam ab imagine du-  
ctum

Matris habet: tantumque Jovis vestigia servat.  
Utque novus serpens, positâ cum pelle senectâ,  
Luxuriare solet; squamâque nitere recenti;  
Sic, ubi mortales Tiryntius exiit artus;  
Parte sui meliore viget; majorque videri  
Cœpit; & augusta fieri gravitate verendus.  
Quem pater omnipotens, inter cava nubila raptum,  
Quadrijugo curru radiantibus intulit astris.

Sensit Atlas pondus. neque adhuc Scheneleius  
iras

Solverat Eurystheus; odiumque in prole paternum  
Exercebat atrox. at longis anxia curis  
Argolis Alcmena, questus ubi ponat, aniles,  
Cui referat nati testatos orbe labores,  
Cuius suos casus, solen habet. Herculis illam

Impe-



Imperiis, thalamoque animoque receperat Hyllus ;  
 Impleratque uterum generoso germine. cui sic  
 Incipit Alceme : Faveant tibi numina saltem ;  
 Corripiantque moras, tum cuni matura vocabis  
 Præpositam timidis parientibus Illithyiam ;  
 Quam mihi difficilem Junonis gratia fecit.  
 Namque laboriferi cum jam natalis adesset  
 Herculis, & decimum premeretur sidere signum :  
 Tendebat gravitas uterum mihi: quodque ferebant,  
 Tantum erat, ut posses auctorem dicere tecti  
 Ponderis esse Jovem. nec jam tolerare labores  
 Ulterius poteram: quin nunc quoque frigidus artus,  
 Dum loquor, horror habet; parsque est meminisse  
 doloris.

Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,  
 Fessa malis, tendensque ad cælum brachia, magno  
 Lucinam Nixosque pares clamore vocabam.  
 Illa quidem venit, sed præcorrupta, in eumque  
 Quæ donare caput Junoni vellet iniquæ.  
 Utque meos audit gemitus; subsedit in illâ  
 Ante fores arâ: dextroque à poplite lævum  
 Pressa genâ, digitis inter se pectine junctis,  
 Sustinuit partus tacita quoque carmina voce  
 Dixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.  
 Nitor, & ingrato facio convicia demens  
 Vana Jovi: cupioque mori; moturaque duos  
 Verba queror silices. matres Cadmeïdes adsunt;  
 Votaque suscipiunt; exhortanturque dolentem.  
 Una ministrarum media de plebe Galanthis,  
 Flava comas, aderat, faciendis strenua jussis;  
 Officiis dilecta suis. ea sensit iniqua  
 Nescio quid Junone geri: dumque exit, & intrat  
 Sæpe fores; Divam residentem vidit in ara;  
 Brachiaque in genibus digitis connexa tenentem:  
 Et, Quæcunque es, ait, dominæ gratare; levata est  
 Argolis Alceme: potiturque puerpera voto.  
 Exsiluit, junctasque manus patefacta remisit  
 Diva potens uteri. vinculis ipsa remissis.  
 Numine decepto risisse Galanthis fama est.  
 Residentem, prensamque ipsis Dea sæva capillis  
 Traxit, & è terra corpus relevare volentem  
 Arcuit: inque pedes mutavit brachia primos.  
 Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem

Anisère suum : forma est diversa priori.  
 Quæ, quia mendaci parientem iuverat ore,  
 Ore patit: nostrasque domos, ut & ante, frequenta  
 Dixit: &, admonitu veteris commota ministræ  
 Ingemuit. quam sic nurus est affata dolentem :  
 Te tamen, ó genitrix, alienæ sanguine vestro  
 Rapta movet facies. quid si tibi mira sororis  
 Fata meæ referam? quanquam lacrymæq; dolorq;  
 Impediunt, prohibentque loqui. fuit unica matri  
 (Me pater ex aliâ genuit, notissima formâ  
 Oechalidum Dryope : quam virginitate carentem  
 Vimque Dei passam, Delphos Delonque tenentis  
 Excipit Andræmon ; & habetur conjuge felix.  
 Est lacus, acclivi devexo margine formam  
 Litoris efficiens : summum myrteta coronant.  
 Venerat huc Dryope fatorum nescia ; quoque  
 Indignère magis, Nymphis latura coronas.  
 Inq; sinu puerum, qui nondum impleverat annum  
 Dulce ferebat onus : tepidique ope lactis alebat.  
 Hand procul à stagno, Tyrios imitata colores,  
 In spem baccharum fiorebat aquatica lotos.  
 Carpserrat hinc Dryope, quos oblectamina nato  
 Porrigeret, flores : & idem factura videbar ;  
 Namque aderam. vidi guttas è flore cruentas  
 Decidere ; & tremulo ramos horrore moveri.  
 Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,  
 Lotus in hanc Nymphæ, fugiens obscœna Priapi,  
 Contulerat versos servato nomine vultus.  
 Nescierat soror hoc ; quæ cum perterrita retro  
 Ire & adorâtis velle discedere Nymphis ;  
 Hæserunt radice pedes. convellere pugnat :  
 Nec quicquã, nisi summa, movet. succrescit ab imo,  
 Totaque paulatim lentus premit inguina cortex.  
 Ut vidit ; conata manu laniare capillos,  
 Fronde manum implevit : frondes caput omne te-  
 nebant.  
 At puer Amphissos (namque hoc avus Eurytus illi  
 Addiderat nomen) materna rigescere sentit  
 Ubera : nec sequitur ducentem lacteus humôr.  
 Spectatrix aderam fati crudelis : openque  
 Non poteram tibi ferre, soror: quantumq; valebam,  
 Crescentem truncum ramosque amplexa, morabar:  
 Et (fatear) volui sub eodem cortice condi.

Ecce vir Andræmon, genitorq; miserimus, adsunt:  
 Et quærant Dryopen: Dryopen quærentibus illis  
 Ostendi loton. tepido dant oscula ligno:  
 Affusique suæ radicibus arboris hærent.  
 Nil nisi jam faciem, quod non foret arbor, habebas,  
 Cara soror. lacrymæ verso de corpore factis  
 Irrorant foliis: ac, dum licet, oraque præstant  
 Vocis iter, tales effundit in aëra questus:  
 Si qua fides miseris, hoc me, per numina juro,  
 Non meruisse nefas. patior sine crimine pœnam.  
 Viximus innocuæ: si mentior, arida perdam,  
 Quas habeo, frondes; & cæsa securibus urar.  
 Hunc tamen infantem maternis demitte ramis;  
 Et date nutrici: nostrâque sub arbore sæpe  
 Lac facitote bibat; nostrâque sub arbore ludat.  
 Cumque loqui poterit, matrem facitote salutem.  
 Et tristis dicat, Latet hoc sub stipite mater.  
 Stagna tamen timeat; nec carpat ab arbore flores:  
 Et frutices omnes corpus putet esse Dearum.  
 Care, vale, conjux, & tu germana, paterque.  
 Quis si qua est pietas, ab acutæ vulnere falcis,  
 A pecoris morfu frondes defendite nostras.  
 Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est;  
 Erigite huc artus, & ad oscula nostra venite,  
 Dum tangi possunt, parvumque attollite natum.  
 Plura loqui nequeo. nam jam per candida mollis  
 Colla liber serpit: summoque cacumine condor.  
 Ex oculis removete manus. sine munere vestro  
 Contegat inductus morientia lumina cortex.  
 Desierant simul ora loqui, simul esse: diuque  
 Corpore mutato rani caluère recentes.  
 Dumque refert Iôle fatum miserabile, dumque  
 Eurytidos lacrymas admoto pollice siccet  
 Alcmena, flet & ipsa tamen: contempnit omnem  
 Res nova tristitiam. nam limine constitit alto  
 Pæne puer, dubiâque tegens lanugine malas  
 Ora reformatus primos solatus in annos.  
 Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe,  
 Victa viri precibus. quæ cum jurare pararet  
 Dona tributuram posthac se talia nulli;  
 Non est passa Themis. Nam jam discordia Thebæ  
 Bella movent, dixit: Capaneusque nisi ab Jove vinci  
 Haud poterit: ibuntque pares in vulnera fratres:

Seductaque suos manes tellure videbit  
 Vivus adhuc vates : ultusque parente parentem  
 Natus erit facto pius & sceleratus eodem :  
 Attonitusque malis, exul mentisque domusque,  
 Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur ubi  
 bris ;

Donec eum conjux fatale poposcerit aurum :  
 Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis.  
 Tum demum magno petet hos Acheloia supplex  
 Ab Jove Callirhoe natis infantibus annos.  
 Jupiter his motus, privignæ dona nurusque  
 Præcipiet : facietque viros impubibus annis.

Hæc ubi faticano venturi præscia dixit  
 Ore Themis ; vario Superi sermone fremebant :  
 Et, cur non aliis eadem dare dona liceret,  
 Murmur erat. queritur veteres Pallantias annos  
 Conjugis esse sui : queritur canescere mitis  
 Iasiona Ceres: repetitum Mulciber ævum  
 Poscit Erichthonio. Venerem quoque cura futuri  
 Tangit, & Anchisæ renovare paciscitur annos.  
 Cui studeat, Deus omnis habet: crescitque favore  
 Turbida seditio; donec sua Jupiter ora  
 Solvit: &, O, nostri si qua est reverentia, dixit,  
 Quo ruitis? tantumne sibi quis posse videtur,  
 Fata quoque ut superet? fati Iolæi in annos,  
 Quos egit, rediit: fati juvenescere debent  
 Callirhoe geniti; non ambitione, nec armis.  
 Vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,  
 Me quoque fata regunt: quæ si mutare valerem,  
 Nec nostrum feri curvarent Æacon anni:  
 Perpetuumque ævi florem Rhadamanthus haberet  
 Cum Minoë meo: qui propter amara senectæ  
 Pondera despicitur; nec, quo prius, ordine re-  
 gnat.

Dicta Jovis movere Deos. nec sustinet ullus  
 (Cum videant fessos Rhadamanthon & Æacon  
 annis,

Et Minoa) queri, qui, dum fuit integer ævi,  
 Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.  
 Tunc erat invalidus; Deionidenque juventæ  
 Robore Miletum, Phæboque parente superbum,  
 Pertimuit: credensque suis insurgere regnis,  
 Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus.

Sponte

ponte fugis, Milete, tuâ ; celerique carinâ  
 Egeas meriris aquas ; & in Aside terrâ  
 lænia constituis, positoris habentiâ nomen.  
 Sic tibi, dum sequitur patriæ curvamina ripæ,  
 Iulia Mæandri toties redeuntis eodem,  
 Cognita Cyanæe, præstanti corpora formâ,  
 Cyblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.  
 Cyblis in exemplo est, ut ament concessâ puellæ :  
 Cyblis Apollinei correpta cupidine fratris,  
 Non soror ut fratrem, nec quæ debebat, amavit.  
 Illa quidem primò nullos intelligit ignes :  
 Nec peccare putat, quod sæpius oscula jungat :  
 Quod sua fraterno circumdet brachia collo :  
 Mendacique diu pietatis fallitur umbrâ.  
 Insulatim declinat amor ; visuraque fratrem  
 Insulta venit ; nimiumque cupit formosa videri :  
 Sed, si qua est illic formosior, invidet illi.  
 Sed nondum manifesta sibi est ; nullumque sub illo  
 Igne facit votum : veruntamen æstuat intus.  
 Jam dominum appellat : jam nomina sanguinis odit :  
 Cyblida jam mavult, quam se vocet ille forem.  
 Spes tamen obscænas animo dimittere non est  
 Insula suo vigilans. placidâ resoluta quiete  
 Insæpe videt, quod amat. visâ est quoq ; jungere fratris  
 Insopitum corpus ; & erubuit, quamvis sopita jacebat.  
 Insomnus abit : silet illa diu ; repetitque quietis  
 Insola suæ speciem ; dubiaque ita mente profatur :  
 Insese miseram ! tacitæ quid vult sibi noctis imago ?  
 Insquam nolim rara sit. cur hæc ego somnia vidi ?  
 Insile quidem est oculis quamvis formosus iniquis :  
 Insit placet, & possum, si non sit frater, amare :  
 Insit me dignus erat. verùm nocet esse sororem.  
 Insommodo tale nihil vigilans committere tentem ;  
 Insæpe licet simili redeat sub imagine somnus.  
 Insæstis abest somno ; nec abest imitata voluptas.  
 Insorò Venus, & tenerâ volucer cum matre Cupido,  
 Insaudia quanta tuli ! quàm me manifesta libido  
 Insontigit ! ut jacui totis resoluta medullis !  
 Insit meminisse juvat ! quamvis brevis illa voluptas,  
 Insroxque fuit præceps, & cæptis invida nostris.  
 Insit ego, si liceat mutato nomine jungi,  
 Insquam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti !  
 Insquam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti !

Omnia, Di facerent, essent communia nobis ;  
 Præter avos. tu me vellem generosior esses.  
 Nescio quam facies igitur, pulcherrime, matrem  
 At mihi, quæ male sum, quos tu, sortita parenti,  
 Nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus unum.  
 Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem  
 Somnia pondus habent? an habent & somnia potest  
 Di melius! Di nempe suas habuere sorores. (dicitur)  
 Sic Saturnus Opim junctam sibi sanguine duxit  
 Oceanus Tethyn, Junonem rector Olympi.  
 Sunt Superis sua jura. quid ad caelestia ritus  
 Exigere humanos, diversaque fœdera tento?  
 Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:  
 Aut, hoc si nequeo, peream precor ante; toroquæ  
 Mortua componar: positæque det oscula frater.  
 Et tamen arbitrium quærit res ista duorum.  
 Finge placere mihi: scelus esse videbitur illi.  
 At non Æolidæ thalamos timuere sororum.  
 Unde sed hos novi? cur hæc exempla paravi?  
 Quo feror? obscœnæ procul hinc discedite flammæ:  
 Nec, nisi qua fas est germanæ, frater ametur.  
 Si tamen ipse mei captus prior esset amore,  
 Forsitan illius possem indulgere furori.  
 Ergo ego, quem fueram non rejectura petentem,  
 Ipsa petam? poterisne loqui? poterisne fateri?  
 Coget amor; poterò. vel, si pudor ora tenebit,  
 Littera celatos arcana fatebitur ignes.  
 Hæc placet, hæc dubiam vincit sententia mentem  
 In latus erigitur; cubitoque innixa sinistro,  
 Viderit: insanos, inquit, fateamur amores.  
 Hei mihi! quo labor? quem mens mea concipit  
 ignem?  
 Et meditata manu componit verba trementi.  
 Dextra tenet ferrum: vacuam tenet altera ceram.  
 Incipit; & dubitat: scribit; damnatque tabellas:  
 Et notat; & delet: mutat; culpatque, probatque  
 Inque vicem sumtas ponit, positasque relumit.  
 Quid velit, ignorat: quicquid factura videtur,  
 Displicet. in vultu est audacia mista pudori.  
 Scripta soror fuerat: visum est delere sororem,  
 Verbaque correctis incidere talia ceris:  
 Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,  
 Hanc tibi mittit amans: pudet ah, pudet edere no-  
 men!

Et, si quid cupiam, quæris; sine nomine velle  
 Posset agi mea causa meo: nec cognita Byblis  
 Ante forem, quam spes votorum certa fuisset.  
 Esse quidem læsi poterant tibi pectoris index,  
 Et color, & macies, & vultus, & humida sæpe  
 Lumina, nec causâ suspiria mota patienti;  
 Et crebri amplexus; & quæ, si forte notasti,  
 Oscula sentiri non esse sororia possent.  
 Ipsa tamen, quamvis animo grave vulnus habebam,  
 Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci,  
 (Sunt mihi Di testes) ut tandem sanior essem:  
 Pugnavique diu violenta Cupidinis arma  
 Effugere infelix; & plus, quam ferre puellam  
 Posse putes, ego dura tuli. superata fateri  
 Cogor, opemque tuam timidis exposcere votis.  
 Tu servare potes, tu perdere solus amantem.  
 Elige utrum facias. non hoc inimica precatur:  
 Sed quæ, cum tibi sit junctissima, junctior esse  
 Expetit; & vinclo tecum propiore ligari.  
 Jura senes norint: & quid liceatque, nefasque,  
 Fasque sit, inquirant; legumque examina servent:  
 Conveniens Venus est annis temeraria nostris.  
 Quid liceat, nescimus adhuc: & cuncta licere  
 Credimus: & sequimur magnorum exempla Deorum.  
 Nec nos aut durus pater, aut reverentia famæ,  
 Aut timor impediunt; tantum absit causâ timendi.  
 Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.  
 Est mihi libertas tecum secreta loquendi.  
 Et datus amplexus; & jungimus oscula coram.  
 Quantum est, quod desit! miserere fatentis amorem,  
 Et non lassuræ, nisi cogeret ultimus ardor:  
 [Neve merere, meo subscribi causa sepulcro.]  
 Talia nequicquam perarantem plena reliquit  
 Cera manum: summusque in margine versus ad-  
 hæsit.  
 Protinus impressâ signat sua crimina gemmâ;  
 Quam tinxit lacrymis: linguam defecerat humor.  
 Deque suis unam famulis pudibundâ vocavit:  
 Et pavidum blandita, Fer has, fidissime, nostro,  
 Dixit, & adjecit post longo tempore, fratri.  
 Cum daret; elapse manibus cecidit tabella.  
 Omne turbata est: misit tamen, apta minuter  
 Tempora nactus adit; traditque latentia verba.

Attonitus subitâ juvenis Mæandrius irâ,  
 Projicit acceptas, lecta sibi parte, tabellas:  
 Vixq; manus retinens trepidantis ab ore ministri  
 Dum licet, ô vetitæ scelerate libinis auctor,  
 Effuge, ait: qui, si nostrum tua fata pudorem  
 Non traherent secum, pœnas mihi morte dedisset  
 Ille fugit pavidus: dominæque ferocia Cauni  
 Dicta refert. palles auditâ, Bybli, repulsâ:  
 Et pavet obsessum glaciali frigore pectus.  
 Mens tamen ut rediit; pariter rediêre furores:  
 Linguaque vix tales ictu dedit aère voces:  
 Et meritò; quid enim temeraria vulneris hujus  
 Indicium feci? quid, quæ celanda fuerunt,  
 Tam cito commisi properatis verba tabellis?  
 Ante erat ambiguis animi sententia dictis  
 Prætentanda mihi. ne non sequeretur euntem,  
 Parte aliqua veli, qualis foret aura, notare  
 Debueram; tutoque mari decurrere: quæ nunc  
 Non exploratis implevi liutea ventis.  
 Auferor in scopulos igitur, submersaque toto  
 Obruor Oceano: neque habent mea vela recursus.  
 Quid quod & omnibus certis prohibebat amor  
 Indulgere meo, tum cum mihi ferre jubenti  
 Excidit, & fecit spes nostras cera caducas?  
 Nonne vel illa dies fuerat, vel tota voluntas,  
 Sed potius mutanda dies? Deus ipse monebat;  
 Signaque certa dabat: si non male sana fuisset.  
 Et tamen ipsa loqui, nec me committere ceræ  
 Debueram; præsensque meos aperire furores.  
 Vidisset lacrymas: vultus vidisset amantis.  
 Plura loqui poteram, quam quæ cepère tabellæ.  
 Invito potui circumdare brachia collo:  
 Amplectique pedes: affusaque poscere vitam:  
 Et, si rejicerer, potui moritura videri.  
 Omnia fecissem. quorum si singula duram  
 Flectere non poterant, potuissent omnia, mentem  
 Forsitan & missi sit quædam culpa ministri.  
 Non adiiit aptè: non legit idonea, credo,  
 Tempora: nec petiit horamque animumque va  
 cantem.

Hæc nocuère mihi. neque enim de tigride natus;  
 Nec rigidas silices, solidumve in pectore ferrum,  
 Aut adamantina gerit: nec lac bibit ille lænæ.



Vincetur. repetendus erit. nec tædia cœpti  
 Ulla mei capiam; dum spiritus iste manebit.  
 Nam primum (si fata mihi revocare liceret)  
 Non cœpisse fuit: cœpta expugnare, secundum est.  
 Quippe nec ille potest (ut jam mea vota relinquam)  
 Non tamen ausorum semper memor esse meorum.  
 Et, quia deserim, leviter voluisse videbor:  
 Aut etiam tentasse illum insidiisque petisse.  
 Vel certè non hoc, qui plurimus urit & ussit  
 Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credar.  
 Denique jam nequeo nil commisisse nefandum.  
 Et scripsi, & petii: temerata est nostra voluntas.  
 Ut nihil adjiciam, non possum innoxia dici.  
 Quod superest, multum est in vota, in crimina parvum.  
 Dixit: & (incertæ tanta est discordia mentis)  
 Cum pigeat tentasse, libet tentare: modumque  
 Exit; & infelix committit sæpe repelli.  
 Mox ubi finis abest; patriam fugit ille, nefasquo:  
 Inque peregrinam ponit nova moenia terram.  
 Tum vero mœstam totam Miletida mente  
 Defecisse ferunt. tum vero à pectore vestem  
 Deripuit; planxitque suos furibunda lacertos.  
 Jamque palam est demens; inconcessamque fatetur  
 Spem Veneris. sine qua patriam, invisosque penates  
 Deserit; & profugi sequitur vestigia fratris.  
 Utque tuo motæ, proles Semeleia, thyrsos  
 Ismaricæ celebrant repetita triennia Bacchæ;  
 Byblida non aliter latos ululasse per agros  
 Bubasides videre nurus: quibus illa relictis  
 Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.  
 Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat  
 undas,

Quoque Chimærajugo mediis in partibus ignem,  
 Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.  
 Deficiunt silvæ: cum tu lassata sequendo  
 Procielis; &, dura potis tellure capillis,  
 Bybli, taces; frondesque tuo premis ore caducas.  
 Sæpe etiam Nymphæ teneris Lelegeides ulnis  
 Tollere conantur: sæpe, ut moderetur amori,  
 Præcipiunt; surdæque adhibent solatia menti.  
 Muta jacet; viridesque suis terit unguibus herbas  
 Byblis: & humectat lacrymarum gramina rivo.  
 Naidas his venam, quæ nunquam arescere posset,

Supposuisse serunt. quid enim dare majus habebas  
 Protinus, ut secto picæ de cortice guttæ,  
 Utve tenax grvida manat tellure bitumen;  
 Utve sub adventum spirantis lene Favoni  
 Sole remollefcit, quæ frigore constitit unda,  
 Sic lacrymis consumta suis Phœbeia Byblis  
 Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis  
 Nomen habet dominæ; nigraque sub ilice manat.  
 Fama novi centum Cretæas forsitan urbes  
 Impleffet monstri; si non miracula nuper  
 Iphide mutata Crete propiora tulisset.  
 Proxima Gnoſſiaco nam quondam Phæstia regno  
 Progenuit tellus, ignoto nomine Ligdum;  
 Ingenuâ de plebe virum. nec census in illo  
 Nobilitate sua major: sed vita fidesque  
 Inculpata fuit: gravidæ qui conjugis aures  
 Vocibus his movit; cum jam prope partus adesset  
 Quæ voceam duo sunt: minimo ut relevere labore  
 Utque marem parias. onerosior altera fors est:  
 Et vires Natura negat. quod abominor, ergo  
 Edita forte tuo fuerit si fœmina partu;  
 (Invitus mando: pietas, ignosce) necetur.  
 Dixerat: & lacrymis vultum lavere profusus,  
 Tam qui mandabat, quam cui mandata dabantur.  
 Sed tamen usque suum vanis Telethusa maritum  
 Sollicitat precibus; ne spem sibi ponat in arcto.  
 Certa sua est Ligdo sententia. jamque ferendo  
 Vix erat illa gravem maturo pondere ventrem;  
 Cum medio noctis spatio sub imagine somni  
 Inachis ante torum, pompâ comitata suorum,  
 Aut stetit, aut visa est. inerant lunaria fronti  
 Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro,  
 Et regale decus; cum qua latrator Anubis;  
 Sanctaque Bubastis, variusque coloribus Apis;  
 Quicque premit vocem, digitoque silentia suadet;  
 Sitraque erant, nunquamque satis quæsitus Oſiris,  
 Plenaque somniferi serpens peregrina veneni.  
 Cum velut excussam somno, & manifesta videntom  
 Sic affata Dea est: Pars ô Telethusa mearum,  
 Pone graves curas; mandataque falle mariti.  
 Nec dubita, cum te partu Lucina levarit,  
 Tollere quicquid erit. Dea sum auxiliaris, opemque  
 Exorata fero. nec te coluisse querêris

gratum numen. monuit, thalamoque recessit.  
 nata toro surgit, purasque ad sidera supplex  
 pressa manus tollens, rata sint sua visa precatur.  
 St dolor inerevit; seque ipsum pondus in auras  
 expulit, & nata est ignaro foemina patri;  
 assistit ali mater, puerum mentita: fidemque  
 res habuit: neque erat facti, nisi conscia nutrix.  
 nota pater solvit, nomenque imponit avitum.  
 Iphis avus fuerat. gavisus est nomine mater,  
 quod commune foret, nec quenquam falleret illo.  
 supercepta pia mendacia fraude latebant.  
 cultus erat pueri: facies, quam sive puellae,  
 sive dares puero, fieret formosus uterque.  
 tertius interea decimo successerat annus;  
 cum pater, Iphi, tibi flavam despondet Ianthem:  
 inter Phœtiadas quæ laudatissima formæ  
 ante fuit virgo, Dictæo nata Teleste.  
 par ætas, par forma fuit: primasque magistris  
 accipere artes elementa ætatis ab isdem.  
 hinc amor ambarum tetigit rude pectus: & æquum  
 vulnus utrique tulit. sed erat fiducia dispar.  
 conjugii pactæque expectat tempora tædæ:  
 quamq; virum putat esse, suum fore credit Ianthem.  
 Iphis amat, qua posse frui desperat, & auget  
 hoc ipsum flammis: ardetque in virgine virgo.  
 Ixque tenens lacrymas, Quis me manet exitus,  
 inquit,  
 cognita quam nulli, quam prodigiosa, novæque  
 aura tenet Veneris? si Di mihi parcere vellent,  
 Perdere debuerant: si non & perdere vellent;  
 Naturale malum saltem & de more dedissent.  
 Nec vaccam vaccæ, nec equas amor urit equarum.  
 Irit oves aries: sequitur sua foemina cervum.  
 Sic & aves coeunt: interque animalia cuncta  
 cœmina foemineo correpta cupidine nulla est.  
 Mellem nulla forem. ne non tamen omnia Creta  
 Ionstra ferat; taurum dilexit filia Solis,  
 cœmina nempe marem. meus est furiosior illo,  
 si verum profitemur, amor. tamen illa secuta est  
 semper Veneris: tamen illa dolis & imagine vaccæ  
 passa bovem est: & erat, qui deciperetur, adulter.  
 hic licet è toto sollertia confluat orbe,  
 se licet revolet ceratis Dædalus alis;

Quid

Quid faciet? num me puerum de virgine doctis  
 Artibus efficiet? num te mutabit Iânthe?  
 Quin animum firmas, teque ipsa recolligis, Iphi  
 Consilii que inopes & stultos excutis ignes?  
 Quid sis nata vide (nisi te quoque decipis ipsam:  
 Et pete quod fas est: & ama, quod fœmina deb.  
 [Spes est quæ capiat: spes est quæ pascat amorem  
 Hanc tibi res adimit: non te custodia caro  
 Arcet ab amplexu, nec cauti cura mariti.  
 Non patris asperitas, non se negat ipsa roganti.  
 Nec tamen est potiunda tibi: nec, ut omnia fiant  
 Esse potes felix; ut Dique hominesque laborent.  
 [Nunc quoque; votorum pars nulla est vana meorum  
 Dique mihi faciles, quidquid valere, dederunt  
 Quodque ego, vult genitor. vult ipsa, socerque; futurum  
 At non vult Natura, potentior omnibus istis;  
 Quæ mihi sola nocet. venit ecce optabile tempus  
 Luxque jugalis adest: ut jam mea fiat Iânthe;  
 Nec mihi continget. mediis sitiemus in undis.  
 Pronuba quid Juno, quid ad hæc, Hymenææ, venit  
 Sacra; quibus qui ducat abest, ubi nubimus ambo  
 Pressit ab his vocem. nec lenius altera virgo  
 Æstuat: utque celer venias, Hymenææ, precatur.  
 Quod petit hæc, Telethusa timens, modo temporis  
 differt:  
 Nunc ficto languore moram trahit. omina sæpe,  
 Visa que caussatur. sed jam consumserat omnem  
 Materiam ficti: dilataque tempora tardæ  
 Institerant; unusque dies restabat: at illa  
 Crinalem capiti vittam natæque sibi que  
 Detrahit: & passis aram complexa capillis,  
 Ipsi, Parætonium, Mareoticaque aræ, Pharonque  
 Quæ colis, & septem digestum in cornua Nilum  
 Fer, precor, inquit, opem: nostroque medere timori.  
 Te Dea, te quondam, tuæque hæc insignia vidi:  
 Cunctaque; cognovi; comitesque, acæque, sonumque  
 Sistrorum: memorique animo tua iussa notavi.  
 Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipsa;  
 Consilium, monitumque tuum est miserere duarum,  
 Auxilioque iuva. lacrymæ sunt verba securæ.  
 Visa Dea est movisse suas (& moverat) aras.  
 Et templi tremuere fores. imitataque Lunam  
 Cornua fulserunt, crepuitque sonabile sistrum.

Non secura quidem, fausto tamen omine laxta,  
 Mater abit templo. sequitur comes Iphis euntem,  
 Quam solita est, majore gradu: nec candor in ore  
 permanet; & vires augentur; & acrior ipse est  
 vultus: & incomtis brevior mensura capillis.  
 Iusq; vigoris adest, habuit quam fœmina jam, quæ  
 œmina nuper eras, puer es: date munera templis:  
 Nec timida gaudete fide. dant munera templis.  
 Addunt & titulum: titulus breve carmen habebat:  
 Dona puer solvit, quæ fœmina voverat, Iphis.  
 Postera lux radiis latum patefecerat orbem,  
 Cum Venus, & Juno, sociosque Hymenæus ad ignes  
 conveniunt: potiturque sua puer Iphis Iânthe.

## METAMORPHOSEON LIB. X.

Inde per immensum crocco velatus amictu  
 Aëra digreditur, Ciconumque Hymenæus ad  
 aras

Sendit; & Orphœa nequicquam voce vocatur.  
 Adfuit ille quidem: sed nec solennia verba,  
 Nec lætos vultus, nec felix attulit omen.  
 Fax quoq; , quam tenuit, lacrymoso stridula fumo,  
 Itque fuit, nullos invênit motibus ignes.  
 Exitus auspicio gravior: nam nupta, per herbas  
 Dum nova Naiadum turba comitata vagatur,  
 Occidit, in talum serpentis dente recepto.  
 Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras:  
 Deslevit vates; ne non tentaret & umbras,  
 Ad Styga Tænariâ est ausus descendere portâ.  
 Perque leves populos simulacraq; functa sepulcri  
 Persephonen adiit, inamœnaque regna tenentem  
 Jnbarum dominum: pulsisque ad carmina nervis  
 Sic ait: O positi sub terra numina mundi,  
 In quem recidimus quicquid mortale creamur;  
 Si licet, & falsi positis ambagibus oris,  
 Vera loqui sinitis; non huc, ut opaca viderem  
 Tartara, descendi; nec uti villosâ colubris  
 Terna Medusæi vincirem guttura monstri.  
 Causa viæ conjux: in quam calcata venenum  
 Vipera diffudit; crescentesque abstulit annos.  
 Possè pati volui: nec me tentasse negabo.  
 Vicit Amor. Superâ Deus hic bene notus in orâ est.  
 An sit & hic, dubito: sed & hic tamen auguror esse.

hænaque si veteris non est mentita rapinæ ,  
 Vos quoque iuaxit Amor. per ego hæc loca plerumque  
 timoris ,

Per Chaos hoc ingens, vastique silentia regni ,  
 Eurydices oro properata retexite fila.

Omnia debemur vobis : paulumque morati ,

Serius aut citius sedem properamus ad unam.

Tendimus huc omnes. hæc est domus ultima: vosque  
 Humani generis longissima regna tenetis.

Hæc quoque, cum iustos matura peregerit annos  
 Juris erit vestri. pro munere poscimus usum.

Quod si fata negant veniam pro conjuge, certum est  
 Nolle redire mihi. leto gaudete duorum.

Talia dicentem, nervosque ad verba moventem ,  
 Exsanguis flebant animæ. nec Tantalus undam  
 Captavit refugam : stupuitque Ixionis orbis.

Nec carpere jecur volucres : urnisque vacarunt  
 Belides : inque tuo sedisti, Sisyphæ, saxo.

Tam primum lacrymis victarum carmine fama est

Eumenidum maduisse genas : nec regia conjux

Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare :

Eurydicenque vocant. umbras erat illa recentes

Inter : & incessit passu de vulnere tardo.

Hanc simul, & legem Rhodopeius accipit heros ,

Ne hæc retro sua lumina ; donec Avernas

Exierit valles : aut irrita dona futura.

Carpitur acclivis per muta silentia trames ,

Arduus, obscurus, caligine densus opacâ.

Nec procul abfuerunt telluris margine summæ.

Hæc, ne deficeret, metuens, avidusque videndi ,

Flexit amans oculos : & protinus illa relapsa est.

Brachiaque intendens, prendique ; & prendere certans,

Nil nisi cedentes infelix arripit auras.

Jamque iterum moriens non est de conjuge quicquam

Quæstus suo : quid enim sese quereretur amatam ?

Supremumque vale, quod jam vix auribus ille

Acciperet, dixit : revolutaque rursus eodem est.

Non aliter stupuit geminâ nece conjugis Orpheus :

Quam tria qui timidus, medio portante catenas,

Colla canis vidit : quem non pavor ante reliquit ,

Quam natura prior, saxo per corpus oborto :

Quæque in se crispem traxit ; voluitque videri

Olenes esse nocens : tuque ô confisa figura ,  
 Infelix Lethæa, tuæ ; junctissima quondam  
 Pectora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide.  
 Orantem, frustra que iterum transire volentem ,  
 Portitor arcuerat. septem tamen ille diebus  
 Squallidus in ripâ Cereris sine munere sedit.  
 Cura dolorque animi, lacrymæque alimenta fuere.  
 Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam (mon-  
 Se recipit Rhodopen, pullumque Aquilonibus Ha-  
 Tertius æquoreis inclusum Piscibus annum  
 Finierat Titan : omnemque refugerat Orpheus  
 Fœmineam Venerem ; seu quod inale cesserat illi .  
 Sive fidem dederat. multas tamen ardor habebat.  
 Jungere se vati : multæ doluere repulsæ.  
 Ille etiam Thracum populis fuit auctor, anorem  
 In teneros transferre mares : citraque juventam  
 Ætatis breve ver, & primos carpere flores.

Collis erat, collemque super planissima campi  
 Area : quam viridem faciebant graminis herbæ.  
 Umbra loco deerat. qua postquam parte resedit  
 Dis genitus vates, & fila sonantia movit .  
 Umbra loco venit. non Chaonis abfuit arbor ,  
 Non nemus Heliadum, non frondibus esculus altis .  
 Nec t. liæ molles, nec fagus, & ionuba laurus.  
 Et coryli fragiles, & fraxinus utilis hastis ,  
 Enodisque abies, curvataque glandibus ilex .  
 Et platanus genialis, acerque coloribus impar ,  
 Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos ,  
 Perpetuoque virens buxus, tenuisque myricæ ,  
 Et bicolor myrtus, & baccis cærulea tinus :  
 Vos quoque flexipedes hederæ venistis, & una  
 Pampineæ vites, & amicæ vitibus ulmi :  
 Ornique, & piceæ, pomoque onerata rubenti  
 Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ :  
 Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus .  
 Grata Deum matri. siquidem Cybeleius Attis  
 Exiit hac hominem, truncoque induruit illo.

Adfuit huic turbæ metas imitata cupressus .  
 Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo ,  
 Qui citharam nervis, & nervis temperat arcus .  
 Namque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arva  
 Ingens cervus erat : lateque patentibus altas  
 Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras .

Cornua fulgebant auro : demissaque in armos  
 Pendebant tereti gemmata monilia collo.  
 Bulla super frontem parvis argentea loris  
 Vincta movebatur : parilique ex ære nitabant  
 Auribus in geminis circum cava tempora baccæ.  
 Isque metu vacuus, naturalique pavore  
 Deposito, celebrare domos, mulcendaque colla  
 Quamlibet ignotis manibus præbere solebat.  
 Sed tamen ante alios, Cæx pulcherrime gentis,  
 Gratus erat, Cyparissæ, tibi. tu pabula cervum  
 Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam :  
 Tu modo texebas varios per cornua flores :  
 Nunc, eques in tergo residens, huc latus & illuc  
 Mollia purpureis frænabas ora capistris.  
 Æstus erat, mediusque dies : Solisque vapore  
 Concava littorei fervebant brachia Cancræ.  
 Fessus in herbosâ posuit sua corpora terrâ  
 Cervus : & arboreâ ducebat frigus ab unibrâ.  
 Hunc puer imprudens jaculo Cyparissus acuto  
 Fixit : &, ut favo morientem vulnere vidit,  
 Velle moti statuit. quæ non solatia Phœbus  
 Dixit ? & ut leviter, pro materiaque doleret,  
 Admonuit. gemit ille tamen : munusque supremum  
 Hoc petit à Superis ; ut tempore lugeat omni.  
 Jamque, per immensos egesto sanguine fletus,  
 In viridem verti cœperunt membra colorem ;  
 Et modo, qui nivea pendebant fronte capilli,  
 Horrida cæsaries fieri : sanctoque rigore  
 Sidereum gracili spectare cacumine cælum.  
 Ingemuit, tristisque Deus, Lugebere nobis,  
 Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.  
 Tale nemus vates attraxerat : inque ferarum  
 Concilio medius, turbæ volucrumque sedebat.  
 Ut satis impulsas tentavit pollice chordas ;  
 Et sensit varios, quamvis diversa sonarent,  
 Concordare modos ; hoc vocem carmine movit :  
 Ab Jove, Musa parens (cedunt Jovis omnia regno),  
 Carmina nostra move. Jovis est mihi sæpe potestas  
 Dicta prius. cecini plectro graviore Gigantas,  
 Parsaque Phlegæis vitricia fulmina campis.  
 Nunc opus est levioere lyrâ : puerosque canamus  
 Dilectos Superis : inconcessisque puellas  
 gnis attonitas meruisse libidine pœnam.



Rex Superum Phrygii quondam Ganymedis amore  
 Arsit: & inventum est aliquid, quod Jupiter esse,  
 Quam quod erat, mallet. nulla tamen alite verti  
 Dignatur; nisi quæ possit sua fulmina ferre.

Nec mora: percusso inendacibus aëre pennis  
 Abripit Iliaden. qui nunc quoque pocula miscet,  
 Invitaque Jovi nectar Junone ministrat. (bus;

Te quoque, Amyclide, posuisset in æthere Phœ-  
 Tristia si spatium ponendi fata dedissent.

Qua licet, æternus tamen es: quotiesque repellit

Ver hiemem, Piscique Aries succedit aquoso;

Tu toties oreris: viridique in cespite flores.

Te meus ante alios genitor dilexit: & orbis

In medio positi caruerunt præside Delphi;

Dum Deus Eurotan, immunitamque frequentat

Sparten; nec citharæ, nec sunt in honore sagittæ.

Immemor ipse sui non retia ferre recusat;

Non tenuisse caues; non per juga montis iniqui

Isse comes: longaque alit assuetudine flammæ.

Jamque ferè medius Titan venientis & actæ

Nuptis erat, spatioque pari distabat utrimque;

Corpora veste levant, & succo pinguis olivi

Splendescunt, latique ineunt certamina disci.

Quem prius aërias libratum Phœbus in auras

Misit, & oppositas disjecit pondere nubes.

Miscidit in solidam longo post tempore terram

Pondus: & exhibuit junctam cum viribus artem.

Protinus imprudens, actusque cupidine ludi,

Tollere Tænarides orbem properabat: at illum

Dura repercussum subjecit in aëra tellus

In vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit æquè,

Ac puer, ipse Deus: collapsosque excipit artus:

Et modo te refovet: modo tristia vulnera siccant:

Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.

Nil profunt artes. erat immedicabile vulnus.

Ut si quis violas, rignove papaver in horto,

Liliaque infringat, fulvis hærentia virgis;

Marcida demittant subito caput illa gravatum;

Nec se sustineant; spectentque cacumine terram.

Sic vultus moriens jacet; & defecta vigore

Ipsa sibi est oneri cervix; humeroque recumbit.

Laberis, Oealide, primâ fraudate juventâ,

Phœbus ait: videoque tuum mea crimina vulnus.

M E T A M O R P H .

I Tu dolor es, facinusque meum. mea dextera letet  
 C Inferibenda tuo est. ego sum tibi funeris auctor.  
 P Quæ mea culpa tamen? nisi si lusisse, vocari  
 B Culpa potest. nisi culpa potest, & amasse, vocari  
 V Atque utinam pro te vitam, tecumve liceret  
 A Reddere! sed quoniam fatali lege tenemur;  
 H Semper eris mecum, memorique hærebis in ore.  
 D Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt:  
 S Floſque novus scripto gemitus imitabere nostros.  
 G Tempus & illud erit; quo se fortissimus heros  
 A Addat in hunc florem; folioque legatur eodem.  
 T Talia dum vero memorantur Apollinis ore,  
 N Ecce cruor, qui fusus humi signaverat herbam,  
 M Desinit esse cruor: Tyrioque nitentior ostro  
 A Flos oritur; formamque capit, quam lilia: si non  
 C Purpureus color huic, argenteus esset in illis.  
 F Non satis hoc Phœbo est. is enim fuit auctor hono-  
 C Ipse suos gemitus foliis inscribit: & ai (ris.  
 H Flos habet inscriptum: funestaque littera ducta est.  
 F Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque  
 V Durat in hoc ævi: celebrandaque more priorum  
 D Annua prælatâ redeunt Hyacinthia pompâ.  
 A At si forte roges fœcundam Amathunta metalli,  
 H An genuisse velit Propœtidas; abnuat æquè,  
 J Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu  
 I Frons erat; unde etiam nomen traxere Cerastræ.  
 E Ante fores horum stabat Jovis hospitis ara,  
 H Lugubris sceleris: quam si quis sanguine tinctam  
 S Advena vidisset; mactatos crederet illic  
 I Lactentes vitulos, Amathusiacasve bidentes:  
 L Hospes erat cæsus. sacris offensa nefandis,  
 C Ipsa suas urbes, Ophiusiaque arva parabat (bes  
 U Deferere alma Venus. Sed quid loca grata, quid ur-  
 E Peccavere meæ? quod crimen, dixit, in illis?  
 C Exsilio pœnam potius gens impia pendat,  
 A Vel nece; vel si quid medium mortisque fugæque.  
 O Idque quid esse potest, nisi veræ pœna figuræ?  
 O Dum dubitat, quo mutet eos; ad cornua vultum  
 D Flexit: & admonita est hæc illis posse relinqui:  
 N Grandiaque in torvos transformat membra juven-  
 O cos.

Sunt tamen obscenæ Venerem Propœtides aufe  
 Esse negare Deam: pro quo sua numinis ira

Corpora cum forma primæ vulgasse feruntur.  
 Itque pudor cessit, sanguisque induruit oris,  
 et rigidum parvo silicem discrimine versæ.  
 Quas quia Pygmalion ævum per crimen agentes  
 viderat, offensus vitiiis, quæ plurima menti  
 fœmineæ Natura dedit, sine conjuge cælebs  
 vivebat: thalamique diu consorte carebat.  
 Interea niveum mirâ feliciter arte  
 sculpsit ebur; formamque dedit, qua fœmina nasci  
 Nulla potest: operisque sui concepit amorem.  
 Virginis est veræ facies; quam vivere credas:  
 Et, si non obstet reverentia, velle moveri.  
 Ars adeo latet arte sua. miratur, & haurit  
 Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.  
 Sæpe manus operi tentantes adinovel, an sit  
 Corpus, an illud ebur: nec ebur tamen esse fatetur.  
 Oscula dat, reddique putat: loquiturque; tenet-  
 que:  
 Et credit tactis digitos insidere membris:  
 Et metuit, pressos veniat ne livor in artus.  
 Et modo blanditias adhibet: modo grata puellis  
 Munera fert illi conchas, teretesque lapillos,  
 Et parvas volucres, & flores mille colorum,  
 Liliaque, pictasque pilas, & ab arbore lapsas  
 Heliadum lacrymas. ornat quoque vestibis artus:  
 Dat digitis gemmas; dat longa monilia collo-  
 Aure leves bæcæ, redimicula pectore pendent.  
 Cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.  
 Collocat hæc stratis concha Sidonide tinctis:  
 Appellatque tori sociam: acclinataque colla  
 Mollibus in plumis, tanquam sensura, reponit.  
 Festa dies Veneri, tota celeberrima Cypro,  
 Venerat: & pandis inductæ cornibus aurum  
 Conciderant ictæ niveâ cervice juvencæ;  
 Thuraque sumabant: cum munere functus ad aras  
 Constitit; & timidè, Si Di dare cuncta potestis;  
 Sit conjux opto, non ausus, eburnea virgo,  
 Dicere Pygmalion, similis mea, dixit, eburnæ.  
 Sensit, ut ipsa suis aderat Venus aurea festis,  
 Vota quid illa velint: & amici numinis omen  
 Flamma ter accensa est; apicemque per ætra duxit.  
 Ut rediit, simulacra sive petiit ille puellæ:  
 Incumbensque toro dedit oscula. visa tepere est.

Admouet os iterum: manibus quoque pectora te  
 Tentatum mollescit ebur: positoque rigore (t  
 Subsedit digitis, ceditque: ut Hymettia solas  
 Cera remollescit, tractataque pollice multas  
 Flectitur in facies, ipsoque sit utilis usu.  
 Dum stupet; & timide gaudet; fallique veretur  
 Rursus amans, rursusque manu sua vota retractat  
 Corpus erat: saluunt tentata pollice vena.  
 Tum verò Paphius plenissima concipit heros  
 Verba; quibus Veneri grates agat: oraque tandem  
 Ore suo non falsa premit: dataque oscula virgo  
 Sensit, & erubuit: timidumque ad limina lumen  
 Attollens, pariter cum cælo vidit amantem.  
 Coniugio, quod fecit, adest Dea. jamque coactis  
 Cornibus in plenum novies lunaribus orbem,  
 Illa Paphon genuit: de quo tenet insula nomen.  
 Editus hac ille est, qui, si sine prole fuisset,  
 Inter felices Cinyras potuisset haberi.  
 Dira canam procul hinc nata, procul este parentes:  
 Aut, mea si vestras mulcebunt carmina mentes,  
 Desit in hac mihi parte fides; nec credite factum:  
 Vel, si crederis, facti quoque credite pœnam.  
 Si tamen admissum finit hoc Natura videri;  
 Gentibus Ismariis, & nostro gratulor orbi:  
 Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,  
 Quæ tantum genuere nefas. sit dives amomo,  
 Cinnamaque, costumque suam, sudataque ligno  
 Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus;  
 Dum ferat & Myrrham. tanti nova non fuit arbor.  
 Ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido,  
 Myrrha: facesque suas à crimine vindicat isto.  
 Stupite te Stygio tumidisque adhævit Echidnis  
 E tribus una soror. scelus est odisse parentem:  
 Hic amor est odio majus scelus. undique lecti  
 Te cupiunt proceres; totoque Oriente iuventus  
 Ad thalami certamen adest. ex omnibus unum  
 Elige, Myrrha, tibi; dum ne sit in omnibus unus.  
 Illa quidem sentit; fœdoque repugnat amori:  
 Et secum, Quo mente feror? quid molior? inquit.  
 Di, precor, & Pietas, sacrataque jura parentum,  
 Hoc prohibete nefas: scelerique resistite tanto;  
 Si tamen hoc scelus est. sed enim damnare negatur  
 Hanc Venerem pietas: coeuntque animalia nullo

Cætera dilectæ. nec habetur turpe juvencæ  
 Ferre patrem tergo : fit equo sua filia conjux ;  
 Quasque creatit, inquit pecudes, caper: ipsaque cujus  
 semine concepta est, ex illo concipit ales.  
 Felices, quibus ista licent ! humana malignas  
 Cura dedit leges : & quod Natura remittit,  
 Invidiâ jura negant. gentes tamen esse feruntur,  
 In quibus & nato genitrix, & nata parenti  
 Inungitur ; & pietas geminato crescit amore.  
 Me miseram, quod non nasci mihi contigit illic,  
 Fortunaque loci lædor ! quid in ista revolvor ?  
 Spes interdictæ discédite. dignus amari  
 Ille, sed ut pater, est. ergo si filia magni  
 Non essem Cinyræ ; Cinyræ concumbere possem.  
 Nunc quia tam meus est, non est meus; ipsaque da-  
 Est mihi proximitas. aliena potentior essem. (mino-  
 re libet procul hinc, patriosque relinquere fines,  
 Dum scelus effugiam. retinet malus error amanté ;  
 Ut præsens spectem Cinyram; tangamq; loquarque,  
 Osculaque admoveam, si nil conceditur ultra.  
 Ultra autem sperare aliquid potes, impia virgo ?  
 Nec, quot confundas & jura & nomina, sentis ?  
 Nunc eris & matris pellex, & adultera patris ?  
 Nunc soror gnati, genitrixque vocabere fratris ?  
 Nec metues atro crinitas angue sorores,  
 Quas facibus sevis oculos atque ora patentes  
 Toxicæ corda vident ? at tu, dum corpore non es  
 Passa, nefas animò ne concipe : neve petentis  
 Concubitu vetito Naturæ pollue fœdus.  
 Belle puta : res ipsa vetat. pius ille, memorque  
 Juris. & ô vellein similis furor esset in illo !  
 Dixerat : at Cinyras, queur copia digna procorum,  
 Quid faciat, dubitare facit, scitatur ab ipsa,  
 Hominiibus dictis, cujus velit esse mariti.  
 Illa silet primò : patriisque in vultibus hærens,  
 Estuat : & tepido suffundit lumina rore.  
 Virginei Cinyras hæc credens esse timoris,  
 flere vetat ; siccaturque genas ; atque oscula jungit.  
 Tyrcha datis nimium gaudet: consultaque, qualem  
 optet habere virum ; Similem tibi, dixit. at ille  
 Non intellectam vocem collaudat ; & , Esto  
 Nam pia semper, ait. pietatis nomine dicto,  
 demilit vultus, sceleris sibi conscia, virgo.

Noctis erat medium, curasque, & pectora somnu  
 Solverat. at virgo Cinyreia pervigil igni  
 Carpitur indomito; furiosaque vota retractat.  
 Et modo desperat; modo vult tentare: pudetque  
 Et cupit; &, quod agat, non invenit. utque secur  
 Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat,  
 Quo cadat, in dubio est; omni que à parte timetur  
 Sic animus vario labefactus vulnere nutat  
 Huc levis, atque illuc; momentaque sumit utroque  
 Nec modus aut requies, nisi mors, reperitur amoris  
 Mors placet. erigitur: laqueoque innectere fauce  
 Destinatur: &, zonâ summo de poste revinctâ,  
 Care vale Cinyra, causamque intellige mortis,  
 Dixit: & aptabat pallenti vincula collo.  
 Murmura verborum fidas nutricis ad aures  
 Pervenisse ferunt, limen servantis alumnae.  
 Surgit anus, referatque fores: mortisque paratâ  
 Instrumenta videns, spatio conclamat eodem,  
 Seque ferit, scinditque sinus, creptaque collo  
 Vincula dilaniat. tum denique flere vacavit;  
 Tum dare complexus, laqueiq; requirere causam  
 Muta silet virgo, terramque immota tuetur:  
 Et deprensâ dolet tardæ conamina mortis.  
 Instat anus; canosque suos, & inania nudans  
 Ubera, per cunas alimenta que prima precatur,  
 Ut sibi committat, quicquid dolet. illa rogantem  
 Aversata gemit. certa est exquirere nutrix:  
 Nec solam spondere fidem. Dic, inquit; openque  
 Me sine ferre tibi. non est mea pigra senectus.  
 Seu furor est; habeo quæ carmine sanet, & herbis.  
 Sive aliquis nocuit; magico lustrabere ritu.  
 Sive est ira Deum, sacris placabilis ira.  
 Quid rear ulterius? certe fortuna domusque  
 Sospes, & in cursu est: vivunt genitrixque, paterque.  
 Myrrha, patre audito, suspiria duxit ab imo  
 Pectore. nec nutrix etiamnum concipit ullum  
 Mente nefas: aliquemque tamen præsentit amorē.  
 Propositique tenax, quodcunque lit, orat, ut ipsi  
 Indicet: & gremio lacrymantem tollit anili:  
 Atque ita complectens infirmis colla lacertis,  
 Sensimus, inquit; amas: & in hoc mea (pove ti-  
 morem)

Sedulitas erit apta tibi: nec sentiet unquam

hoc pater. exsiluit gremio furibunda, torumque  
 re premens, Discede, precor; miseroque pudori  
 irce, ait. instanti; Discede, aut desine, dixit,  
 quærere quid dolcam. scelus est, quod scire laboras.  
 torret anus; tremulasque manus aunisq; metuq;  
 tendit: & ante pedes supplex procumbit alumnae.  
 modo blanditur; modo, si non conscia fiat,  
 erret: & indicium laquei, cœptæque minatur  
 ortis: & officium commisso spondet amori.  
 extulit illa caput, lacrymisq; implevit obortis  
 pectora nutricis: conataque sæpe fateri,  
 spe tenet vocem: pudibundaque vestibis ora  
 exit: &, O, dixit, felicem conjugem matrem!  
 actenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus,  
 assaque (sensit enim) penetrat tremor: albaque toto  
 vertice canities rigidis stetit hirta capillis.  
 multaque, ut excuteret diros, si posset, amores,  
 addidit. at virgo scit se non falsa moneri,  
 certa mori tamen est; si non potiat amato.  
 vive, ait hæc; potiùre tuo; non ausa, parente,  
 dicere, conticuit: promissaque numine firmat.  
 ista piæ Cereris celebrabant annua matres  
 a, quibus niveâ velatæ corpora veste  
 imitias frugum dant spicea ferta suarum:  
 erque novem noctes Venerem tactusq; viriles  
 vetitis numerant. turbâ Cenchræis in illâ  
 regis abest conjux: arcanaque sacra frequentat.  
 ergo legitima vacuus dum conjugem lectus;  
 acta gravem vino Cinyram male sedula nutrix,  
 omine mentito, veros exponit amores:  
 et faciem laudat. quæsitis virginis annis,  
 ar, ait, est Myrrhæ. quam postquam adducere  
 iussa est,  
 etque domum rediit, Gaude mea, dixit, alumna:  
 facinus. infelix non toto corpore sentit  
 extiriam virgo; præsagaque pectora inœrent.  
 sed tamen & gaudet. tanta est discordia mentis.  
 tempus erat quo cuncta silent; interque Triones  
 lexerat obliquo plaustrum temone Boötes.  
 sed facinus venit illa suum. fugit aurea cælo  
 una: tegunt nigræ latitantia sidera nubes;  
 Ixion caret igne suo. primos tegis, Icare, vultus;  
 rigoneque pio sacrata parentis amore.

Ter pedis offensi signo est revocata : ter omen  
 Funereus bubo letali carmine fecit.  
 It tamen : & tenebræ minuunt, noxq; atra pudor.  
 Nutricisque manum læva tenet ; altera motu  
 Cæcum iter explorat. thalami jam limina tangit  
 Jamque fores aperit ; jam ducitur intus : at illi  
 Poplite succiduo genua intremuere ; fugitque  
 Et color, & sanguis : animusque relinquit eunte  
 Quoque suo propior sceleri, magis horret, & a  
 Pœnitet ; & vellet non cognita posse reverti.  
 Cunctantem longæva manu deducit : & alto  
 Admotam lecto cum traderet ; Accipe, dixit ;  
 Ista tua est, Cinyra. devotaque corpora junxit.  
 Accipit obscæno genitor sua viscera lecto ;  
 Virgineosque metus levat ; hortaturque timentæ  
 Forsitan ætatis quoque nomine, Filia, dicat :  
 Dicat & illa, Pater ; sceleri ne nomina desint.  
 Plena patris thalamis excedit : & impia diro  
 Semina fert utero ; conceptaque crimina portat  
 Postera nox facinus geminat. nec finis in illa est  
 Cum tandem Cinyras, avidus cognoscere amante  
 Post tot concubitus, illato lumine vidit  
 Et scelus, & natam. verbisque dolore retentis,  
 Pendenti nitidum vagina deripit enseni.  
 Myrrha fugit, tenebris & cæcæ munere noctis  
 Intercepta neci : latoque vagata per agros,  
 Palmiferos Arabas, Panchæaque rura relinquit.  
 Perque novem erravit redeuntis cornua Lunæ ;  
 Cum tandem terrâ requievit fessa Sabæâ.  
 Vixque uteri portabat onus. tum nescia voti,  
 Atque inter mortisque metus, & tædiæ vitæ,  
 Est tales complexa preces : O si qua patetis  
 Numina confessis ; merui, nec triste recusò  
 Supplicium. sed, ne violem vivosque superstes,  
 Mortuaque extinctos, ambobus pellite regnis :  
 Mutatæque mihi vitamque necemque negate.  
 Numen confessis aliquod patet. ultima certe  
 Terra supervénit ; ruptosque obliqua per ungues  
 Porrigitur radix longi firmamina trunci :  
 Ossaque robur agunt : mediæque manente medullâ  
 Sanguis it in succos ; in magnos brachia ramos ;  
 In parvos digiti : duratur cortice pellis.



que gravem crescens uterum perstrinxerat ar-  
 bor ;  
 toraque obruerat ; collumque operire parabat ;  
 tulit illa moram : venientique obvia ligno  
 sedit : merisitque suos in cortice vultus.  
 x, quanquam amisit veteres cum corpore sensus,  
 tamen : & tepidæ manant ex arbore guttæ.  
 honor & lacrymis: stillataque cortice Myrrha  
 nomen herile tenet, nullique tacebitur ævo.  
 t male conceptus sub robore creverat infans :  
 erebatque viam ; qua se, genitrice relicta ,  
 ereret. media gravidus tumet arbore venter.  
 dit onus matrem: nec habent sua verba dolores:  
 : Lucina potest parientis voce vocari.  
 enti tamen est similis ; curvataque crebros  
 gemitus arbor: lacrymisque cadentibus humet.  
 stitit ad ramos mitis Lucina dolentes :  
 novitque manus : & verba puerpera dixit.  
 or agit rimas : & fissa cortice vivum  
 dit onus; vagitque puer: quem molli bus herbis  
 des impositum lacrymis unxere parentis.  
 daret faciem Livor quoque. qualia namque  
 pora nudorum tabula pinguntur Amorum ,  
 is erat. sed, ne faciat discrimina cultus ,  
 huic adde leves, aut illis deme pharetras.  
 itur occultè, fallitque volatilis ætas :  
 nihil est annis velocius. ille sorore  
 us avoque suo, qui conditus arbore nuper ,  
 ber erat genitus ; modo formosissimus infans ;  
 juvenis, jam vir, jam se formosior ipso est :  
 placet & Veneri, matrisque ulciscitur ignes.  
 nique pharetratus dum dat puer oscula matri,  
 ius exstanti destrinxit arundine pectus.  
 à manu natum Dea reppulit, altius actum  
 nus erat specie : primoque fefellerat ipsam.  
 ta viri forma non jam Cythereia curat  
 Lora: non alto repetit Paphon æquore cinctam ,  
 Bosamque Cnidon, gravidamve Amathunta me-  
 talli ,  
 atinet & cælo: cælo præfertur Adonis. (umbra  
 he tenet: huic comes est: assuetaque semper in  
 fulgere tibi, formamque augere colendo ,  
 Pjuga, per silvas, dumosaque saxa vagatur  
 Nu-

Nuda genu, vestem ritu succincta Dianæ ;  
 Hortaturque canes ; tutæque animalia prædæ ;  
 Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum  
 Aut agitat damas : à fortibus abstinet apris.  
 Raptoresque lupos, armatosque unguibus urfos  
 Vitat, & armenti saturatos cæde leones.  
 Te quoque, ut hos timeas (si quid prodesse moneri  
 Possit), Adoni, monet. Fortisque fugacibus esto  
 Inquit : in audaces non est audacia tuta.  
 Parce meo, juvenis, temerarius esse periclo :  
 Neve feras, quibus arma dedit Natura, laceesse :  
 Stet mihi ne magno tua gloria. non movet ætas,  
 Nec facies, nec quæ Venerem movere, leones,  
 Setigerosque fues, oculosque, animosque ferarum  
 Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri ;  
 Impetus est fulvis & vasta leonibus ira :  
 Invisumque mihi genus est. Quæ causâ, roganti  
 Dicam, ait ; & veteris monstrum mirabere culpam  
 Sed labor insolitus jam me lassavit : & ecce  
 Opportuna suâ blanditur populus umbrâ :  
 Datque torum cespes. libet hac requiescere tecum  
 Et requievit, humo pressitque & gramen, & ipsam  
 Inque sinu juvenis positâ cervice renidens  
 Sic ait : ac mediis interferit oscula verbis.

Forsthan audieris aliquam certamine cursus  
 Veloces superasse viros. non fabula rumor  
 Ille fuit : superabat enim. nec dicere posses,  
 Laude pedum, formæne bono præstantior esset.  
 Scitanti Deus huic de conjuge, Conjuge, dixit,  
 Nil opus est, Atalanta, tibi. fuge conjugis usum  
 Nec tamen effugies : teque ipsa viva carebis.  
 Territa sorte Dei per opacas innuba silvas  
 Vivit : & instantem turbam violenta procorum  
 Conditione fugat : Nec sum potiunda, nisi, inquit  
 Vista prius cursu. pedibus contendite mecum.  
 Præmia veloci conjux thalamique dabuntur ;  
 Mors pretium tardis. ea lex certaminis esto.  
 Illâ quidem immitis : sed tanta potentia formæ est  
 Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.  
 Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui :  
 Et, Petitur cuiquam per tanta pericula conjux ?  
 Dixerat : ac nimios juvenum damnarat amores.  
 Ut faciem, & posito corpus velamine vidit,

quale meum, vel quale tuum, si fœmina fias ;  
 Obstupuit : tollensque manus, Ignoscite, dixit,  
 quos modo culpavi : nondum mihi prœmia nota,  
 quæ peteretis, erant. laudando concipit ignem ;  
 t, ne quis juvenum currat velocius, optat :  
 vidiâque timet. Sed cur certaminis hujus  
 tentata mihi fortuna relinquitur? inquit.  
 videntes Deus ipse juvat. dum talia secum  
 xigit Hippomenes ; passu volat alite virgo.  
 uæ quanquam Scythicâ non fecius ire sagittâ  
 onio visa est juveni ; tamen ille decorem  
 iratur magis : & cursus facit ipse decorem.  
 ura refert oblata citis talaria plantis :  
 ergaque jactantur crines per eburnea, quæque  
 plitibus suberant picto genualia limbo :  
 que puellari corpus candore ruborem  
 raxerat. haud aliter, quam cum super atria velum  
 andida purpureum similitas inficit umbras.  
 um notat hæc hospes; decursa novissima meta est:  
 : regitur festâ victrix Atalanta coronâ.  
 ant genitum victi; penduntque ex fœdere pœnas.  
 on tamen eventu juvenum deterritus horum  
 onstitit in medio ; vultuque in virgine fixo,  
 uid facilem titulum superando quæris inertes ;  
 tecum confer, ait. seu me fortuna potentem  
 ecerit ; à tanto non indignabere vinci.  
 amque mihi genitor Megareus, Onchestius illi ;  
 st Neptunus avus ; pronepos ego regis aquarum :  
 ec virtus citra genus est. seu vincar, habebis  
 ippomene victo magnum & memorabile nomen.  
 alia dicentem molli Schœneia vultu  
 spicit : & dubitat, superari an vincere malit.  
 itq; ita; Quis Deus hunc formosis, inquit, iniquus  
 erdere vult? caræque jubet discrimine vitæ  
 onjugium petere hoc? non sum me iudice tanti,  
 ec forma tangor. poterâ tamen hac quoque tangi.  
 d quod adhuc puer est. non me movet ipse, sed  
 aras.  
 uid, quod inest virtus, & mens interrita leti?  
 uid, quod ab æquorâ numeratur origine quartus?  
 uid, quod amat, tantique putat connubia nostra,  
 et pereat ; si me Fors illi dura negarit? tos.  
 um licet, hospes, abi; chalamosque relinque cruen-  
 Coa-

Conjugium crudele meum est. tibi nubere nulla  
 Nolet : & optari potes à sapiente puella.  
 Cur tamen est mihi cura tui, tot jam ante perempti  
 Viderit : intereat : quoniam tot cæde procorum  
 Admonitus non est; agiturque in tædia vitæ.  
 Occidet hic igitur, voluit quia vivere mecum ?  
 Indignamque necem pretium patietur amoris ?  
 Non erit invidiæ victoria nostra ferendæ.  
 Sed non culpa mea est. utinam desistere velles !  
 Aut, quoniam es demens, utinam velocior esses !  
 At quam virgineus puerili vultus in ore est !  
 Ah, miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem !  
 Vivere dignus eras. quod si felicior essem ;  
 Nec mihi conjugium fata importuna negarent ;  
 Unus eras, cum quo sociare cubilia possem.  
 Dixerat : utque rudis, primoque Cupidine tacta  
 Quid facit ignorans, amat, & non sentit amorem  
 Jam solitos poscunt cursus populusque paterque ;  
 Cum me sollicita proles Neptunia voce  
 Invocat Hippomenes. Cythereia comprecor, ausis  
 Adsit, ait, nostris; & quos dedit, adjuvet ignes.  
 Detulit aura preces ad me non invida blandas :  
 Motaque sum, fateor. nec opis mora longa dabatur  
 Est ager, indigenæ Tamafenum nomine dicunt ;  
 Telluris Cypriæ pars optima : quem mihi prisci  
 Sacrare senes : templisque accedere dotem  
 Hanc jussere meis. medio nitet arbor in arvo ;  
 Fulva comam, fulvo ramis crepitantibus auro.  
 Hinc tria forte mea veniens decerpta ferebam  
 Aurea poma manu : nullique videnda. nisi ipsi,  
 Hippomenen adii ; docuique, quis usus in illis.  
 Signa tubæ dederant ; cum carcere pronus uterque  
 Emicat, & summam celeri pede libat arenam.  
 Possè putes illos sicco fræta radere passu,  
 Et segetis anæ stantes percurrere aristas.  
 Adjiciunt animos juveni clamorque favorque,  
 Verbaque dicentû, Nunc, nunc incumbere tempus.  
 Hippomene : propera. nunc viribus utere totis.  
 Pelle moram : vinctes. dubium Megareius heros  
 Gaudeat, an virgo magis his Schœneia dictis.  
 O quoties, cum jam posset transire, morata est :  
 Spectatosque diu vultus invita reliquit !  
 Aridus è lassò veniebat anhelitus ore :

Metaque erat longè. tum denique de tribus unam  
 Fortibus arboreis proles Neptunia misit.  
 Obstupuit virgo; nitidique cupidine pomi  
 Declinat cursus; aurumque volubile tollit.  
 Præterit Hippomenes. resonant spectacula plausu.  
 Illa moram celeri, cessataque tempora cursu  
 Corrigit: atque iterum juvenem post terga relin-  
 Et rursus pomi jactu remorata secundi, (quit.  
 Consequitur transitque virum. pars ultima cursus  
 Restabat: Nunc, inquit, ades, Dea muneris auctor:  
 Inque latus campi, quo tardius illa rediret,  
 Cecit ab obliquo nitidum juveniliter agrum.  
 An peteret, virgo visâ est dubitare: coëgi  
 Tollere; & adjeci sublato pondera malo:  
 Impediique oneris pariter gravitate morâque.  
 Neve meus sermo cursu sit tardior illo;  
 Præterita est virgo: duxit sua præmia victor.  
 Dignane, cui grates ageret, cui thuris honorem  
 Ferret, Adoni, sui? nec grates immemor egit:  
 Nec mihi thura dedit. subitam convertor in iram:  
 Contemni que dolens, ne sim spernenda futuris,  
 Exemplo caveo: meque ipsam exhortor in aubos.  
 Tempia Deum Matri, quæ quondam clarus Echion  
 Cecerat ex voto nemorosus abdita silvis  
 Transibant: & iter longum requiescere suasit.  
 Illic concubitus intempestiva cupido  
 Occupat Hippomenen, à numine concita nostro.  
 Luminis exigui fuerat prope templa recessus,  
 Peluncæ similis, nativo pumice tectus;  
 Religionis sacer præscâ: quo multa sacerdos  
 Lignea contulerat veterum simulacra Deorum.  
 Hunc init; & vetito temerat sacraria probro.  
 Sacra retorserunt oculos: turrिताque Mater,  
 An Stygiâ fontes, dubitavit, mergeret undâ.  
 Poena legis visa est. ergo modo lavia fulvæ  
 Colla jubæ velant: digiti curvantur in ungues:  
 Ex humeris armi fiunt: in pectora totum  
 Ponderus abit: summæ caudâ verruntur arenæ.  
 Ram vultus habet: pro verbis murmura reddunt:  
 Pro thalamis celebrant silvas: aliisque timendi  
 Dente premunt domito Cybeleia fræna leones.  
 Ios tu, care mihi, cumque his genus omne ferarû,  
 Quæ non terga fugæ, sed pugnæ pectora præbent,

Esuge : ne virtus tua sit damnosa duobus.

Illa quidem monuit ; junctisque per aëra cygni  
 Carpit iter : sed stat monitis contraria virtus.  
 Forte suam latebris vestigia certa secuti  
 Excivère canes ; silvisque exire parantem  
 Fixerat obliquo juvenis Cinyreus ictu.  
 Protinus excussit pando venabula rostro ,  
 Sanguine tincta suo : trepidumque , & tuta petente  
 Trux aper insequitur : totosque sub inguine dentes  
 Abdidit ; & fultâ moribundum stravit arenâ.  
 Vecta levi curru medias Cytherêa per auras  
 Cypron olorinis nondum pervenerat alis.  
 Agnovit longe gemitum morientis : & albas  
 Flexit aves illuc . utque æthere vidit ab alto  
 Exanimem , inque suo jactantem sanguine corpus  
 Desiluit : pariterque sinus , pariterque capillos  
 Rupit ; & indignis percussit pectora palmis.  
 Quæstaque cum fatis , At non tamen omnia vestri  
 Juris erunt , inquit . luctûs monumenta manebunt  
 Semper , Adoni , mei : repetitaque mortis imago  
 Annua plangoris peraget simulamina nostri.  
 At cruor in florem mutabitur . an tibi quondam  
 Pæmineos artus in olentes vertere menthas ,  
 Persephone , licuit ? nobis Cinyreus heros  
 Invidiæ mutatus erit ? sic fata , cruorem  
 Nectare odorato spargit : qui tactus ab illo  
 Intumuit ; sic , ut pluvio perlucida cælo  
 Surgere bulla solet . nec plenâ longior horâ  
 Facta mora est , cum flos è sanguine concolor ortus .  
 Qualem , quæ lento celant sub cortice granum ,  
 Punica ferre solent : brevis est tamen usus in illo .  
 Namq ; male hærentem , & nimiam levitate caducum  
 Excutiunt idem , qui præstant nomina , venti .

METAMORPHOSEON LIB. XI.

C Armine dum tali silvas , animosque ferarum  
 Threïcius vates , & saxa sequentia ducit ;  
 Ecce nurus Ciconum tectæ lymphata ferinis  
 Pectora velleribus , tumuli de vertice cernunt  
 Orphea percussis sociantem carmina nervis .  
 E quibus una , levem jactato crine per auram ,  
 En , ait , en hic est nostri contemtor : & hastam  
 Vatis Apollinei vocalia misit in ora .

Quæ foliis præfuta notam sine vulnere fecit.  
 Alterius telum lapis est : qui missus, in ipso  
 Aëre concentu victus vocisque lyræque est ;  
 Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis ,  
 Ante pedes jacuit. sed enim temeraria crescunt  
 Bella : modusque abiit : insanaque regnat Erynnis.  
 Cunctaque tela forent cantu mollita : sed ingens  
 Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu ,  
 Tympanaque, plaususque, & Bacchæi ululatus  
 Obitrepuère sono citharæ. tum denique saxa  
 Non exauditi rubuerunt sanguine vatis.  
 Ac primum attonitas etiamnum voce canentis  
 Innumeras volucres, anguesque, agmenque ferarum,  
 Mænades Orphæi titulum rapuère theatri :  
 Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris :  
 Et coeunt, ut aves, si quando luce vagantem  
 Noctis avem cernunt:structoque utrimque theatro  
 Ceu matutinâ cervus periturus arenâ ,  
 Præda canum est:vatemque petunt;& fronde virenti  
 Conjiunt thyrso, non hæc in munera factos.  
 Hæ glebas, illæ dereptos arbore ramos ,  
 Pars torquent silices. neu desint tela furori ;  
 Forte boves presso subigebant vomere terram :  
 Nec procul hinc multo fructum sudore parantes  
 Dura lacertosi fodiebant arva coloni.  
 Agmine qui viso fugiunt, operisque relinquunt  
 Arma suâ : vacuosque jacent dispersa per agros  
 Sarculaque, ratrique graves, longique ligones.  
 Quæ postquam rapuère feræ, cornuque minaci  
 Divellere boves ; ad vatis fata recurrunt :  
 Tendentemque manus, atque illo tempore primûm  
 Irrita dicentem, nec quicquam voce moventem ,  
 Sacrilæga perimunt. perque os (prò Jupiter!) illud,  
 Auditum saxi, intellectumque ferarum  
 Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.  
 Te mœstæ volucres, Orpheu, te turba ferarum ,  
 Te rigidi silices, tua carmina sæpe secutæ  
 Fleverunt silvæ:positis te frondibus arbos (cunt  
 Tonsa comam luxit : lacrymis quoque flumina di-  
 Increvisse suis : obscuraque carbasa pullo  
 Naides & Dryades, passosque habuère capillos.  
 Membra jacent diversa locis. caput, Hebre, lyramque  
 Excipis ; & (mirum) medio dum labitur amne ,

Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua  
 Murrurat exanimis : respondent flebile ripæ.  
 Jamque mare in vectæ flumen populare relinquunt.  
 Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi.  
 Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis  
 Os petit, & ipsos stillanti rore capillos.  
 Tandem Phœbus adest; morsusque inferre parant  
 Arcet; & in lapidem rictus serpentis apertos  
 Congelat; & patulos (ut erant) indurat hiatus.  
 Umbra subit terras: &, quæ loca viderat ante,  
 Cuncta recognoscit quærensque per arva piorum  
 Invenit Eurydicen, cupidisque amplectitur ulnis.  
 Hic modo conjunctis spatiantur passibus ambo:  
 Nunc præcedentem sequitur, nunc prævius anteit:  
 Eurydicenque suam jam tutò respicit Orpheus.

Non impune tamen scelus hoc finit esse Lyxus  
 Amissoque dolens sacrorum vate suorum,  
 Protinus in silvis matres Edonidas omnes,  
 Quæ fecere nefas, tortâ radice ligavit. (est,  
 Quippe pedum digitos, in quantum quæque secuta  
 Traxit: & in solidam detrulit acumine terram.  
 Utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps;  
 Crus ubi commisit volucris, sensitque teneri;  
 Plangitur; ac trepidans adstringit vincula motu:  
 Sic, ut quæque solo defixa cohæserat harum,  
 Exsternata fugam frustra tentabat. at illam  
 Lenta tetet radix, exsultantemque coercet.  
 Dumque ubi sint digitis, dum pes ubi quærit, &  
 unguis,

Aspicit in teretes lignum succedere furas.  
 Et conata femur mœrenti plangere dextrâ;  
 Robora percussit. pectus quoque robora fiunt:  
 Robora sunt humeri. porrectaque brachia veros  
 Esse putes ramos; & non fallare putando.

Nec satis hoc Baccho est. ipsos quoque deserit a-  
 gros:

Cumque choro meliore, sui vineta Tymoli,  
 Pactolonque petit: quamvis non aureus illo  
 Tempore, nec caris erat invidiosus arenis. (tant:  
 Hunc assueta cohors Satyri, Bacchæque frequen-  
 At Silenus abest. titubantem annisque meroque  
 Ruricolæ cepere Parvges: vinctumque coronis  
 Ad regem traxere Midan; cui Thracius Orpheus



Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.  
 Qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,  
 Hospitis adventu festum genialiter egit  
 Per bis quinque dies, & junctas ordine noctes.  
 Et jam stellarum sublime coegerat agmen  
 Lucifer undecimus, Lydos cum latus in agros  
 Rex venit; & juveni Silenum reddit alumno.  
 Huic Deus optandi gratum, sed inutile, fecit  
 Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.  
 Ille male usurus donis, ait, Effice, quicquid  
 Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.  
 Annuat optatis: nocituraque munera solvit  
 Liber; & indoluit, quod non meliora petisset.  
 Latus abit; gaudetque malo Berecynthius heros:  
 Pollicitamque fidem tangendo singula tentat.  
 Vixque sibi credens, non alta fronde virentem  
 Illice detraxit virgam: virga aurea facta est.  
 Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro.  
 Contigit & glebam: contactu gleba potenti  
 Massa fit. arentes Cereris decerpit aristas:  
 Aurea messis erat. demtum tenet arbore pomum:  
 Hesperidas donasse putes. si postibus altis  
 Admovit digitos; postes radiare videntur.  
 Ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,  
 Unda fluens palmis Danaën eludere posset.  
 Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens  
 Omnia. gaudenti mensas posuere ministri,  
 Exstructas dapibus, nec tostæ frugis egentes.  
 Tum verò, sive ille suâ Cerealia dextrâ  
 Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.  
 Sive dapes avido convellere dente parabat,  
 Lamina fulva dapes admoto dente nitebant.  
 Miscuerat puris auctorem muneris undis,  
 Fusile per rictus aurum fluitare videres.  
 Attonitus novitate mali, divesque, miserque  
 Effugere optat opes: &, quæ modo voverat, odit.  
 Copia nulla famem relevat: sitis arida guttur  
 Urit, & invisò meritis torquetur ab auro.  
 Ad cælumque manus, & splendida brachia tollens,  
 Da veniam, Lenæ pater; peccavimus, inquit:  
 Sed miserere, precor, speciosoque eripe damno.  
 Mite Deum numen Bacchus peccasse fatentem  
 Restituit, pactamque fidem data munera solvit.

Neve male optato maneat circumlitus auro,  
 Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem;  
 Perque jugum montis labentibus obuius vadis  
 Carpe viam; donec venias ad fluminis ortus.  
 Spumiferoque tuum fonti, qua plurimus exit,  
 Subde caput: corpusque simul, simul elue crimen.  
 Rex iustæ succedit aquæ: vis aurea tinxit  
 Flumen, & humano de corpore cessit in annem.  
 Nunc quoque jam veteris percepto semine venæ  
 Arva rigent, auro madidis pallentia glebis.  
 Ille, perosus opes, silvas & rura colebat,  
 Panaque montanis habitantem semper in antris.  
 Pingue sed ingenium mansit: nocituraque, ut ante  
 Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis.  
 Nam freta prospiciens latè riget arduus alto  
 Tmolus in adscensu: clivoque extentus utroque,  
 Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.  
 Pan ibi dum teneris jactat sua carmina Nymphis,  
 Et leve ceratâ modulatur arundine carmen;  
 Ausus Apollineos præ se contemnere cantus,  
 Judice sub Tmolo certamen venit ad impar.  
 Monte suo senior iudex confedit; & aures  
 Liberat arboribus. quercu coma cærule tantùm  
 Cingitur; & pendent circum cava tempora glandes.  
 Itque Deum pecoris spectans, In iudice, dixit,  
 Nulla mora est. calamis agrestibus insonat ille;  
 Barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)  
 Carmine delinit. post hunc sacer ora retorset  
 Tmolus ad os Phœbi: vultum sua silva secuta est.  
 Ille caput flavum lauro Parnaside vinctus  
 Verrit humum, Tyrio saturatâ murice pallâ:  
 Instruatamque fidem gemmis & dentibus Indis  
 Suttinet a leua: tenuit manus altera plectrum.  
 Artificis status ipse fuit. tum stamina docto  
 Pollice sollicitat: quorum dulcedine captus  
 Pana jubet Tmolus citharæ submittere cannas.  
 Iudicium sanctique placet sententia montis  
 Omnibus. arguitur tamen, atque iniusta vocatur  
 Unius sermone Midæ. nec Delius aures  
 Humanam stolidas patitur retinere figuram;  
 Sed trahit in spatium, villisque albetibus implet;  
 Instabileisque imo facit; & dat posse moveri.  
 Cætera sunt hominis. partem damnatur in unam:

Induiturque aures lente gradientis aſelli.

Ille quidem celat, turpique onerata pudore

Tempora purpureis tentat velare tiaris.

Sed, ſolitus longos ferro reſecare capillos,

Viderat hoc famulus. qui, cum nec prodere viſum

Dedecus auderet. cupiens efferre ſub auras,

Nec poſſet reticere tamen, ſecedit; humumque

Effodit. &, domini quales aſpexerit aures,

Voce reſert parva; terræque immurmurat hauſtæ.

Indiciumque ſuæ vocis tellure regeſta

Obruit, & ſerobibus tacitus diſcedit opertis.

Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus

Cœpit: &, ut primùm pleno maturuit anno,

Prodidit agricolam. leni nam motus ab Auſtro

Obruta verba reſert; dominique coarguit aures.

Uluſt abit Tmolus; liquidumque per æra veſtus

Auguſtum citra pontum Nephelæidos Helles

Laomedontæis Latoïus aditit arvis.

Dextera Sigari, Rhœtæi lava profundi

Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Inde novæ primùm moliri mœnia Trojæ

Laomedonta videt: ſuſceptaque magna labore

Creſcere diſſicili; nec opes expoſcere parvas.

Cumque tridentigero tumidi genitore profundi

Mortalem induitur formam; Phrygioque tyranto

Ædificat muros, pacto pro mœnibus auro.

Stabat opus: pretium rex inſciatur; & addit

Perfidix cumulum falſis perjuria verbis.

Non impune feres, reſtor maris inquit: & omnes

Inclinavit aquas ad avaræ littora Trojæ.

Inque freti formam terras convertit; opeſque

Abſtulit agricolis; & fluctibus obruit arva. (ſtro

Pœna neque hæc ſatis eſt: Regis quoque filia mor-

poſcitur æquoreo. quam dura ad ſaxa revinctam

Vindicat Alcides; promiſſæque munera diſtos

Poſcit equos: tantique operis mercede negatâ,

Bis perjura capit ſuperatæ mœnia Trojæ.

Nec pars militiæ Telamon ſine honore reſceſſit:

Heſioneque data potitur. nam conjuge Peleus

Clarus erat Diva. nec avi magis ille ſuperbit

Nomine, quam ſoceri ſiquidem Jovis eſſe nepoti

Contigit haud uni: conjux Dea contigit uni. (dæ,

Namq, ſenex Theridi Proteus, Dea, dixerat, un-

C **Concipe** : mater eris juveni, qui fortibus actis  
 N **Acta** patris vincet ; majorque vocabitur illo.  
 V **Ergo**, ne quicquam mundus Jove majus haberet  
 F **Quamvis** haud tepidos sub pectore senserat igne  
 C **Jupiter** æquoreæ Thetidis connubia vitat :  
 S **In** suaque Æaciden succedere vota nepotem  
 S **Jussit** ; & amplexus in virginis ire marina.  
 I **Est** sinus Hæmonix curvos falcatus in arcus :  
 I **Brachia** procurrunt. ubi, si foret altior unda ,  
 M **Portus** erat : summis inductum est æquor arenis.  
 A **Littus** habet solidum, quod nec vestigia servet ;  
 N **Nec** remoretur iter ; nec opertum pendeat algâ.  
 I **Myrtea** silva subest bicoloribus oblita baccis.  
 I **Est** specus in medio ; naturâ factus , an arte ,  
 I **Ambiguum** ; magis arte tamen : quo sæpe venire  
 I **Frænato** delphine sedens, Theti nuda, solebas.  
 I **Illic** te Peleus, ut somno vincta jacebas ,  
 S **Occupat** : & quoniam precibus tentata repugnas ;  
 I **Vim** parat, innectens ambobus colla lacertis.  
 I **Quod** nisi venisses variatis sæpe figuris  
 A **Ad** solitas artes ; auso foret ille potitus.  
 J **Sed** modo tu volucris (volucrem tamē ille tenebat) ;  
 J **Nunc** gravis arbor eras : hærebat in arbore Peleus.  
 J **Tertia** forma fuit maculosæ tigridis : illâ  
 T **Territus** Æacides à corpore brachia solvit.  
 J **Inde** Deos pelagi , vino super æquora fuso ,  
 E **Et** pecoris fibris, & fumo thuris adorat.  
 J **Donec** Carpathius medio de gurgite vates ,  
 T **Æacide**, dixit thalamis potiēre petitis.  
 T **Tu** modo, cum gelido sopita quiescet in antro ,  
 J **Ignaram** laqueis vincloque innecte tenaci.  
 N **Nec** te decipiat centum mentita figuras : (met.  
 S **Sed** preme quicquid erit: dum, quod fuit ante, refor-  
 D **Dixerat** hæc Proteus : & condidit æquore vultum ;  
 A **Admisit**que suos in verba novissima fluctus.  
 P **Pronus** erat Titan, inclinatoque tenebat  
 H **Hesperium** temone fretum : cum pulcra relicto  
 N **Nereis** ingreditur consueta cubilia ponto.  
 V **Vix** bene virgineos Peleus invaserat artus ;  
 I **Illâ** novat formas ; donec sua membra teneri  
 S **Sentit** : & in partes diversas brachia tendi. (cis :  
 T **Tum** demum ingemuit. Neq; , ait, sine numine vin-  
 E **Exhibita** estq; Thetis. confessam amplectitur heros,  
 E **Et**

et potitur votis ; ingentique implet Achille.  
 Felix & nato, felix & conjuge Peleus ;  
 et cui, si demas jugulati crimina Phoci,  
 omnia contigerant. fraterno sanguine fontem,  
 expulsumque domo patria Trachinia tellus  
 accipit. hic regnum sine vi, sine cæde, tenebat  
 lucifero genitore satus, patriumque nitorem  
 tre ferens Ceyx ; illo qui tempore mœstus,  
 dissimilisque sui, fratrem lugebat ademptum.  
 Quo postquam Atacides fessus curaque viaque  
 venit ; & intravit paucis comitantibus urbem ;  
 quosq; greges pecorû, quæ secû armenta trahebat,  
 laud procul a muris sub opacâ valle reliquit ;  
 opia cum facta est adeundi prima tyranni ;  
 elementa manu prætendens supplice, qui sit,  
 quoque satus memorat. tantum sua crimina celat.  
 tentitusque fugæ causam petit urbe vel agro  
 et juvet. hunc contra placido Trachinius ore  
 talibus alloquitur : Mediæ quoque commoda plebi  
 vestra patent, Peleu ; nec inhospita regna tenemus.  
 Adicis huic animo momenta potentia clarum  
 omen, avumq; Jovē. nec tempora perde precando :  
 quod petis, omne feres. tuaque hæc pro parte vide-  
 ualiamacunque vides. utinam meliora videres ! (to,  
 et fiebat. moveat quæ tantos causa dolores,  
 eleusque comitesque rogant. quibus ille profatur :  
 orsitan hanc volucrem, raptò quæ vivit, & omnes  
 erret aves, semper pennas habuisse putetis.  
 Vir fuit : & tanta est animi constantia, quantum ]  
 cer erat, belloque ferox, ad vimque paratus,  
 omine Dædalion ; illo genitore creatus  
 ni vocat Auroram, cæloque novissimus exit.  
 ulta mihi pax est ; pacis mihi cura tenendæ,  
 onjugiique fuit : fratri fera bella placebant.  
 Illius virtus reges, gentesque subegit :  
 quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas. ]  
 ata erat huic Chione : quæ dotatissima formâ  
 ille procis placuit, bis septem nubilis annis.  
 porte revertentes Phæbus, Maiâque creatus,  
 e suis Delphis, hic vertice Cyllenæo,  
 dere hanc pariter, pariter traxere calorem.  
 rem Veneris differt in tempora noctis Apollo ;  
 on tulit ille moras : virgâque movente soporem

Virginis os tangit. tactu jacet illa potenti :  
 Vimque Dei patitur. Nox caelum sparserat aëtris  
 Phœbus anum simulat; præceptaque gaudia sunt  
 Ut sua maturus complevit tempora venter ;  
 Alipedis de stirpe Dei versuta propago  
 Nascitur Antolycus, furtum ingeniosus ad omne  
 Qui facere assærat, patriæ non degener artis ,  
 Candida de nigris, & de candentibus atra.  
 Nascitur è Phœbo (namque est enixa gemellos)  
 Carmine vocali clarus, citharaque Philammon.  
 Quid peperisse duos, & Dis placuisse duobus ;  
 Et forti genitore, & progenitore Tonanti  
 Esse fatam prodest? an obest quoque gloria multum  
 Obsuit huic certè. quæ se præferre Dianæ  
 Sustinuit ; faciemque Deæ culpavit. at illi  
 Ira ferox mota est : Factisque placebimus, inquit  
 Nec mora ; curvavit cornu : nervoque sagittam  
 Impulit ; & meritam trajecit arundine linguam.  
 Lingua tacet: nec vox tentataque verba sequuntur  
 Conantemque loqui cum sanguine vita reliquit.  
 Quem (misera ô pietas!) ego tum patruos; dolores  
 Corde tuli, fratrique pio solatia dixi.  
 Quæ pater haud aliter, quàm cautes murmura ponit  
 Accipit : & natam delamentatur ademptam.  
 Ut vero ardentem vidit ; quater impetus illi  
 In medios fuit ire rogos : quater inde repulsus  
 Concita membra fugæ mandat: similisque juvenem  
 Spicula crabronum pressâ cervice gerenti ,  
 Qua via nulla, ruit. jam tum mihi currere visus  
 Plus homine est : alasque pedes sumsisse putares.  
 [Effugit ergo omnes ; veloxque cupidine leti]  
 Vertice Parnasi potitur. miseratus Apollo ,  
 Cum se Dædalion saxo misisset ab alto ,  
 Pecit avem, & subitis pendentem sustulit alis ;  
 Oraq; adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos  
 Virtutem antiquam, majores corpore vires.  
 Et nunc accipiter, nulli satis æquus, in omnes  
 Sævit aves ; aliisque dolens fit causa dolendi.  
 Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat  
 De consorte suo ; cursu festinus anheło  
 Advolat armenti custos Phocæus Anetor.  
 Heu Peleu, Peleu, magnæ tibi nuncius adsum  
 Cladis, ait! quodcumque ferat, jubet edere Peleus

tendet & ipse metu trepidat Trachinius heros.]  
 e refert : P'essos ad littora curva juvencos  
 p'uleram, medio cum Sol altissimus orbe  
 ntum respiceret, quantum superesse videret.  
 r'sque boum fulvis genua inclinarat arenis,  
 tarumque jacens campos spectabat aquarum :  
 rs gradibus tardis illuc errabat, & illuc :  
 ant alii, celsoque exstant super æquora collo.  
 empla mari subsunt, nec marmore clara, nec auro;  
 d trabibus dentis, lucoque umbrosa vetusto.  
 ereides Nereusque tenent. hos navita templi  
 lidit esse Deos, dum retia littore siccant.  
 ncta palus huic est densis obsessa salictis,  
 uam restagnantis fecit maris unda paludem.  
 de fragore gravi strepitans loca proxima terret  
 ellua vasta lupus, silvisque palutribus exit,  
 blitus & spumis & spisso sanguine rictus  
 ilmineos; rubra suffusus lumina flammâ.  
 ui, quamquam sævit pariter rabieque fameque,  
 erior est rabie. neque enim jejunia curat  
 ede boum, diramque famem satiare, sed omne  
 iluerat armentum, sternitque hostiliter omne.  
 ars quoque de nobis funesto faucia morfu,  
 um defensamus, leto est data. sanguine littus  
 ndaque prima rubent, demugitæque paludes.  
 ed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.  
 um superest aliquid, cuncti coëamus, & arma,  
 rma capeflamus, conjunctaque tela feramus.  
 ixerat agrestis. nec Pelea damna movebant :  
 ed memor admissi, reïda colligit orbam  
 amna sui inferias extincto mittere Phoco.  
 nduere arma viros, violentaque sumere tela  
 ex jubet Oetæus; cum quis simul ipse parabat  
 e. sed Halcyone conjux excita tumultu  
 roflit, &, nondum totos ornata capillos,  
 isjicit hos ipsos : colloque intusâ mariti,  
 uttat ut auxilium sine se, verbisque precatur  
 lacrymis; animasque duas ut servet in una.  
 Encides illi, Pulcros, Regina, piosque  
 one metus : plena est promissi gratia vestri. (ri.  
 on placet arma mihi contra nova monstra move-  
 unien adorandum pelagi est erat ardua turris;  
 arce focus summa; fœlis loca grata carinis.

Adscendunt illuc, stratosque in littore tauros  
 Cum gemitu aspiciunt, vastatoremque cruento  
 Ore ferum, longos infectum sanguine villos.  
 Inde manus tendens in aperti littora ponti,  
 Cæruleam Peleus Psamathen, ut finiat iram,  
 Orat; opemque ferat. nec vocibus illa rogantis  
 Flestitur Æacidæ. Thetis hanc pro conjuge supplex  
 Accepit veniam. sed enim irrevocatus ab acri  
 Cæde lupus perstat, dulcedine sanguinis asper;  
 Donec inhærentem laceræ cervicæ juvencæ  
 Marmore mutavit. corpus, præterque colorem  
 Omnia servavit: lapidis color indicat illum  
 Jam non esse lupum, jam non debere timeri.  
 Nec tamen hac profugum consistere Pelea terrâ  
 Fata sinunt: Magnetæ adit vagus exsul, & illic  
 Sumit ab Hæmonio purgamina cædis Acasto.

Interea fratrisque sui, fratremque secutis  
 Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx,  
 Consulat ut sacras hominum oblectamina sortes  
 Ad Clarium parat ire Deum: nam templa profana  
 Invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas,  
 Consilii tamen ante sui, fidissima, certam  
 Te facit, Halcyone. cui protinus intima frigus  
 Ossa receperunt; buxoque simillimus ora  
 Pallor obit: lacrymisque genæ maduere profusa  
 Ter conata loqui, ter stertibus ora rigavit:  
 Singultuque piâ interruptente querelas,  
 Quæ mea culpa tuam, dixit, carissime, mentem  
 Vertit? ubi est, quæ cura mei prius esse solebat?  
 Jam potes Halcyone securus esse relicta.  
 Jam via longa placet. jam sum tibi carior absens.  
 At puto per terras iter est, tantumque dolebo;  
 Non etiam metuum; curæque timore carebunt.  
 Æquora me terrent, & ponti tristis imago.  
 Et laceras nuper tabulas in littore vidi;  
 Et sæpe in tumulis sine corpore nomina legi.  
 Neve tuum fallax animum fiducia tangat;  
 Quod focer Hippotades tibi sit; qui carcere fortes  
 Contineat ventos; &, cum velit, æquora placet.  
 Cum semel emissi tenuerunt æquora venti;  
 Nil illis vetitum est; incommendataque tellus  
 Omnis, & omne fretum. cæli quoque nubila vexant  
 Excutiuntque feris rutilos concursibus ignes.



o magis hos novi (nam novi, & sæpe paternâ  
 ra domo vidi), magis hoc reor esse timendos.  
 od tua si flecti precibus sententia nullis,  
 re, potest, conjux; nimiumque es certus eundi;  
 quoque tolle simul. certè jactabimur unâ:  
 c, nisi quæ patiar, metuam: pariterque feremus  
 icquid erit: pariter super æquora lata feremur.  
 libus Æolidos dictis lacrymisque movetur  
 ereus conjux: neque enim minor ignis in ipso est  
 l neque propositos pelagi dimittere cursus,  
 c vult Halcyonen in partem adhibere pericli:  
 altaque respondit timidum solantia pectus.  
 c tamen idcirco causam probat. addidit illis  
 c quoque lenimen, quo solo flexit amantem:  
 nga quidem nobis omnis mora: sed tibi juro  
 patrios ignes (si me modo fata remittent)  
 te reverſurum, quam Luna bis impleat orbem.  
 s ubi promissis spes est admota recursus;  
 otinus eductam navalibus æquore tingi,  
 tarique suis pinum jubet armamentis.  
 a rursus visa, veluti præſaga futuri,  
 orruit Halcyone: lacrymasque emisit obortas:  
 plexusque dedit: tristisque miserrima tandem  
 e, Vale, dixit: collapsaque corpore tota est.  
 l juvenes, quærente moras Ceyce, reducunt  
 dinibus geminis ad fortia pectora remos:  
 qualique ictu scindunt freta. sustulit illa  
 mentes oculos; stantemque in puppe recurvâ,  
 ncussaque manu dantem sibi signa maritum  
 ima videt: redditque notas. ubi terra recessit  
 ngius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus;  
 um licet, insequitur fugientem lumine pinum.  
 nec quoq; ut haud poterat spatio submota videri;  
 la tamen spectat summo fluitantia malo.  
 nec vela videt; vacuum petit anxia lectum:  
 que toro ponit. renovat lectusque locusque  
 alcyonæ lacrymas: & quæ pars admonet absit.  
 rtibus exierant; & moverat aura rudentes;  
 overtit lateri pendentes navita remos:  
 rnuaque in summâ locat arbore; totaque malo  
 rbasâ deducit; venientesque accipit auras.  
 ut minus, aut certe medium non amplius æquor  
 ppe secabatur; longæque erat utraque tellus;

Cum

Cum mare sub noſtem tumidis albeſcere cœpit  
 Fluctibus ; & præceps ſpirare valentius Eurus  
 Ardua, jamdudum, demittite cornua, rector  
 Clamat ; & antennis totum ſubnectite velum.  
 Hic jubet ; impediunt adverſa juffa procellæ ;  
 Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris ullam.  
 Sponte tamen properant alii ſubducere remos ;  
 Pars munire latus ; pars ventis vela negare.  
 Egerit hic fluctus ; æquorque refundit in æquum  
 Hic rapit antennas. quæ dum ſine lege geruntur  
 Alpera creſcit hyems ; omnique è parte feroces  
 Bella gerunt venti ; fretaque indignantia miſcentur  
 Ipſe pavet ; nec ſe, qui ſit ſtatus, ipſe fatetur  
 Scire ratis rector, nec quid jubeatve, vetetve  
 Tanta mali moles, totaque potentior arte eſt.  
 Quippe ſonant clamore viri, ſtridore rudentes,  
 Undarum incurſu gravis unda, tonitribus æther  
 Fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur  
 Pontus ; & inductas aſpergine tangere nubes.  
 Et modo, cum fulvas ex imo verrit arenas,  
 Concolor eſt illis ; Stygia modo nigrior unda :  
 Sternitur interdum, ſpumisque ſonantibus albet  
 Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis  
 Et modo ſublimis veluti de vertice montis  
 Deſpicere in valles, inumque Acheronta videtur  
 Nunc, ubi demiffam curvum circumſtetit æquor  
 Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum.  
 Sæpe dat ingentem fluctu latus iſta fragorem :  
 Nec levius pulſata ſonat, quam ferreus olim  
 Cum laceras aries balliſtæ concutit arces.  
 Utque ſolent, ſumtis in curſu viribus, ire  
 Pectore in arma feri, prætentaque tela leones ;  
 Sic ubi ſe ventis admifcerat unda coortis,  
 Ibat in arma ratis ; multoque erat altior illis.  
 Jamque labant cunei, ſpoliataque tegmine ceræ  
 Rima pater ; præbetque viam letalibus undis.  
 Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres :  
 Inque fretum credas totum deſcendere cælum :  
 Inque plagas cæli tumefactum adſcendere pontum  
 Vela madent nimbis ; & cum cæleſtibus undis  
 Æquoræ miſcentur aquæ. caret ignibus æther ;  
 Cæcæque nox premitur tenebris hyemiſq ; fuiſque  
 Diſcutiunt tamen has, præbentque micantia lumina

fulmina : fulmineis ardescunt ignibus undæ.  
 at quoque jam saltus intra cava texta carinæ  
 luctus : & , ut miles numero præstantior omni ,  
 um sæpe assiluit defensæ mœnibus urbis ,  
 ce potitur tandem ; laudisque accensus amore  
 ter mille viros , murum tamen occupat unus.  
 c ubi pulsarunt acres latera ardua fluctus ,  
 astius insurgens decimæ ruit impetus undæ :  
 ec prius abilitit fessam oppugnare carinam ;  
 quam velut in captæ descendat mœnia navis.  
 ars igitur tentabat adhuc invadere pinum ;  
 ars maris intus erat.trepidant haud segnius o-  
 mnes ;

quam solet urbs , aliis murum fodientibus extra ,  
 itque aliis murum , trepidare , tenentibus intus.  
 efficit ars ; animique cadunt : totidemque videntur ,  
 quot veniant fluctus , ruere atq; irrumperere mortes.  
 o tenet hic lacrymas : stupet hic : vocat ille beatos ,  
 anera quos maneat : hic votis numen adorat :  
 rachiaque ad cælum , quod non videt , irrita tollens  
 oscit opem : subeunt illi fratresque parensque ;  
 uic cum pignoribus domus , & quod cuique re-  
 lictum est.

Halcyone Ceyca movet : Ceycis in ore  
 ulla nisi Halcyone est : & , cum desideret unam ,  
 audet abesse tamen . patriæ quoque vellet ad oras  
 aspiciere , inque domum supremos vertere vultus .  
 erum ubi sit nescit . tanta vertigine pontus  
 erret : & inductâ piceis è nubibus umbrâ  
 mne latet cælum : duplicataque noctis imago est .  
 angitur incurso nimborum turbinis arbor :  
 angitur & regimen : spoliisq; animosa superstans  
 nda , velut victrix , sinuatas despicit undas .  
 ec levius , quam si quis Athon Pindumve revulsos  
 de sua totos in apertum everterit æquor ,  
 precipitata ruit : pariterque & pondere & ictu  
 ergit in ima ratem . cum qua pars magna virorum  
 urgite pressa gravi , neque in aëra reddita , fato  
 mcta suo est . alii partes & membra carinæ  
 runca tenent . tenet ipse manu , qua sceptrâ solebat ,  
 ragmina navigii Ceyx : socerumque patremque  
 vocat ( heu ! ) frustra . sed plurima nantis in ore  
 Halcyone conjux . illam meminitque refertque ;

Illius

Illius ante oculos ut agant sua corpora fluctus ,  
 Optat; & exanimis manibus tumuletur amicis  
 Dum natat; absentem, quoties finit hiscere fluct  
 Nominat Halcyonen, ipsisque immurmurat un-  
 Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum  
 Frangitur; & rupta mersum caput obruit undâ  
 Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses,  
 Illa nocte fuit: quoniamque excedere Olympo  
 Non licuit, densis texit sua nubibus ora.  
 Æolis interea tantorum ignara malorum  
 Dinumerat noctes: & jam, quas induat ille,  
 Festinat vestes; jam quas, ubi venerit ille,  
 Ipsa gerat: reditusque sibi promittit inanes.  
 Omnibus illa quidem Superis pia thura ferebat:  
 Ante tamen cunctos Junonis templa colebat:  
 Proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.  
 Utque foret sospes conjux suus, utque rediret,  
 Optabat; nullamque sibi præferret. at illi  
 Hoc de tot votis poterat contingere solum.  
 At Dea non ultra pro functo morte rogari  
 Sustinet; utque manus funestas arceat aris;  
 Iri, mæx, dixit, fidissima nuncia vocis,  
 Vise soporiferam Somni velociter aulam:  
 Extinctique jube Ceycis imagine mittat  
 Somnia ad Halcyonen veros narrantia casus.  
 Dixerat. induitur velamina mille colorum  
 Iris, & arquato cælum curvamine signans  
 Tecta petit jussi sub rupe latentia regis.  
 Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,  
 Mons cavus, ignavi domus & penetralia Somni;  
 Quo nunquam radiis oriens mediufve cadensve  
 Phœbus adire potest. nebulæ caligine mistæ  
 Exhalantur humo: dubiæque crepuscula lucis.  
 Non vigil ales ibi cristati cantibus oris  
 Evocat Auroram: nec voce silentia rumpunt  
 Sollicitive canes, canibusve sagacior anser.  
 Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,  
 Humanæve sonum reddunt convicia linguæ.  
 Muta quies habitat. saxo tamen exit ab imo  
 Rivus aquæ Lethes: per quem oëm murmure la-  
 bens

Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.  
 Ante fores antri fœcunda papavera florent,

numeræque herbæ : quarum de lacte soporem  
 Nox legit, & spargit per opacas humida terras.  
 Inuana, quæ verso Itridorem cardine reddat,  
 Nulla domo totâ ; custos in limine nullus.  
 In medio torus est, ebene sublimis in atrâ,  
 Lumeus, atricolor, pullo velamine tectus :  
 Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis.  
 Hunc circa passim varias imitantia formas  
 omnia vana jacent totidem, quot messis aristas,  
 Ilva gerit frondes, ejectas litus arenas.  
 Quo simul intravit, manibusque obstantia virgo  
 omnia dimovit ; vestis fulgore reluxit  
 In acra domus : tarda que Deus gravitate jacentes  
 Fix oculos tollens ; iterumque iterumque relabens,  
 In unaque percuciens nutanti pectora mento,  
 Excussit tandem sibi se : cubitoque levatus,  
 Quid veniat (cognorat enim) scitatur. at illa :  
 Omne, quies rerum, placidissime Somne Deorum,  
 Pax animi, quem cura fugit ; qui corda diurnis  
 Incessa ministeriis inulces, reparasque labori ;  
 Omnia, quæ veras æquent imitamine formas,  
 Herculeâ Frachine jube, sub imagine regis,  
 Calcyonen adeant ; simulacraque naufraga fingant.  
 Imperat hoc Juno. postquam mandata peregeris,  
 Abiit. neque enim ulterius tolerare vaporis  
 Inimiciter poterat. labique ut Somnum sensit in artus ;  
 Effugit ; & remeat per quos modo venerat arcus.  
 At pater è populo natorum mille suorum  
 Excitat artificem simulatoremque figuræ  
 Orpheæ. non illo jussos solertius alter  
 Expressit incessus, vultumque ; modumque loquendi.  
 Adjectis & vestes, & consuetissima cuique  
 Verba. sed hic solos homines imitatur : at alter  
 Sit fera, sit volucris, sit longo corpore serpens.  
 Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus  
 Nominat. est etiam diversæ tertius artis  
 Inphantasos. ille in humum, saxumque, undamque,  
 In trabemque,  
 Quæque vacant animâ feliciter omnia transit.  
 Regibus hi, ducibusque suos ostendere vultus  
 In nocte solent : populos alii plebemque pererrant.  
 Præterit hos senior : cunctisque è fratribus unum  
 Orpheæ, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus

Eligit : & rursus molli languore solutum  
 Deposuitque caput, stratoque recondidit alto.  
 Ille volat, nullos strepitus facientibus alis, (be  
 Per tenebras : intraque moræ breve tempus in u  
 Pervenit Hæmoniam : positisque è corpore penni  
 In faciem Ceycis abit : formæque sub illâ  
 Luridus, exangui similis, sine uestibus ullis,  
 Conjugis ante torum miseræ stetit. uda videtur  
 Barba viri, madidisque gravis fluere unda capillis  
 Tum lecto incumbens, fletu super ora refuso,  
 Hæc ait : Agnoscis Ceyca, miserrima conjux ?  
 An mea mutata est facies nece ? respice ; nosces ;  
 Inueniesque tuo pro conjuge conjugis umbram.  
 Nil opis, Halcyone, nobis tua vota tulerunt.  
 Occidimus. falsa tibi me promittere noli.  
 Nubilus Ægæo deprendit in æquore navim  
 Auster, & ingenti jactatam flamine solvit :  
 Oraque nostræ tuum frustra clamantia nomen  
 Implerunt fluctus. non hæc tibi nunciat auctor  
 Ambiguus : non ista vagis rumoribus audis.  
 Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo.  
 Surge, æge, da lacrymas ; lugubriaque indue : nec m  
 Indeploratum sub inania Tartara mitte.  
 Adjicit his vocem Morpheus, quam conjugis illa  
 Crederet esse sui. fletus quoque fundere veros  
 Visus erat : gestumque manus Ceycis habebant.  
 [Ingemit Halcyone lacrymans, motatque lacerto  
 Per somnum : corpusque petens amplectitur auras  
 Exclamatque, Mane. quo te rapis ? ibimus unâ.]  
 Voce sua specieque viri turbata soporem  
 Executit : & primò si sit circumspicit illic,  
 Qui modo visus erat. nam moti voce ministri  
 Intulerant lumen. postquam non invenit usquam ;  
 Percutit ora manu : laniatque à pectore vestes :  
 Pectoraque ipsâ ferit. nec crinem solvere curat ;  
 Scindit : & altrici, quæ luctus causa, roganti,  
 Nulla est Halcyone, nulla est, ait : occidit unâ  
 Cum Ceyce suo. solantia tollite verba.  
 Naufragus interiit. vidi, agnovique ; manusque  
 Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.  
 Umbra fugit : sed & umbra tamen manifesta, viriq ;  
 Vera mei. non ille quidem, si quæris, habebat  
 Assuetos vultus : nec quo prius ore nitēbat.

Pallentem, nudumque, & adhuc humente capillo  
 infelix vidi. stetit hoc miserabilis ipso  
 Ecce loco : & quærit uestigia si qua supersint.  
 Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam ;  
 Et ne, me fugiens, ventos sequerere rogabam ?  
 At certè vellem, quoniam periturus abibas,  
 Me quoque duxisses. tecum fuit utile, tecum  
 ire mihi. neque enim de vitæ tempore quicquam  
 Non simul egissem : nec mors discreta tuisset.  
 Nunc absens pereo, jactor nunc fluctibus absens :  
 Et, sine me, me pontus habet. crudelior ipso  
 Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar  
 Longius ; & tanto pugnein superesse dolori.  
 Sed neque pugnabo : nec te, miserande, relinquam :  
 Et tibi nunc saltem veniam comes. inque sepulcro,  
 si non urna, tamen junget nos littera : si non  
 Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.  
 Plura dolor prohibet ; verboque intervenit omni  
 Plangor : & attonito gemitus è corde trahuntur.  
 Mane erat : egreditur tectis ad litus : & illum  
 Mæta locum repetit, de quo spectarat euntem  
 Dumq;, Moratus ibi; dumque, Hic retinacula solvit,  
 Hoc mihi discedens dedit oscula littore, dicit,  
 Dumq; notata oculis reminiscitur acta, fretumq; ]  
 Prospicit ; in liquida spatio distante tuetur  
 Nescio quid, quasi corpus, aqua; primoque, quid illud  
 Esset, erat dubium. postquam paulò appulit unda ;  
 Et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat ;  
 Qui foret, ignorans, quia naufragus, omine nota est :  
 Et, tanquam ignoto lacrymam daret, Heu miser,  
 inquit,  
 Quisquis es, & si qua est conjux tibi! fluctibus actû  
 Fit propius corpus. quod quo magis illa tuetur,  
 Hoc minus, & minus est amens sua. jamque pro-  
 pinquæ  
 Adnotum terræ, iam quod cognoscere posset,  
 Cernit : erat conjux. Ille est, exclamat : & unâ  
 Ora, comas, vestem lacerat : tendensque trementos  
 Ad Ceyca manus, Sic, ô carissime conjux,  
 Sic ad me, miserande, redis? ait. adjacet undis  
 Facta manu moles : quæ primas æquoris iras  
 Frangit ; & incurtus quæ prædelassat aquarum.  
 Lasilit hæc : miramque fuit potuisse ; volabat :

Percutiensque levem modo natis aëra pennis ,  
 Stringebat summas ales miserabilis undas .  
 Dumque volat, mœsto similem, plenumque querel  
 Ora dedere sonum tenui crepitantia rostro .  
 [ Ut verò tetigit mutum & sine sanguine corpus ,  
 Dilectos artus amplexa recentibus alis ,  
 Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro . ]  
 Senferit hoc Ceyx, an vultum motibus undæ  
 Tollere sit visus, populus dubitabat : at ille  
 Senferat. & tandem, Superis miserantibus, ambo  
 Alite mutantur. fatis obnoxius isdem  
 Tunc quoque mansit amor. nec conjugiale solutum  
 Fœdus in alitibus. coeunt, fiuntque parentes :  
 Perque dies placidos hiberno tempore septem  
 Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis .  
 Tum via tuta maris : ventos custodit, & arce  
 Æolus egressu : præstatque nepotibus æquor .  
 Hos aliquis senior circum freta lata volantes  
 Spectat : & ad finem servatos laudat amores .  
 Proximus, aut idem, si fors tulit, Hic quoque, dixit,  
 Quem inare carpentem substriçtaque crura gerentem  
 Aspicias (ostendens spaciosum guttura mergum),  
 Regia progenies. & si descendere ad ipsum  
 Ordine perpetuo quæris, sunt hujus origo  
 Ius, & Alaracus, raptusque Jovi Ganymedes ,  
 Laomedonque senex, Priamusque novissima Trojæ  
 Tempora sortitus. frater fuit Hæctoris iste :  
 Qui, nisi sensisset primâ nova fata juventâ ,  
 Forsitan inferius non Hæctore nomen haberet :  
 Quamvis est illum proles enixa Dymantis .  
 Æsacon umbrosâ furtim peperisse sub Idâ  
 Fertur Alexirhoe Granico nata bicorni .  
 Oderat hic urbes : nitidâque remotus ab aulâ  
 Secretos montes, & inambitiosa colebat  
 Rura : nec Iliacos cœtus, nisi rarus, adibat .  
 Non agreste tamen, nec inexpugnabile Amori  
 Pectus habens, silvas captatam sæpe per omnes  
 Aspicit Hesperiem patriâ Cebrenida ripâ ,  
 Injectos humeris siccantem sole capillos .  
 Visa fugit Nymphe : veluti perterrita fulvum  
 Cerva lupum, longeque lacu deprensa relicto .  
 Accipitrem fluvialis anas. quam Troïus heros  
 Insequitur : celeremque metu celer urget amore .



Ecce latens herbâ coluber fugientis adunco  
 Dente pedem stringit ; virusque in corpore linquit.  
 Cum vita suppressa fuga est. amplectitur amens  
 Exanimem : clamatque , Piget, piget esse secutum:  
 Sed non hoc timui : nec erat mihi vincere tanti.  
 Perdidimus miseram nos te duo. vulnus ab angue,  
 A me caussa data est. ego sim sceleratior illo ,  
 Ni tibi morte mea mortis solatia mittam.  
 Dixit : & è scopulo, quem rauca subederat unda ,  
 Se dedit in pontum. Tethys miserata cadentem  
 Molliter excepit : nantemque per æquora pennis  
 Fexit : & optatæ non est data copia mortis.  
 Indignatur amans invitum vivere cogi ;  
 Obstarique animæ miserâ de sede volenti  
 Exire. utque novas humeris assumferat alas ,  
 Subvolat : atq; iterum corpus super æquora mittit.  
 Pluma levat casus. furit Æsacus : inque profundum  
 Pronus abit, letique viam sine fine retentat.  
 Fecit amor maciem : longa internodia crurum ,  
 Longa manet cervix : caput est à corpore longè.  
 Equor amat: nomenque manet, quia mergitur, illi.

## METAMORPHOSEON LIB. XII.

**N**escius assumtis Priamus pater Æsacō alis  
 Vivere, lugebat : tumulo quoque nomen ha-  
 bentī  
 Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.  
 Defuit officio Paridis præsentia tristi :  
 Postmodo qui rapta longum cum conjugē bellum  
 Attulit in patriam : conjuratæque sequuntur  
 Mille rates, gentisque simul commune Pelasgæ.  
 Nec dilata foret vindicta, nisi æquora sævi  
 Invia fecissent venti : Bœotæque tellus  
 Aulide piscosâ puppes tenuisset ituras.  
 Hic patrio de more Jovi cum sacra parassent ;  
 Ut vetus accensis incanduit ignibus ara ;  
 Serpere cæruleum Danaï vidēre draconem  
 In platanum : cœptis quæ stabat proxima sacris.  
 Nidus erat volucrum bis quattuor arbore summâ ;  
 Quas simul, & matrem circum sua damna volantē.  
 Corripuit serpens ; avidaque recondidit alvo.  
 Obstupuere omnes. at veri providus augur  
 Thestoides, Vincemus, ait : gaudete, Pelasgi.

Troja cadet ; sed erit nostri mora longa laboris.  
 Atque novem volucres in belli digerit annos.  
 Ille, ut erat, virides amplexus in arbore ramos,  
 Fit lapis : & servat serpentis imagine saxum.

Permanet Aoniis Nereus violentus in undis :  
 Velaque non transfert : & sunt , qui parcere Tro  
 Neptunum credant ; quia moenia fecerit urbi.  
 At non Thestorides. nec enim nescitve, tacetve  
 Sanguine virgineo placandam virginis iram  
 Esse Deæ. postquam pietatem publica causa ,  
 Rexque patrem vicit ; castumque datura cruorem  
 Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris ;  
 Victa Dea est : nubemque oculis objecit ; & inter  
 Officium turbamque sacri, vocesque precantum ,  
 Suppositâ fertur mutasse Mycenida cervâ.  
 Ergo ubi, qua decuit, lenita est cæde Diana ;  
 Et pariter Phœbus, pariter maris ira recessit :  
 Accipiunt ventos à tergo mille carinæ :  
 Multaque perpeßæ Phrygiâ potiuntur arenâ.

Orbe locus medio est inter terrasque, fretumque  
 Cælestesque plagas, triplicis confinia mundi ;  
 Unde, quod est usquam, quamvis regionibus absit  
 Inspicitur, penetratque cavas vox omnis ad aures  
 Fama tenet, summaque domum sibi legit in arce  
 Innumerosque aditus , ac mille foramina tectis  
 Addidit, & nullis includit limina portis.  
 Nocte dieque patent. tota est ex aure sonanti :  
 Tota fremit: vocesque refert: iteratque quod audi  
 Nulla quies intus, nullaque silentia parte.  
 Nec tamen est clamor , sed parvæ murmura vocis  
 Qualia de pelagi, si quis procul audiat, undis  
 Esse solent : quale inve sonum, cum Jupiter atras  
 Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.  
 Atria turba tenent : veniunt leve vulgus, euntque  
 Mistaque cum veris passim commenta vagantur  
 Millia rumorum : confusaque verba volutant.  
 E quibus hi vacuas implent sermonibus auras :  
 Hi narrata ferunt aliò : mensuraque ficti  
 Crescit ; & auditis aliquid novus adjicit auctor.  
 Illic Credulitas, illic temerarius Error ,  
 Vanaque Lætitia est, consternatique Timores ,  
 Seditioque repens, dubioque auctore Sufurri.  
 Ipsâ quid in cælo rerum, pelagoque geratur ,

Et tellure, videt; totumque inquirit in orbem.

Fecerat hæc notum, Grajas cum milite forti  
Adventare rates: neque inexpectatus in armis  
Hostis adest. prohibent aditu, Littusque tuentur  
Trois: & Hæctorca primus fataliter hasta,  
Protésilæ, cadis: commissaq; prælia magno (stor.  
stant Danais: fortesque animæ, neq; cognitus He-  
Nec Phryges exiguo, quid Achæia dextera posset,  
Sanguine senserunt. & jam Sigæa rubebant  
Littora: jam leto proles Neptunia Cygnus  
Mille viros dederat. jam curru stabat Achilles:  
Troaque Peliacæ sternebat cuspidis ictu  
Agnina: perque acies aut Cygnum aut Hæctorca  
querens,

Congreditur Cygno: decimum dilatus in annum  
Hæctor erat. tum colla jugoq; pressos  
Exhortatus equos, currum direxit in hostem:  
Concutiensque suis vibrantia tela lacertis  
Quisquis es, ô juvenis, solatia mortis habeto,  
Dixit, ab Hæmonio quod sis jugulatus Achille.  
Hactenus Hæcides. vocem gravis hasta secuta est.  
Sed quanquam certâ nullus fuit error in hasta;  
Nil tamen emissi profecit acumine ferri:  
Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu;  
Nate Deâ (nam te famâ prænovimus), inquit  
Ille, quid à nobis vulnus miraris abesse?  
Mirabatur enim). non hæc, quam cernis, equinis  
Fulva jubis cassis, neque onus cava parma sinistræ  
Auxilia mihi sunt: decore est quæsitus ab istis.  
Mars quoque ob hæc capere arma solet. removebi-  
tur omne

Tegminis officium; tamen indestrictus abibo.  
Est aliquid, non esse satum Nereide, sed qui  
Nereaque, & natas, & totum temperet æquor.  
Dixit: & hæsurum clypei carvamine telum  
Misit in Hæciden: quod & æs, & proxima rupit  
Terga novena boum: decimo tamen orbe moratum  
Excutit hoc heros: rursusque tremientia forti  
Tela manu torsit: rursus sine vulnere corpus,  
Sincerumque fuit, nec tertia cuspidis apertum,  
Et se præbentem valuit destringere Cygnum.  
Haud secus exarsit, quam Circo taurus aperto,  
Cum sua terribili petit irritamina cornu

Pœniceas vestes, elusaque vulnera sentit.  
 Num tamen exciderit ferrum considerat hastæ.  
 Hærebat ligno. Manus est mea debilis ergo ;  
 Quasque, ait, ante habuit vires effudit in uno.  
 Nam certe valuit, vel cum Lyrnesia primus  
 Mœnia disjeci ; vel cum Tenedonque, quoque  
 Eëtionæas implevi sanguine Thebas.  
 Vel cum purpureus populari cæde Caycus  
 Fluxit ; opusque meæ bis sensit Telephus hastæ.  
 Hic quoque tot cæsis, quorum per littus acervos  
 Et feci, & video, valuit mea dextra, valetque.  
 Dixit : &, ante actis veluti male crederet, hastam  
 Misit in adversum Lyciâ de plebe Menœten :  
 Loricamque simul, subjectaque pectora rupit.  
 Quo plangente gravem moribundo vertice terram,  
 Extrahit illud <sup>in</sup> <sup>calido</sup> de vulnere telum :  
 Atque ait ; Idem <sup>est</sup> <sup>hæc</sup> <sup>qua</sup> modo vicimus  
<sup>hastæ</sup> <sup>hastæ</sup>.

Utar in hunc isdem : sit in hoc precor exitus idem.  
 Sic taurus, Cygnumque petit, nec fraxinus errat :  
 Inque humero sonuit non evitata sinistro.  
 Inde, velut muro solidâve à caute, repulsa est.  
 Qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cygnum  
 Viderat, & frustra fuerat gavisus, Achilles.  
 Vulnus erat nullum : sanguis fuit ille Menœtæ.  
 Tum verò præceps curru fremebundus ab alto  
 Desilit : & nitido securum cominus hostem.  
 Ense petens, parmam gladio, galeamque cavari  
 Carnit, & in duro lædi quoque corpore ferrum.  
 Haud tulit ulterius : clypeoque adversa reducto  
 Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat.  
 Cedentique sequens instat : turbatque, ruitque.  
 Attonitoque negat requiem. pavor occupat illum :  
 Ante oculosque natant tenebræ : retroque ferenti  
 Aversos passus medio lapis obstitit arvo.  
 Quem super impulsus resupino pectore Cygnum  
 Vi multâ vertit, terræque adflixit Achilles.  
 Tum, clypeo genibusque premens præcordia duris,  
 Vincla trahit galeæ. quæ presso subdita inento  
 Elidunt fauces ; & respiramen iterque  
 Eripiunt animæ. victum spoliare parabat :  
 Arma relicta videt. corpus Deus æquoris albam  
 Contulit in volucrem ; cuius modo nomen habebat.

Hic labor, hæc requiem multorum pugna die-  
rum

Attulit: & positis pars utraque substitit armis.  
 Quinque vigil Phrygios servat custodia muros;  
 Et vigil Argolicas servat custodia fossas:  
 Hæc dies aderat; qua Cygni victor Achilles  
 Pallada vittatæ placabat sanguine vaccæ.  
 Cujus ut imposuit profecta calentibus aris;  
 Et Dis acceptus penetravit in æthera nidor;  
 Sacra tulere suam: pars est data cætera mensis.  
 Discubere toris proceres; & corpora tostâ  
 Carne replent: vinoque levant curasque sitinque.  
 Non illos citharæ, non illos carmina vocum,  
 Longave multifori delectat tibia buxi:  
 Sed noctem sermone trahunt: virtusque loquendi  
 Materia est. pugnam referunt hostisque suamque.  
 Quæque vices adita atque exhausta pericula sæpe  
 Commemorare juvat. quid enim loqueretur Achil-  
 les?  
 (Iem?)  
 Aut quid apud magnum potius loquerentur Achil-  
 Proxima præcipue domito victoria Cygno  
 In sermone fuit. visum mirabile cunctis;  
 Quod juveni corpus nullo penetrabile telo,  
 Invisumque ad vulnera erat, ferrumque terebat.  
 Hoc ipsum Æacides, hoc mirabantur Achivi.  
 Cum sic Nestor ait: Vestro fuit unicus ævo  
 Contentor ferri, nulloque forabilis ictu  
 Cygnus. at ipse olim patientem vulnera mille  
 Corpore non laeso Perrhæbum Cænea vidi:  
 Cænea Perrhæbum; qui factis inclytus Othrya  
 Incoluit. quoque id mirum magis esset in illo;  
 Formina natus erat. monstri novitate moventur,  
 Quisquis adest: narretq; rogant. quos inter Achilles,  
 Dic age, (nam cunctis eadem est audire voluntas)  
 O facunde senex, ævi prudentia nostri;  
 Quis fuerit Cæneus, cur in contraria versus;  
 Quâ tibi militiâ, cujus certamine pugna  
 Cognitus; à quo sit victus, si victus ab ullo est.  
 Num senior: Quamvis obstet mihi tarda vetustas;  
 Multaque me fugiant primis spectata sub annis;  
 Plura tamen memini: nec, quæ magis hæreat illâ,  
 Pectore res nostro est, inter bellicque domique  
 Acta tot. ac si quem potuit spatiosa senectus

Spectatorem operum multorum reddere ; vixi  
 Annos bis centum : nunc tertia vivitur ætas.  
 Clara decore fuit proles Elateia Cænis ,  
 Thessalidum, virgo pulcherrima ; perq; propinqua  
 Perque tuas urbes tibi enim popularis, Achille  
 Multorum frustra votis optata protorum.  
 Tentasset Peleus thalamos quoque forsitan illos  
 Sed jam aut contigerant illi connubia matris ,  
 Aut fuerant promissa, tuæ. nec Cænis in ullos  
 Denupsit thalamos : secretaque litora carpens  
 Æquorei vim passa Dei est. ita Fama ferebat.  
 Utque nova Veneris Neptunus gaudia cepit ;  
 Sint tua vota licet, dixit, secura repulsæ ;  
 Elige quid voveas. eadem hoc quoq; Fama ferebat  
 Magnum, Cænis ait, facit hæc injuria votum ,  
 Tale pati nil posse mihi. da scæmina ne sim :  
 Omnia præstiteris. graviore novissima dixit  
 Verba sono : poteratque viri vox illa videri :  
 Sicut erat. nam jam voto Deus æquoris alti  
 Annuerat : dederatque super ; ne fancius ullis  
 Vulneribus fieri , ferrove occumbere posset.  
 Munere ketus abit : studiisque virilibus ævum  
 Exigit Atracides, Penæiaque arva pererrat.  
 Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus:  
 Nubigenasque feros, positis ex ordine mensis ,  
 Arboribus tecto discumbere jusserat antro.  
 Hæmonii proceres aderant ; aderamus & ipsi :  
 Festaque confusa resonabat regia turba.  
 Ecce casant Hymenæon & ignibus atria fumant :  
 Cinctaque adest virgo matrum nuruumque catervæ  
 Præsignis facie. felicem diximus illa  
 Coniuge Pirithoum : quod pæne fefellimus omen.  
 Nam tibi, sævorum sævissime Centaurorum  
 Euryte, quam vino pectus, tam virgine visa  
 Ardet : & ebrietas geminata libidine regnat.  
 Protinus everse turbant convivia mensæ :  
 Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis.  
 Eurytus Hippodamen , alii , quam quisque proba-  
 rant ,  
 Aut poterant, rapiunt: captæque erat urbis imago  
 Fæmineo clamore sonat domus. ocius omnes  
 Surgimus : & primus, Quæ te vecordia, Theseus,  
 Euryte, pulsar, ait ; qui me vivente lacellas

Pirithoum, violensque duos ignarus in uno?  
 Neve ea magnanimus frustra memoraverit heros;  
 submovet instantes: raptamque furentibus auferit.  
 Ille nihil contra: neque enim defendere verbis  
 Talia facta potest: sed vindicis ora protervis  
 Insequitur manibus, generosaque pectora pulsar.  
 Forte fuit iuxta signis exstantibus asper  
 Antiquus crater, quem vastum vastior ipse  
 Sustulit Ægides; adversaque misit in ora.  
 Sanguinis ille globos pariter, cerebruinque, me-  
 rumque,  
 Vulnere & ore vomens, madidâ resupinus arenâ  
 Calcitrat. ardescunt germanâ cæde bimembres:  
 Certatimq; omnes uno ore, Arma, arma, loquuntur.  
 Vina dabant animos: & primâ pocula pugnâ  
 Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes:  
 Res epulis quondam, nunc bello & cædibus, aptæ.  
 Primus Ophionides Amycus penetratia donis  
 Haud timuit spoliare suis; & primus ab æde  
 Lampadibus densum rapuit funale coruscis:  
 Elatumque alte, veluti qui candida tauri  
 Rumpere sacrificâ molitur colla securi;  
 Illisit fronti Lapithæ Celadontis: & ossa  
 Non agnoscendo confusâ reliquit in ore.  
 Exsiluere oculi; disjectisque ossibus oris  
 Acta retro naris, medioque infixâ palato est.  
 Hunc pede convulso mensæ Pellæus acernæ  
 Stravit humi Belates, dejecto in pectora mento:  
 Cumque atro mitos sputantem sanguine dentes,  
 Vulnere Tartareas geminato mittit ad umbras.  
 Proximus ut stererat, spectans altaria vultu  
 Fumida terribili, Cur non, ait, utimur istis?  
 Cumque suis Gryneus immanem sustulit aram  
 Ignibus, & medium Lapitharum jecit in agmen:  
 Depressitque duos, Brotean, & Orion. Orio  
 Mater erat Mycale: quam deduxisse canendo  
 Sæpe reluctanti constabat cornua Lunæ.  
 Non impune ferēs, teli modo copia detur,  
 Dixerat Exadius, telique habet instar, in altâ  
 Quæ fuerant pinu, votivi cornua cervi.  
 Figitur huic duplici Gryneus in lumina ramo:  
 Erunturque oculos, quorum pars cornibus hæret:  
 Pars fluit in barbam; concretaque sanguine pendet.

Ecce rapit mediis flagrantem Rhætus ab aris  
 Primitium torrem : dextrâque à parte Charaxi  
 Tempora perfringit fulvo protecta capillo.  
 Correpti rapidâ , veluti seges arida, flammâ  
 Arserunt crines : & vulnere sanguis inustus  
 Terribilem stridore sonum dedit ; ut dare ferrum  
 Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curvâ  
 Cum faber eduxit , lacubus demittit. at illud  
 Stridet : & in trepidâ submersum sibilat undâ.  
 Saucius hirsutis avidum de crinibus ignem  
 Excutit : inque humeros limen tellure revulsam  
 Tollit, onus plaustrî : quod ne permittat in hostem  
 Ipsa facit gravitas. socium quoque saxeâ moles  
 Oppressit spatio stantem propiore Cometem :  
 Gaudia nec retinet Rhætus. Sic comprecor, inquit  
 Cætera sit fortis castrorum turba tuorum ;  
 Semicremoque novat repetitum stipite vulnus :  
 Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu  
 Rupit : & in liquido sederunt ossa cerebro.  
 Victor ad Evagrum , Corythumque , Dryantaque  
 transit.

E quibus ut primâ tectus lanugine malas  
 Procubuit Corythus ; Pueri quæ gloria fuso  
 Parta tibi est ? Evagros ait. nec dicere Rhætus  
 Plura sinit : rutilasque ferox in aperta loquentis  
 Condidit ora viri, perque os in pectora, flammâs.  
 Te quoque, saxe Drya, circum caput igne rotato  
 Insequitur : sed non in te quoque constitit idem  
 Exitus. assidua successu cordis orantem ,  
 Qua juncta est humero cervix, sude figis obusta.  
 Ingemuit, duroque sudem vix osse revellit  
 Rhætus ; & ipse suo madefactus sanguine fugit.  
 Fugit & Orneus, Lycabasque, & saucius armo  
 Dexteriore Medon, & cum Pisenore Thaumâs ;  
 Quique pedum nuper certamine vicerat omnes  
 Mermeros ; accepto nunc vulnere tardius ibat :  
 Et Pholus, & Melaneus, & Abas prædator aprorum:  
 Quique suis frustra bellum distulerat augur  
 Astylos. ille etiam metuenti vulnera Nessô ,  
 Ne fuge, ad Herculeos, inquit, servaberis arcus.  
 At non Eurynomus, Lycidasque, & Aræos & Im-  
 breus

Effugere necem : quos omnes dextra Dryantis

Per-



Perculit adversos. adversum tu quoque, quamvis  
 terga fugæ dederas, vulnus, Crenæe, tulisti.  
 Nam grave respiciens inter duo lumina ferrum,  
 qua naris fronti committitur, accipis, imæ.  
 In tanto fremitu ductis sine fine jacebat  
 opitus vinis, & inexperrectus Aphidas:  
 languentique manu carchesia mista tenebat,  
 usus in Osiæ villosis pellibus ursæ. (tem,  
 Quem procul ut vidit frustra nulla arma moven-  
 terit amento digitos, Miscendaque, dixit,  
 Cum Styge vina bibas, Phorbas. nec plura moratus  
 In juvenem torsit jaculum: ferrataque collo  
 traxinus, ut casu jacuit resupinus, adacta est.  
 Iors caruit sensu: plenoque è gutture fluxit  
 Inque toros, inque ipsa niger carchesia sanguis.  
 Vidi ego Petram conantem evellere terram (bit;  
 Mandiferam quercum: quam dum complexibus am-  
 bit quatit huc illuc, labefactaque robora jactat,  
 lancea Pirithoi costis immissa Petræi  
 costora cum duro luctantia robore fixit.  
 Pirithoi virtute Lycum cecidisse ferebant:  
 Pirithoi cecidisse Chromin. sed uterque minorem  
 victori titulum, quam Dictys Helopsq;, dederunt.  
 Ixus Helops jaculo, quod pervia tempora fecit;  
 et missum a dextrâ lævam penetravit in aurem.  
 Dictys ab ancipiti delapsus acumine montis,  
 Dum fugit instantem trepidans Ixione natum,  
 Cecidit in præceps: & pondere corporis ornum  
 ingentem fregit; suaque induit ilia fractæ.  
 Ille adest Aphareus: saxumque è monte revulsum  
 Mittere conatur. conantem stipite querno  
 Occupat Ægides; cubitique ingentia frangit  
 ossa: nec ulterius dare corpus inutile leto  
 ut vacat, aut curat: tergoque Bianoris alti  
 insilit, haud solito quenquam portare, nisi ipsum:  
 apposuitque genu costis: prensamque sinistra  
 affariam retinens, vultum, minitantiæque ora  
 robore nodoso, præduraque tempora, fregit.  
 robore Nedymnum, jaculatoremque Lycotan  
 ternit, & immisâ protectum pectora barbâ  
 Hippalon, & summis exstantem Riphea silvis;  
 ereaque, Hæmonii qui prensos montibus urbs  
 terre domum vivos, indignantesque solebat.

Haud tulit utentem pugnae successibus ultra  
 Thesea Demoleon : solidoque revellere dumo  
 Annosam pinum magno molimine tentat.  
 Quod quia non potuit, praefractam misit in hoste.  
 Sed procul à telo Theseus veniente recessit,  
 Pallados admonitu. credi sic ipse volebat.  
 Non tamen arbor iners cecidit : nam Crantoris  
 Abscidit jugulo pectusque humerumque sinistru  
 Aramiger ille tui fuerat genitoris, Achille :  
 Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor  
 Atacidae dederat pacis pignusque fidemque.  
 Hunc procul ut foedo disiectum vulnere Peleus  
 Vidit, At inferias, juvenum gratissime Crantor,  
 Accipe, ait. validoque in Demoleonta lacerto  
 Fraxineam misit, mentis quoque viribus, hastam.  
 Quae laterum cratem perrumpit : & ossibus haere  
 Intremuit. trahit ille manu sine cuspidè lignum :  
 Id quoque vix sequitur. cuspis pulmone retenta en  
 Ipse dolor vires animo dabat. æger in hostem  
 Erigitur : pedibusque virum proculcat equinis.  
 Excipit ille ictus galeam clypeoque sonantes.  
 Defensatque humeros : praetentaque sustinet arma  
 Perque armos uno duo pectora perforat ictu.  
 Ante tamen leto dederat Phlegraeon, & Hylen  
 Eminus : Hiphinoum collato Marte, Clanisque.  
 Additur his Dorylas : qui tempora tecta gerebat  
 Pelle lupi, saevique vicem praestantia teli  
 Cornua vara boum multo rubefacta cruore.  
 Huic ego, nam vires animus dabat, Aspice, dixi,  
 Quantum concedant nostro tua cornua ferro :  
 Et jaculum torisi. quod cum vitare nequiret,  
 Opposuit dextram passurae vulnera fronti:  
 Afixa est cum fronte manus. fit clamor : at illum  
 Haerentem Peleus, & acerbo vulnere victum  
 (Stabat enim propior) mediam ferit ense sub alvū  
 Prosiluit, terraque feror sua viscera traxit :  
 Tractaque calcavit : calcataque rupit : & illis  
 Crura quoque impediit ; & inani concidit alvo.  
 Nec te pugnante tua, Cyllare, forma redemit,  
 Si modo naturae formam concedimus illi.  
 Barba erat incipiens : barbae color aureus : aureaque  
 Ex humeris medios coma dependebat in armos.  
 Gratus in ore vigor : cervix, humerique, inanisque,  
 Pecto-

uestoraque artificum laudatis proxima signis ;  
 et qua parte viri est : nec equi mendosa sub illa  
 teriorque viro facies : da colla, caputque ;  
 astore dignus erit. sic tergum sessile, sic stant  
 uestora celsa toris : totus pice nigrior atrâ.  
 andida cauda tamen : color est quoque cruribus  
 ultæ illum petière suâ de gente ; sed una (albus.  
 bstulit Hylonome : qua nulla decentior inter  
 emiferos altis habitavit fœmina silvis.  
 æc & blanditiis, & amando, & amare fatendo  
 yllaron una tenet. cultus quoque quantus in illis  
 scè potest membris, ut sit coma pectine lavis :  
 t modo rore maris, modo se violave rosave  
 mplicet : interdum candentia lilia gestet :  
 isque die lapsis Pagasæa vertice silvæ  
 ontibus ora lavet : bis flumine corpora tingat.  
 ec, nisi quæ deceant electarumque ferarum,  
 ut humero, aut lateri prætendat vellera lævo.  
 ar amor est illis : errant in montibus una :  
 ntra simul subeunt. & tum Lapithæia tecta  
 strarant pariter ; pariter fera bella gerebant.  
 uestor in incerto est : jaculum de parte sinistra  
 enit ; & inferius, quam collo pectora subsunt,  
 yllare, te fixit : parvo cor vulnere læsum  
 orpore cum toto post tela educta refrixit.  
 rotinus Hylonome morientes excipit artus :  
 npositaque manu vulnus fovet ; oraque ad ora  
 dmovet : atque animæ fugienti oblistere tentat.  
 t videt extinctum : dictis, quæ clamor ad aures  
 reuit ire meas, telo, quod inhæserat illi,  
 ncubuit : moriensque suum complexa maritum est.  
 nte oculos stat & ille meos : qui sena leonum  
 inxerat intè se connexis vellera nodis  
 hæcomes, hominemque simul protectus equumque ;  
 odice qui misso, quem vix juga bina moverent  
 uncta, Phonoleniden a summo vertice fregit.  
 racta volubilitas capitis latissima : perque os,  
 erque cavas nares, oculosque, aureisque cerebrum  
 solie fluit. veluti concretum vimine querno  
 ac solet ; utve liquor rari sub pondere cribri  
 lanat ; & exprimitur per densa foramina spissus.  
 Et ego, dum parat hunc armis nudare jacentem,  
 scit tuus hoc genitor, gladium spoliantis in ima

Ilia dimissi. Chthonius quoque Teleboasque  
 Entē jacent nostro. ramum prior ille bifurcum  
 Gesserat; hic jaculum. jaculo mihi vulnera feci  
 Signa vides: apparet adhuc vetus ecce cicatrix  
 Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti  
 Tunc poteram magni, si non superare, morari  
 Hectoris arma meis. illo sed tempore nullus,  
 Aut puer, Hector erat. nunc me mea deficit ætas  
 Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti;  
 Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Oec  
 Fixit in aduerso cornum sine cuspede vultu.  
 Veſte Pelethronium Macareus in pectus adacto  
 Stravit Erygdupum. memini & venabula condi  
 Inguine, Nesses manibus coniecta, Cymeli.  
 Nec tu credideris tantum cecinisse futura  
 Ampyciden Mopsum. Mopso jaculante biformis  
 Occubuit, frustra que loqui tentavit Odites,  
 Ad mentum linguâ, mentoque ad guttura fixo.  
 Quinque neci Cæneus dederat, Stipelumque  
 Bromumque, (Pyracm  
 Antimachumque, Helimumque, securiterumque  
 Vulnera non memini: numerum, nomenque nota  
 Provolat Emathii spoliis armatus Halesi,  
 Quem dederat leto, membris & corpore Latreus  
 Maximus. huic ætas inter juvenemque, senemque  
 Vis juvenilis erat. variabant tempora cani.  
 Qui clypeo, galeâque, Macedoniâque sarisâ  
 Conspicuis, faciemque obversus in agmen utrumque  
 Armaque concussit, certumque equitavit in orbem.  
 Verbaque tot fudit vacuas animosus in auras:  
 Et te, Cani, feram? nam tu mihi fœmina semper  
 Tu mihi Canis eris. nec te natalis origo  
 Comminuit? mentemque subit, quôd præmia factæ  
 Quaque viri falsam speciem mercede pararis?  
 Vel quid nata vide, vel quid sis passa: columque,  
 I, cape cum calathis; & stamina pollice torque:  
 Bella relinque viris. jactanti talia Cæneus  
 Extentum cursu missâ latus eruit hastâ,  
 Qua vir equo commissus erat. furit ille dolore:  
 Nudaque Phyllêi juvenis ferit ora sarisâ. (do  
 Non secus hæc reilit, quam tecti a culmine gran  
 Aut si quis parvo feriat cava tympana saxo.  
 Coninus aggreditur: laterique recondere duro  
 Lucta

uictatur gladium. gladio loca pervia non sunt.  
 laud tamen effugies : medio jugulaberis ense ,  
 quandoquidem mucro est hebes , inquit ; & in la-  
 tus ensem

obliquat : longâque amplectitur ilia dextrâ.  
 laca facit gemitus, ceu corpore marmoris icti :  
 ractaque dissiluit percussio lamina collo.  
 t fatis illæsos miranti præbuit artus ;  
 tunc age, ait Cæneus, nostro tua corpora ferro  
 entemus. capuloque tenus dimisit in armos  
 insem fatiferum : cæcamque in viscera movit ,  
 ersavitque manum : vulnusque in vulnere fecit.  
 ecce ruunt vasto rabidi de more bimembres :  
 elaque in hunc omnes unum mittuntque ferunt-  
 que.

ela retusa cadunt. manet imperfossus ab omni ,  
 ique cruentatus Cæneus Elateius ictu.  
 ecerat attonitos nova res. Heu dedecus ingens!  
 Ionachus exclamat : populus superamur ab uno ,  
 ixque viro. quanquam ille vir est : nos segnibus  
 actis , (sunt ?)

quod fuit ille, sumus. quid membra immania pro-  
 quid geminæ vires ? quid, quod fortissima rerum  
 u nobis natura duplex animalia junxit ?

Jec nos matre Deâ , nec nos Ixione natos-  
 lle reor ; qui tantus erat, Junonis ut altæ  
 pem caperet. nos seminari superamur ab hoste.  
 axa, trabesque super , totosque involvite montes :  
 ivacemque animam missis elidite silvis.

silva premat fauces : & erit pro vulnere pondus.  
 Dixit : & insani dejectam viribus Austri  
 forte trabem nactus , validum conjecit in hostem.

Exemplumque fuit: parvoque in tempore nudus  
 Arboris Othrys erat : nec habebat Pelion umbras.  
 Obrutus immani cumulo, sub pondere Cæneus

Estuat arboreo : congestaque robora duris  
 tert humeris. sed enim postquam super ora caputq ;  
 crevit onus, neque habet, quas ducat, spiritus auras ;

Deficit interdum : modo se super aëra frustra  
 Tollere conatur, jactasque evolvere silvas.  
 Interdumque movet. veluti, quam cernimus ecce,

Ardua si terræ quatiatur motibus Ide.  
 Exitus in dubio est. alii sub inania corpus

Tartara detrusum silvarum mole ferebant.  
 Abnuvit Ampycides : medioque ex aggere fulsis  
 Vidit avem pennis liquidas exire sub auras :  
 Quæ mihi tunc primum , tunc est conspecta sup-  
 mum.

Hanc ubi lustrantem leni sua castra volatu  
 Mopsus, & ingenti circum clangore sonantem  
 Adipexit, pariterque oculis animoque secutus ;  
 O salve, dixit, Lapithæ gloria gentis ,  
 Maxime vir quondam, sed nunc avis unica, Cæne  
 Credita res auctore suo est. dolor addidit iram :  
 Oppressumque regre tulimus tot ab hostibus unum  
 Nec prius abstinimus ferrum exercere cruore ;  
 Quam data pars leto, partem fuga noxque diremi

Hæc inter Lapithas, & semihomines Centauros  
 Prælia Telepolemus Pylio referente dolorem  
 Præteriti Alcidaæ tacito non pertulit ore :  
 Atque ait ; Herculeæ mirum est obliviam laudis  
 Acta tibi , senior. certe mihi sæpe referre  
 Nubigenas domitos a se pater ipse solebat.  
 Tristis ad hæc Pylius: Quid me meminisse malorum  
 Cogis ; & obductos annis rescindere luctus ?  
 Inque tuum genitorem odium, offensasque fateri ?  
 Ille quidem majora fide : Di ! gessit ; & orbem  
 Implevit meritis ; quod mallem posse negari :  
 Sed neque Deiphobum, nec Pulydamanta, nec ipsum  
 Hæctora laudamus. quis enim laudaverit hostem ?  
 Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam  
 Stravit : & immeritas urbes Elinque Pylonque  
 Diruit : inque meos ferrum flammamque penates  
 Impulit. utque alios taceam, quos ille peremit ;  
 Bis sex Nelidæ fuimus conspecta juvenus :  
 Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno ,  
 Viribus. atque alios vinci potuisse ferendum est.  
 Mira Periclymeni mors est : cui posse figuras  
 Sumere quas vellet, rursusque reponere summas  
 Neptunus dederat, Nelæi sanguinis auctor.  
 Hic, ubi nequicquam est formas variatas in omnes,  
 Verritur in faciem volucris : quæ fulmina curvis  
 Ferre solet pedibus, divam gratissima Regi.  
 Viribus usus avis, pennis rostroque redunco ,  
 Hamatisque viri laniaverat unguibus ora.  
 Tendit ip hunc nimium certos Tirynthius arcus :

Atque

Atque inter nubes sublimia membra ferentem,  
 Pendentemque ferit, lateri qua jungitur ala.  
 Nec grave vulnus erat: sed rupti vulnere nervi  
 Deficiunt, motumque negant viresque volandi.  
 Decidit in terram, non concipientibus auras  
 Infirmis pennis: & qua levis haeserat alæ,  
 Corporis affixi pressa est gravitate sagitta:  
 Perque latus summum jugulo est exacta sinistro.  
 Num videor debere tui præconia rebus  
 Herculis, ô Rhodiæ ductor pulcherrime classis?  
 Ne tamen ulterius, quam fortia facta silendo,  
 Ulciscar fratres, solida est mihi gratia tecum.

Hæc postquam dulci Neleius edidit ore;  
 A sermone senis repetito munere Bacchi,  
 Surrexere toris nox est data cætera somno.

At Deus æquoreas qui cuspide temperat undas,  
 In volucrum corpus nati Stheneleida versum  
 Mente dolet patriâ: seivumque perosus Achillem  
 Exercet memores, plus quam civiliter, iras.

Jamque fere tracto duo per quinquennia bello,  
 Talibus intonsum compellat Smynthea dictis:

O mihi de fratris longè gratissime natis,  
 Irrita qui mecum posuisti mœnia Trojæ;  
 Ecquid, ut has jam jam castris aspicias arces,  
 Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros  
 Millia caesa doles? ecquid ne persequar omnes)  
 Hæctoris umbra subit circum sua Pergama tracti?  
 Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipso,  
 Vivit adhuc operis nostri populator Achilles.

Det mihi se: faxo, triplici quid cuspide possim,  
 Sentiât. at quoniam concurrere cominus hosti  
 Non datur; occultâ necopinum perde sagittâ.  
 Anxiat: atque animo pariter patruoque suoque  
 Delius indulgens, nebula velatus in agmen  
 Pervenit Iliacum; mediâque in cæde virorum  
 Rara per ignotos spargentem cernit Achivos  
 Tela Parin: fassusque Deum, Quid spicula perdis  
 Sanguine plebis? ait. si qua est tibi cura tuorum;  
 Verrere in Hæciden, cæcosque ulciscere fratres.

Dixit: & ostendens sternentem Troia ferro  
 Corpora Peliden, arcus obvertit in illum:  
 Certaque letiferâ direxit spicula dextrâ.

Quo Priamus gaudere senex post Hæctora posset,

Hoc fuit, ille igitur tantorum victor Achille,  
 Vinceris à timido Graeæ raptore maritæ?  
 At si foemineo fuerat tibi Marte cadendum;  
 Thermodontiacâ malles cecidisse bipenni.  
 Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi  
 Nominis Æacides, caput insuperabile bello,  
 Arserat; armarat Deus idem, idemque cremarat.  
 Jam cinis est; & de tam magno restat Achille  
 Nescio quid, parvam quod non bene compleat ur-  
 nam.

At vivit, totum quæ gloria compleat orbem.  
 Hæc illi mensura viro respondet: & hac est  
 Par sibi Pelides; nec inania Tartara sentit.  
 Ipse etiam, ut cuius fuerit cognoscere possis,  
 Bella movet clypeus: deque armis arma feruntur.  
 Non ea Tydides, non audet Oileos Ajax,  
 Non minor Atrides, non bello major & ævo  
 Poscere, non alii: soli Telamone creato  
 Laërtâque fuit tantæ fiducia laudis.  
 A se Tantalides onus invidiamque removit:  
 Argolicosque duces mediis considere castris  
 Jussit: & arbitrium litis trajecit in omnes.

METAMORPHOSEON LIB. XIII.

**C**onfedere duces: & vulgi stante coronâ,  
 Surgit ad hos clypei dominus septemplex Ajax.

Utque erat impatiens iræ, Sigeia torvo  
 Litora respexit, classemque in litore vultu:  
 Intendensque manus, Agimus, pro Jupiter, inquit,  
 Ante rates causam, & mecum confertur Ulysses!  
 At non Hæctoreis dubitavit cedere flammis:  
 Quas ego sustinui; quas hac à classe fugavi.  
 Tutius est fictis igitur contendere verbis,  
 Quam pugnare manu. sed nec mihi dicere prom-  
 tum;

Nec facere est isti, quantumque ego Marte feroci,  
 Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo.  
 Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,  
 Esse reor: vidistis enim, sua narret Ulysses;  
 Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.  
 Præmia magna peti fateor: sed demit honorem  
 Æmulus Ajaci, non est tenuisse superbum,



sit licet hoc ingens, quidquid speravit Ulysses.  
 Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus;  
 Quo cum victus erit, mecum certasse feretur.  
 Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,  
 Nobilitate potens essem, Telamone creatus:  
 Mœnia qui forti Trojana sub Hercule cepit:  
 Litora que intravit Pagasæâ Colcha carinâ.  
 Æacus huic pater est: qui jura silentibus illic  
 Reddit, ubi Æoliden saxum grave Sisyphon urget.  
 Æacon agnoscit summus, prolemque tateur  
 Jupiter esse suam. sic ab Jove tertius Ajax.  
 Nec tamen hæc series in causâ profit, Achivi;  
 Si mihi cum magno non est communis Achille.  
 Frater erat: fraterna peto. quid sanguine cretus  
 Sisyphio, furtisque, & fraude simillimus illi,  
 Inferit Æacidis alienæ nomina gentis?  
 An quod in arma prior, nulloque sub indice veni,  
 Arma neganda mihi? potiorque videbitur ille,  
 Ultima qui cepit; detrectavitque furore  
 Militiam ficto: donec sollertior isto,  
 Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit  
 Naupliades animi, vitataque traxit in arma?  
 Optima nunc sumat, qui sumere noluit ulla.  
 Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,  
 Obtulimus qui nos ad prima pericula, sumus.  
 Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus,  
 esset;  
 Nec comes hic Phrygias unquam venisset ad arces  
 Hortator scelerum! non te, Pœantia proles,  
 Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.  
 Qui nunc (ut memorant) silvestribus additus antris  
 Saxa moves gemitu: Laertiadæque precaris,  
 Quæ meruit: quæ Di, Di dent non vana preceris.  
 Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,  
 (Heu! pars una ducum, quo successore sagittæ  
 Herculis utuntur, fractus morboque fameque,  
 Velaturque aliturque avibus; volucresque petendo  
 Debita Trojanis exercet spicula fatis.  
 Ille tamen vivit, quia non comitavit Ulyssen.  
 Mallet & infelix Palamedes esse relictus.  
 Viveret; aut certe letum sine crimine haberet.  
 Quem male convicti nimium memor iste furoris  
 Prædere rem Danaam finxit: fictumque probavit

Crimen. & ostendit, quod jam praefoderat, aurum  
 Ergo aut exilio vires subduxit Achivis,  
 Aut nece. sic pugnat, sic est metuendus Ulysses.  
 Qui, licet eloquio fidum quoque Nestora vincat;  
 Haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen  
 Esse rear nullum. qui, cum imploraret Ulyssen  
 Vulnere tardus equi, fessusque senilibus annis,  
 Proditus a socio est. non hæc mihi crimina fingi  
 Scit bene Tydides: qui nomine sæpe vocatum  
 Corripuit; trepidoque fugam exprobravit amico.  
 Aspiciunt oculis Superi mortalia iustis.  
 En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,  
 Sic linquendus erat. legem sibi dixerat ipse.  
 Conclamat socios. adsum; videoque trementem,  
 Pallentemque metu, & trepidantem morte futurâ  
 Opposui molem clypei; texique jacentem;  
 Servaviq; animam: minimū est hic laudis; inertem.  
 Si perstas certare, locum redeamus in illum:  
 Redde hostem, vulnusq; tuum, solitumq; timorem:  
 Post clypeumque late: & mecum contende sub illo.  
 At postquam eripui; cui standi vulnera vires  
 Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.  
 Hector adest: secumque Deos in prælia ducit.  
 Quaque ruit, non tu tantum terreris, Ulyssæ;  
 Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.  
 Hunc ego sanguineæ successu cadis ovantem  
 Cominus ingenti resupinum pondere fudi.  
 Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, unus  
 Sustinui: sortemque meam voristis, Achivi:  
 Et vestræ valere preces. si quaeritis hujus  
 Fortunam pugnae; non sum superatus ab illo.  
 Ecce ferunt Troës ferrumque, ignemque, Jovemque  
 In Danaas classes. ubi nunc facundus Ulysses?  
 Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,  
 Spem vestri reditis. date tot pro navibus arma.  
 Quod si vera licet mihi dicere; quaeritur istis, est.  
 Quam mihi, major honos: conjunctaq; gloria nostra  
 Atque Ajax armis, non Ajaci armâ petuntur.  
 Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemq; Dolona,  
 Priamidemq; Helenum raptâ cum Pallade captum.  
 Luce nihil gestum, nihil est Diomede remoto:  
 Si semel ista datis meritis tam vilibus arma;  
 Dividite: & major pars sit Diomedis in illis.

quo tamé hæc Ithaco? qui clam, qui sēper inermis  
 sem gerit; & furtis incautum decipit hostem?  
 Me nitor galeæ claro radiantis ab auro  
 fidias prodet, manifestabitque latentem.  
 Sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex  
 ondera tanta feret. nec non onerosa gravisque  
 elias esse potest imbellibus hasta lacertis.

Nec clypeus vasti calatus imagine mundi  
 conveniet timida, natæque ad furta sinistra.  
 Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?  
 Quod tibi si populi donaverit error Achivi;  
 Cur spolieris, erit; non, cur metuaris ab hoste.  
 Et fuga (quâ solâ cunctos, timidissime, vincis)  
 Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.  
 Adde, quod iste tuus, tam raro prælia passus,  
 integer est clypeus. nostro, qui tela ferendo  
 Mille patet plagis, novus est successor habendus.  
 Denique, quid verbis opus est? spectemur agendo.

Arma viri fortis medios mittantur in hostes  
 inde iubete peti: & referentem ornate relatis.

Finierat Telamone satus; vulgique secutum  
 Ultima murmur erat. donec Laërtius heros:  
 Adstitit: atque oculos paulum tellure moratos  
 Sustulit ad proceres; expectatoque resolvit  
 Ora sono: neque abest facundis gratia dictis.  
 Si mea cum vestris valuissent vota, Pelasgi,  
 Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:  
 Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.  
 Quem quoniam non æqua mihi vobisque negarunt  
 Fata, manuque simul veluti lacrymantia terfit  
 Lumina, quis magno melius succedat Achilli;  
 Quam per quem magnus Danaïs successit Achilles?  
 Huic modo ne prosit, quod, ut est, hebes esse videtur.  
 Neve mihi noceat, quod vobis semper, Achivi,  
 Profuit ingenium: meaque hæc facundia, si qua est,  
 Quæ nunc pro domino, pro vobis sæpe locuta est,  
 Invidia careat: bona nec sua quisque recuset.

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,  
 Vix ea nostra voco. sed enim, quia rettulit Ajax  
 Esse Jovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor  
 Jupiter est: totidemque gradus distamus ab illo.

Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi, exsul.  
 Jupiter hæc: neque in his quisquam damnatus &

3 Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis  
 4 Altera nobilitas. Deus est in utroque parente.  
 1 Sed neque materno quod sum generosior ortu,  
 2 Nec mihi quod pater est fraterni sanguinis insoni.  
 0 Proposita arma peto: meritis expendite caussam.  
 1 Dummodo quod fratres Telamon Peleusq; fuerunt  
 1 Ajacis meritum non sit: nec sanguinis ordo,  
 1 Sed virtutis honos spoliis quærat in istis.  
 1 Aut si proximitas primusque requiritur hæres;  
 8 Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi.  
 0 Quis locus Ajaci? Phthian Scyronve ferantur.  
 2 Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.  
 1 Num petit ille tamen, num sperat ut auferat arma  
 8 Ergo operum quoniam nudum certamen habetur  
 0 Plura quidem feci, quam quæ comprehendere dicti  
 1 In promptu mihi sit. rerum tamen ordine ducar.  
 0 Præscia venturi genitrix Nereia leti  
 8 Dissimulat cultu natum. deceperat omnes,  
 8 In quibus Ajacem, sumtæ fallacia vestis.  
 1 Arma ego foemineis animum motura virilem  
 1 Mercibus inferui. neque adhuc projecerat heros  
 1 Virgineos habitus. cum parmam hastamque tenenti,  
 1 Nate Dea, dixi; tibi se peritura reservant  
 1 Pergama. quid dubitas ingentem evertere Trojam?  
 0 Injecique manum; fortemque ad fortia nisi.  
 8 Ergo opera illius mea sunt. ego Telephon hastâ  
 1 Pugnantem domui: victum orantemque refeci.  
 0 Quod Thebæ cecidère, meum est me credite Lesbon,  
 1 Me Tenedon, Chrysenq; & Cyllan Apollinis urbes,  
 8 Et Syron cepille. meâ concussa putate  
 1 Procubuisse solo Lyrnesia mœnia dextrâ.  
 1 Utque alias taceam; qui favum perdere posset  
 1 Hæctora, nempe dedi. per me jacet inclytus Hæctor.  
 1 Illis hæc armis, quibus est inventus Achilles,  
 1 Arma peto. vivo dederam, post fata reposco.  
 8 Ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes;  
 0 Aulidaque Euboicam compleverunt mille carinæ;  
 0 Exspectata diu, nulla aut contraria classi,  
 0 Flamina sunt: duræque jubent Agamemnona sortes  
 0 Inmeritam sævæ natam mactare Dianæ.  
 0 Denegat hoc genitor: Divisque irascitur ipsis:  
 0 Atque in rege tamen pater est. ego mite parentis  
 0 Ingenium verbis ad publica commoda verti.

Nunc equidem fateor, falsoque ignoscat Atrides ;  
 Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.  
 Hunc tamen utilitas populi, fraterque, datique  
 summa movet sceptri ; laudem ut cum sanguine  
 penset.

Mittor & ad matrem : quæ non hortanda, sed astu  
 Decipienda fuit. quo si Telamonius isset,  
 Orba suis essent etiamnum linthea ventis.  
 Mittor & Iliacas audax orator ad arces :  
 Visaque & intrata est altæ mihi curia Trojæ.  
 Plenaque adhuc erat illa viris. interritus egi,  
 Quam mihi mandarat communis Græcia, causam :  
 Accusoque Parin: prædamq; , Helenamq; reposco :  
 Et moveo Priamum, Priamoque Antenora junctum.  
 At Paris, & fratres, & qui rapuere sub illo,  
 Vix tenuere manus (scis hoc, Menelæ) nefandas :  
 Primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.  
 Longa referre mora est, quæ consilioque manuque  
 Jutiliter feci spatiosi tempore belli.

Post acies primas, urbis se mœnibus hostes  
 Continuere diu ; nec aperti copia Martis  
 Illa fuit. decimo demum pugnavimus anno.  
 Quid facis interea, qui nil nisi prælia nosti ?  
 Quis tuus usus erat ? nam si mea facta requiris ;  
 Hostibus insidior : fossas munimine cingo ?  
 Consolor socios ; ut longi tædia belli  
 Mente ferant placidâ : doceo quo simus alendi  
 Armandique modo : mittor quo postulat usus.  
 Ecce Jovis monitu deceptus imagine somni  
 Rex jubet incepti curam dimittere belli.  
 Ille potest auctore suam defendere causam.  
 Non sinat hoc Ajax : delendaque Pergama poscat :  
 Quodque potest, pugnet. cur non remoratur ituros ?  
 Cur non arma capit ? dat, quod vaga turba sequatur ?  
 Non erat hoc nimium, nunquam nisi magna lo-  
 quenti.

Quid, quod & ipse fugis ? vidi, puduitque videre,  
 Cum tu terga dares, inhonestaque vela parares.  
 Nec mora, Quid facitis ? quæ vos dementia, dixi,  
 Concitat, ô socii, captam dimittere Trojam ?  
 Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno ?  
 Talibus atque aliis, in quæ dolor ipse disertum  
 Cecerat, aversos profugâ de classe reduxi.

Convocat Atrides socios terrore paventes :  
 Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam  
 Ausit at ausus erat reges incescere dictis  
 Thersites, etiam per me haud impune, protervis.  
 Erigor : & trepidos cives exhortor in hostem :  
 Amissamque meâ virtutem voce repesco.  
 Tempore ab hoc quodcunque potest fecisse videri  
 Fortiter iste, meum est : quem dantem terga retraxi.  
 Denique de Danaïs quis te laudatve petite ?  
 At sua Tydides mecum communicat acta :  
 Me probat : & socio semper confidit Ulysse.  
 Est aliquid, de tot Graiorum millibus, unum  
 A Diomede legi. nec me fors ire jubebat :  
 Sic tamen & spreto noctisque hostisque periclo,  
 Ausum eadem, quæ nos, Phrygiâ de gente Dolona  
 Interimo : non ante tamen, quam cuncta cœggi  
 Prodere, & edidici quid perfida Troja pararet.  
 Omnia cognoram : nec, quod specularer, habebam :  
 Et jam præmissâ poteram cum laude reverti.  
 Haud contentus eâ, petii tentoria Rhesi :  
 Inque suis ipsum castris comitesque peremi.  
 Atque ita captivo victor votisque poritus  
 Ingredior curru lætos imitante triumphos.  
 Cujus equos pretium pro nocte poposcerat hostis,  
 Arma negate mihi : fueritque benignior Ajax.  
 Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro  
 Devastata meo ? cum multo sanguine sudi  
 Cœranon Iphitiden, & Alastoraque Chromiumque,  
 Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Pryta-  
 ninque,  
 Exitioque dedi cum Chersidamante Thoona,  
 Et Charopen, satisq; immitibus Ennomon actum :  
 Quique minus celebres nostrâ sub mœnibus urbis  
 Procubuere manu. sunt & mihi vulnera, cives,  
 Ipso pulchra loco. nec vanis credite verbis.  
 Aspiciate en. vestemque manu deducit, & Hæc sunt  
 Pectora semper, ait, vestris exercita rebus.  
 At nihil impendit per tot Telamonijs annos  
 Sanguinis in socios : & habet sine vulnere corpus.  
 Quid tamen hoc refert ; si se pro classe Pelasgâ  
 Arma tulisse refert contra Troasque Jovemque ?  
 Confiteorque, tulit : neque enim benefacta maligne  
 Detrectare meum est. sed nec commania solus

ceppet. atq; aliquem vobis quoq; reddat honorem.  
 appulit Hectorides sub imagine tutus Achillis  
 roas ab arsuris cum defensore carinis.  
 usum etiam Hectoreo solum concurrere Marti  
 putat, oblitus regisque, ducumque, meique;  
 onus in officio & prælatus munere fortis.  
 ed tamen eventus vestræ, fortissime, pugnae  
 quis fuit? Hector abitus violatus vulnere nullo.  
 e miserum, quanto cogor meminisse dolore  
 temporis illius; quo Graium iurus Achilles  
 incubavit! nec me lacrymæ, lucusve, timorve  
 ardarunt, quin corpus humo sublime referrem.  
 is humeris, his, in quâ, humeris ego cor, us Achillis  
 simul arma tuli: quæ nunc quoque ferre laboro.  
 ant mihi, quæ valeant in talia pondera, vires:  
 t animus vestros certe sensurus honores.  
 ilicet idcirco pro gnato cæcula mater  
 ambitiosa suo fuit, ut cælestia dona,  
 rtis opis tantæ, rudis & sine pectore miles  
 dueret? neque enim clypei cælamina norit,  
 ceanum, & terras, cumque alto sidera cælo,  
 eiada; Hyada; immunemq; æquoris Arcton,  
 iversasque urbes, nitidumque Orionis ense.  
 stulat ut capiat, quæ non intelligit arma.  
 uid? quod me duri fugientem munera belli  
 rguat incepto serum accessisse labori?  
 ec se magnanimo maledicere sentit Achilli?  
 simulasse vocat crimen; simulavimus ambo.  
 mora pro culpa est; ego sum maturior illo.  
 e pia detinuit conjux: pia mater Achillem:  
 rimaque sunt illis data tempora, cætera vobis.  
 aud timeo, si jam nequeo defendere crimen  
 um tanto commune viro. depensus Ulyssis  
 genio tamen ille; at non Ajacis Ulysses.  
 eve in me stolidæ convicia funderè linguæ  
 admitemur eum: vobis quoque digna pudore  
 objicit. an falso Palameden crimine turpe  
 ccusasse mihi, vobis damnasse decorum est?  
 ed neque Naupliades facinus defendere tantum,  
 amque patens valuit: nec vos audistis in illo  
 rimina; vidistis: pretioque objecta patebant.  
 ec Pœantiaden quod habet Vulcania Lemnos,  
 sse reus merui. factum defendite vestrum:

Consensistis enim. nec me suasisse negabo ;  
 Ut se subtraheret bellique viæque labori ,  
 Tentaretque feros requie lenire dolores.  
 Paruit ; & vivit. non hæc sententia tantum  
 Fida, sed & felix ; cum sit satis, esse fidelera.  
 Quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt  
 Ne mandate mihi. melius Telamonius ibit :  
 Eloquioque virtum morbis iræque furentem  
 Molliet : aut aliquâ producet callidus arte.  
 Ante retro Simois fluet & sine frondibus Ide  
 Stabit, & auxilium promittet Achæa Trojæ ;  
 Quam, cessante meo pro vestris pectore rebus ,  
 Ajacis stolidi Danaïs sollertia profit.  
 Sis licet infestus sociis, regique, mihi que ,  
 Dure Philoctete ; licet exsecrere, meumque  
 Devoveas sine fine caput ; cupiasque dolenti  
 Me tibi forte dari ; nostrumque haurire cruorem  
 [ Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri : ]  
 Te tamen aggrediar : [ mecumque reducere nitar.  
 Tamque tuis potiar (favcat Fortuna) sagittis ;  
 Quam sum Dardanio, quem cepi, vate potitus :  
 Quam responsa Deum, Trojanaque fata retexi :  
 Quam rapui Phrygiæ signum penetrabile Minervæ  
 Hostibus è mediis. & se mihi comparat Ajax ?  
 Nempe capi Trojam prohibebant fata sine illo.  
 Fortis ubi est Ajax ? ubi sunt ingentia magni  
 Verba viri ? cur hic metuis ? cur audet Ulysses  
 Ire per excubias, & se committere nocti ?  
 Perque feros enses, non tantum mœnia Troium ,  
 Verum etiam summas arces intrare: suâque  
 Eripere æde Deam : raptamque efferre per hostes ?  
 Quæ nisi fecissem ; frustra Telamone creatus  
 Gestasset lavâ taurorum tergora septem.  
 • Illâ nocte mihi Trojæ victoria parta est :  
 Pergama tum vici, cum vinci posse cœgi.  
 Desine Tydiden vultuque & murmure nobis  
 Ostentare menu. pars est sua laudis in illis.  
 Nec tu, cum sociâ clypeum pro classe tenebas ,  
 Solus eras ; tibi turba comes, mihi contigit unus.  
 Qui, nisi pugnacem sciret sapiente minorem  
 Esse, nec indomitæ deberi præmia dextræ ,  
 Ipse quoque hæc peteret : peteret moderatior Ajax,  
 Eurypilusque ferox, claroque Andromone natus,



nec minus Idomeneus, patriâque creatus eâdem  
 eriones : peteret majoris frater Atridæ.  
 quippe manu fortes (nec sunt tibi Marte secundi)  
 ontiliis cessere meis. tibi dextera bello  
 ilis; ingenium est, quod eget moderamine nostri.  
 vires sine mente geris: mihi cura futuri est.  
 pugnare potes: pugnandi tempora mecum  
 igit Atrides. tu tantum corpore prodes;  
 os animo. quantoque ratem qui temperat, anteit  
 emigis officium; quanto dux milite major;  
 nto ego te supero. nec non in corpore nostro  
 ctora sunt potiora manu. vigor omnis in illis.  
 : vos, ô proceres, vigili date præmia vestro;  
 oque tot annorum curâ, quos anxius egi,  
 unc titulum meritis pensandum reddite nostris.  
 m labor in fine est. obstantia fata removi;  
 itaque, posse capi faciendo, Pergama cepi.  
 er spes nunc socias, casuraque mœnia Troïum,  
 rque Deos oro, quos hosti nuper ademi;  
 er, si quid superest, quod sit sapienter agendum;  
 i quid adhuc audax, ex præcipitique petendum;  
 Trojæ fatis aliquid restare putatis;]  
 te mei memores: aut si mihi non datis arma;  
 uic date. & ostendit signum fatale Minervæ.  
 Mota manus procerû est: & quid facundia posset,  
 e patuit; fortisque viri tulit arma disertus.  
 tectora qui solus, qui ferrum, ignemque, Jovemque;  
 sustinuit toties; unam non sustinet iram:  
 victumque virum vincit dolor. arripit ensẽm:  
 t, Meus hic certe est. an & hunc sibi poscet Ulysses?  
 oc, ait, utendum est in me mihi: quique cruore  
 epe Phrygû maduit, domini nunc cæde madebit:  
 e quisquam Ajacem possit superare, nisi Ajax.  
 ixit: & in pectus tum denique vulnera passum,  
 qua patuit ferro, letalem condidit ensẽm:  
 nec valere manus infixum educere telum.  
 xpulsi ipse cruor. rubefactaque sanguine tellus  
 urpureum viridi genuit de cespite florem,  
 qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.  
 rterga communis mediis pueroque viroque  
 scripta est foliis: hæc nominis, illa querelæ.  
 Victor ad Hypsipyles patriam, clarique Thoan-  
 tis,

Et veterum terras infames cæde virorum ,  
 Vela dat ; ut referat Tiryntia tela sagittas .  
 Quæ postquã ad Graios domino comitante revexit  
 Imposita est fero tandem manus ultima bello .  
 Troja simul Priamusque cadunt : Priameia conju  
 Perdidit infelix hominis post omnia formam ;  
 Externasque novo latratu terruit auras .  
 Longus in angustum qua clauditur Hellespontus ,  
 Ilion ardebat ; neque adhuc confederat ignis :  
 Exiguumque senis Priami Jovis ara cruorem  
 Combiberat . tractata comis antistita Phœbi  
 Non profecturas tendebat ad æthera palmas .  
 Dardanidas matres patriorum signa Deorum  
 Dum licet amplexas , succensaque templa tenentes  
 Invidiosa trahunt victores præmia Graii .  
 Mittitur Astyanax illis de turribus , unde  
 Pugnantem pro se , proavitaque regna tuentem ,  
 Sæpe videre patrem monstratum a matre solebat .  
 Jamque viam suadet Boreas ; flatuque secundo  
 Carbasâ mota sonant : jubet uti navita ventis .  
 Troja , vaie : rapimur , clamant : dantque oscula terra  
 Troades : & patriæ fumantia tecta relinquunt .  
 Ultima conscendit classem ( miserabile visum )  
 In mediis Hecube natorum inventa sepulcris .  
 Prenfantem tumulos , atque ossibus oscula dantem  
 Dulichiaë traxere manus tamen unius hausit ,  
 Inque sinu cineres secum tulit Hæctoris haustos .  
 Hæctoris in tumulo canum de vertice crinem ,  
 Inferias inopes crineum lacrymasque relinquit .  
 Est , ubi Troja fuit , Phrygiæ contraria tellus ,  
 Bistonij habitata viris . Polymestoris illic  
 Regia dives erat , qui te commisit alendum  
 Clam , Polydore , pater , Phrygijsq ; removit ab armis .  
 Consilium sapiens . sceleris nisi præmia magnas  
 Adjecisset opes , animi irritamen avari .  
 Ut cecidit fortuna Phrygium , capit impius ensem  
 Rex Thracum , juguloque sui desigit alvini :  
 Et , tanquam tolli cum corpore crimina possent ,  
 Exanimem è scopulo subjectas misit in undas .  
 Litore Threïcio classem religarat Atrides ,  
 Dum mare pacatum , dum ventus amicior esset .  
 Hic subito , quantus cum viveret esse solebat ,  
 Exit humo late ruptâ ; similisque minaci ,

temporis illius vultum referebat Achilles ;  
 quo ferus injulto petiit Agamemnona ferro.  
 in memoresque mei disceditis, inquit, Achivi ?  
 obrutaque est mecum virtutis gratia nostræ ?  
 Ne facire. utq; meum non sit sine honore sepulcrū,  
 placet Achilleos mactata Polyxena manes.  
 dixit : & immiti fociis parentibus umbræ,  
 apta sinu matris, quam jam prope sola fovebat,  
 ortis, & infelix, & plusquam fœmina, virgo  
 uocatur ad tumulum ; diroque fit hostia busto.  
 Quæ memor ipsa sui, postquam crudelibus aris  
 demota est ; sensitque sibi fera sacra parari ;  
 atq; Neoptolemum stantem, ferrumque tenentem,  
 atque suo vidit figentem lumina vultu ;  
 tere jam dudum generoso sanguine, dixit.  
 nulla mora est. at tu jugulo vel pectore telum  
 inde meo : jugulumque simul pectusque retexit.  
 scilicet aut ulli servire Polyxena ferrem,  
 ut per tale sacrum numen placabitur ullum.  
 fors tantum vellem matrem mea fallere possët.  
 fateri obeit ; minuitque necis mihi gaudia, quamvis  
 non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.  
 vos modo, ne Stygios adeam non libera manes,  
 ste procul ; si justa peto : tactuque viriles  
 irgineo removete manus. acceptior illi,  
 quisquis is est, quem cæde meâ placare paratis,  
 liber erit sanguis. si quos tamen ultima nostri  
 nota movent oris ; Priami vos filia regis,  
 non captiva, rogat, genitrici corpus inemtum  
 reddite : neve auro redimat jus triste sepulcri,  
 sed lacrymis. tunc, cū poterat, redimebat & auro.  
 Dixerat. at populus lacrymas, quas illa tenebat,  
 non tenet. ipse etiam flens invitæque sacerdos  
 præbita coniecto rupit præcordia ferro.  
 illa, super terram defecto poplite labens,  
 pertulit intrepidus ad fata novissima vultus.  
 tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,  
 cum caderet ; castique decus servare pudoris.  
 Troædes excipiunt ; deploratosque recensent  
 Priamidas : & quid dederit domus una cruoris.  
 teque gemunt, virgo ; teque, ô modo regia conjux,  
 Regia dicta parens, Asiæ florentis imago ;  
 Nunc etiam prædæ mala fors ; quam victor Ulysses  
 Ille

Esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu  
 Edideras. dominum matri vix repperit Hector.  
 Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,  
 Quas toties patriæ dederat, natisque, viroque, (dit  
 Huic quoq; dat lacrymas; lacrymas in vulnere fun  
 Osculaque ore legit: consuetaque pectora plangit :  
 Canitiemque suam concreto in sanguine verrens,  
 Plura quidem, sed & hæc, laniato pectore dixit :  
 Nata tuæ (quid enim superest?) dolor ultime matri  
 Nata, jaces: videoque tuum mea vulnere vulnus.  
 En, ne perdidierim quenquam sine cæde meorum,  
 Tu quoque vulnus habes. at te, quia fœmina, rebat  
 A ferro tutam: cecidisti & fœmina ferro.  
 Totque tuos idem fratres, te perdidit idem,  
 Exitium Trojæ nostrique orbator, Achilles.  
 At postquam cecidit Paridis Phœbique sagittis;  
 Nunc certe, dixi, non est metuendus Achilles.  
 Nunc quoque mihi metuendus erat. cinis ipse sepult  
 In genus hoc sævit: tumulo quoq; sensimus hostem:  
 Æacidæ fœcunda fui. jacet Ilion ingens :  
 Eventuque gravi finita est publica clades :  
 Si finita tamen. soli mihi Pergama restant :  
 In cursuque meus dolor est. modo maxima rerum,  
 Tot generis natisque potens, nuribusque, viroque,  
 Nunc trahor exsul, inops, tumultis avulsâ meorum,  
 Penelopæ munus. quæ me data pensa trahentem  
 Matribus ostendens Ithacis, Hæc Hectois illa est.  
 Clara parens: hæc est, dicet, Priamæia conjux.  
 Postque tot amissos tu nunc, quæ sola levabas  
 Maternos luctus, hostilia busta piasti.  
 Inferias hosti pepereris. quo ferrea resto?  
 Quidve moror? quò me servas, damnosa senectus?  
 Quid, Dî crudeles, nisi quo nova funera cernam,  
 Viracem differtis animum? quis posse putaret  
 Felicem Priamum post diruta Pergama dici?  
 Felix morte suâ nec te, mea nata, peremptam  
 Aspicit; & vitam pariter regnumque reliquit.  
 At (puto) funeribus dotabere, regia virgo;  
 Condeturque tuum monumentis corpus avitis.  
 Non hæc est Fortuna domûs. tibi munera matris  
 Contingent fletus, peregrinæque hauitus arene.  
 Omnia perdidimus. superest, cur vivere tempus  
 In breve sustineam, proles gratissima matri,

Nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,  
 at datus Ismario regi Polydorus in oras.  
 Quid moror interea crudelia vulnera lymphis  
 fluere, & sparsos immiti sanguine vultus?  
 Ixit: & ad litus passu processit anili,  
 libentes laniata comas. Date, Troades, urnam,  
 pixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:  
 aspicit ejectum Polydori in litore corpus,  
 actaque Threiciis ingentia vulnera telis.  
 Troades exclamant: obmutuit illa dolore;  
 et pariter vocem, lacrymasque introrsus obortas.  
 Devorat ipse dolor: duroque simillima saxo  
 corpet: & adversa figit modo lumina terrâ;  
 interdum torvos sustollit ad æthera vultus:  
 Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera, nati;  
 vulnera præcipue: seque armat & instruit irâ.  
 Qua simul exarsit, tamquam regina maneret,  
 Alcisci statuit; pœnæque in imagine tota est.  
 Etque furit catulo lactente orbata læna;  
 igitque nacta pedum sequitur, quem non videt,  
 hostem:

Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram,  
 non oblita animorum, annorum oblita suorum,  
 vadit ad artificem diræ Polymestora cædis:  
 colloquiumque petit. nam se monstrare relictum  
 velle latens illi, quod nato redderet, aurum.  
 Credidit Odrysus: prædæque assuetus amore  
 in secreta venit. cum blando callidus ore,  
 tolle moras, Hecube, dixit: da munera nato.  
 Omne fore illius quod das, quod & ante dedisti,  
 per superos juro. spectat truculenta loquentem,  
 falsaque jurantem: tumidâque exæstuat irâ.  
 Atque ita correptum captivarum agmine matrum  
 involat, & digitos in perfida lumina condit,  
 exspoliaturque genas oculis, (facit ira potentem)  
 immergitque manus: fœdataque sanguine fonti  
 non lumen, neque enim superest, loca luminis haurit.  
 Clade sui Thracum gens irritata tyranni  
 Troada telorum lapidumque incessere jactu  
 cœpit. at hæc missum raucis cum murinure saxum  
 morsibus insequitur: rictuque in verba parato  
 latravit conata loqui. locus exstat, & ex re  
 nomen habet. veterumque; diu memor illa malorum,  
 Tuu

Tum quoque Sithonios ululavit mœsta per agros  
 Illius Troasque suos hostesque Pelasgos,  
 Illius Fortuna Deos quoque moverat omnes:  
 Sic omnes, ut & ipsa Jovis conjuxque sororque  
 Eventus Hecubam meruisse negaverit illos.

Non vacat Auroræ, quamquam isdem faveret  
 armis,

Cladibus & casu Trojæque Hecubæque moveri.  
 Cura Deam propior, lætusque domesticus angit  
 Memnonis amissi. Phrygiis quem lutea campis  
 Vidit Achilleâ pereuntem cuspide mater.  
 Vidit; & ille color, quo matutina rubescunt  
 Tempora, palluerat: latuitque in nubibus æther.  
 At non impositos supremis ignibus artus  
 Sustinuit spectare parens: sed crine soluto,  
 Sicut erat, magni genibus procumbere non est  
 Dedit Jovis, lacrymisque has addere voces:  
 Omnibus inferior, quas sustinet aureus æther,  
 (Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem  
 Diva tamen venio: non ut delubra, diesque  
 Des mihi sacrificos, caliturasque ignibus aras.  
 Si tamen aspicias, quantum tibi fœmina præstem.  
 Tum cum luce novâ noctis consinia servo;  
 Præmia danda putes. sed non ea curas; neque hic est  
 Nunc status Auroræ, meritos ut poseat honores.  
 Memnonis orba mei venio: qui fortia frustra  
 Pro patruo tulit arma suo: primisque sub annis  
 Occidit à forsi (sic vos voluistis) Achille.  
 Da, precor, huic aliquem solatia mortis honorem.  
 Summe Deum rector: maternaque vulnera leni.  
 Jupiter annuerat; cum Memnonis arduus alto  
 Corruit igne rogas: nigrique volumina fumi  
 Infecere diem. veluti cum flumina natas  
 Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.  
 Atra facta illa volat: glomerataque corpus in unum  
 Densatur; faciemque capit: fumitque calorem  
 Atque animam ex igni. levitas sua præbuit alas.  
 Et primo similis volucris, mox vera volucris  
 Insonuit pennis. pariter sonuere sorores  
 Innumera; quibus est eadem natalis origo.  
 Terque rogam lustrant: & consonus exit in auras  
 Ter clangor. quarto seducunt castra volatu.  
 Tum duo diversa populi de parte feroces

ella gerunt : rostrisque, & aduncis unguibus iras  
 xercent ; alasque adversaque pectora lassant.  
 ferixque cadunt cineri cognata sepulto  
 orpora : seque viro forti meminere creatas.  
 repetibus subitis nomen facit auctor ; ab illo  
 Heunonides dicta, cum Sol duodena peregit  
 agna, parentali peritura Marte rebellant.  
 ergo aliis latrassè Dymantida flebile visum :  
 uctibus est Aurora suis intenta ; piisque  
 hunc quoque dat lacrymas : & toto rorat in orbe.  
 Nec tamen eversum Trojae cum mœnibus esse  
 pem quoq; fata sinunt. sacra, & sacra altera patrem  
 fert humeris venerabile onus Cythereius heros.  
 De tantis opibus prædam pius eligit illam ;  
 escaniumque suum : profugaque per æquora classe  
 fertur ab Antandro : scelerataque limina Thracum,  
 et Polydorœo manantem sanguine terram  
 inquit : & utilibus ventis æstuque secundo  
 intrat Apollineam sociis comitantibus urbem  
 hunc Anius , quo rege homines , antistite Phœbus  
 Rite colebantur, temploque domoque recepit :  
 Urbemque ostendit, delubraque vota, duasque  
 rationâ quondam stirpes pariente retentas.  
 Thure dato flammis, vinoque in thura profuso ,  
 Castrorumque bouum fibris de more crematis ,  
 Regia-tecta petunt : positique tapetibus altis  
 Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.  
 Tum pius Anchises : O Phœbi lecte sacerdos ,  
 Fallor? an & natum, cum primum hæc mœnia vidi,  
 Bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas ?  
 Huic Anius niveis circumdata tempora vittis  
 Concutiens, & tristis, ait : Non falleris, heros  
 Maxime : natorum vidisti quinque parentem.  
 Quem nunc ( tanta homines rerum inconstantia  
 versat )  
 Pæne vides orbunt. quid enim mihi filius absens  
 Auxilii ? quem dicta suo de nomine tellus  
 Andros habet, pro patre locumq; & regna tenentè.  
 Delius augurium dedit huic : dedit altera Liber  
 Fœminæ sorti voto majora fideque  
 Munera : nam tactu natarum cuncta mearum  
 In segetem, laticemque meri, baccamque Minervæ  
 Transformabantur : divesque erat usus in illis.

Hoc ubi cognovit Trojæ populator Atrides ,  
 (Ne non ex aliquâ vestram lénssissè procellam  
 Nos quoque parte putes) armorum viribus usus  
 Abstrahit intivas gremio genitoris : alantque  
 Imperat Argolicam cælesti munere classem.  
 Effugiunt quo quæque potest. Eubœa duabus ,  
 Et totidem natis Andros fraterna petita est.  
 Miles adest : & , ni dedantur , bella minatur.  
 Victa metu pietas consortia pectora pœnæ  
 Dedit : & ut timido possis ignoscere fratri ;  
 Non hic Æneas , non , qui defenderet Andron ,  
 Hæctor erat : per quos decimum durastis in annu  
 Jamque parabantur captivis vincla lacertis.

Illæ tollentes etiamnum libera cælo  
 Brachia , Bacche pater , fer opem , dixère : tulitque  
 Muneris auctor opem . si miro perdere more  
 Ferre vocatur opem . nec qua ratione figuram  
 Perdiderint , potui scire , aut nunc dicere possim .  
 Summa mali nota est . pennas fumsère ; tuæque  
 Conjugis in volucrem niveas abière columbas .

Talibus atque aliis postquam convivia dictis  
 Implerunt ; mensâ somnum petiére remotâ .  
 Cumque die surgunt : adeuntque oracula Phœbi .  
 Qui petere antiquam matrem , cognataque jussit  
 Litora . profequitur Rex , & dat munus ituris ;  
 Auchisæ sceptrum , chlamydem pharetramq ; nepoti  
 Cratera Æneæ ; quem quondam miserat illi  
 Hospes ab Aöniis Therfes Ismenius oris .  
 Miserat hunc illi Therfes , fabricaverat Alcon  
 Myleus ; & longo cælaverat argumento .  
 Urbs erat : & septem posses ostendere portas .  
 Hæ pro nomine erant ; & , quæ foret illa , docebant .  
 Ante urbem exequiæ , tumulique , ignesque , rogique ,  
 Effusæque comas & aperta pectora matres  
 Significant luctum . Nymphæ quoq ; flere videntur ;  
 Siccatosque queri fontes . sine frondibus arbos  
 Nuda riget : rodunt arentia saxa capellæ .  
 Ecce facit mediis natas Orione Thebis ,  
 Hanc non fœmineum jugulo dare pectus aperto ,  
 Illam dimisso per fortia vulnera telo  
 Pro populo cecidisse suo ; pulchrisque per urbem  
 Funcibus ferri , celebrique in parte cremari :  
 Tum de virgineâ geminos exire favillâ ,



genus intereat, juvenes, quos fama Coronas  
 ominat, & cineri materno ducere pompam.  
 Hactenus antiquo signis fulgentibus ære  
 immus inaurato crater erat asper acantho.  
 & leviora datis Trojani dona remittunt :  
 intque sacerdoti custodem thuris acerram ;  
 int pateram, claramque auro gemmisq; coronam.  
 Ne recordati Teucros à sanguine Teucri  
 incere principium, Creten tenuère ; locique  
 erre diu nequière Jovem, centumque relictis  
 bibus, Ausonios optant contingere portus.  
 vit hyems, jactatq; viros : Strophadumq; receptos  
 rtubus infidis exterruit ales Aello.  
 jam Dulichios portus, Ithacamque, Samenque,  
 eritiaque domos, regnum fallacis Ulyssæi,  
 æter erant vecti : certatam lite Deorum  
 nbraciam, versique vident sub imagine saxum  
 dicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est,  
 calemque suâ terram Dodonida quercu,  
 naoniosque sinus : ubi nati rege Molosso  
 ita subjectis fugère incendia pennis.  
 Proxima Phæacum felicibus obsita pomis  
 ura petunt. Epiros ab his, regnataque vati  
 ithrotos Phrygio, simulataque Troja tenentur.  
 de futurorum certi, quæ cuncta fideli  
 iamides Helenus monitu prædixerat, intrant  
 caniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis.  
 quibus imbriferos obversa Pachynos ad Austros :  
 ollibus expositum Zephyris Lilybæon : at Arcton  
 liquoris expertem spectat Boreanque Peloros.  
 ac subeunt Teucri : remisque æstuque secundo  
 ob noctem potitur Zancleâ classis arenâ.  
 ylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis  
 festant. vorat hæc raptas revomitque carinas :  
 a feris atram canibus succingitur alvum ;  
 rginis ora gerens : & (si non omnia vates  
 cta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.  
 anc multi petière proci : quibus illa repulsis  
 ad Pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,  
 at : & elufos juvenum narrabat amores.  
 quam dum peccendos præbet Galatea capillos,  
 alibus alloquitur repetens suspiria dictis :  
 e tamen, ô virgo, genus haud immite virorum

Expetit : utque facis, potes his impune negare.  
 At mihi, cui pater est Nereus, quam cœrula Do-  
 Enixa est ; quæ sum turbâ quoque tuta fororum  
 Non nisi per fluctus licuit Cyclopi amorem  
 Effugere : & lacrymæ vocem impedière loquentis  
 Quas ubi marmoreo deterlit pollice virgo ;  
 Et solata Deam est ; Refer, ô carissima, dixit :  
 Neve tui causam tege (sum tibi fida) doloris.  
 Nereis his contra refecuta Cratæide natam :  
 Acis erat Faunò Nymphâque Symæthide cretus,  
 Magna quidem patrisque sui matrisque voluptas,  
 Nostra tamen major. nam me sibi junxerat uni  
 Pulcher : &, octonis iterum natalibus actis,  
 Signarat dubiâ teneras lanugine malas.  
 Hunc ego, me Cyclops, nullo cum sine petebat.  
 Nec, si quæseris odium Cyclopi, amorne  
 Acidis in nobis fuerit præsentior, edam.  
 Par utrimque fuit. præ quanta potentia regni  
 Est, Venus alma, tui! nempe ille immitis, & ipsi  
 Horrendus silvis, & visus ab hospite nullo  
 Impune, & magni cum Dis contemtor Olympi ;  
 Quid sit amor sentit : nostrique cupidine captus  
 Uritur ; oblitus pecorum antrorumque suorum.  
 Jamque tibi formæ, jamque est tibi cura placendi  
 Jam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos :  
 Jam libet hirsutam tibi falce recidere barbam :  
 Et spectare feros in aquâ, & componere, vultus.  
 Cædis amor, feritasque, sitisque immensa cruoris  
 Cessant : & tutæ veniunt abeuntque carinæ.  
 Telemus interea Siculam delatus ad Ætænæ,  
 Telemus Eurymides, quem nulla sefellerat ales,  
 Terribilem Polyphemon adit; lumenque quod unum  
 Fronte geris mediâ, rapiet tibi, dixit, Ulysses.  
 Riuit, &, O vatum stolidissime, falleris, inquit :  
 Altera jam rapuit. sic frustra vera monentem  
 Spernit : & aut gradiens ingenti litora passu  
 Degravat ; aut fessus sub opaca revertitur antra.  
 Prominet in pontum cuneatus acumine longo  
 Collis : utrumque latus circumfluit æquoris unda.  
 Huc ferus adscendit Cyclops ; mediisque resedit.  
 Lanigeræ pecudes nullo ducente secutæ.  
 Cui postquam pinus, baculi quæ præbuit usum,  
 Ante pedes posita est, antennis apta ferendis ;

umtaque arundinibus compacta est fistula centum,  
 enserunt toti pastoris sibilantes montes:  
 enserunt undæ. latitans ego rupe, meique  
 Acidis in gremio residens, procul auribus hausit  
 Falia dicta meis, auditaque mente notavi.  
 Candidior nivei folio, Galatæa, ligustri,  
 floridior pratis; longâ procerior alno;  
 splendidior vitro; tenero lascivior hædo;  
 lævior assiduo detritis æquore conchis;  
 colibus hibernis, æstivâ gratior umbrâ;  
 Nobilior pomis; platano conspectior altâ;  
 Lucidior glacie; maturâ dulcior uvâ;  
 Mollior & cygni plumis, & lacte coacto;  
 Et, si non fugias, riguo formosior horto.  
 Lævior indomitæ eadem Galatæa juvenis,  
 Durior annosâ quercu; fallacior undis;  
 Lentior & salicis virgibus, & vitibus albis;  
 His immobilior scopulis; violentior amne;  
 Laudato pavone superbior; acrior igni;  
 Asperior tribulis; fœtâ truculentior ursâ;  
 Surdior æquoribus; calcato inimitior hydro:  
 Et, quod præcipue vellem tibi demere possem,  
 Non tantum cervo claris latratibus actò,  
 Verum etiam ventis volucrique fugacior aurâ.  
 At, bene si noris, pigeat fugisse: morasque  
 Ipsa tuas damnes: & me retinere labores.  
 Sunt mihi pars montis vivo pendentia saxo  
 Antra; quibus nec Sol medio sentitur in æstu,  
 Nec sentitur hyems: sunt poma gravantia ramos:  
 Sunt auro similes longis in vitibus uvæ:  
 Sunt & purpureæ tibi & has servamus, & illas.  
 Ipsa tuis manibus silvestri nata sub umbra  
 Mollia fraga leges: ipsa autumnalia corna,  
 Prunæque, non solum nigro liventia succo,  
 Verum etiam generosâ, novasque imitantia ceras.  
 Nec tibi castanæ, me conjuge, nec tibi dedrunt  
 Arbutæ fœtus. omnis tibi serviet arbor.  
 Hoc pecus omne meum est. multæ quoque vallibus  
 errant:  
 Multas silva tegit: multæ stabulantur in antris.  
 Nec, si forte roges, possum tibi dicere, quot sint.  
 Pauperis est numerare pecus. de laudibus harum  
 Nil mihi credideris: præsens potes ipsa videre,

Ut vix sustineant distentum cruribus uber.  
 Sunt fœtura minor tepidis in ovilibus agni :  
 Sunt quoque par ætas aliis in ovilibus hœdi.  
 Lac mihi semper adest niveum. pars inde bibenda  
 Serratur : partem liquefacta coagula durant.  
 Nec tibi deliciæ faciles, vulgataque tantum  
 Munera contingent, damæ, leporesque, capræque,  
 Parve columbarum, demtusve cacumine nidus :  
 Inveni geminos, qui tecum ludere possint,  
 Inter se similes, vix ut dignoscere possis,  
 Villosæ catulos in summis montibus ursæ.  
 Inveni : & dixi, Dominæ servabimus istos.  
 Jam modo cæruleo nitidum caput exsere ponto :  
 Jam, Galatæa, veni : nec munera despice nostra.  
 Certe ego me novi, liquidæque in imagine vidi  
 Nuper aquæ : placuitque mihi mea forma videnti.  
 Adspice, sim quantus. non est hoc corpore major  
 Jupiter in cælo : nam vos narrare soletis  
 Nescio quem regnare Jovem. coma plurima torvos  
 Prominet in vultus : humerosque, ut lucus, obumbrat.  
 Nec mihi quod rigidis horrent densissima fetis  
 Corpora, turpe puta. turpis sine frondibus arbor :  
 Turpis equus, nisi colla jubæ flaventia velent.  
 Pluma tegit volucres : ovibus sua lana decori est :  
 Barba viros, hirtæque decent in corpore setæ.  
 Unum est in mediâ lumen mihi fronte, sed instar  
 Ingentis clypei. quid, non hæc omnia magno  
 Sol videt e cælo ? Soli tamen unicus orbis.  
 Adde, quod in vestro genitor meus æquore regnat.  
 Hunc tibi do socerum. tantum miserere, precesque  
 Supplicis exaudi. tibi enim succumbimus uni.  
 Quisque Jovem, & cælum sperno, & penetrabile  
 fulmen,  
 Nerei, te vereor : tua fulmine sevirior ira est.  
 Atque ego contemptus essem patientior hujus ;  
 Si fugeres omnes. sed cur, Cyclope repulso,  
 Si acin anas, præfersque meis amplexibus Acin ?  
 Ille tamen placeat sibi, placeatque licebit,  
 Quod nollem, Galatæa, tibi, modo copia detur,  
 Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.  
 Viscera viva traham : divulsaque membra per agros,  
 Perque tuas spargam (sic se tibi misceat) undas.  
 Uror enim ; lasusque exæstuat acrius ignis :

Cum-

Cumque suis videor translata viribus Ætnam  
 cectore ferre meo : nec tu, Galatæa, moveris.  
 alia nequicquam questus (nam cuncta videbam)  
 urgit : & ut taurus vaccâ furibundus ademtâ  
 tare nequit, silvâque & notis saltibus errat.  
 cum ferus ignaros, nec quicquam tale timentes,  
 se videt atque Acin : Videoque, exclamat ; & ista  
 prima sit, faciam, Veneri concordia vestra.  
 tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere  
 debuit, illa fuit. clamore perhorruit Ætne.  
 est ego vicino pavescita sub æquore mergor.  
 erga fugæ dederat conversa Symæthius heros :  
 at, Fer open, Galatæa, precor, mihi : ferte parentes :  
 dixerat : & vestris periturum admittite regnis.  
 insequitur Cyclops : partemque è monte revulsam  
 mittit ; & extremus quanvis pervenit ad illum  
 angulus è saxo, totum tamen obruit Acin.  
 ut nos, quod fieri solum per fata licebat,  
 fecimus ; ut vires adsumeret Acis avitas.  
 uniceus de mole cruor manabat : & intra  
 temporis exiguum rubor evanescere cœpit :  
 itque color primo turbati fluminis imbre :  
 surgaturque morâ. tum moles jacta dehiscit :  
 vivaque per rimas, proceraque surgit arundo :  
 osque cavum saxi sonat exsultantibus undis :  
 miraque res ; subito mediâ tenus exstitit alvo  
 incinctus juvenis flexis nova cornua cannis.  
 qui, nisi quod major, quod toto cœrulus ore est,  
 Acis erat sed sic quoque erat tamen Acis in anmem  
 ersus : & antiquum tenuerunt flumina nomen.  
 Desierat Galatæa loqui : cœtuque soluto  
 discunt : placidisque natant Nereides undis.  
 Scylla redit : (neque enim medio se credere ponto  
 pudet) & aut bibulâ sine vestibus errat arenâ ;  
 aut ubi lassata est, seductos nocta recessus  
 surgitis, inclusâ sua membra refrigerat undâ.  
 ecce fretum findens alti novus incola ponti,  
 Super in Euboïca verlis Anthedone membris,  
 Glaucus adest : visæque cupidine virginis hæret :  
 at, quæcunque putat fugientem posse morari,  
 verba refert : fugit illa tamen : veloxque timore  
 pervenit in summum positi prope litora montis.  
 ante fretum est ingens apicem collectus in unum

Longa sine arboribus convexus ad æquora verte  
 Constitit hic: & tuta loco, monstrumne, Deusne  
 Ille sit ignorans, admiraturque colorem,  
 Cæsariemque humeros subjectaque terga tegentem  
 Ultimaque excipiat quod tortilis inguina pifeis.  
 Sentit: & innitens, quæ stabat proxima, molis,  
 Non ego prodigium, non sum fera bellua, virgo;  
 Sum Deus, inquit, aquæ: nec majus in æquora Pro  
 teus

Jus habet, & Triton, Athamantiadesque Falæmon  
 Ante tamen mortalis eram: sed scilicet altis  
 Deditus æquoribus, jam tum exercebar in illis.  
 Nam modo ducebam ducentia retia pifees:  
 Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.  
 Sunt viridi prato confinia litora, quorum  
 Altera pars undis, pars altera cingitur herbis:  
 Quas neque cornigeræ morsu læsere juvenæ:  
 Nec placidæ carphistis oves, hirtæve capellæ.  
 Non apis inde tulit collectos sedula flores:  
 Non data sunt capiti genialia ferta: nec unquam  
 Falciferæ secuerunt manus. ego primus in illo  
 Cespite confedi, dum lina madentia siccis.  
 Utque recensere captivos ordine pifees;  
 Insuper exposui, quos aut in retia casus,  
 Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.  
 Res similis fistæ: (sed quid mihi fingere prodest?)  
 Gramine contacto cœpit mea præda moveri,  
 Et mutare latus; terræque, ut in æquore, niti.  
 Dumque moror, mirorque simul, fugit omnis in undas  
 Turba suas: dominumque novum, littusque relinquit.  
 Obstupui: dubiusque diu, quæ causa, requiro:  
 Num Deus hoc aliquis, num succus fecerit herbæ.  
 Quæ tamen has, inquam, vires habet herba? natusque  
 Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi.  
 Vix bene combiberant ignotos guttura succos:  
 Cum subito trepidare intus præcordia sensi;  
 Alteriusque rapi naturæ pectus amore.  
 Nec potui restare loco: Repetendaque nunquam  
 Terra, vale, dixi: corpusque sub æquora merfi.  
 Di maris exceptum socio dignantur honore:  
 Utque mihi, quæcunque feram, mortalia demant,  
 Oceanum Terhynque rogant. ego lustror ab illis:  
 Et purgante nefas novies mihi carmine dicto

Pectora fluminibus jubeor supponere centum.  
 Nec mora : diversis lapsi de fontibus amnes ,  
 totaque vertuntur supra capus æquora nostrum.  
 Hactenus acta tibi possum memoranda referre :  
 Hactenus & memini : nec mens mea cætera sen sit  
 Quæ postquam rediit ; alium me corpore toto ,  
 Ac fueram nuper , nec eundem mente recepi.  
 Hanc ego tuur primum viridem ferrugine barbam ,  
 Cæsariemque meam , quam longa per æquora verro ,  
 Ingentesque humeros , & cæcula brachia vidi ,  
 Cruraque pinnigero curvata novissima pisce.  
 Quid tamen hæc species , quid Dis placuisse marinis ,  
 Quid juvat esse Deum , si tu non tangeris istis ?  
 Talia dicentem , dicturum plura reliquit  
 Scylla Deum. furit ille , irritatusque repulsâ  
 Prodigiola petit Titanidos atria Circes.

METAMORPHOSEON LIB. XIV.

**I**Amque Gigantæis injectam faucibus Ætner ,  
 Larvaque Cyclopum , quid rastra , quid usus aratri  
 Nesciat , nec quicquam junctis debentia bubus ,  
 Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum :  
 Liquerat & Zanclen , ad versaque mœnia Rhegi ,  
 Navisfragumq; fretum , gemino quod litore pressum  
 Aësoniæ Siculæque tenet confinia terræ.  
 Inde , manu magnâ Tyrrhena per æquora lapsus ,  
 Herbiferos adiit colles , atque atria Glaucus  
 Sole satæ Circes , variarum plena ferarum.  
 Quam simul aspexit ; diætâ acceptâque salute ,  
 Diva , Dei miserere , precor : nam sola levare rem.  
 Tu potes hunc , dixit , (videar modo dignus amo-  
 Quanta sit herbarum , Titani , potentia nulli  
 Quam mihi cognitius ; qui sum mutatus ab illis.  
 Neve mei non nota tibi sit causâ furoris ;  
 Litore in Italico Messenia mœnia contra  
 Scylla mihi visa est. pudor est promissa , precesque ,  
 Blanditiasque meas , contemtaque verba referre.  
 At tu , sive aliquid regni est in carmine ; carmen  
 Ore move sacro : sive expugnacior herba est ;  
 Utere tentatis operosæ viribus herbæ.  
 Nec medeare mihi , sanesque hæc vulnera mando :  
 Fineque nil opus est. partem ferat illa caloris.  
 At Circe (neque enim flammis habet aptius ulla

Talibus ingenium ; (seu caussa est hujus in ipsâ ;  
 Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno)  
 Talia verba refert : Melius sequerere volentem ,  
 Optantemque eadem, parilique cupidine captam.  
 Dignus eras : ultro poteras certeque rogari :  
 Et si spem dederis ; mihi crede, rogaberis ultro.  
 Neu dubites , ablitque tuæ fiducia formæ :  
 En ego, cum Dea sim, nitidi cum filia Solis ,  
 Carmine cum tantum , tantum cum granine pos-  
 sim ;

Ut tua sim, voveo. spernentem sperne : sequenti  
 Redde vices : unoque duas ulciscere facto.  
 Talia tentanti, Prius, inquit, in æquore frondes ,  
 Glaucus, & in summis nascentur montibus algæ ;  
 Sospite quam Scyllâ nostri mutantur amores.  
 Indignata Dea est : & lædere quatenus ipsum  
 Non poterat, nec vellet amans ; irascitur illi ,  
 Quæ sibi prælata est : Venerisque offensa repulsa ,  
 Protinus horrendis infamia pabula succis  
 Conterit : & tritis Hecateia carmina miscet :  
 Cæruleaque induitur velamina : perque ferarum  
 Agmen adulantum mediâ procedit ab aulâ :  
 Oppositumque petens contra Zancleia saxa  
 Rhegion ingreditur, ferventes æstibus undas :  
 In quibus, ut solidâ, ponit vestigia, ripâ ;  
 Summaque decurrit pedibus super æquora siccis.  
 Parvus erat gurges curvos sinuatus in arcus ,  
 Grata quies Scyllæ : quo se referebat ab æstu  
 Et maris & cæli, medio cum plurimus orbe  
 Solerat, & minimas à vertice fecerat umbras :  
 Hunc Dea prævitiat ; portentiferisque venenis  
 Inquinat. huic fufos latices radice nocenti  
 Spargit : & obscurum verborum ambage novorum  
 Ter novies carmen magico demurmurat ore.  
 Scylla venit, mediâque tenuis descenderat alvo ;  
 Cum sua fœdari latrantibus inguina monstribus  
 Aspicit : ac primo non credens corporis illas  
 Esse sui partes, refugitque, abigitque, timetque  
 Ora proterva canum. sed quos fugit, attrahit una.  
 Et corpus quærens femorū, crurumque, pedumque,  
 Cerbereos rictus pro partibus invenit illis.  
 Statque canum rabies : subiectaque terga ferarum  
 Inguinibus truncis uteroque existente cohærent.

Flevit



Flevit amans Glaucus: niniuumque hostiliter usæ  
 Viribus herbarum fugit connubia Circes.  
 Scylla loco mansit: cumque est data copia primum,  
 In Circes odium sociis spoliavit Ulyssen.  
 Mox eadem Teucras fuerat mersura carinas;  
 Ni prius in scopulum, qui nunc quoq; saxus exstat,  
 Transformatâ foret. scopulum quoque navita vitat.  
 Hanc ubi Trojanæ remis avidamque Chary-

bdin  
 Evicere rates; cum jam prope littus adessent  
 Ausonium, Libycas vento referuntur ad oras.  
 Excipit Ænean illic animoque domoque,  
 Non bene discidium Phrygii latura mariti,  
 Idonis: inque pyrâ sacri sub imagine facta  
 Incubuit ferro: deceptaque decipit omnes.  
 Rursus arenosæ fugiens nova mœnia terræ,  
 Ad sedemque Fryciis fidumque relatus Accsten  
 Sacrificat; tumulumque sui genitoris honorat.  
 Quasque rates Iris Junonia pæne cremarat,  
 Solvit: & Hippotadæ regnum, terrasque calenti  
 Sulphure fumantes, Acheloiadumque relinquit  
 Irenum scopulos. orbataque præside pinus  
 Narimen, Prochytenque legit, sterilique locatas  
 Solle Pitheculas, habitantum nomine dictas.  
 Quippe Deum genitor fraudem, & perjuriam quondâ  
 Percopum exosus, gentisque admittit dolosæ;  
 In deformem viros animal mutavit: ut idem  
 Dissimiles homini possent, similesque videri.  
 Membraque contraxit: naresque a fronte resimas  
 Contudit, & rugis peraravit anilibus ora.  
 Notaque velatos flaventi corpora villo  
 Misit in has sedes. nec non prius abstulit usum  
 Verborum, & natæ dira in perjuriam linguæ.  
 Posse queri tantum rauco stridore relinquit.  
 Has ubi præteriit, & Parthenopeia dextrâ  
 Mœnia deseruit; lævâ de parte canori  
 Eolidæ tumulum, & loca foeta palustribus ulvis  
 Litora cumarum, vivacisque antra Sibyllæ  
 Intrat: &, ut manes adeat per Averna paternos,  
 Orat. at illa diu vultus tellure moratos  
 Exiit: tandemque Deo furibunda recepto,  
 Magna petis, dixit, vir factis maxime, cujus  
 Dextera per ferrum, pietas spectata per ignes.

Pone tamen, Trojane, metum : potiere petitis :  
 Elysiasque domos, & regna novissima mundi  
 Me duce cognosces, simulacraque cara parentis.  
 Invia virtuti nulla est via. dixit : & auro  
 Fulgentem ramum silvâ Junonis Avernæ  
 Monstravit : jussitque suo devellere trunco.  
 Paruit Æneas : & formidabilis Orçi  
 Vidit opes, atavosque suos, umbramque senilem  
 Magnanimi Anchisæ : didicit quoque jura locorum  
 Quæque novis essent adeunda pericula bellis.  
 Inde ferens lassos averso tramite passus ,  
 Cum duce Cumæâ fallit sermone laborem.  
 Dumq; iter horrendum per opaca crepuscula carpit  
 Seu Dea tu præsens, seu Dis gratissima, dixit ;  
 Numinis instar eris semper mihi : meque fatebor  
 Muneris esse tui ; quæ me loca mortis adire ,  
 Quæ loca me visæ voluisti evadere mortis.  
 Pro quibus ærias meritis evectus ad auras  
 Tempa tibi statuam ; tribuam tibi thuris honorem  
 Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis ,  
 Nec Dea sum, dixit ; nec sacri thuris honore  
 Humanum dignare caput. neu nefcius erres ;  
 Lux æterna mihi, carituraque sine dabatur ,  
 Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.  
 Dum tamen hanc sperat, dum præcorruptere donis  
 Me cupit ; Elige, ait, virgo Cumæa, quid optes :  
 Optatis potiere tuis. ego pulveris hausti  
 Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis ,  
 Tot mihi natales contingere vana rogavi.  
 Excidit optarem juvenes quoque protinus annos.  
 Hos tamen ille mihi dabat, æternamque juventam,  
 Si Venerem paterer. contempto munere Phœbi  
 Innuba permanco. sed jam felicior ætas  
 Terga dedit tremuloque gradu : exit ægra senectus ;  
 Quæ patienda diu est. nam jam mihi sæcula septem  
 Acta vides. superest, numeros ut pulveris æquem ,  
 Tercentum messes , tercentum musta videre.  
 Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam  
 Longa dies faciat : consumtaque membra senectâ  
 Ad minimum redigantur onus. nec amata videbor,  
 Nec placuisse Deo. Phœbus quoque forsitan ipse  
 Vel non agnoscat, vel dilexisse negabit.  
 Usque adeo mutata ferar : nullique videnda ,

ecce tamen noscar. vocem mihi fata relinquunt.  
 Talia convexum per iter memorante Sibyllâ,  
 edibus Euboicam Strygiis emergit in urbem  
 roius Æneas: sacrisque è more litatis,  
 itora adit nondum nutricis habentia nomen.  
 sic quoque subtiliter post tædia longa laborum  
 eritius Macareus, comes experientis Ulyssæi.  
 desertum quondam mediis qui rupibus Ænæ  
 oscit Achæmeniden: improvisoque repertum  
 in cre miratus, Qui te casusve Deusve  
 errat Achæmenide? cur, inquit, barbara Graium  
 rora vehit? petitur vestrâ quæ terra carinæ?  
 alia quærenti jam non hirsutus amictu,  
 am suus, & spinis conferto tegmine nullis,  
 atur Achæmenides: Iterum Polyphemon, & illos  
 aspiciam fluidos humano sanguine rictus;  
 hac mihi si potior domus est Ithaceque carinâ;  
 si minus Ænean veneror genitore. nec unquam  
 esse satis potero, præstem licet omnia gratus.  
 Quod loquor, & spiro; cælumque, & sidera Solis  
 respicio, (possimne ingratus, & immemor esse?)  
 ille dedit. quod non anima hæc Cyclopi in ora  
 venit: & ut lumen jam nunc vitale relinquam;  
 aut tumulo, aut certe non illâ condar in aivo.  
 Quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omnem  
 sensam animumq; fuit; cum vos petere alia relictus  
 Equora prospexi? volui inclamare; sed hosti  
 prodere me timui: vestræ quoque clamor Ulyssis  
 hæne rati nocuit. vidi, cum monte revulso  
 immanem scopulum medias permisit in undas.  
 vidi iterum, veluti tormenti viribus acta,  
 alta gigantæo jaculantem saxa lacerto.  
 at, ne deprimeret fluctus e lapsive carinam,  
 pertimui; jam me non esse oblitus in illâ.  
 It, vero fuga vos ab acerbâ morte removit;  
 ille quidê totam fremebundus obambulat Ætнам,  
 prætentatque manu silvas; & luminis orbus  
 Rupibus incurfat: foedataque brachia tabo  
 in mare protendens, gentem execratur Achivam.  
 Atque ait: O si quis referat mihi casus Ulyssæi,  
 aut aliquem è sociis, in quem mea sæviat ira,  
 viscera cujus edam, cujus viventia dextrâ  
 Membra meâ laniem, cujus mihi sanguis inundet

Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus ;  
 Quam nullum, aut leve sit damnum mihi la-  
 adentæ !

Hæc, & plura ferox. me luridus occupat horro-  
 Spectantem vultus etiamnum cæde madentes,  
 Crudelesque manus, & inanem luminis orbem,  
 Membraque, & humano concretam sanguine barba.  
 Mors erat ante oculos; minimū tamen illa malorum.  
 Et jam prensurum, jam jam mea viscera rebar  
 In sua mersurum: mentique hærebat imago  
 Temporis illius, quo vidi bina meorum  
 Ter quater affligi sociorum corpora terræ.  
 Quæ super ipse jacens, hirsuti more leonis,  
 Visceraque, & carnes, obliisique ossa medullis,  
 Semanimesque artus avidam condebat in alvum.  
 Me tremor invasit. stabam sine sanguine mæstus  
 Mandentemque videns, ejectantemque cruentas  
 Ore dapes, & frustra mero glomerata vomentem,  
 Talia fingebam misero mihi fata parari.  
 Perque dies multos latitans, omnemque tremiscer  
 Ad strepitum, mortemque timens, cupidusque mori  
 Glante famem pellens, & mistâ frondibus herbâ,  
 Solus, inops, exspes, leto pœnæque relictus,  
 Haud procul adspexi longo post tempore navim:  
 Oravique fugam gestu, ad litusque cucurri:  
 Et movi: Graiumque ratis Trojana recepit.  
 Tu quoque pande tuos, comitum gratissime, casus  
 Et ducis, & turbæ, quæ tecum credita ponto est.

Æolon ille refert Tusco regnare profundo;  
 Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos:  
 Quos bovis inclusos tergo memorabile munus  
 Dulichium sumsisse ducem: flatuque secundo  
 Lucibus isse novem, & terram aspexisse petitam:  
 Proxima post nonam cum sese Aurora moveret;  
 Invidiâ socios prædæque cupidine ductos,  
 Esse ratos aurum, demsisse ligamina ventis:  
 Cū quibus isse retro, per quas modo venerat undas,  
 Æoliique ratem portus repetisse tyranni.  
 Inde Lami veterem Læstrygonis, inquit, in urbem  
 Venimus. Antiphates terrâ regnabat in illâ.  
 Missus ad hunc ego sum, numero comitante duorum:  
 Vixque fugâ quæsitâ salus comitique mihi que.  
 Tertius è nobis Læstrygonis impia tinxit

Ora cruore suo: fugientibus instat, & agmen  
 Concitat Antiphates. coeunt, & saxa trabesque  
 Continuant: merguntque viros, merguntq; carinas.  
 Ina tamen, quæ nos ipsumque vehebat Ulyssen,  
 Effugit. amissa sociorum parte, dolentes,  
 Multaq; conquesti terris allabimur illis, (denda est  
 Quas procul hinc cernis. procul hinc tibi cerne) vi-  
 nula, visa mihi. tuque. ô justissime Troïm,  
 Nate Deâ (neque enim finito Marte vocandus  
 Iovis es, Ænea) moneo, fuge litora Circes.  
 Nos quoque Circeâ religatâ in littore pinu  
 Antiphatae memores, immanisvetique Cyclopi,  
 re negabamus; & tecta ignota subire.  
 Sorte sumus lecti. fors me, fidumque Polyten,  
 Eurylochumque simul, nimique Elpenora vini,  
 Bisque novem socios Circeâ ad mœnia misit.  
 Quæ simul attingimus, stetimusque in limine tecti;  
 Nulle lupi, mistæque lupis ursæque læque  
 Occursu fecere metum: sed nulla timenda,  
 Nullaque erat nostro factura in corpore vulnus.  
 Quin etiam blandas movere per aëra caudas,  
 Nostraque adulantes comitant vestigia; donec  
 Excipiunt famulæ, perque atria marmore tecta  
 Ad dominam ducunt. pulchro sedet illa recessu,  
 Solenni folio; pallamque induta nitentem,  
 Insuper aurato circumelatur amictu.  
 Vereides Nymphæque simul, quæ vellera motis  
 Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt,  
 Gramina disponunt; sparsosque sine ordine flores  
 Secernunt calathis, variasque coloribus herbas.  
 Ipsa, quod hæ faciunt, opus exigit: ipsa quid usus  
 Quoque sit in folio, quæ sit concordia mistis  
 Novit: & advertens pensus examinat herbas.  
 Hæc ubi nos vidit, dictâ acceptâque salute  
 Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.  
 Nec mora; misceri tostis jubet hordea grani,  
 Mellaque, vimque meri, cum lacte coagula passo.  
 Quique sub hac lateant furtim dulcedine, succos  
 Adjicit. accipimus sacrâ data pocula dextrâ.  
 Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,  
 Et tetigit summos virgâ Dea dira capillos;  
 Et pudet, & referam: fetis horrescere cœpi,  
 Nec jam posse loqui; pro verbis edere raucum

Murmur; & in terram toto procumbere vultu :  
 Osque meum sensu pando occallescere rostro ;  
 Colla tumere toris : & quâ modo pocula parte  
 Sumta mihi fuerant , illâ vestigia feci.  
 Cumq; eadem passis (tantum medicamina possunt  
 Claudor harâ : solumque suis caruisse figurâ  
 Vidimus Eurylochum : solus data pocula fugit.  
 Quæ nisi vitasset , pecoris pars una maneret  
 Nunc quoque setigeri. nec tantæ cladis ab illo  
 Certior ad Circen uitor venisset Ulysses.  
 Pacifer huic dederat florem Cyllenius album  
 Moly vocant Superi. nigrâ radice tenetur.  
 Tutus eo, monitisque simul cælestibus intrat  
 Ille domum Circes : & ad insidiosâ vocatus  
 Pocula, conantem virgâ mulcere capillos  
 Reppulit ; & stricto pavidam deterruit ense.  
 Inde fides, dextræque datæ : thalamoque receptus  
 Conjugii dotem sociorum corpora poscit.

Spargimur innocuæ succis melioribus herbæ ,  
 Percutimurque caput converse verberè virgæ :  
 Verbaque dicuntur dictis contraria verbis.  
 Quo magis illa canit, magis hoc tellure levati  
 Erigimur : setæque cadunt, bifidosque relinquit  
 Rima pedes. redeunt humeri : subjecta lacertis .  
 Brachia sunt. flentem flentes amplectimur illum :  
 Hæremusque ducis collo : nec verba locuti  
 Ulla priora sumus, quam nos testantia gratos.  
 Annua nos illic tenuit mora : multa que præfens  
 Tempore tam longo vili : multa auribus hauli.  
 Hoc quoq; cum multis, quod clam mihi rettulit una  
 Quattuor è famulis , ad talia sacra paratis.  
 Cum duce namque meo Circe dum sola moratur ,  
 Illa mihi niveo factum de marmore signum  
 Ostendit juvenile , gerens in vertice picum ,  
 Æde sacrâ positum, multisque insigne coronis.  
 Quis foret, & quare sacrâ coleretur in æde ,  
 Cur hanc ferret avem, quærenti, & scire volenti ,  
 Accipe, ait, Macareu : dominaque potentia quæ sit  
 Hinc quoque discè meæ. tu dictis adijce mentem.  
 Picus in Ausoniis proles Saturnia terris  
 Rex fuit, utilium bello studiosus equorum.  
 Forma viro, quam cernis, erat. licet ipse decorem  
 Aspicias, fictæque probes ab imaginis veram.

Par animus formæ. nec adhuc spectasse per annos  
 Quinquennè poterat Graiâ quater Elide pugnam.  
 Ille suos Dryadas Latiis in montibus ortas  
 Verterat in vultus : illum fontana petebant  
 Numina Naiades ; quas Albula, quasque Numici,  
 Quasque Anienis aquæ, cursuque brevissimus Almo,  
 Narque tulit præceps, & amœnæ Farfarus umbræ ;  
 Quæque colunt Scythicæ regnum nemorale Dianæ,  
 Finitimosque lacus. spectis tamen omnibus unam  
 Ille fovet Nymphen, quam quondam in colle Palati  
 Dicitur Iónio peperisse Venilia Jano.

Hæc, ubi nubilibus primum maturuit annis,  
 Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est :  
 Rara quidem facie, sed rarior arte canendi ;  
 Unde Canens dicta est. silvas & saxa movere,  
 Et mulcere feras, & flumina longa morari  
 Ore suo, volucresque vagas retinere solebat.  
 Quæ dum fœmineâ modulatur carmina voce,  
 Exierat tecto Laurentes Pæcus in agros,  
 Indigenas fixurus apros : tergumque premebat  
 Acris equi ; lavaque hastilia bina ferebat,  
 Pœniceam fulvo chlamydem contractus ab auro.  
 Venerat in silvas & filia Solis eadem :  
 Utque novas legeret fœcundis collibus herbas,  
 Nonine dicta suo Circæa reliquerât arva.  
 Quæ simul ac juvenem virgultis abdita vidit ;  
 Obstupuit. cecidère sinu, quas legerat, herbæ :  
 Flammaque per totas visa est errare medullas.  
 Ut primum valido mentem collegit ab æstu ;  
 Quid cuperet, fassura fuit. ne possêt adire,  
 Cursus equi fecit, circumfusisque fatelles.  
 Non tamen effugies, vento rapiare licebit,  
 Si modo me novi ; si non evanuit omnis  
 Herbarum virtus, & me mea carmina fallunt.  
 Dixit : & effigiem nullo cum corpore falsi  
 Fixit apri : præterque oculos transcurrere regis  
 Jussit, & in densum trabibus nemus ire videri ;  
 Plurima quæ silva est, & equo loca pervia non sunt.  
 Haud mora : continuo prædæ petit inscius umbram  
 Pæcus ; equique celer fumantia terga relinquit.  
 Spemque sequens vanam, silva pedes errat in alta.  
 Concipit illa preces ; & verba venefica dicit :  
 Ignotosque Deos ignoto carmine adorat,

Quo solet & nivæ vultum confundere Lunæ,  
 Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.  
 Tum quoque cantato densetur carmine cælum,  
 Et nebulas exhalat humus; cæcisque vagantur  
 Limitibus comites; & abest custodia regi.  
 Nacta locum tempusque, Per ô tua lumina, dixit,  
 Quæ mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime  
 formam,  
 Quæ facit ut supplex tibi sim Dea, consule nostris  
 Ignibus; & focerum, qui pervidet omnia, Solem.  
 Accipe: nec durus Titanida despice Circen.  
 Dixerat: ille ferox ipsamque precesque repellit:  
 Et, Quæcunque es, ait, non sum tuus: altera captum  
 Me tenet; & teneat per longum comprecor ævum  
 Nec Venere externâ socialia fœdera lædam;  
 Dum mihi Janigenam servabunt fata Canentem.  
 Sæpe retentatis precibus Titania frustra,  
 Non impune feres, neque enim reddere Canenti:  
 Læsaque; quid faciat, quid amans, quid fœmina, disces.  
 Rebus, ait: sed amans, & læsa, & fœmina Circe.  
 Tum bis ad occasum, bis se convertit ad ortus:  
 Ter juvenem baculo tetigit: tria carmina dixit.  
 Ille fugit se se solito velocius ipse  
 Currere miratus, pennas in corpore vidit:  
 Seque novam subito Latiis accedere silvis  
 Indignatus avem, duro fera robora rostro  
 Figit; & iratus longis dat vulnera ramis.  
 Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem.  
 Fibula quod fuerat, vestemque momorderat aurum;  
 Pluma fit: & fulvo cervix præcingitur auro.  
 Nec quicquam antiqui Pico, nisi nomina, restat.  
 Interea comites clamato sæpe per agros  
 Nequicquam Pico, nullaque in parte reperto,  
 Inveniunt Circen, (nam jam tenuaverat auras;  
 Passaque erat nebulas ventis ac sole resolvi)  
 Criminibusque premunt veris, regemque; repossunt,  
 Vimque ferunt; sevisque parant incessere telis.  
 Illa nocens spargit virus, succosque veneni:  
 Et Noctem, Noctisque Deos Ereboque Chaoque  
 Convocat: & magicis Hecaten ululatus orat.  
 Exsiluere loco (dictu mirabile) silvæ:  
 Ingemuitque solum, vicinaque palluit arbor;  
 Sparsaque sanguineis maduerunt pabula guttis;



Et lapides visî mugitus edere raucos ;  
 Et latrare canes ; & humus serpentibus atris  
 Squallere, & tenues animæ volitare silentium.  
 Attonitum monstris vulgus pavet. illa paventura  
 Ora venenatâ tetigit mirantia virgâ.  
 Cujus ab attactu variarum monstra ferarum  
 In juvenes veniunt. nulli sua mansit imago.  
 Presserat occiduus Tartessia litora Phœbus ;  
 Et frustra conjux oculis animoque Canentis  
 Expectatus erat. famuli populisque per omnes  
 Discurrunt silvas ; atque obvia humina portant.  
 Nec fatis est Nymphæ flere, & lacerare capillos ,  
 Et dare plangorem ; facit hæc tamen omnia : sese  
 Proripit ; ac Latios errat vesana per agros. .  
 Sex illam noctes , totidem redeuntia Solis  
 Lumina viderunt, inopem somnique cibique ,  
 Per juga, per valles, qua fors ducebat, euntem.  
 Ultimæ aspexit fessam luctuque viaque  
 Tibris, & in gelida ponentem corpora ripa.  
 Illic cum lacrymis ipsos modulata dolores ,  
 Verba sono tenui mœrens fundebat ; ut olim  
 Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus.  
 Luctibus extremum tenues liquefacta medullas  
 Tabuit ; inque leves paulatim evanuit auras.  
 Fama tamen signata loco est ; quem rite Canentem  
 Nomine de Nymphæ veteres dixere Camœnæ.  
 Talia multa mihi longum narrata per annum ,  
 Visaque sunt, resides & desuetudine tardi  
 Rursus inire fretum, rursus dare vela jubemur.  
 Ancipitesque vias, & iter Titania vastum  
 Dixerat, & sævi restare pericula ponti.  
 Pertimui, fateor ; nactusque hoc littus adhæssi.  
 Finierat Macareus : urnaque Æneia nutrix  
 Conditæ marmorea, tumulo breve carmen habebat:  
 Hic me Caieten notæ pietatis alumnus  
 Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremavit.  
 Solvitur herbofo religatus ab aggere fûnis :  
 Et procul insidias, infamatæque relinquunt  
 Tecta Deæ : lucosque petunt, ubi nubilus umbra  
 In mare cum flava prorumpit Tibris arena.  
 Faunigenæque domo potitur nataque Latini ;  
 Non sine Marte tamen. bellum cum gente ferocî  
 Suscipitur ; pactaque furit pro conjuge Turnus.

M E T A M O R P H.

2  
 I 1262  
 7 Concurrat Latio Tyrrhenia tota : diuque  
 I Ardua sollicitis victoria quaeritur armis.  
 I Auget uterque suas externo robore vires :  
 I Et multi Rutulos , multi Trojana tuentur  
 C Castra. neque Aeneas Evandri ad limina frustra ,  
 C At Venulus magnam profugi Diomedis ad urbem  
 I Venerat. ille quidem sub Iapyge maxima Dauno  
 I Mœnia condiderat : dotaliaque arva tenebat.  
 I Sed Venulus Turni postquam mandata peregit ,  
 I Auxiliumque petit ; vires Aetolius heros  
 I Excusat. nec se foci committere pugnae  
 I Velle sui populos : nec, quos è gente suorum  
 I Armet, habere viros. Neve hæc commenta putetis  
 I (Admonitu quanquam luctus renovantur amaro)  
 S Perpetiar memorare tamen. postquam alta crema-  
 ta est  
 I Ilion ; & Danaas paverunt Pergama flammæ ;  
 I Naryciusque heros , à virgine, virgine raptâ ,  
 I Quam meruit solus poenam, digessit in omnes ;  
 I Spargimur : & ventis inimica per æquora rapti  
 I Fulmina, noctem, imbres, iram, calique marisque  
 I Perpetiamur Danaï , cumulumque Caphareæ cladis.  
 C Neve morer referens tristes ex ordine casus ;  
 I Græcia tum potuit Priamo quoque stenda videri.  
 I Me tamen armifera servatum cura Minervæ  
 I Fluctibus eripuit. patriis sed rursus ab Argis  
 I Pellor : & antiquo memores de vulnere poenas  
 I Exigit alma Venus : tantosque per alta labores  
 I Æquora sustinui , tantos terrestribus armis ;  
 I Ut mihi felices sint illi sæpe vocati ,  
 I Quos communis hyems, inportunisque Caphareus  
 I Merisit aquis : vellemque horum pars una fuisset.  
 I Ultima jam passi comites belloque fretoque ,  
 I Deficiunt ; sinemque rogant erroris. at Agmon  
 C Fervidus ingenio, tum vero & cladibus asper ,  
 I Quid superest, quod jam patientia vestra recuset  
 I Ferre, viri? dixit. quid habet Cytheræa, quod ultra  
 C (Velle puta) faciat? nam dum pejora timentur ;  
 I Est in vota locus : fors autem ubi pessima rerum ;  
 I Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.  
 I Audiat ipsa, licet ; licet, ut facit, oderit omnes  
 I Sub Diomede viros ; odium tamen illius omnes  
 I Spernibus, & magno stat magna potentia nobis.

Talibus invitam Venerem Pleuronius Agmon  
 Instimulat verbis : veteremque resuscitat iram.  
 Dicta placent paucis. numeri majoris amici  
 Agmona corripimus : cui respondere paranti  
 Vox pariter, vocisque via est tenuata : comæque  
 In plumas abeunt : plumis nova colla teguntur ,  
 Pectoraque, & tergum : majores brachia pennas  
 Accipiunt : cubitique leues sinuantur in alas.  
 Magna pedum digitos pars occupat : oraque cornu  
 Indurata rigent: finemque in acumine ponunt.  
 Hunc Lycus, hunc Idas, & cū Rhetenore Nycteus,  
 Hunc mirantur Abas : & dum mirantur, eandem  
 Accipiunt faciem : numerusque ex agmine major  
 Subvolat, & remos plausis circumsonat alis.  
 Si volucrum quæ sit subitarum forma requiris ;  
 Ut non cygnorum, sic albis proxima cygnis.  
 Vix equidem has sedes, & Iapygis arida Dauni  
 Arva gener teneo minimâ cum parte meorum.

Hactenus OEnides. Venulus Calydonia regna,  
 Peucetiosque sinus, Messapiaque arva relinquit.  
 In quibus antra videt : quæ multâ nubila silvâ,  
 Et levibus stagnis manantia, semicaper Pan  
 Nunc tenet ; at quodam tenuerunt tempore Nym-  
 phæ.

Appulus has illâ pastor regione fugatas  
 Terruit ; & primo subitâ formidine movit :  
 Mox, ubi mens rediit, & contempsere sequentem ;  
 Ad numerum motis pedibus duxere choreas.  
 Improbat has pastor : saltuque imitatus agresti  
 Addidit obscœnis convitia rustica dictis.  
 Nec prius obticuit ; quam guttura condidit arbor.  
 Arbore enim succoque licet cognoscere mores.  
 Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris  
 Exhibet. asperitas verborum cessit in illas.

Hinc ubi legati rediére, negata ferentes  
 Arma Ætola sibi, Rutuli sine viribus illis  
 Bella instructa gerunt: multumq; ab utrâq; cruoris  
 Parte datur. fert ecce avidas in pinea Turnus  
 Texta faces, ignesque timent, quibus unda pepercit.  
 Jamque picem, & ceras, alimenta q; cætera flammæ  
 Mulciber urebat, perque altum ad carbasa malum  
 Ibat : & incurvæ fumabant transtra carinæ :  
 Cum memor has pinus Idæo vertice casus

Sancta Deum genitrix, tinnitibus aëra pulsi  
 Aëris, & inflati complexit murmure buxi.  
 Perque leves dōmitis inuesta leonibus auras,  
 Irrita sacrilega jactas incendia dextra  
 Turne, ait. eripiam; nec me patiente cremabit  
 Ignis edax nemorum partes & membra meorum.  
 Intonuit dicente Dea: tonitrumque secuti  
 Cum saliente graves ceciderunt grandine nimbi:  
 Aëraque, & subitis tumidum concursibus æquor  
 Astræi turbant, & eunt in prælia, fratres.  
 E quibus alma parens unius viribus usa,  
 Stuppea prærumpit Phrygiæ retinacula classis:  
 Fertque rates pronas; imoque sub æquore mergit  
 Robore mollito, lignoque in corpora verso,  
 In capitum faciem puppes mutantur aduncæ.  
 In digitos abeunt, & crura narantia, remi:  
 Quodque prius fuerat, latus est: mediisque carina  
 Subdita navigiis, spinæ mutatur in usum.  
 Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.  
 Cærus, ut fuerat, color est. quasque ante timebant,  
 Illas virgineis exercent lufibus undas  
 Naudes æquoræ: durisque in montibus ortæ  
 Molle fretum celebrant: nec eas sua tangit origo.  
 Non tamen oblitæ, quam multa pericula sævo  
 Pertulerint pelago, jactatis sæpe carinis  
 Supposuere manus: nisi si qua vehebat Achivos.  
 Cladis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelasgos:  
 Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis  
 Vultibus. & lætæ videre rigescere puppin  
 Cautibus Alcinoi; saxumque increfcere ligno.  
 Spes erat in Nymphas animata classe marinas  
 Posse metu monstri Rutulum desistere bello.  
 Perstat, habetque Deos pars utraque: quique Deo-  
 rum  
 Instar, habent animos. nec jam dotalia regna,  
 Nec sceptrum soceri, nec te, Lavinia virgo,  
 Sed vicisse petunt: deponendique pudore  
 Bella gerunt. tandemque Venus, victricia nati  
 Arma videt: Turnusque cadit; cadit Ardea Turno  
 Sospite dicta potens. quam postquam barbarus  
 ignis  
 Abstulit, & tepida latuerunt tecta favilla;  
 Congerie è media tum primum cognita præpes

abvolat : & cineres plausis everberat alis.  
 et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam  
 quæ deceant urbem, nomen quoque mansit in illâ  
 urbis : & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.  
 Jamque Deos omnes, ipsamque Æneia virtus  
 inonem veteres finire coegerat iras :  
 cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,  
 tempestivus erat cælo Cythereius heros ;  
 ambieratque Venus Superos : colloque parentis  
 circumfusa sui, Nunquam mihi, dixerat, ullo  
 tempore dure pater, nunc sis mitissimus oro ;  
 Æneæque meo, qui te de sanguine nostro  
 fecit avum, quamvis parvum, des, optime, nuncen ;  
 cum modo des aliquod satis est inamabile regnum  
 spexisse semel, Stygios semel isse per amnes.  
 Mensere Dei : nec conjux regia vultus  
 innotos tenuit ; placatoque annuit ore.  
 cum pater, Ellis, ait, cælesti munere digni, (ptas.  
 quæque petis, pro quoq; petis. cape, gnata, quod o-  
 ratum erat. gaudet; gratesque agit illa parenti :  
 quæque leves auras junctis invec̄ta columbis  
 mittitur adit Laurens ; ubi testus arundine serpit  
 pro freta flumineis vicina Numicius undis.  
 cum jubet Æneæ, quæcunque obnoxia morti,  
 blucere ; & tacito deferre sub æquora cursu.  
 corniger exsequitur Veneris mandata : suisque,  
 quicquid in Ænea fuerat mortale, repurgat,  
 et respergit aquis. pars optima restitit illi.  
 substratum genitrix divino corpus odore  
 innoxit, & ambrosiâ cum dulci nectare mistâ  
 contigit os, fecitque Deum: quem turba Quirini  
 inuncupat Indigerem ; temploque arisque recepit.  
 Inde sub Ascanii ditione binominis Alba  
 regesque Latina fuit : succedit Silvius illi.  
 quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus  
 nomina cum sceptro: clarum subit Alba Latinum :  
 nepitoxus ex illo est. post hunc Capetusque, Capysque;  
 sed Capys ante fuit. regnum Tiberinus ab illis  
 cepit ; & in Tusci demersus fluminis undis  
 nomina fecit aquæ. de quo Remulusque feroxque  
 Acrota sunt geniti : Remulus maturior annis  
 fulmineo periit imitator fulminis ictu.  
 pater suo sceptrum moderatior Acrota forti

Tradit Aventino : qui quo regnarat, eodem  
 Monte jacet positus ; tribuitque vocabula monte  
 Jamque Palatinæ summam Proca gentis habebat  
 Rege sub hoc Pomona fuit : qua nulla Latinas  
 Inter Hamadryadas coluit solertius hortos ,  
 Nec fuit arborei studiosior altera fœtus :  
 Unde tenet nomen. non silvas illa, nec amnes ;  
 Rus amat, & ramos felicia poma ferentes.  
 Nec jaculo gravis est, sed adunca dextera falce  
 Qua modo luxuriam premit, & spatiantia passiva  
 Brachia compefcit : fiffâ modo cortice virgam  
 Infert. & succos alieno præstat alumno.  
 Nec patitur sentire sitim : bibulæque recurvas  
 Radicis fibras labentibus irrigat undis.  
 Hic amor, hoc studium : Veneris quoque nulla  
 pido.

Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit  
 Intus : & accessus prohibet refugitque viriles.  
 Quid non & Satyri saltatibus apta juvenus  
 Fecere, & pinu præcincti cornua Panes ,  
 Silvanusque suis semper juvenilior annis ,  
 Quique Deus fures vel falce vel inguine terret ,  
 Ut poterentur ea ? sed enim superabat amando :  
 Hos quoque Vertumnus : neque erat felicior illi  
 O quoties habitu duri messoris aristas  
 Corbe tulit. verique fuit messoris imago !  
 Tempora sæpe gerens fœno religata recenti ,  
 Defectum poterat gramen versasse videri.  
 Sæpe manu stimulos rigida portabat ; ut illum  
 Jurares fessos modo disjunxisse juvencos.  
 Falce data frondator erat, vitisque putator.  
 Induerat scalas, lecturum poma putares.  
 Miles erat gladio, piscator arundine sumpta ,  
 Denique per multas aditum sibi sæpe figuras  
 Repperit, ut caperet spectatæ gaudia formæ.  
 Ille etiam pictâ redimitus tempora mitrâ ,  
 Innitens baculo, positus ad tempora canis ,  
 Assimilavit anum : cultosque intravit in hortos :  
 Pomaque mirata est : Tantoque potentior , inquit  
 Paucaque laudatæ dedit oscula , qualia nunquam  
 Vera dedisset anus : glebaque incurva refedit ,  
 Suspiciens pandos autumnû pondere ramos. •  
 Ulmus erat contra spatiosa tumentibus uvis :

uam socia postquam pariter cum vite probavit ;  
 et si staret, ait, caelebs sine palmite truncus ,  
 nil præter frondes, quare peteretur, haberet.  
 nec quoque, quæ juncta vitis requiescit in ulmo ,  
 non nupta foret, terræ acclinata jaceret.  
 tu tamen exemplo non tangeris arboris hujus ;  
 concubitusque fugis ; nec te conjungere curas.  
 atque utinam velles ! Helene non pluribus esset  
 sollicitata procis : nec quæ Lapithæia mox it  
 carlia, nec conjux timidis audacis Ulyssæi.  
 tunc quoque, cum fugias averserisque petentes ,  
 ille proci cupiunt ; & semideique Dei que ,  
 et quæcunque tenent Albanos numina montes.  
 sed tu, si sapias, si te bene jungere, animum  
 hanc audire voles (quæ te plus omnibus illis ,  
 plus quam credis, amo , vulgares rejice tædas :  
 certumnumque tori socium tibi selige : pro quo  
 se quoque pignus habe. neque enim sibi notior ille est,  
 quam mihi. nec toto passim vagus errat in orbe.  
 hæc loca sola colit. nec uti pars magna procorum,  
 quam modo vidit, amat. tu primus & ultimus illi  
 ardor eris ; solique suos tibi devovet annos.  
 adde, quod est juvenis : quod naturale decoris  
 munus habet : formasque aptè fingetur in omnes :  
 et, quod erit iustus jubeas licet omnia, fiet.  
 Quid, quod amatis idem ? quod, quæ tibi poma  
 coluntur,  
 primus habet ; lætâque tenet tua munera dextrâ ?  
 sed neque jam foetus desiderat arbore demtos ;  
 nec quas hortus alit, cum succis mitibus herbas ;  
 nec quicquam, nisi te. miserere ardentis : & ipsum,  
 qui petit, ore meo præsentem crede precari.  
 Attoresque Deos, & pectora dura perosam  
 dalien, memoremque time Rhamnusidæ iram.  
 Quoque magis timeas (etenim mihi multa vetustas  
 scire dedit, referam totâ notissimâ Cypro  
 facta ; quibus flecti facillè & mitescere possis.  
 Viderat à veteris generosam sanguine Teucrî  
 Iphis Anaxaretem humili de stirpe creatus.  
 Viderat : & totis perceperat ossibus æstum.  
 Luètatusque diu, postquam ratione furorem  
 Vincere non potuit, supplex ad limina venit.  
 Et modo nutrij miserum confessus amorem

Ne sibi dura foret, per spes oravit alumnæ.  
 Et modo de multis blanditus cuique ministris  
 Sollicita petiit propensum voce favorem.  
 Sæpe ferenda dedit blandis sua verba tabellis:  
 Interdum madidas lacrymarum rore coronas  
 Postibus intendit; posuitque in limine duro  
 Molle latus: tristiciæ seræ convicia fecit.  
 Surdior illa freto surgente cadentibus Hædis,  
 Durior & ferro, quod Noricus excoquit, ignis,  
 Et saxo, quod adhuc vivum radice tenetur;  
 Spernit, & irridet; factisque immitibus addit  
 Verba superba ferox: & spe quoque fraudat am-  
 tem.

Non tulit impatiens longi tormenta doloris.  
 Iphis: & ante fores hæc verba novissima dixit:  
 Vincis, Anaxarete: neque erunt tibi tædia tandem  
 Ulla ferenda mei. lætos molire triumphos,  
 Et Pæana voca, nitidâque incingere lauro.  
 Vincis enim, moriorque libens: age, ferrea, gaud  
 Certe aliquid laudare mei cogêris, eritque  
 Quo tibi sim gratus: meritumque fatebere nostrum  
 Non tamen ante tui curam cessisse memento,  
 Quàm vitam; geminaque simul mihi luce carentem  
 Nec tibi Fama mei ventura est nuncia leti;  
 Ipse ego, ne dubites, adero: præsensque videbor  
 Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas.  
 Si tamen, ô Superi, mortalia fata videtis;  
 Este mei memores; nihil ultra lingua precari  
 Sustinet; & longo facite ut memoremur in ævo:  
 Et, quæ demissis vitæ, date tempora famæ.  
 Dixit: & ad postes ornatos sæpe coronis  
 Humentes oculos & pallida brachia tendens,  
 Cum foribus laquei religaret vincula summi;  
 Hæc tibiserta placent, crudelis & impia? dixit.  
 Inseruitque caput, sed tum quoque versus ad illam  
 Atque onus infelix elisa fauce pependit.  
 Ista pedum motu trepidantum ut multa gementem  
 Visa dedisse sonum est, ad aperta que janua factum  
 Prodidit; exclamant famuli: frustra que levatum  
 (Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.  
 Accipit illa sinu, complexaque frigida nati  
 Membra sui, postquam miserarum verba parentum  
 Edidit; & matrum miserarum facta pregit;



nera ducebat mediam lacrymosa per urbem ;  
 iridaque arfuro portabat membra feretro.  
 rpe vix vicina domus, qua flebilis ibat  
 mpa, fuit : duræque sonus plangoris ad aures  
 nit Anaxaretas : quam jam Deus ultor agebat.  
 ta tamen, Videamus, ait, miserabile funus :  
 patulis iniit tectum sublime fenestris.  
 xque bene impositum lecto prospexerat Iphin ;  
 riguère oculi : calidusque è corpore sanguis  
 ducto pallore fugit. conataque retrò  
 rre pedes, hæsit: conata avertere vultus, (tus,  
 oc quoque non potuit : paulatimque occupat ar-  
 od fuit in duro jam pridem pectore, saxum.  
 ve ea ficta putes, dominæ sub imagine signum  
 rat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine  
 templum  
 ospicientis habet. quorum memor, ô mea, lentos  
 ne, precor, fastus, & amanti jungere, Nymphe.  
 : tibi nec vernum nascentia frigus adurat  
 oma ; nec excutiant rapidi florentia venti.  
 æc ubi nequicquam formas Deus aptus in omnes,  
 lidit ; in juvenem rediit : & anilia demit  
 strumenta sibi. talisque apparuit illi ,  
 ualis ubi oppositas nitidissima Solis imago  
 icit nubes, nullâque obstante reluxit.  
 mque parat : sed vi non est opus ; inque figurâ  
 apta Dei Nymphæ est : & mutua vulnera sentit.  
 Proximus Ausonias injusti miles Amulii  
 exit opes : Numitorque senex amissâ nepotum  
 unere regna capit : festisque Palilibus urbis  
 enia conduntur. Tatiisque, patresque Sabini  
 ella gerunt : arcisque viâ Tarpeia reclusâ  
 ignâ animam pœnâ congestis exiit armis.  
 de fati Curibus, tacitorum more luporum ,  
 re premunt voces ; & corpora victa sopore  
 vadunt : portasque petunt ; quas objice firmâ  
 lauserat Iliades. unam tamen ipsâ recludit ,  
 ec strepitum verso Saturnia cardine fecit.  
 pla Venus portæ cecidisse repagula sensit ;  
 t clausura fuit ; nisi quod rescindere nunquam  
 is licet acta Deum. Jano loca juncta tenebant  
 aïdes Ausoniæ gelido rorantia fonte :  
 as rogat auxilium, nec Nymphæ justa petentem  
 Sustit-

Sustinuère Deam : venasque & flumina fontis  
 Elicuère sui. nondum tamen in via Jani  
 Ora patentis erant, neque iter præcluserat und  
 Lurida supponunt fœcundo sulfura fonti,  
 Incenduntque cavas fumante bitumine venas.  
 Viribus his aliisque vapor penetravit ad ima  
 Fontis : & Alpino modo quæ certare rigori  
 Audebatis aquæ, non ceditis ignibus ipsis.  
 Flammifera gemini fumant aspergine postes :  
 Portaque, nequicquam rigidis permessa Sabinis  
 Fonte fuit præstrueta novo ; dum Martius arm  
 Indueret miles. quæ postquam Romulus ultro  
 Obtulit ; & strata est tellus Romana Sabinis  
 Corporibus, strataque suis ; generique cruorem  
 Sanguine cum fœceri permiscuit impius ensis :  
 Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro  
 Decertare, placet ; Tatiumque accedere regno.  
 Occiderat Tatiùs, populisque æquata duobus  
 Romule, jura dabas : posita cum casside Mavor  
 Talibus adfatur Divùmquo hominumq; parente  
 Tempus adest, genitor quoniam fundamine ma  
 Res Romana valet, nec præside pendet ab uno  
 Præmia, quæ promissa mihi dignoque nepoti,  
 Solvere, & ablatum terris imponere cælo.  
 Tu mihi concilio quondam præsentè Deorum  
 (Nam memoro, memoriq; animo pia verba nota)  
 Unus erit, quem tu tolles in cærule cæli ;  
 Dixisti. rata sit verborum summa tuorum.  
 Annuit omnipotens : & nubibus aëra cæcis  
 Occuluit, tonitruque & fulgure terruit Urbem.  
 Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ,  
 Innixusque hastæ, pressos temone cruento  
 Impavidus conscendit equos Gradivus, & ictu  
 Verberis increpuit : pronumque per aëra lapsus  
 Constitit in summo nemorosi colle Palati :  
 Reddentemque suo jam regia jura Quiriti  
 Abstulit Iliaden. corpus mortale per auras  
 Dilapsus tenues : ceu latâ plumbea fundâ  
 Missa solet medio glans intabescere cælo.  
 Pulcra subit facies, & pulvinaribus altis  
 Dignior, & qualis trabeati forma Quirini.  
 Flebat, ut amissum conjux ; cum regia Juno  
 Irin ad Hersiliam descendere limite curvo

perat : & vacuæ sua sic mandata referre.  
 O & de Latia, ô & de gente Sabinâ  
 præcipuum matrona decus ; dignissima tanti  
 te fuisse viri, conjux nunc esse Quirini ;  
 te tuos fletus : & , si tibi cura videndi  
 conjugis est, duce me lucum pete, colle Quirino  
 ni viret, & templum Romani regis obumbrat.  
 ret : & in terram pictos delapsâ per arcus ,  
 ersiliam jussis compellat vocibus Iris.  
 a verecundo vix tollens lumina vultu ,  
 Dea ( namque mihi , nec quæ sis dicere prom-  
 tum est ;  
 liquet esse Deam), duc, ô duc, inquit : & offer  
 conjugis ora mihi. quæ si modo posse videre  
 ta semel dederint ; cælum aspectasse fatebor.  
 ce mora ; Romuleos cum virgine Thaumantêâ  
 yreditur colles. ibi sidus ab æthere lapsum  
 cidit in terras : à cujus lumine flagrans  
 ersiliæ crinis cum sidere cessit in auras.  
 anc manibus notis Romanæ conditor urbis  
 cipit : & priscum pariter cum corpore nomen  
 atat ; Oramque vocat. quæ nunc Dea juncta  
 Quirino est.

METAMORPHOSEON LIB. XV.

Uæritur interea, qui tantæ pondera molis  
 Sustineat, tantoque queat succedere regi.  
 stinat imperio clarum prænuncia veri  
 ma Numam. non ille satis cognosse Sabinæ  
 ntis habet ritus : animo majora capaci  
 incipit : & quæ sit rerum natura requirit.  
 ius amor curæ, patriâ Curibusque relictis ,  
 cit, ut Herculei penetraret ad hospitis urbem.  
 aia quis Italicis auctor posuisset in oris  
 ænia quærenti, sic è senioribus unus  
 ettulit indigenis, veteris non inscius ævi :  
 ves ab Oceano bubus Jove natus Iberis  
 tiora felici tenuisse Læcinia cursu  
 rtur : & , armento teneras errante per herbas ,  
 se domum magni nec inhospita tecta Crotonis  
 trasse ; & requie longum relevasse laborem ;  
 que ita discedens, Ævo, dixisse, nepotum  
 ic locus urbis erit ; promissaque vera fuerunt.

Nam fuit Argolico generatus Alemonē quidam  
Myscelos, illius Dis acceptissimus ævi.

Hunc super incumbens pressum gravitate sopor  
Claviger alloquitur : Patrias, age, desere sedes  
I, pete diversi lapidosas Æsaris undas.

Et, nisi paruerit, multa ac metuenda minatur.

Post ea discedunt pariter somnusque Deusque.

Surgit Alemonides ; tacitæque recentia menta

Visa refert : pugnatque diu sententia secum.

Numen abire jubet : prohibent discedere leges

Pœnaque mors posita est patriam mutare volent

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol

Et caput extulerat densissima sidereum nox :

Visus adesse idem Deus est, eademque monere ;

Et, nisi paruerit, plura & graviora minari.

Pertimuit : patriumque simul transferre paraba

In sedes penetrare novas ; sit murmur in urbe :

Spretarumque agitur legum reus. utque peracta

Causa prior, crimenque patet sine teste probatum.

Squallidus ad Superos tollens reus ora manusque.

O cui jus cæli bis sex fecere labores,

Fer precor, inquit, opem : nam tu mihi crimini  
auctor.

Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,

His damnare reos, illis absolvere culpæ.

Nunc quoque sic lata est sententia tristis : & omni

Calculus immitem demittitur ater in urnam.

Quæ simul effudit numerandos versa lapillos ;

Omnibus è nigro color est mutatus in album :

Candidaque Herculeo sententia munere facta

Solvit Alemoniden. grates agit ille parenti

Amphitryoniadæ : ventisque faventibus æquor

Navigat Ionium : Lacedæmoniumque Tarentum

Præterit, & Sybarin, Salentinumque Neæthum

Thurinosque sinus, Temesenque, & Iapygis arva

Vixque pererratis quæ spectant littora terris,

Invenit Æsarei fatalia fluminis ora :

Nec procul hinc tumulū, sub quo sacrata Croton

Ossa tegebat humus. iussaque ibi moenia terra.

Condidit : & nomen tumulati traxit in urbem.

Talia constabat certâ primordia famâ

Esse loci, positaque Italis in sinibus urbis.

Vir fuit hic ortu Samius : sed fugerat una

et Samon & dominos, odioque tyrannidis exsul  
 ponte erat. isque, licet cæli regione remotos,  
 sente Deos adiit: & quæ natura negabat  
 sensibus humanis, oculis ea pectoris hausit.  
 tumque animo, & vigili perspexerat omnia curâ;  
 in medium discenda dabat: cœtumque silentium,  
 spectaque mirantium, magni primordia mundi,  
 rerum causas, & quid natura, docebat:  
 Quid Deus: unde nives, quæ fulminis esset origo:  
 Iuppiter, an venti, discussa nube tonarent:  
 Quid quateret terras: qua sidera lege mearent;  
 et quodcunque latet. primusque animalia mensis  
 arcuit imponi: primus quoque talibus ora  
 docta quidem solvit, sed non & credita verbis:  
 arcite, mortales, dapibus temerare nefandis  
 corpora. sunt fruges: sunt deducentia ramos  
 pendere poma suo, tumidaque in vitibus uvæ:  
 sunt herbæ dulces: sunt, quæ mitescere flammâ,  
 follirique queant. nec vobis lacteus humor  
 iripitur, nec mella thymi redolentia florem.  
 Prodiga divitias alimenta que mitia tellus  
 suggerit: atque epulas sine cæde & sanguine præbet.  
 Carne feræ sedant jejunia: nec tamen omnes.  
 Quippe equus, & pecudes, armenta que gramine  
 vivunt.

At quibus ingenium est immansuetumque ferum.  
 Armeniæ tigres, iracundique leones, (que,  
 Dumque lupis ursi, dapibus cum sanguine gaudent.  
 Heu quantum scelus est, in viscera viscera condi,  
 Longestoque avidum pinguescere corpore corpus;  
 Alteriusque animantem animantis vivere leto!  
 scilicet in tantis opibus, quas optima matrum  
 terra parit, nil te nisi tristitia mandere sævo  
 vulnera dente juvat, ritusque referre Cyclosum?  
 Nec, nisi perdideris alium, placare voracis  
 Et male morati poteris jejunia ventris?  
 At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,  
 Fœtibus arboreis, & quas humus educat, herbis  
 Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.

Tunc & aves tutas movere per aëra pennas;  
 Et lepus impavidus mediis erravit in agris:  
 Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo:  
 Cuncta sine insidiis, nullamque timentis fraudem,

Plenaque pacis erant. postquam non utilis aucto  
 Victibus invidit (quisquis fuit illa virorum),  
 Corporeasque dapes avidam demersit in alvum ;  
 Fecit iter sceleri : primaque e corde ferarum  
 Incaluisse putem maculatum sanguine ferrum :  
 Idque satis fuerat : nostrumque petentia letum  
 Corpora missa neci salva pietate fatemur :  
 Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt :  
 Longius inde nefas abiit : & prima putatur  
 Hostia sus meruisse mori : quia semina pandō  
 Eruerit vestro, spemque interceperit anni.  
 Vite caper morsu Bacchi mactandus ad aras  
 Ducitur ultoris. nocuit sua culpa duobus.  
 Quid meruistis, oves, placidum pecus, inq; tuēdo  
 Natum homines, pleno quæ fertis in ubere nectar  
 Mollia quæ nobis vestras velamina lanas  
 Præbetis : vitæque magis, quam morte juvatis.  
 Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque  
 Innocuum, simplex, natum tolerare labores ?  
 Immemor est demum, nec frugum munere dignus  
 Qui potuit curvi demum modo pondere aratri  
 Ruricolam mactare suam : qui trita labore  
 Illa, quibus toties durum renovaverat arvom,  
 Tot dederat messes, percussit colla sicari.  
 Nec satis est, quod tale nefas committitur : ipsos  
 Inscripsere Deos sceleri : numenque supernum  
 Cæde laboriferi credunt gaudere juveni.  
 Victimæ labe carens, & præstantissima formâ,  
 (Nam placuisse nocet) vittis præsignis & auro,  
 Sistitur ante aras ; auditque ignara precantem :  
 Imponique saxe videt inter cornua fronti,  
 Quas coluit fruges : percussaque sanguine cultros  
 Inficit in liquidâ prævisos forsitan undâ.  
 Protinus creptas viventi pectore fibras  
 Inspiciunt : mentesque Deum scrutantur in illis.  
 Unde fames homini vetitorum tanta ciborum ?  
 Audetis vesci, genus ô mortale ? quod, oro,  
 Ne facite : & monitis animos advertite nostris.  
 Cumque boum dabitur casorum membra palato ;  
 Mandere vos vestros scite & sentite colonos.  
 Et quoniam Deus ora movet ; sequar ora moventem  
 Rite Deum ; Delphosque meos, ipsumque recludam  
 Æthera ; & angustæ referabo oracula mentis.

Magna, nec ingenii eveltigata priorum,  
 Quæque diu latuere, canam iuvat ire per alta  
 Astra: iuvat, terris & inerti sede relictis,  
 Nube vehi; validique humeris insistere Atlantis:  
 Palantesque animos passim, ac rationis egentes  
 Despectare procul, trepidosque obitumq; timentes  
 sic exhortari; seriemque evolvere fati.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis,  
 Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana ti-  
 metis,

Materiem vatum, falsique piacula mundi?

Corpora sive rogius flamma, seu tabe vetustas

Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.

Morte carent animæ: semperque, priore relicta  
 sede, novis domibus habitant vivuntque receptæ.

ipse ego (nam meminî) Trojani tempore belli

Pantiloïdes Euphorbus eram: cui pectore quondam  
 cecidit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.

Cognovi clypeum hæcæ gestamina nostræ

Nuper Abantæis templo Junonis in Argis.

Omnia mutantur: nihil interit, errat, & illinc

Huc venit, hinc illuc, & quolibet occupat artus

Spiritus: eque seris humana in corpora transit,

Inque feras nos: nec tempore deperit ullo.

Utque notis fragilis signatur cera figuris,

Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem;

Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem

Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

Ergo, ne pietas sit victa cupidine ventris,

Parcite (vaticinor) cognatas corde nefanda

Exturbare animas: nec sanguine sanguis alatur.

Et quoniam magno feror æquore, pleuque ventis

Vela dedi; nihil est roto quod peritet in orbe.

Cuncta fluunt: omnisque vagans formatur imago.

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu

Non secus ac flumen, neq; enim consistere flumen,

Nec levis hora potest: sed ut unda impellitur undâ,

Urgeturque prior venienti, urgetque priorem,

Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur:

Et nova sunt semper, nam quod fuit ante, relictum est:

Fitque, quod haud fuerat: momentaque cuncta

novantur.

Cernis & emerfas in lucem tendere noctes:

Et jubar hoc nitidum nigræ succedere nocti.  
 Nec color est idem cælo, cum lassâ quiete  
 Cuncta jacent media, cumque albo Lucifer exiit  
 Clarus equo: rursusque alius, cum prævia luce  
 Tradendum Phœbo Palantias insicit orbem.  
 Ipse Dei clypeus, terrâ cum tollitur inâ,  
 Mane rubet: terrâque, rubet, cum conditur imâ.  
 Candidus in summo est. melior natura quod illi  
 Ætheris est, terræque procul contagia vitat.  
 Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ  
 Esse potest unquam: semperque hodierna sequentem  
 Si crescit, minor est; major, si contrahit orbem.  
 Quid? non in species succedere quattuor annum  
 Aspicias ætatis peragentem imitamina nostræ?  
 Nam tener, & lactens, puerique simillimus ævo  
 Vere novo est. tunc herba nitens, & roboris expectat  
 Turget, & insolida est; & spe delectat agrestem  
 Omnia tum florent; florumque coloribus almus  
 Ridet ager: neq; adhuc virtus in frondibus ulla est  
 Transiit in Æstatem, post Ver, robustior Annus:  
 Fitque valens juvenis. neque enim robustior ætas  
 Ulla, nec uberior: nec, quæ magis ætuet, ulla est  
 Excipit Autumnus, posito fervore juventæ  
 Maturus, mitisque inter juvenemque senemque;  
 Temperie medius, sparsis per tempora canis.  
 Inde senilis Hyems tremulo venit horrida passu;  
 Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.  
 Nostra quoque ipsorum semper, requiesq; sine ullâ  
 Corpora vertuntur: nec quod fuimusve, sumusve  
 Cras erimus. fuit illa dies, qua semina tantum,  
 Spesque hominû primæ maternâ habitavimus alvo.  
 Artifices Natura manus admovit: & angi  
 Corpora visceribus distentæ condita matris  
 Noluit; eque domo vacuas emittit in auras.  
 Editus in lucem jacuit sine viribus infans:  
 Mox quadrupes, riruque tulit sua membra ferarû:  
 Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo  
 Constitit, adjutis aliquo conamine nervis.  
 Inde valens veloxque fuit: spatiumque juventæ  
 Transit: & emeritis medii quoque temporis annis,  
 Labitur occidæ per iter declive senectæ.  
 Subruit hæc ævi demoliturque prioris  
 Robora: stetque Milon senior, cum spectat inanes  
 Illos,



Hos, qui fuerant solidorum mole tororum  
 Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.  
 Met quoque, ut in speculo rugas aspexit aniles,  
 Syndaris: & secum, cur sit bis rapta, requirit.  
 Tempus edax rerum, tuque invidiosâ vetustas,  
 Omnia destruitis: vitiatâque dentibus ævi  
 paulatim lenta consumitis omnia morte.  
 Hæc quoque non perstant, quæ nos elementa vo-  
 camus.

Quasque vices peragant animos adhibete, docebo.  
 Quattuor æternus genitalia corpora mundus  
 continet. ex illis duo sunt onerosa, suoque  
 pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur:  
 Et totidem gravitate carent: nulloque premente  
 Alta petunt, ær, atque aère purior ignis.

Quæ quanquam spatio distant; tamen omnia sunt  
 Ex ipsis; & in ipsâ cadunt. resolutaque tellus  
 in liquidas rorescit aquas: tenuatus in auras  
 Aeraque humor abit: deinto quoque pondere rursus  
 In superos ær tenuissimus emicat ignes.

Inde retro redeunt: idemque reteritur ordo.

Ignis enim densum spissatus in aëra transit;

Hic in aquas; tellus glomeratâ cogitur undâ.

Nec species sua cuique manet. rerumque novatrix

Ex aliis alias reparat Natura figuras.

Nec perit in tanto quicquam (mihi credite mundo;

Sed variat, faciemque novat: nascique vocatur,

Incipere esse aliud, quam quod fuit ante; mori-  
 que,

Desinere illud idem. cum sint huc forsitan illa,

Hæc translata illuc; summâ tamen omnia constant.

Nil equidem durare diu sub imagine eadem

Crediderim. sic ad ferrum venistis ab auro

Secula. sic toties versâ es, Fortuna locorum.

Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,

Esse fretum. vidi factas ex æquore terras:

Et procul à pelago conchæ jacuere marintæ:

Et vetus inventa est in montibus anchora summis.

Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum

Fecit: & eluvie mons est deductus in æquor:

Equæ paludosâ siccis humus aret arenis:

Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.

Hic fontes Natura novos emisit, at illic

Clauſit : & antiquis tam multa tremoribus orbis  
Flumina proſiliunt ; aut excecata reſidunt.

Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu ;

Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.

Sic modo combibitur ; teſto modo gurgite lapſu

Redditur Argolicis ingens Eraſinus in aruis.

Et Myſum capitique ſui ripæque prioris

Pœnituiſſe ferunt, aliâ nunc ire, Caicum.

Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas

Nunc fluit ; interdum ſuppreſſis fontibus aret.

Ante bibebatur ; nunc quas contingere nolis

Fundit Anigros aquas : poſtquam ( niſi vatibus  
mnis

Eripienda fides) illic lavère bimembres

Vulnèra, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Quid ? non & Scythicis Hypanis de montibus or  
tus,

Qui fuerat dulcis, ſalibus vitiatur amaris ?

Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa Pharosque,

Et Phœniſſa Tyros: quarum nunc inſula nulla eſt

Leucada continuam veteres habuère coloni :

Nunc freta circueunt. Zancle quoque juncta ſuiſſa

Dicitur Italiæ : donec conſinia pontus

Abſtulit ; & mediâ tellurem reppulit undâ.

Si quæras Helicæ & Burin Achæidas urbes ;

Inuenies ſub aquis : & adhuc oſtendere nautæ

Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

Eſt prope Pirrhæan tumulus Trœzena, ſine ullis

Arduus arboribus, quondam planiſſima campi

Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)

Ves fera ventorum, cæcis incluſa cavernis,

Exſpirare aliqua cupiens, luçtataque fruſtra

Liberiore frui cælo, cum carcere rima

Nulla foret toto, nec pervia flatibus eſſet ;

Extentam tumefecit humum : ceu ſpiritus oris

Tendere veſicam ſolet, aut derepta bicorni

Terga capro. tumor ille loco permansit ; & alti

Collis habet ſpeciem : longoque iuduruit ævo.

Plurima cum ſubeant, audita aut cognita vobis,

Pauca ſuper referam. quid ? non & lympha ſi-  
guras

Datque capitque novas ? medio tua, corniger Am-  
mon,

Unda die gelida est : ortuque obituque calefcit.  
 Ad motis Athamantis aquis accendere lignum  
 Narratur ; minimos cum Luna recessit in orbes.  
 Lumen habent Cicones , quod potum saxeæ red-  
 dit  
 viscera : quod tactis inducit marmora rebus.  
 Crathis , & huic Sybaris noitris conterminus arvis ,  
 Electro similes faciunt auroque capillos.  
 Quodque magis mirum , sunt qui non corpora  
 tantum ,  
 Verum animos etiam valeant mutare, liquores.  
 Cui non audita est obscœnæ Salinacis undæ ?  
 Ethiopesque lacus ? quos si quis faucibus hausit ,  
 Aut furit ; aut mirum patitur gravitate soporem.  
 Clitorio quicumque sitim de fonte levarit ,  
 Vina fugit ; gaudetque meris abstemius undis.  
 seu vis est in aquâ calido contraria vino :  
 sive , quod indigenæ memorant , Amithæone na-  
 tus ,  
 Proetidas attonitas postquam per carmen & herbas  
 Eripuit furiis ; purgamina mentis in illas  
 Misit aquas : odiumque meri permanlit in undis.  
 Huic fluit effectu dispar Lynceus amnis ,  
 Quem quicumque parùm moderato gutture traxit ;  
 Haud aliter titubat , quam si membra vina bibisset.  
 Est locus Arcadiæ Pheneon dixere priores :  
 Ambiguus suspectus aquis. quas nocte timeto :  
 Nocte nocent potæ. sine noxâ luce bibuntur.  
 Sic alias aliasque lacus & flumina vires  
 Concipiunt. tempusque fuit, quo navit in undis ,  
 Nunc sedet Ortygie. timuit concursibus Argo  
 Undarum sparsas Symplegadas elisarum ;  
 Quæ nunc immotæ persistent, ventisque resistunt.  
 Nec, quæ sulfureis ardet fornacibus, Ætne  
 Ignea semper erit : neque enim fuit ignea semper.  
 Nam sive est animal tellus, & vivit, habetque  
 Spiramenta locis flammam exhalantia multis ;  
 Spirandi mutare vias, quotiesque movetur ,  
 Has finire potest, illas aperire cavernas :  
 Sive leves imis venti cohibentur in antris ;  
 Saxeque cum saxis, & habentem semina flammæ  
 Materiem jaçant, ea concipit ictibus ignem ;  
 Antra relinquuntur sedatis frigida ventis :

Sive bitumineæ rapiunt incendia vires ,  
Luteave exiguis arefcunt sulfura fumis ;  
Nempe ubi terra cibos alimenta que pingua fla  
mæ

Non dabit, absumtis per longum viribus ævum ,  
Naturæ que suum nutrimentum deerit edaci ;  
Non feret illa famem : desertaque deseret ignes.  
Esse viros fama est in Hyperboreâ Pallene :  
Qui soleant levibus velari corpora plumis ;  
Cum Tritoniacam novies subiîre paludem.  
Haud equidem credo : sparsæ quoque membra ve  
neno

Exercere artes Scythides memorantur easdem.  
Si qua fides rebus tamen est addenda probatis ,  
Nonne vides, quæcunque mora fluidove calore  
Corpora tabuerint, in parva animalia verti ?  
I quoque, delectos mactatos obrue tauros ;  
Cognita res usu : de putri viscere passim  
Florilegæ nascuntur apes. quæ more parentum  
Rura colunt : operique favent ; in spemque labo  
rant.

Pressus humo bellator equus crabronis origo est.  
Concava littoreo si demas brachia cancro ,  
Cætera supponas terræ ; de parte sepulta  
Scorpius exhibit : caudæque minabitur uncâ.  
Quæque solent canis frondes intexere filis  
Agrestes tineæ (res observata colonis) ,  
Ferali mutant cum papillione figuram ,  
Semina limus habet virides generantia ranas :  
Et generat truncas pedibus. mox apta natando  
Crura dat. utque eadem sint longis saltibus apta ;  
Posterior partes superat mensura priores.  
Nec catulus partu, quem reddidit ursæ recentî ,  
Sed male viva caro est. lambendo mater in artus  
Fingit: & in formam, quantam capit ipsa, re  
ducit.

Nonne vides, quos cera tegit sexangula, fœtus  
Melliferarum apium sine membris corpora nasci ,  
Et serosque pedes, serasque assumere pennas ?  
Junonis volucrum, quæ caudâ sidera portat ,  
Armigerumque Jovis, Cytherciadasque columbas,  
Et genus omne avium, mediis è partibus avi  
Ni sciret fieri, fieri quis posse putaret ?

Sunt

Sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulchro,  
Mutari credant humanas angue medullas.

Hæc tamen ex aliis ducunt primordia rebus :

Jna est, quæ reparat, seque ipsa refeminet, ales.

Assyrii Phœnica vocant. non fruge, neque herbis,  
Sed thuris lacrymis, & succo vivit amomi.

Hæc ubi quinque suæ complevit sæcula vitæ,

licis in ramis, tremulæve cacumine palmæ,

Inguibus & pando nidum sibi construit ore.

Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,

Quasque cum fulvâ substravit cinnama myrrhâ;

Et super imponit: finitque in odoribus ævum.

Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,

Corpore de patrio parvum Phœnica renasci.

Cum dedit huic ætas vires; onerique ferendo est;

Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ:]

Vertique pius cunasque suas, patriumque sepulchrum;

Perque leves auras Hyperionis urbe potitus,

Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

ibi tamen est aliquid miræ novitatis in istis;

Alternare vices, & quæ modo fœmina tergo

Passa marem est, nunc esse marem miremur hyperionam.

Id quoque, quod ventis animal nutritur & aurâ,

Protinus assimulat tactu quoscunque colores.

Facta racemifero lyncas dedit India Baccho:

Quibus (ut memorant) quidquid vesica remisit,

Vertitur in lapides; & congelat aère tacto.

Et sic & coraliū, quo primum contigit auras

Tempore, durefcit: mollis fuit herba sub undis.

Deseret ante dies; & in alto Phœbus anhelos

Equore tinget equos; quâ consequar omnia dictis

In species translata novas. sic tempore verti

cernimus, atque illas assumere robora gentes;

Concidere has. sic magna fuit censuque virisque,

Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,

Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas,

Et pro di vitis tumulos ostendit avorum.

Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ:

Nec non Cecropiæ; nec non Amphionis arces.

Utile solum Sparte est: altæ cecidere Mycenæ.

Dedipodioniæ quid sunt nisi fabula Thebæ?

Quid Pandionæ restant nisi nomen Athenæ?  
Nunc quoque Dardaniam fama est consurgere Ro-  
mam :

Appenninigenæ quæ proxima Tibridis undis  
Mole sub ingenti rerum fundamina ponit.  
Hæc igitur formam crescendo mutat ; & olim  
Immensi caput orbis erit. sic dicere vates ,  
Faticinasque ferunt sortes: quantumque recordor  
Priamides Helenus flenti, dubioque salutis ,  
Dixerat Æneæ, cum res Trojana labaret.  
Nate Dea , si nota satis præfagia nostræ  
Mentis habes ; non tota cadet te sospite Troja  
Flamma tibi ferrumque dabunt iter. ibis ; & unâ  
Pergama rapta feres : donec Trojæque tibi que  
Externum patrio contingat amicus arvum.  
Urbem & jam cerno Phrygios deberè nepotes ;  
Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis.  
Hanc alii proceres per sæcula longa potentem ,  
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli  
Efficiet. quo, cum tellus erit usâ, fruuntur  
Æthereæ sedes : cælumque erit exitus illi.  
Hæc Helenum cecinisse Penatigero Æneæ,  
Mente memor refero : cognataque mœnia lætor  
Crescere ; & utiliter Phrygibus vicisse Pelagos.  
Ne tamen oblitis ad metam tendere longe  
Exspatiemur equis, calû, & quodcumq; sub illo est ,  
Immutat formas, tellusque, & quidquid in illa est.  
Nos quoque pars mundi (quoniam non corpora  
solum ,

Verum etiam volucres animæ sumus, inque ferinas  
Possumus ire domos, pecudumq; in pectora condi),  
Corpora, quæ possint animas habuisse parentum ,  
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis ,  
Aut hominum certè , tuta esse & honesta sinamus :  
Neve Thyestæis cumulemur viscera mensis.  
Quàm male consuescit, quàm se parat ille cruori  
Impius humano ; vituli qui guttura cultro  
Rumpit ; & immotas præbet mugitibus aures !  
Aut qui vagitus similes puerilibus hædum  
Edentem jugulare potest ; aut alite vesci ,  
Cui dedit ipse cibos ! quantum est, quod desit in istis.  
Ad plenum facinus ! quò transitus inde paratur !  
Bos aret ; aut mortem senioribus imputet annis :

Horriferum contra Borean ovis arma ministret.

Ibera dent saturæ manibus pressanda capellæ.

Retia cum pedicis, laqueosque, artesque dolosas

Tollite ; nec volucrem viscata fallite virgâ :

Nec formidatis cervos eludite pinnis :

Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.

Perdite , siqua nocent. verum hæc quoque perdite  
tantum.

Dra vacent epulis : alimenta que congrua carpant.

Talibus atque aliis instructo pectore dictis

In patriam remeasse ferunt ; ultroque petitum

Accepisse Numam populi Latialis habenas.

Conjuge qui felix Nymphâ, ducibusque Camœnis,

Sacrificos docuit ritus ; gentemque feroci

Assuetam bello pacis traduxit ad artes.

Quem, postquam senior regnumq; avumq; peregit,

Extinctum Latiaq; nurus, populusque, Patresque,

Deservere Numam. nam conjux urbe relicta

Vallis Aricinae densis latet abdita silvis :

Sacraque Orestæe gemitu questuque Dianæ

Impedit. ah quoties Nymphæ nemorisque lacusque,

Ne faceret, monuere ; & consolantia verba

Dixere ! ah quoties stenti Theseius heros ,

Ecce iste modum, dixit ! neque enim fortuna querenda

Sola tua est. similes aliorum respice casus :

Mitius ista ferēs. utinamque exempla dolentem ,

Non mea te possent relevare ! sed & mea possunt.

Vando aliquem Hippolytum vestras ( puto ) con-  
tigit aures ,

Credulitate patris, sceleratæ fraude novercæ

Occubuisse neci. mirabere, vixque probabo :

Sed tamen ille ego sum. me Pasiphaëia quondam

Tentatum frustra, patrium temerasse cubile

[ Quod voluit, finxit voluisse : & crimine verso, ]

Indiciis metu magis, offensæ repulsæ,

Arguit. immeritumque pater projecit ab urbe ;

Hostilique caput prece detestatur euntis.

Pitthæan profugo curru Trœzæna petebam ;

Samque Corinthiaci carpebam littora ponti ;

Cum mare surrexit : cumulusq; immanis aquarum

In montis speciem curvari, & crescere visus ;

Et dare mugitus ; summoque cacumine findi.

Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis :

Pectoribusque tenus molles erectus in auras,  
 Naribus & patulo partem maris evomit ore.  
 Corda pavent comitū. mihi mens interrita mansit  
 Exsiliis contenta suis. cum colla feroces  
 Ad freta convertunt, arrectisque auribus horrent  
 Quadrupedes; monstrique metu turbantur; & alti  
 Præcipitant currum scopulis. ego ducere vanâ  
 Fræna manu, spumis albetibus oblita, luctor:  
 Et retro lentas tendo resupinus habenas.  
 Nec vires tamen has rabies superasset equorum;  
 Nî rota, perpetuum qua circumvertitur axem,  
 Stipitis occursum fracta ac disjecta fuisset.  
 Excutori curru: lorisque tenentibus artus  
 Viscera viva trahi, nervos in stirpe teneri,  
 Membra rapi partim, partim reprensa relinqui,  
 Ossa gravem dare fracta sonum, fessamque videres  
 Exhalari animam; nullasque in corpore partes,  
 Noscere quas posses: unumque erat omnia vulnus  
 Num potes, aut audes cladi componere nostræ,  
 Nympha, tuam? vidi quoque luce carentia regna:  
 Et lacerum fovi Phlegethontide corpus in undâ.  
 Nec, nisi Apollinæ valido medicamine prolis,  
 Reddita vita foret. quam postquam fortibus herbis  
 Atque ope Pæoniâ, Dite indignante, recepi;  
 Tum mihi, ne præfens augerem muneris hujus  
 Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:  
 Utque forem tutus; possemque impune videri;  
 Addidit ætatem: nec cognoscenda reliquit  
 Ora mihi. Cretenque diu dubitavit habendam  
 Traderet, an Delon. Delo Cretâque relictis  
 Hic posuit: nomenque simul, quod possit equorum  
 Admonuisse, jubet deponere: Quique fuisti  
 Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.  
 Hoc nemo inde colo. de Disque minoribus unus  
 Numine sub dominæ lateo: atque accenseor illi.  
 Non tamen Egeriæ luctus aliena levare  
 Damna valent: montisque jacens radicibus imis  
 Liquitur in lacrymas: donec pietate dolentis  
 Mota soror Phœbi gelidum de corpore fontem  
 Fecit; & æternas artus tenuavit in undas.  
 At Nymphas tetigit nova res: & Amazone natus  
 Haud aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator  
 Fatalem glebam mediis aspexit in arvis,



ponte suâ primum, nulloque agitante, moveri :  
 umere mox hominis, terræque amittere formam;  
 Oraque venturis aperire recentia fatis.  
 Indigenæ dixere Tagen : qui primus Etruscam  
 docuit gentem casus aperire futuros.  
 Urve Palatinis hærentem collibus olim ;  
 Cum subito vidit frondescere Romulus hastam ;  
 Quæ radice nova, non ferro stabat adacta :  
 Et jam non telum, sed lenti viminis arbor,  
 Non expectatas dabat admirantibus umbras.  
 Aut sua flumineâ cum vidit Cibus in undâ  
 Cornua (vidit enim), falsamque in imagine credens  
 Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis,  
 Quæ vidit, tetigit. nec jam sua lumina damnans  
 Restitit, ut victor domito remeabat ab hoste.  
 Ad cælumque oculos, & eodem brachia tollens,  
 Quicquid, ait, Superi, monstro portenditur isto,  
 Me lætum est, patriæ lætum, populoque Quirini ;  
 Live minax, mihi sit. viridique è cespite factas  
 Placat odoratis herbosas ignibus aras :  
 Inaque dat pateris : mactatarumque bidentum,  
 Quid sibi significant, trepidantia consulit exta.  
 Quæ simul inspexit Tyrrhenæ gentis haruspex ;  
 Magna quidem rerum molimina vidit in illis ;  
 Non manifesta tamen. cum verò sustulit acre  
 A pecudis fibris ad Cipi cornua lumen :  
 Rex, ait, ô salve : tibi enim, tibi, Cipe, tuisque  
 Hic locus & Latæ parebunt cornibus arces.  
 Tu modo rumpe moram : portasque intrare patentes  
 Appropera : sic fata jubent. namque Urbe receptus  
 Rex eris ; & sceptro tutus potiùre perenni.  
 Rettulit ille pedem : torvamque à mœnibus Urbis  
 Avertens faciem, Procul, ah procul omina, dixit,  
 Talia Di pellant : multoque ego justius ævum  
 Exul agam ; quam me videant Capitolia regem.  
 Dixit : & extemplo populumque gravemque Se-  
 natum  
 Convocat. ante tamen pacali cornua lauro  
 Velat : & aggeribus factis à milite forti  
 Insistit : priscoque Deos è more precatus,  
 En, ait, hic unus, quem vos ni pellitis urbe,  
 Rex erit. is qui sit, signo, non nomine, dicam.  
 Cornua fronte gerit. quem vobis indicat augur,

Si Romam intravit, famularia jura daturum.  
 Ille quidem potuit portas irrumperere apertas ;  
 Sed nos obstitimus : quamvis conjunctior illo  
 Nemo mihi est. vos Urbe virū prohibete, Quirites  
 Vel, si dignus erit, gravibus vincite catenis :  
 Aut finite metum fatalis morte tyranni.  
 Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus,  
 Murmura pinetis fiunt ; aut qualia fluctus  
 Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos ;  
 Tale sonat populus. sed per confusa frementis  
 Verba tamen vulgi vox eminet una, Quis ille ?  
 Et spectant frontes : prædictaque cornua quarunt  
 Rursus ad hos Cypus, Quem poscitis, inquit, habet  
 Et demtâ capiti populâ prohibente coronâ (tis  
 Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.  
 Demisere oculos omnes ; gemitumque dedere :  
 Atque illud meritis clarum (quis credere possit ?)  
 Inviti videre caput : nec honore carere  
 Ulterius passi, festam imposuere coronam.  
 At proceres, quoniam muros intrare vetaris,  
 Ruris honorati tantum tibi, Cipe, dedere,  
 Quantum depresso subjectis bubus aratro  
 Complecti posses ad finem Solis ab ortu.  
 Cornuaque æratis miram referentia formam  
 Postibus insculpunt, longum mansura per ævum.  
 Pandite nunc, Musæ, præsentia numina vatum,  
 (Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas)  
 Unde Coronidem circumflua Tibridis alveo  
 Insula Romulæ sacris adsciverit urbis.  
 Dira lues quondam Latias vitiaverat auras,  
 Pallidaque ex sanguisquallebant corpora tabo.  
 Funeribus fessi postquam mortalia cernunt  
 Tentamenta nihil, nihil artes posse medentur ;  
 Auxilium cæleste petunt : medianque tenentes  
 Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi :  
 Utque salutifera miseris succurrere rebus  
 Sorte velit, tantaque urbis mala finiat, orant.  
 Et locus, & laurus, &, quas habet illa, phœtræ  
 Intremuere simul : cortinaque reddidit imo  
 Hanc adyto vocem ; pavefactaque pectora movit :  
 Quod petis hinc, propiore loco, Romane, petisses ;  
 Et pete nunc propiore loco. nec Apolline vobis,  
 Qui minuat luctus, opus est ; sed Apolline nato.

te bonis avibus : prolemque arcessite nostram.  
 iussa Dei prudens postquam accepere Senatus ;  
 quam colat, explorant, juvenis Phœbeus urbem :  
 iunque petant ventis Epidauria littora mittunt.  
 que simul incurvâ missi tetigère carinâ ;  
 concilium Graiosque patres adière : darentque  
 travère Deum ; qui præsens funera gentis  
 iniat Ausoniæ. certas ita dicere fortes.  
 iisfidet, & variat sententia ; parsque negandum  
 son putat auxilium ; multi renuère, suamque  
 son emittere opem, nec numina tradere suadent.  
 um dubitant ; seram pepulère crepuscula lucem :  
 Umbraque telluris tenebras induxerat orbi : ]  
 um deus in somnis opifer consistere visus  
 ante tuum, Romane, torum ; sed qualis in æde  
 ste solet : baculumque tenens agreste sinistra ,  
 æfariem longæ dextrâ deducere barbæ :  
 t placido tales emittere pectore voces :  
 one metus : veniam ; simulacraque nostra relin-  
 quam.

hunc modo serpentem, baculû qui vexibus ambit ,  
 erspice : & usque nota visu , ut cognoscere possis.  
 ertar in hunc : sed major ero ; tangusque videbor ,  
 i quantum verti cœlestia corpora debent.  
 xtemplo cum voce Deus, cum voce Deoque  
 omnis abire : somnique fugam lux alma secuta est :  
 ostera sidereos Aurora fugaverat ignes :  
 incerti quid agant proceres ad templa petiti  
 onveniunt operosa Dei : quaque ipse morari  
 ede velit, signis cœlestibus indicet, orant.  
 ix bene desierant ; cum cristis aureus altis  
 i serpente Deus pronuncia sibila misit :  
 dventuque suo signumque, arasque, foresque ,  
 farmoreumque solum, fastigiaque aurea movit :  
 ectoribusque tenus media sublimis in æde  
 onstitit : atque oculos circumtulit igne micantes.  
 errita turba pavet. cognovit numina castos  
 vinctus vittâ crines albente sacerdos :  
 t, Deus en, Deus en ; linguisque animisque favete ,  
 uisquis ades, dixit. sis, ô pulcerrime, visus  
 tiliter : populosque juves tua sacra colentes.  
 uisquis adest, iustum venerantur numê ; & omnes  
 erba sacerdotis referunt geminata : piumque

Æneadæ præstant & mente & voce favorem.  
 Annuit his : motisque Deus rata pignora cristis,  
 Ter repetita dedit vibratâ sibila linguâ.  
 Tum gradibus nitidis delabitur ; oraque retro  
 Flectit : & antiquas abiturus respicit aras :  
 Assuetasque domos, habitataque templa salutat.  
 Inde per injectis adoperram floribus ingens  
 Serpit humum ; flectitq; sinus : mediamq; per urbes  
 Tendit ad incurvo munitos aggere portus.  
 Restitit hinc : agmenque suum, turbæque sequentis  
 Officium placido visus dimittere vultu ;  
 Corpus in Ausonia posuit rate. numinis illa  
 Sensit onus : presâque Dei gravitate carinâ  
 Æneadæ gaudent : cæsoque in littore tauro  
 Torta coronatæ solvunt retinacula puppis.  
 Impulerat levis aura ratem. Deus eminet alte :  
 Impositaque premens puppim cervice recurvam,  
 Cæruleas despectat aquas : modicisque per æquor  
 Ionium Zephyris sexto Pallantidos ortu  
 Italiam tenuit, præterque Lacinia templo.  
 Nobilitata Deæ Scylacæaque littora fertur.  
 Linqvit Iapygiam, lævisque Amphissia remis  
 Saxa fugit : dextra prærupta Ceraunia parte,  
 Romechiumque legit, Caulonaque, Nariciamque,  
 Evincitque fretum, Siculique angusta Pelori,  
 Hippotadæque domos regis, Themeseq; metalla  
 Leucosiamque petit, tepidique rosaria Pæsti.  
 Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ,  
 Et Surrentino generosos palmite colles,  
 Herculeamque urbem, Stabiasque & in otia natam  
 Parthenopen, & ab hac Cumææ templâ Sibyllæ.  
 Hinc calidi fontes, lentisciferumque tenentur  
 Linternum, multamq; trahens sub gurgite arenam  
 Vulturum, niveisque frequens Sinuessa colubris :  
 Minturnæque graves, & quam tumulavit alumnus,  
 Antiphatæque domus, Trachasque obsessa palude,  
 Et tellus Circæa, & spissi litoris Antium.  
 Huc ubi veliferam navæ advertère carinam ;  
 (Asper enim jam pontus erat) Deus explicat orbem :  
 Perque sinus crebros & magna volumina labens,  
 Templa parentis init, flavum tangentia litus.  
 Equore pacato patrias Epidaurius aras  
 Linqvit : & hospitio juncti sibi numinis usus

ittoresam tractu iquamæ crepitantis arenam  
 ulcat : & , innixus moderamine navis , in altâ  
 ppe caput posuit : donec Castrumque , sacrasque  
 avini sedes , Tiberinaque ad ostia venit .  
 uc omnes populi passim , matrumque patrumque  
 bvia turba ruit ; quæque ignes , Troïca , servant ,  
 æsta , tuos : latoque Deum clamore salutant .  
 uaque per adversas navis cita ducitur undas ,  
 hera super ripas , aris ex ordine factis ,  
 arte ab utraque sonant : & odorant aera funis :  
 taque coniectos incalfacit hostia cultros .  
 inque caput rerum Romanam intraverat urbem ;  
 igitur serpens ; summoque acclinia malo  
 oïa movet : sedesque sibi circumspicit aptas .  
 inditur in geminas partes circumdatus annis :  
 sula nomen habet : laterumque à parte duorum  
 orrigit æquales media tellure lacertos .  
 uc se de Latia pinu Phœbeius anguis  
 ontulit : & sinem , specie cæleste resumtâ ,  
 ctibus imposuit ; venitque salutifer Urbi .  
 Hic tamen accessit delubris advena nostris :  
 esar in Urbe suâ Deus est . quem Marte togâque  
 æcipuum , non bella magis finita triumphis ,  
 esque domi gestæ , properataque gloria rerum  
 sidus vertère novum , stellamque comantem ;  
 iam sua progenies . neque enim de Cæsaris actis  
 lum majus opus , quam quod pater exstitit hujus .  
 ilicet æquoreos plus est domuisse Britannos ,  
 rque papyriferi septemflua flumina Nili  
 strices egisse rates : Numidasque rebelles ,  
 nyphiumque Jubam , Mithridatæisque tumentem  
 ominibus Pontum , populo adjecisse Quirini ;  
 multos meruisse , aliquos egisse triumphos ;  
 iam tantum genuisse virum , quo præside rerum  
 umano generi , Superi cavistis abunde .  
 e foret hic igitur mortali semine cretus ;  
 e Deus faciendus erat . quod ut aurea vidit  
 ææ genitrix ; vidit quoque triste parari  
 ntifici letum ; & conjurata arma moveri ;  
 lluit : & cunctis , ut cuique erat obia , Divis ,  
 pice , dicebat , quanta mihi mole parentur  
 fidix : quantaque caput cum fraude petatur ,  
 od de Dardanio solum mihi restat lilo .

Solane semper ero justis exercita curis ?  
 Quam modo Tydidæ Calydonia vulneret hasta ,  
 Nunc male defensæ confundant mœnia Trojæ.  
 Quæ videam natum longis erroribus actum ,  
 Jactarique freto, sedesque intrare silentum ;  
 Bellaque cum Turno gerere ; aut, si vera fatemur  
 Cum Junone magis. quid nunc antiqua recordor  
 Damna mei generis ? timor hic meminisse priorum  
 Non sinit. in me acui sceleratos cernitis enses.  
 Quos prohibete, precor ; facinusque repellite: neve  
 Cæde sacerdotis flammam exstinguite Vestæ.

Talia nequicquam toto Venus anxia cælo  
 Verba jacet: Sup.rosque movet. qui rumpere quan-  
 quam

Ferrea non possunt veterum decreta fororum ,  
 Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.  
 Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes,  
 Terribilesque tubas, auditaque cornua cælo  
 Præmonuisse nefas. Phœbi quoque tristis imago  
 Lurida sollicitis præbebat lumina terris.  
 Sæpe faces vitæ mediis ardere sub astris :  
 Sæpe inter nimbos guttæ cecidère cruentæ.  
 Cæruleus erat : sparsi Lunares sanguine currus.  
 Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo ;  
 Mille locis lacrymavit ebur : cantusque feruntur  
 Auditi, sanctis & verba minacia lucis.  
 Victima nulla litat : magnosque instare tumultus  
 Fibra monet; casumque caput reperitur in extis.  
 Inque foro, circumque domos, & templa Deorum  
 Nocturnos ululasse canes ; umbrasque silentum  
 Erravisse ferunt ; motamque tremoribus urbem.  
 Non tamen insidias venturaque vincere fata  
 Præmonitus potuère Deum : strictique feruntur  
 In templum gladii. neque enim locus ullus in Urbe  
 Ad facinus, diramque placet, nisi Curia, cædem.  
 Tum vero Cytheræa manu percussit utraque  
 Pectus : & ætherea molitur condere nube ;  
 Qua prius infesto Paris est ereptus Atridæ :  
 Et Diomedæos Æneas fugerat enses.  
 Talibus hanc genitor : Sola insuperabile fatum ,  
 Nata, movere paras ? intres licet ipsa fororum  
 Tecta trium ; cernes illic molininc vasto

ære, & solido rerum tabularia ferro :  
 neque concursus cæli, neque fulminis iram,  
 nec metuunt ulla tuta atque æterna ruinas.  
 venies illic incisa adamante perenni  
 ita tui generis. legi ipse; animoque notavi:  
 referam: ne sis etiamnum ignara futuri.  
 sic sua complevit (pro quo, Cytheræa, laboras)  
 tempora, perfectis, quos terræ debuit, annis,  
 et Deus accedat cælo, templisque colatur,  
 tu facies; natusque suus, qui nominis hæres,  
 propositum feret Urbis onus: cæsiq; parentis  
 os in bella suos fortissimus ultor habebit.  
 tuus auspiciis obsesæ mœnia pacem  
 ista petent Mutinæ: Pharsalia sentiet illum,  
 imathiâque iterum madefacti cæde Philippi:  
 et Magnum Siculis nomen superabitur undis:  
 romaniq; ducis conjux Ægyptia tedæ  
 non bene fisa cadet: frustra que erit illa minata,  
 peritura suo Capitolia nostra Canopo.  
 quid tibi Barbaricam, gentes ab utroque jacentes  
 cæano numerem? quodcumque habitabile tellus  
 sustinet, hujus erit. pontus quoque serviet illi.  
 pace data terris, animum ad civilia vertet  
 terra suum, legesque feret justissimus auctor:  
 exemploque suo mores reget: inque futuri  
 temporis ætatem venturorumque nepotum  
 prospiciens, prolem sanctâ de conjugè natam  
 terre simul nomenque suum curasque jubebit.  
 nec, nisi cum senior similes æquaverit annos,  
 ethereas sedes cognataque sidera tanget.  
 hanc animam interea cæso de corpore raptam  
 ac jubar, ut semper Capitolia nostra Forumque  
 vivus ab excelsâ prospectet Julius æde.  
 Vix ea factus erat; mediâ cum sede Senatûs  
 constitit alma Venus nulli cernenda: sui que  
 æsarîs eripuit membris, nec in aëra solvi  
 assa recentem animam, cælestibus intulit astris.  
 unumque tulit; lumen capere, atque ignescere sensit:  
 militique sinu. Luna volat altius illa:  
 flammi ferumque trahens spatioso limite crinem  
 cella micat, natiq; videns benefacta; fatetur  
 esse suis majora; & vinci gaudet ab illo.  
 sic sua præferri: quanquam vetat acta paternis;

Libera fama tamen, nullisque obnoxia iustis,  
 Invitum præfert; unaque in parte repugnat.  
 Sic magni cedit titulis Agamemnonis Atreus:  
 Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.  
 Denique, ut exemplis ipsos æquantibus utar,  
 Sic & Saturnus minor est Jove. Jupiter arces  
 Temperat æthereas, & mundi regna trifurcis:  
 Terra sub Augusto. pater est & rector uterque.  
 Di, precor, Æneæ comites, quibus ensis & ignis  
 Cesserunt, Dique Indigetes, genitorque, Quirine.  
 Urbis, & invicti genitor, Gradive, Quirini,  
 Vestaque Cæsareos inter sacrata Penates;  
 Et cum Cæsareâ tu, Phœbe domestice, Vestâ,  
 Quique tenes altus Tarpeias Jupiter arces,  
 Quosque alios vati fas appellare piūque;  
 Tarda sit illa dies, & nostro serior ævo,  
 Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto  
 Accedat cælo: faveatque precantibus absens.

Jamq; opus exegi: quod nec Jovis ira, nec ignes  
 Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.  
 Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis hujus  
 Jus habet, incerti spatium mihi finiat ævi:  
 Parte tamen meliore mei super alta perennis  
 Astra ferar: nomenque erit indelebile nostrum.  
 Quaque patet domitis Romana potentia terris,  
 Ore legar populi: perque omnia secula famâ  
 (Si quid habent veri vatum præfagia) vivam.

F I N I S.



OVIDII

NASONIS

OPERUM

TOMUS III.

*In quo Fastorum Lib. VI. Tristium V.  
De Ponto IV. Diræ in Ibin, &c.*



AMSTELODAMI,  
Typis Danielis Elzevirii,

Sumptibus Societatis.

1664.

8272688943107

OTHELLO

TOMAS

SHAKESPEARE

1616

1616

1616

1616

1616

1616

1616

1616

1616

1616

1616

1616

1616

# AMICELECTOR,

*Kalendarium, quod vides, cum in vetustis membranis reperissem, quamvis mendosum fædeque depravatum multis partibus, & ab homine hujus argumenti non satis perito confectum; quia tamen Fastus Nasonianus attexitur plerumque in codicibus antiquis, nos quoque illud in editione hac nostra nequaquam duximus omittendum, adornaturi & ipsi aliquando Fastos, qui Nasonianus accuratius respondeant. Vale.*

## KALENDARIIUM.

### JANUARIUS.

**A** Kal. Januarii. Jani festum, Junonis, Jovis, & Æsculapii.

**b** iv. No.

**c** iii. No. Cancer occidit cosmice.

**d** ii. No.

**e** Nonis. Lyra oritur.

**f** viii. Id.

**g** vii. Id.

**A** vi. Id. Festa Jani Agonalia. Delphin oritur.

**b** v. Id. Medietas hyemis.

**c** iv. Id.

**d** iii. Id. Festa Carmentis & Juturnæ.

**e** ii. Id.

**f** Idibus. Festum Jovis. Redditæ sunt provinciæ populo Romano.

**g** xix. Kal. Febr. Cæsar Augustus vocatur.

**A** xviii. Kal. Sacrificium Carmentis. Festum Porrimæ & Postvertæ.

**b** xvii. Kal. Festum Concordiæ.

**c** xvi. Kal.

**d** xv. Kal. Sol in aquario.

4 KALENDARIVM.

e	xiv.	Kal.	
f	xiii.	Kal.	
g	xii.	Kal.	
A	xi.	Kal.	
b	x.	Kal.	
c	ix.	Kal.	Lyra occidit.
d	viii.	Kal.	Pectus Leonis occultitur.
e	vii.		
f	vi.	Kal.	Festum Castoris & Pollucis.]
g	v.		
A	iv.	Kal.	
b	iii.	Kal.	Festum Pacis.
c	ii.	Kal.	

FEBRUARIUS.

d	Kal.	Febr.	Templum factum est Carmenti. Celebratur Asylum.
e	iv.	Non.	Lyra penitus occidit.
f	iii.	Non.	Occidit Delphin.
g	ii.	Non.	
A	Nonis.		Augustus dictus est pater patriæ. Aquarius vadit ad occasum.
b	viii.	Id.	
c	vii.	Id.	[Primus dies Feralium.]
d	vi.	Id.	
e	v.	Id.	Ver incipit.
f	iv.	Id.	Initium Veris.
g	iii.	Id.	Bootes oritur. & est festum Fauni.
A	ii.	Id.	
b	Idibus.		Festum Jovis & Fauni. Nefastus dies Fabiorum.
c	xvi.	Kal.	Martii. Anguis, Corvus, Crater oriuntur.
d	xv.	Kal.	Sol intrat in Pisces. Iterum Fauni.
e	xiv.	Kal.	
f	xiii.	Kal.	Festum Quirini. Festum stultorum & Fornacis.
g	xii.	Kal.	Feralia.
A	xi.	Kal.	Caristia virorum.
b	x.	Kal.	Terminj.

KALENDARIVM.

5

- e ix. Kal.  
d viii. Kal. Fuga Tarquinii superbi. Veris initium.  
e vii. Kal.  
f vi. Kal.  
g v. Kal.  
A iv. Kal.  
b iii. Kal. Equiria in campo Martio.  
c ii. Kal.

MARTIVS.

- d Martii. Festum Martis & Junonis. Ancilia feruntur. non est bonum nūbere.  
e vi. Non.  
f v. Non. Alter piscium conditur. Oritur vindemitor.  
g iv. Non. Bootes citius, vindemitor tardius occidunt cosmice.  
A iii. Non. Festum Vestæ. Cathedra Julii.  
b ii. Non. Festum Vejovis. Pegasus oritur heliace.  
c Nonis.  
d viii. Id. Corona Ariadnes oritur.  
e vii. Id.  
f vi. Id.  
g v. Id.  
A iv. Id.  
b iii. Id.  
c ii. Id. Altera Equiria fiunt juxta Tyberim.  
d Idibus. Festum Annæ Perennæ. Julius Cæsar occisus in Capitolio.  
e xvii. Kal. Aprilis Scorpius oritur.  
f xvi. Kal. Milvius oritur. Festum Bacchi. Vilis anicula hederis coronata vendit populo libatum. Melle Libero patri sacrificamus. Libera toga datur. Milvus oritur chronice. Festum est Ledæorum qui fuerunt Argivi, vel Larium.  
g xv. Kal.

6

## KALENDARIVM.

A	xiv.	Kal. Quinquatria Palladis captæ.
b	xiii.	Kal.
c	xii.	Kal.
d	xi.	Kal. Sol in Arietem.
e	x.	Kal. Ultimus dies quinquatruum.
f	ix.	Kal.
g	viii.	Kal. Æquinoctium vernale.
A	vii.	Kal.
b	vi.	Kal.
c	v.	Kal. Festum Jani, Concordiæ, Pacis, & Salutis.
d	iv.	Kal.
e	iii.	Kal.
f	ii.	Kal. Festa Lunæ labentis. Templum in Aventino monte.

## A P R I L I S.

g	Kal. Aprilis.	Festum Veneris & Virilis For- tunæ. Scorpius occidit.
A	iv.	No. Pleiades oriuntur.
b	iii.	No. Meretrices lavantur sub myrto. Fors Fortuna Virilis. Scorpius occidit cosmice.
c	ii.	No. Hebæ & Matri Deorum. Mega- lenses ludi fiunt.
d	Nonis.	Festum Publicæ Fortunæ.
e	viii.	Id. Orion occidit chronice.
f	vii.	Id. Festum Cerealium ludorum. Li- bra occidit cosmice. Juba vi- ctus est à Jul. Cæsare.
g	vi.	Id.
A	v.	Id.
b	iv.	Id.
c	iii.	Id.
d	ii.	Id.
e	Idibus.	Festum Jovis victoris. Templum ..... Libertatis.
f	xviii.	Kal. Maii. Dies grandinosa. Augu- stus Cæsar vicit Mutinenses.
g	xvii.	Kal. Forda litatur Telluri.
A	xvi.	Kal. Triumphus Augusti. Hyades occidunt heliace.
b	xv.	Kal. Sol in Taurum.

c xiv.

KALENDARIVM. 7

- c XIV. Kal. Equiria. Combustio vulpium.  
 d XIII. Kal. Festa Palis. Roma condita.  
 e XII. Kal.  
 f XI. Kal. Festa Veneris Vinalia.  
 g X. Kal.  
 A IX. Kal.  
 b VIII. Kal.  
 c VII. Kal.  
 d VI. Kal. Festum Rubiginis. Arius oritur

heliace. \* Prothius oritur co-  
 sinice, occidit heliace. Tem-  
 pora Veris prima finita sunt.

- e V. Kal.  
 f IV. Kal. Festum Floræ & Vestæ.  
 g III. Kal.  
 A II. Kal.

M A I U S.

- b Kal. Maii. Amalthea. capra oritur cosinice.  
 Ara Laribus posita.  
 c VI. No. Flat ventus Argestes. Hyades o-  
 riuntur cosinice. Finis Flora-  
 lium.  
 d V. No. Panthera Chironis oritur chro-  
 nice.  
 e IV. No.  
 f III. No. Stellificatio Lyræ. Sagittarius  
 oritur.  
 g II. No. Scorpius apparet in parte media.  
 A Nonis.  
 b VIII. Id. Lemuria celebrantur. non est bo-  
 num nubere.  
 c VII. Id. Orion occidit chronice.  
 d VI. Id. Festum Martis Bisulcoris.  
 e V. Id.  
 f IV. Id.  
 g III. Id.  
 A II. Id. Pleiades oriuntur heliace. æstas  
 incipit.  
 b Idibus. Ora Tauri oriuntur heliace. Scirpea  
 simulacra mittuntur in Tiberim. Festum est Mercurii.  
 c XVII. Kal. Junii.

KALENDARIVM.

<b>g</b>		
<b>d</b>	xvi.	Kal. Junii.
<b>e</b>	xv.	Kal. Sol it in Geminos. Agonia Junia fiunt.
<b>f</b>	xiv.	Kal. Canis Orionis exit.
<b>g</b>	xiii.	Kal. Lustra Vulcani fiunt.
<b>A</b>	xii.	Kal.
<b>b</b>	xi.	Kal.
<b>c</b>	x.	Kal. Mos sacrorum pro fuga Tarquini faciendorum. non modo inest fuga Tarquini. inest viii Kal. Mart.
<b>d</b>	ix.	Kal. Festum Publicæ Fortunæ.
<b>e</b>	viii.	Kal. Rostra aquilæ oritur chronice.
<b>f</b>	vii.	Kal. Bootes occidit heliace.
<b>g</b>	vi.	Kal. Hyas occidit heliace, oriens cosmice.
<b>A</b>	v.	Kal.
<b>b</b>	iv.	Kal.
<b>c</b>	iii.	Kal.
<b>d</b>	ii.	Kal.

JUNIUS.

<b>e</b>	Junii.	Festa Carnæ, Junonis Monestæ, Martis, & Tempestatis. Aquila oritur chronice.
<b>f</b>	iv.	No. Hyades oriuntur heliace.
<b>g</b>	iii.	No. Bellonæ Festum.
<b>A</b>	ii.	No. Dedicatio templi Herculis.
<b>b</b>	Nonis.	Festum Trinonii dei Fidei Sancti Semipatris. malum est nubere ante Idus.
<b>c</b>	viii.	Idus.
<b>d</b>	vii.	Id. Tergum ursæ occidit heliace, & regis Lycaoni. Lycaonida fiunt ludi Tyberis.
<b>e</b>	vi.	Id. Datum est templum Menti. Festum est Vestæ. Asinus coronatur. ara Priapi. Priori Palladium liberatur ab igni Gallico. Mors Crassi & suorum.
<b>f</b>	v.	Id. Delphin oritur chronice.
<b>g</b>	iv.	Id. Matralia fiunt. Rutilius & Didius occiduntur. Templum Fortu-



KALENDARIVM.

næ Servius; Concordiæ Liviæ  
dedicavit.

- A III. Id.  
 b II. Id.  
 c Idibus. Jovi inuictò datum est templum.  
 Minora quinquatria Palladis  
 fiunt.  
 d xviii. Kal. Julii.  
 e xvii. Kal. Dione orta est heliace in fronte  
 Tauri.  
 f xvi. Kal. Flat Zephyrus prosper navi-  
 gantibus.  
 g xv. Kal. Sol in Cancrum. Pallas colitur  
 in Aventina arce.  
 A xiv. Kal. Secundus ventus. Orion oritur  
 heliace.  
 b xiii. Kal. Delphin oritur chronice. Sol in  
 Cancrum. Volsci & Æqui vin-  
 cuntur.  
 e xii. Kal. Templum datum est Sumano  
 Jovi.  
 d xi. Kal. Æsculapius, qui & dicitur O-  
 phiuchus & Serpentarius,  
 chronice oritur.  
 e x. Kal.  
 f ix. Kal. Victus est Flaminius.  
 g viii. Kal. Syphax vincitur. Hasdrubal oc-  
 ciditur. Festum Fortis Fortu-  
 næ. Solstitium.  
 A vii. Kal. Festum Larium & Jovis Stato-  
 ris.  
 b vi. Kal. Orion apparet à Zona inferius.  
 Solstitium.  
 e v. Kal. Laurum.  
 d iv. Kal. Templum Quirino factum.  
 e iii. Kal.  
 f ii. Kal. Festum Pieridum.

F I N I S.

## P. OVIDII NASONIS

## V I T A,

Ex vetusto codice Pomponii Læti, cujus apographum exstat in Vaticana Bibliotheca.

**P.** Ovidius Naso a. d. xii Kal. April. Sulmon in Pelignis natus est. quo anno bello Mutinensi P. Hirtius & C. Pansa Coss. diem obiere. honoribus Romæ functus. fuit enim arbiter & triumphator, & iudicium inter centum viros dixit. Sui Plotio Grippo literis eruditus. deinde apud Marcellum Fuscum Rhetorem, cujus auditor fuit, optime declamavit. Admirator plurimum Porci Latronis fuit, quem adeo studiose audivit, ut multas ejus sententias in versus suos transtulerit. Bonus declamator & ingeniosus habitus est, & carmine prosa licenter scripsit, ingenii sui adeo amator, ut ex iis, quæ dixit, etiam precantibus amicis, nihil mutaverit. In carminibus vitia sua non ignoravit, sed amavit. Militavit sub M. Varrone. Julio Græcino Grammatico familiaris. Tandem cum venisset in suspicionem Augusti, creditus sub nomine Corinnæ amasse Juliam, in exilium missus est. exulavit Tomis. Ibi que decessit annum agens lxxviii.

## ALIA NASONIS VITA,

Ex Codice Farnesiano.

**P.** Ovidius Naso Pelignis natus eo anno quo Hirtius & Pansa Coss. in Mutinensi bello perierunt simul, quo cœpit triumviratus. fratrem habuit nomine Lucium natu majorem, defunctum tamen in minimis annis. Romæ sub Plotio Grippo literis operam dedit. à Cornelio Gallo ditissimo & doctissimo cive, & à M. Varrone multa cepit. Familiarissimus fuit Julii Hygini Grammatici. Paternis stimulis foro aliquamdiu incubuit. unde plerumque iudicium dixerit inter centum viros. post parentis mortem ad poetice integer rediit, scripsit.

II

ſeque libros duos Heroïdum Epiftolarum. inde  
um M. Varrone Aſiam petiit. ſub quo militavit.  
eque prius huc ſe contulit, quam peritiſſimus li-  
brarum Græcarum foret. Scripſit inde epiftolas  
quaſdam ad Tiberii filiam ſub falſo nomine ac ficto  
Corinthe inſcriptas, quæ propter crimen læſæ ma-  
eſtatis combuſtæ fuerunt. inde & exilium meruit.

ANGELI POLITIANI  
ELEGIA DE EXILIO ET  
MORTE OVIDII.

**E**T jacet Euxinis vates Romanus in oris :  
Romanum vatem barbara terra tegit.  
Terra tegit vatem, teneros qui luſit amores,  
Barbara : quam gelidis alluit Iſter aquis.  
Nec te Roma pudet, quæ tanto immitis alumno,  
Pectora habes iſtis barbariora Getis ?  
Ecquid, Iô Muſæ, Scythicis in finibus ægro  
Tædia qui morbi demeret, ullus erat ?  
Ecquid frigidulos qui lecto imponeret artus,  
Aut qui dulciloquo falleret ore diem ?  
Aut qui tentaret ſalientis tempora venæ,  
Aut fomenta manu qui properata daret ?  
Conderet aut oculos media jam morte natantes,  
Aut legeret ſummam qui pius ore animam ?  
Nullus erat : nullus. veteres, tu dura, ſodales  
Heu procul à Ponto, Martia Roma, tenes !  
Nullus erat. procul ah conjux, parvique nepotes :  
Nec fuerat profugum nata ſequuta patrem.  
Scilicet immanes Beſſi flavique Coralli,  
Aut vos pelliti faxea corda Getæ,  
Scilicet horribili dederit ſolamina vultu  
Sarmata, ab epoto ſæpe vehendus equo ?  
Sarmata, cui rigidam demifſo in lumine frontem  
Mota pruinoſo tempora crine ſonant.  
Sed tamen & Beſſi extinctum, & flere Coralli,  
Sarmataque : & durus contudit ora Getes.  
Extinctum & montes flebant, & ſylva, feræque,  
Et fleſſe in mediis dicitur Iſter aquis.  
Quin etiam pigro concretum frigore Pontum

Ne-

Nereïdum lacrymis intepuisse ferunt.  
 Accurrere leves Paphia cum matre volucres,  
 Arsuroque faces supposuere rogo.  
 Quem simul absumsit rapidæ violentia flammæ  
 Reliquias testæ composuere cado.  
 Impositumque brevi signarunt carmine saxum:  
 Qui jacet hic, teneri doctor amoris erat.  
 Ipsa locum late sancto Cytheræa liquore  
 Irrorat nivea terque quaterque manu.  
 Vos quoque Pierides vati libastis adempto  
 Carmina, sed nostro non referenda sono.

DE EODEM CARMEN  
 JUL. CÆSARIS SCALIGERI

*Loquitur ipse Ovidius ad Augustum.*

**A** Me utinam inciperes ferus esse, cruento: no  
 atlas  
 Per cædes faceres ad mea fata gradum.  
 Si mea te movit tetricum lasciva Juventus,  
 Te juvenem damnas perditus: exsul abi.  
 Impia flagitiis squalent penetralia diris:  
 Damnati superant nomina fœda rei.  
 Non te divinum ingenium, non candida tangunt  
 Pectora, non Clario lingua secunda deo.  
 Lactea mollivit veteres mea vena poetas;  
 Et rerum docuit pondera certa novos.  
 Cum te laudarem, tunc sum mentitus: ob unum hoc  
 Exilii fuerat debita pœna mihi.

P. OVIDII NASONIS  
**A S T O R U M**

L I B E R I.



Empora cum caussis Latium digesta  
 per annum ,

Lapsaque sub terras , ortaque si-  
 gna , canam.

Excipe pacato , Cæsar Germanice ,  
 vultu

Hoc opus : & timidæ dirige navis iter.

fficii que levem non averfatus honorem ,

En tibi devoto munere , dexter ades.

era recognosces Annalibus eruta priscis ;

Et quo fit merito quæque notata dies.

venies illic & festa domestica vobis.

Sæpe tibi Pater est , sæpe legendus Avus.

naque ferunt illi pictos signantia Fastos ,

Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.

æfaris arma canant alii ; nos Cæsaris aras :

Et quoscunque sacris addidit ille dies.

anue conanti per laudes ire tuorum :

Deque meo pavidos excute corde metus.

a mihi te placidum ; dederis in carmina vires.

Ingenium vultu statque caditque tuo.

gina judicium docti subitura movetur

Principis , ut Clario missa legenda Deo.

uæ sit enim culti facundia sensus oris ,

Civica pro trepidis cum tulit arma reis.

imus & , ad nostras cum se tulit impetus artes ,

Ingenii currant flumina quanta tui.

licet , & fas est , vates rege varis habenas :

Auspice te felix totus ut annus eat.

Empora digereret cum conditor Urbis , in anno

Constituit menses quinque bis esse suo.

ilicet arma magis , quam sidera , Romule , no-

ras :

Curaque finitimos vincere major erat.

ft tamen & ratio , Cæsar , quæ moverit illum :

Erroremque suum quo tueatur habet.

Quod

Quod satis est, utero matris dum prodeat infans.

Hoc anno statuit temporis esse satis.

Per totidem menses à funere conjugis uxor.

Sustinet in viduâ tristia signa domo.

Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,

Cum rudibus populis annua jura daret.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus.

Hæc generis princeps, ipsius ille pater.

Tertius à Senibus, Juvenum de nomine quartus.

Quæ sequitur, numero turba notata fuit.

At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbra.

Mensibus antiquis apposuitque duos.

**N**E tamen ignores variorum jura dierum:

Non habet officii Lucifer omnis idem.

Ille Nefastus erit, per quem tria verba silentur:

Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Neu toto perstare die sua jura putaris;

Qui jam Fastus erit, mane Nefastus erat.

Nam simul exta Deo data sunt, licet omnia fari.

Verbaque honoratus libera Prætor habet,

Est quoque, quo populumj us est includere septi.

Est quoque, qui nono semper ab orbe redit.

Vindicat Ausonias Junonis cura Kalendas:

Idibus alba Jovi grandior agna cadit.

Nonarum tutela Deo caret. omnibus istis

(Ne fallare cave) proximus Ater erit.

Omen ab eventu est: illis nam Roma diebus

Damna sub adverso tristia Marte tulit.

Hæc mihi dicta semel, totis hærentia Fastis,

(Ne seriem rerum scindere cogar) erunt.

**E**Cce tibi faustum, Germanice, nunciat annum

Inque meo primus carmine Janus adest.

Jane biceps, anni tacitè labentis origo,

Solus de Superis qui tua terga vides;

Dexter ades Ducibus; quorum securo labore

Otia terra ferax, otia pontus agit.

Dexter ades Patribusque tuis, Populoque Quirini

Et resera nutu candida teræpla tuo.

Prospera lux oritur: linguisque animisque favete.

Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Lite vacent aures; insanaque protinus absint

Jurgia. differ opus, livida lingua, tuum.

Cervis, odoratis ut luceat ignibus æther;

Et sonet accensis spica Ciliffa focis?  
 Lamma nitore suo templorum verberat aurum,  
 Et tremulum summâ spargit in æde jubar.  
 Vestibus intactis Tarpeias itur in arces:  
 Et populus festo concolor ipse suo est.  
 Jamque novi præeunt fasces; nova purpura fulget:  
 Et nova conspicuum pondera sentit ebur.  
 Colla rudes operum præbent ferienda juvenci,  
 Quos aluit campis herba Falisca suis.  
 Jupiter, arce suâ totum cum spectet in orbem;  
 Nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.  
 Salve, læta dies, meliorque revertere semper,  
 A populo rerum digna potente coli.  
 Quem tamen esse Deum te dicam, Jane biformis?  
 Nam tibi par nullum Græcia numen habet.  
 de simul causam, cur de cælestibus unus,  
 Sitque quod à tergo, sitque quod ante, vid es.  
 hæc ego cum sumtis agitarem mente tabellis;  
 Lucidior visa est, quam fuit ante, domus.  
 Num sacer ancipiti mirandus imagine Janus  
 Bina repens oculis obtulit ora meis,  
 Obstupui; sensique metu riguisse capillos:  
 Et gelidum subito frigore pectus erat.  
 de tenens dextrâ baculum, clavemque sinistra,  
 Edidit hos nobis ore priore sonos:  
 Adspice metu posito, vates operose dierum,  
 Quod petis; & voces percipe mente meas.  
 de Chaos antiqui (nam res sum prisca) vocabant.  
 Adspice, quam longi temporis acta canam.  
 Incidus hic æt, & quæ tria corpora restant,  
 Iguis, aquæ, tellus, unus acervus erant.  
 Et semel hæc rerum secessit lite suarum,  
 Inque novas abiit massa soluta domos;  
 Lamma petitaltum; propior locus æra cepit;  
 Sederunt medio terra fretumque solo. (les,  
 Tunc ego, qui fueram globus, & sine imagine mo-  
 In faciem redii dignaque membra Deo.  
 Tunc quoq;, confusæ quondam nota parva figuræ,  
 Ante quod est in me, postque videtur idem.  
 Accipe quæsitæ quæ causa sit altera formæ:  
 Hanc simul ut noris, officiumque meum.  
 Quidquid ubiq; vides, cælum, mare, nubila, terras;  
 Omnia sunt nostra clausa patentque manu.

Me penes est unum vasti custodia mundi :  
 Et jus vertendi cardinis omne meum est.  
 Cum libuit Pacem placidis emittere tectis ;  
 Libera perpetuas ambulat illa vias.  
 Sanguine letifero totus miscebitur orbis ,  
 Ni teneant rigidæ condita bella seræ.  
 Præsideo foribus cæli cum mitibus Horis :  
 It redit officio Jupiter ipse meo.  
 Inde vocor Janus. cui cum Cereale sacerdos  
 Imponit libum, mixtaque farra sali ;  
 Nomina ridebis. modo namque Patulcius idem  
 Et modo sacrificio Clusius ore vocor.  
 Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas  
 Nomine diversas significare vices.  
 Vis mea narrata est : caussam nunc discite figuræ.  
 Jam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.  
 Omnis habet geminas hinc atq; hinc janua fronte  
 E quibus hæc populum spectat, at illa Larem.  
 Utque sedens vester primi prope limina tecti  
 Janitor egressus introitusque videt ;  
 Sic ego perspicio cælestis janitor aulæ  
 Eas partes, Hesperiasque simul.  
 Ora vides Hecates in tres vergentia partes ,  
 Servet ut in ternas compita secta vias.  
 Et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam ,  
 Cernere non moto corpore bina licet.  
 Dixerat : & vultu, si plura requirere vellem ,  
 Se mihi difficilem non fore, fassus erat.  
 Sumsi animum, gratesque Deo non territus egi :  
 Verbaque sum spectans pauca locutus humum.  
 Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus ,  
 Qui melius per ver incipiendus erat ?  
 Omnia tunc florent : tunc est nova temporis ætas  
 Et nova de gravido palmitè gemma tumet.  
 Et modo formatis amicitur vitibus arbos ;  
 Prodit & in summum feminis herba solum:  
 Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent ;  
 Ludit & in pratis, luxuriatque pecus.  
 Tum blandi soles : ignotaque prodit hirundo ;  
 Et luteum celsa sub trabe fingit opus.  
 Tum patitur cultus ager, & renovatur aratro.  
 Hæc anni novitas jure vocanda fuit.  
 Quæsieram multis : non multis ille moratus ,



Contulit in versus sic sua verba duos.

Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis :  
 Principium capiunt Phœbus & annus idem.  
 Post ea mirabar, cur non sine litibus esset  
 Prima dies. Causam percipe, Janus ait.  
 Tempora committi nascentia rebus agendis ;  
 Totus ab auspicio ne foret annus iners.  
 Quisque suas artes ob idem delibat agendo :  
 Nec plus quam solitum testificatur opus.  
 Mox ego, Cur, quamvis aliorum numina placem,  
 Jane, tibi primo thura merumque fero ?  
 Ut per me possis aditum, qui limina servo,  
 Ad quoscunque velim profus, habere Deos.  
 At cur laxa tuis dicuntur verba Kalendis ;  
 Et damus alternas accipimusque preces ?  
 Tum Deus incumbens baculo, quæ dextra gerebat ;  
 Omnia principiis, inquit, inesse solent.  
 Ad primam vocem timidas advertitis aures :  
 Et visam primum consulit augur avem.  
 Tempa patent auresque Deum: nec lingua caducas  
 Concipit ulla preces ; dictaque pondus habent.  
 Desierat paucis : nec longa silentia feci ;  
 Sed tetigi verbis ultima verba meis :  
 Quid vult palma sibi, rugosaque carica, dixi,  
 Et data sub niveo candida mella favo ?  
 Omen, ait, causa est, ut res sapor illic sequatur ;  
 Et peragat cœptum dulcis ut annus iter.  
 Dulcia cur dentur video : stipis adjice causam,  
 Pars mihi de festo ne labet ulla tuo.  
 Risit ; & , O quam te fallunt tua sicula, dixit,  
 Qui stipe mel sumta dulcius esse putes !  
 Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,  
 Cujus non animo dulcia lucra forent. (di.  
 Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habent  
 Vix ultra, quo jam progrediatur, habet.  
 Pluris opes nunc sunt, quam prisca temporis annis ;  
 Dum populus pauper, dum nova Roma fuit :  
 Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,  
 Et dabat exiguum fluminis ulva torum.  
 Jupiter angusta vix totus stabat in æde ;  
 Inque Jovis dextra fictile fulmen erat.  
 Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis :  
 Pascebatque suas ipse Senator oves.

Nec pudor, in stipulâ placidam cepisse quietem  
 Et fœnum capiti supposuisse, fuit.  
 Jura dabat populis posito modo Consul aratro ;  
 Et levis argenti lamina crimen erat.  
 At postquam Fortuna loci caput extulit hujus ;  
 Et tetigit summos vertice Roma Deos ;  
 Creverunt & opes, & opum furiosa cupido :  
 Et, cum possideant plurima, plura volunt.  
 Quærere ut absument, absumenta requirere certant  
 Atque ipsæ vitis sunt alimenta vices.  
 Sic, quibus intumuit suffusâ venter ab undâ,  
 Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.  
 In pretio pretium nunc est. dat census honores ;  
 Census amicitias : pauper ubique jacet.  
 Tu tamen auspiciam si sit stipis utile quæris,  
 Curque juvent nostras æra vetusta manus.  
 Æra dabant olim ; melius nunc omen in auro est  
 Victaque concedit prisca moneta novæ. (mus  
 Nos quoq; templa juvant, quamvis antiqua probe  
 Aurea. majestas convenit ista Deo.  
 Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.  
 Mos tamen est æquè dignus uterque coli.  
 Finierat monitus. placidis ita rursus, ut ante,  
 Clavigerum verbis alloquor ipsè Deum :  
 Multa quidem didici. sed cur navalis in ære  
 Altera signata est, altera forma biceps ?  
 Noscere me duplici posses in imagine, dixit ;  
 Ni vetus ipsa dies extenuaret opus.  
 Causa ratis superest: Thuscum rate venit in amnem  
 Ante pererrato falcifer orbe Deus.  
 Hac ego Saturnum memini tellure receptum.  
 Cœlitibus regnis ab Jove pulsus erat.  
 Inde diu genti mansit Saturnia nomen :  
 Dicta quoque est Latium terra, latente Deo.  
 At bona posteritas puppim servavit in ære ;  
 Hospitis adventum testificata Dei.  
 Ipsè solum colui, cujus placidissima lævum  
 Radit arenosi Tibridis unda latus.  
 Hic, ubi nunc Roma est, incædna silva virebat :  
 Tantaque res paucis pascua bubus erat.  
 Arx mea collis erat, quem cultrix nomine nostro  
 Nuncupat hæc ætas, Janiculumque vocat.  
 Tunc ego regnabam, patiens cum terra Deorum

Esset, & humanis numina mista locis.  
 Nondum Justitiam facinus mortale fugarat.  
 Ultima de Superis illa reliquit humum.  
 Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat.  
 Nullus erat, justis reddere jura, labor.  
 Nil mihi cum bello : pacem postesque tuebar :  
 Et clavam ostendens, Hæc, ait, arma gero.  
 Prellerat ora Deus. tunc sic nostra ora resolvo ;  
 Voce meâ voces eliciente Deo.  
 Cum tot sint Jani ; cur stas sacratus in uno ,  
 Hic ubi juncta foris templa duobus habes ?  
 Ille manu mulcens propexam ad pectora barbaram,  
 Protinus Oebalii rettulit arma Titi.  
 Utque levis custos armillis capta Sabinis  
 Ad summæ Tatium duxerit arcis iter.  
 Inde, velut nunc est, per quem descenditis, inquit,  
 Arduus in valles & Fora clivus erat.  
 Et jam contigerat portam : Saturnia cujus  
 Demserat appositas insidiosa feras.  
 Cum tanto veritus committere numine pugnam ,  
 Ipse meæ movi callidus artis opus.  
 Oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi ;  
 Sumque repentinas ejaculatus aquas.  
 Ante tamen gelidis subjeci sulphura venis :  
 Clauderet ut Tatio fervidus humor iter.  
 Cujus ut utilitas pulsus percepta Sabinis ;  
 Quæque fuit, tuto reddita forma loco est ,  
 Ara mihi posita est parvo conjuncta sacello :  
 Hæc adolet flammis cum strue farra suis.  
 At cur pace lates, motisque recluderis armis ?  
 Nec mora ; quæsi reddita causa mihi.  
 Ut populo reditus pateant ad bella profecto ,  
 Tota patet demtâ janua nostra sera.  
 Pace fores obdo ; ne qua discedere possit :  
 Cæsareoque diu nomine clausus ero.  
 Dixit ; & attollens oculos diversa tuentes,  
 Adspexit toto quidquid in orbe fuit.  
 Pax erat ; & vestri, Germanice, causa triumphâ  
 Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.  
 Jane, face æternos, Pacem, Pacisque ministros :  
 Neve suum, præsta, deserat auctor opus.  
 Quod tamen ex ipsis licuit mihi discere Fæstis ;  
 Sacra esse Patres hæc duo templa die.

Accepit Phœbo Nymphaque Coronide natura  
 Infula, dividuâ quam premit amnis aquâ.  
 Jupiter in parte est. cepit locus unus utrumque :  
 Junctaque sunt magno templa nepotis avo.  
**Q**uid vetat & stellas, ut quæq; oriturq; caditque  
 Dicere? promissi pars sit & ista mei.  
 Felices animos, quibus hæc cognoscere primis,  
 Inque domos superas scandere cura fuit?  
 Credibile est illos pariter vitiisque locisque  
 Altius humanis exseruisse caput.  
 Non Venus & vinum sublimia pectora fregit;  
 Officiumve fori, militiæve labor.  
 Nec levis ambitio, perfusaque gloria furo;  
 Magnarumve fames sollicitavit opum.  
 Admovère oculis distantia sidera nostris;  
 Ætheraque ingenio supposuère suo.  
 Sic petitur cælum: non ut ferat Ossan Olympus;  
 Summaque Peliacus sidera tangat apex.  
 Nos quoque sub ducibus cælum metamur illis,  
 Ponemusque suos ad stata signa dies.  
**E**rgo ubi nox aderit venturis tertia Nonis,  
 Sparsaque cælesti rore madebit humus;  
 Octipedis frustra quærentur brachia Cancris:  
 Præceps occiduas ille subivit aquas  
**I**nstitierint Nonæ: missi tibi nubibus atris  
 Signa dabunt imbres, exoriente Lyra.  
**Q**uattuor adde dies ductis ex ordine Nonis;  
 Janus Agonali luce piandus erit.  
 Nominis esse potes succinctus causâ minister,  
 Hostia cælitibus quo feriente cadit.  
 Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,  
 Semper (Agone?) rogas, nec nisi iussus agis.  
 Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu  
 Nomen Agonalem credit habere diem.  
 Pars putat hoc festum priscais Agnalia dictum;  
 Una sit ut proprio littera demta loco.  
 An, quia prævisos in aqua timet hostia cultros,  
 A pecoris lux est ista notata metu?  
 Pars etiam, fieri solitis ætate priorum  
 Nomina de ludis Graja tulisse diem.  
 Et pecus antiquus dicebat Agoxia sermo:  
 Veraque iudicio est ultima causâ meo.  
 Utque ea nunc certa est; ita Rex placare sacrorum

Numina lanigeræ conjuge debet ovis.

Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur.

Hostibus amotis hostia nomen habet.

Ante, Deos homini quod conciliare valeret,

Far erat, & puri lucida mica falis.

Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas

Acta per æquoreas hospita navis aquas.

Thura nec Euphrates, nec miserat India costum,

Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,

Et non exiguo laurus adusta sono.

Si quis erat, factis prati de flore coronis,

Qui posset violas addere; dives erat.

Hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri,

In sacris nullum culter habebat opus.

Prima Ceres avidæ gavisa est sanguine porcæ,

Ultra suas merita cæde nocentis opes.

Nam fata vere novo teneris lactentia sulcis

Eruta setigeræ comperit ore suis.

Sus dederat pœnas. exemplo territus hujus

Palmite debueras abstinuisse caper.

Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,

Talia non tacito dicta dolore dedit:

Rode, caper, vitem: tamen huic, cum stabis ad aram,

In tua quod spargi cornua possit, erit.

Verba fides sequitur: noxæ tibi deditus hostis

Spargitur affuso cornua, Bacche, mero.

Culpa sui nocuit: nocuit quoque culpa capellæ.

Quid bos, quid placidæ commeruistis oves?

Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas

Viderat inceptos destituisse favos.

Cærulea quem genetrix ægre solata dolentem,

Addidit hæc dictis ultima verba suis:

Siste, puer, lacrymas. Proteus tua damna levabit;

Quoque modo repares, quæ periêre, dabit.

Decipiat ne te versis tamen ille figuris;

Impediant geminas vincula firma manus.

Pervenit ad vatem juvenis: resolutaque somno

Alligat æquorei brachia capta senis.

Ille sua faciem transformis adulterat arte:

Mox domitus vinclis in sua membra redit.

Oraque cærulea tollens rorantia barbâ;

Qua, dixit, repares arte requiris apes?

Obrue mactati corpus tellure juvenci :  
 Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.  
 Jussa facit pastor. fervent examina putri  
 De bove : mille animas una necata dedit.  
 Poscit ovem fatum. verbenas improba carpsit ;  
 Quas pia Dis ruris ferre solebat anus.  
 Quid tui superest ; animam cum ponat in aris  
 Lanigeramque pecus, ruricolæque boves ?  
 Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum ,  
 Ne detur celeri víctima tarda Deo.  
 Quod semel est triplici pro virgine cæsa Dianæ ,  
 Nunc quoque pro nullâ virgine cerva cadit.  
 Extâ canum vidi Triviæ libare Sapæos :  
 Et quicumque tuas accolit, Hæme, nives.  
 Cæditur & rigido custodi ruris asellus.  
 Causa pudenda quidè est, huic tamen apta Deo  
 Festa corymbiferi celebrabas Græcia Bacchi ,  
 Tertia quæ solito tempore bruma refert.  
 Dî quoque cultores gelidi vendere Lycæi ,  
 Et quicumque jocis non alienus erat :  
 Panes, & in Venerem Satyrorum prona juvenus ;  
 Quæque colunt amnes solaque rura Deæ.  
 Venerat & senior pando Silenus asello ,  
 Quique rubro pavidas inguine terret aves.  
 Dulcia quid dignum nemus in convivia nacti  
 Gramine vestitis accubuere toris.  
 Vina dabat Liber : tulerat sibi quisque coronam.  
 Miscendas parce rivus agebat aquas.  
 Nâides effusis aliæ sine pectinis usu ,  
 Pars aderant positis arte manuque comis.  
 Illa super suras tunicam collecta ministrat :  
 Altera dissuto pectus aperta sinu.  
 Exserit hæc humerum: vestè trahit illa per herbas.  
 Impediunt teneros vincula nulla pedes.  
 Hinc aliæ Satyris incendia mitia præbent :  
 Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.  
 Te quoque, inextinctæ Silene libidinis, urunt.  
 Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.  
 At ruber hortorum decus & tutela Priapus  
 Omnibus ex illis Lotide captus erat.  
 Hanc cupit, hanc optat : solâ suspirat in illâ ;  
 Signaque dat nutu ; sollicitatque notis.  
 Fastus inest pulcris, sequiturque superbia formam.

Irrisum vultu despicit illa suo.

Nox erat : & , vino somnum faciente , jacebant  
Corpora diversis victa sopore locis.

Lotis in herbosâ sub acernis ultima ramis ,  
Sicut erat lusu fessa , quievit humo.

Surgit amans : animamque tenens , vestigia furtim  
Suspensio digitis fert taciturna gradu.

Ut tetigit niveæ secreta cubilia Nymphæ ;  
Ipsa sui flatûs ne sonet aura , cave.

Et jam finitimâ corpus librabat in herbâ :  
Illa tamen multi plena soperis erat.

Gaudet : & , à pedibus tracto velamine , vota  
Ad sua felici cœperat ire viâ.

Ecce rudens rauco Sileni vector asellus  
Intempestivos edidit ore sonos.

Territa consurgens Nymphe manibusque Priapum  
Rejicit , & fugiens concitat omne nemus.

At Deus , obscenâ nimium quoque parte paratus ,  
Omnibus ad Lunæ lumina risus erat.

Morte dedit pœnas auctor clamoris : & hinc est  
Hellespontiaco victima grata Deo.

Intactæ fueratis aves solatia ruris ;  
Assuetum silvis , innocuumque genus ;

Quæ facitis nidos , quæ plumis ova fovetis ,  
Et facili dulces editis ore modos.

Sed nihil ista juvant : quia linguæ crimen habetis ,  
Dique putant mentes vos aperire suas.

Nec tamen id falsum . nam , Dis ut proxima quæq ; ,  
Nunc pennâ veras , nunc datis ore notas.

Tuta diu volucrum proles , tum denique cæsa est :  
Juveruntque Deos indicis exta sui.

Ergo sæpe suo conjux abducta marito  
Uritur ignitis alba columba focis.

Nec defensa juvant Capitolia , quo minus anser  
Det jecur in lanes , Inachi lauta , tuas.

Nocte Dæ Nocti cristatus cæditur ales ,  
Quod tepidum vigili provocat ore diem .

Interea Delphin clarum super æquora sidus  
Tollitur ; & patriis exferit ora vadis .

Postera lux hiemem medio discrimine signat :  
Æquaque præteritæ , quæ superabit , erit .

Proxima prospiciet Tithono nupta relicto  
Arcadiæ sacrum pontificale Dæ .

Te quoque lex eadem, Turni soror, æde recepit :  
 Hic ubi Virgineâ Campus obitur aquâ.  
 Unde petam caussas horum, moremque sacrorum ?  
 Dirigat in medio quis in ea vela freto ?  
 Ipsa mone, quæ nomen habes à carmine ductum,  
 Propositoque fave, ne tuus erret honos.  
 Orta prior Lina (de se si creditur ipsi)  
 A magno tellus Arcadæ nomen habet.  
 Hic fuit Evander: qui, quamquam clarus utroque,  
 Nobilior sacræ sanguine matris erat.  
 Quæ, simul æthereos animo conceperat ignes;  
 Ore dabat vero carmina plena Dei.  
 Dixerat hæc nato motus instare sibi que,  
 Multam præterito tempore nacta fidem.  
 Nam juvenis, vera niniuum cum matre, fugatus  
 Deserit Arcadiam Parrhasiumque larem.  
 Cui genetrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,  
 (Siste, puer, lacrymas) ista ferenda tibi est.  
 Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugavit,  
 Sed Deus. infenso pulsus es urbe Deo.  
 Non meriti pœnam pateris, sed Numinis iram.  
 Est aliquid magnis crimen abesse malis.  
 Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra  
 Pectora pro facto spemque metumque suo.  
 Nec tamen ut primus nocere mala talia passus:  
 Obruit ingentes ista procella viros.  
 Passus idem, Tyriis qui quondam pulsus ab oris,  
 Cadmus, in Aoniâ constitit exsul humo.  
 Passus idem Tydeus, & idem Pagasæus Iäson:  
 Et quos præterea longa referre mora est.  
 Omne solum forti patria est; ut piscibus æquor:  
 Ut volucris, vacuo quidquid in orbe patet.  
 Nec fera tempestas toto tamen horret in anno:  
 Et tibi (crede mihi) tempora veris erunt.  
 Vocibus Evander firmata mente parentis  
 Nave fecat fluctus, Hesperiamque tenet.  
 Jamque ratem doctæ monitu Carmentis in amnem  
 Egerat, & Thuscis obvius ibat aquis.  
 Fluminis illa latus, cui sunt vada juncta Terenti,  
 Adspicit; & sparsas per loca sola casas.  
 Utque erat, immixtis puppim stetit ante capillis;  
 Continuitque manum torva regentis iter.  
 Et procul in dextram tendens sua brachia ripam,  
Pinca



Pinea non fano ter pede texta ferit.

Neve daret saltum properans insistere terræ ,

Vix est Evandri vixque retenta manu.

Dique petitorum , dixit, salvete locorum ;

Tuque novos cælo terra datura Deos :

Fluminaque, & Fontes, quibus utitur hospita tellus,

Et nemorum Divæ , Naiadumque chori ;

Iste bonis avibus visi natoque mihi que :

Ripa que felici tacta sit ista pede.

Callor ? an hi fient ingentia mœnia colles ?

Jura que ab hâc terrâ cætera terra petet ?

Montibus his olim totus promittitur orbis.

Quis tantum fati credat habere locum ?

Et jam Dardaniæ tangent hæc litora pinus.

Hic quoque caussa novi foemina Martis erit.

Care nepos, Palla, funesta quid induis arma ?

Indue. non humili vindice cæsus eris.

Vista tamen vinces, eversaque Troja resurges.

Obruet hostiles ista ruina domos.

Urite victrices Neptunia Pergama flammæ :

Num minus hic toto est altior orbe cinis ?

am pius Æneas sacra, & sacra altera patrem,

Afferet. Iliacos excipe, Vesta, Deos.

Tempus erit, cum vos, orbemque tuebitur idem :

Et fient ipso sacra colente Deo :

Et penes Augustos patriæ tutela manebit.

Hanc fas imperii fræna tenere domum.

Inde nepos natusque Dei (licet ipse recuset)

Pondera cælesti mente paterna feret.

Utque ego perpetuis olim sacrabor in aris ;

Sic Augusta novum Julia numen erit.

Talibus auspiciis nostros descendit ad agros ;

Substitit in medios præscia lingua sonos.

Puppibus egressus Latia stetit exsul in herbâ.

Felix, exsilium cui locus ille fuit !

Nec mora longa fuit. stabant nova testæ : nec alter

Montibus Ausoniis Arcade major erat.

Ecce boves illuc Eritheidas applicat heros .

Emensus longi claviger orbis iter.

Dumq; huic hospitium domus est Tegæa; vagantur

Incustoditæ læta per arva boves.

Mane erat : excussus somno Tirynthius hospes

De numero tauros sentit abesse duos.

Nulla videt taciti quærens vestigia furti :  
 Traxerat aversos Cacus in antra feros ;  
 Cacus Aventinæ timor atque infamia silvæ ,  
 Non leve finitimis hospitibusque malum .  
 Dira viro facies ; vires pro corpore ; corpus  
 Grande : pater monstri Mulciber hujus erat .  
 Proque domo longis spelunca recessibus ingens  
 Abdita , vix ipsis invenienda feris .  
 Ora super postes adfixaque brachia pendent ,  
 Squallidaque humanis ossibus albet humus .  
 Servatâ male parte boum Jove natus abibas :  
 Mugitum rauco furta dedere sono .  
 Accipio revocamen , ait ; vocemque secutus  
 Impia per silvas ultor ad antra venit .  
 Ille aditum fracti præstruxerat objice montis :  
 Vix juga movissent quinque bis illud onus .  
 Nititur hic humeris , (cælum quoque federat illis)  
 Et vastum motu collabefactat onus . (psum  
 Quod simul evulsum est , fragor æthera terruit )  
 Ictaque subsedit pondere molis humus .  
 Prima movet Cacus collatâ prælia dextrâ ;  
 Remque ferox saxis stipitibusque gerit .  
 Quis ubi nil agitur ; patrias male fortis ad artes  
 Confugit , & flammis ore sonante vomit .  
 Quas quoties proflat , spirare Typhoëa credas ,  
 Et rapidum Ætneo fulgur ab igne jaci .  
 Occupat Alcides : adductaque clava trinodis  
 Ter quater adversi sedit in ore viri .  
 Ille cadit , mixtosque vomit cum sanguine fumos ;  
 Et lato moriens pectore plangit humum .  
 Immolat ex illis taurum tibi Jupiter unum  
 Victor , & Evandrum ruricolæque vocat .  
 Constituitque sibi , quæ Maxima dicitur , aram ,  
 Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet .  
 Nec tacet Evandri mater , prope tempus adesse ,  
 Hercule quo tellus sit satis usâ suo .  
 At felix vates , ut Dis gratissima vixit ,  
 Possidet hunc Jani sic Dea mense diem .  
**I** Dibus in magni castus Jovis æde sacerdos  
 Semimaris flammis viscera libat ovis :  
 Redditaque est omnis populo provincia nostro ;  
 Et tuus Augusto nomine dictus avus .  
 Perlege dispositas generosa per atria ceras ;

Contigerunt nulli nomina tanta viro.  
 Africa victorem de se vocat : alter Ifauras ,  
 Aut Cretum domitas testificatur opes.  
 Hunc Numidæ faciunt , illum Messana superbum ;  
 Ille Numantinâ traxit ab urbe notam.  
 Et mortem & nomen Druso Germania fecit.  
 Me miserum , virtus quam brevis illa fuit ?  
 Si petat à victis , tot sumat nomina Casar ,  
 Quot numero gentes maximus orbis habet.  
 Ex uno quidam celebres aut torquis ademptæ ,  
 Aut Corvi titulos auxiliaris habent.  
 Magne, tuum nomen rerum mænsura tuarum est :  
 Sed qui te vicit , nomine major erat.  
 Nec gradus est ultra Fabios cognominis ullus.  
 Illa domus meritis Maxima dicta suis.  
 Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes :  
 Hic socium summo cum Jove nomen habet.  
 Sancta vocant augusta Patres : augusta vocantur  
 Tempa , sacerdotum rite dicata manu.  
 Hujus & augurium dependet origine verbi ,  
 Et quodcunque suâ Jupiter auget ope.  
 Augeat imperium nostri Ducis , augeat annos :  
 Protegat & vestras quærna corona fores.  
 Auspiciusque Deis tanti cognominis hæres  
 Omine suspiciat , quo Pater, orbis onus.  
**R** Espiciet Titan actas ubi tertius Idus ;  
 Fient Parrhasiæ sacra relata Deæ.  
 Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant :  
 Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.  
 Mox honor eripitur, matronaque destinat omnia  
 Ingratos nullâ prole novare viros.  
 Neve daret partus ; ictu temeraria cæco  
 Visceribus crescens excutiebat onus.  
 Corripuisse Patres ausas immitia nuptas ,  
 Jus tamen exemptum restituisse , ferunt.  
 Binaque nunc pariter Tegeæ sacra parenti  
 Pro pueris fieri virginibusque jubent.  
 Scortea non illi fas est inferre sacello ,  
 Ne violent pueros exanimata focos.  
 Si quis amas ritus veteres , assiste precanti :  
 Nomina percipies non tibi nota prius.  
 Porrima placantur Postvertaque, sive sorores ,  
 Sive fugæ comites , Manali Nympha, tuæ.

Altera, quod porro fuerat, cecinisse putatur:

Altera versurum postmodo quidquid erat.

**C**andida, te niveo posuit lux proxima templo,

Qua fert sublimes alta Moneta gradus:

Nunc bene prospicies Latiam, Concordia, turbam

Nunc te sacratae restituere manus.

Furius (antiquum) populi superator Hetrusci

Voverat, & voti solverat ante fidem.

Causa, quod à patribus sumtis secesserat armis

Vulgus; & ipsa suas Roma timebat opes.

Causa recens melior, passos Germania crines

I'orrigit auspiciis, Dux venerande, tuis.

Inde triumphatae libasti munera gentis;

Templaque fecisti, quam colis ipse, Dea.

Hæc tua constituit Genetrix & rebus & arâ,

Sola toro magni digna reperta Jovis.

**H**æc ubi transferint; Capricorno, Phœbe, relicto,

Per juvenis cures signa gerentis aquam.

**S**eptimus hinc Oriens cum se demiserit undis;

Fulgebit toto jam Lyra nulla polo.

**S**idere ab hoc, ignis venienti nocte Leonis

Qui micat in medio pectore, mersus erit.

**T**er quater evolvi signantes tempora Fastos;

Nec Sementia est ulla reperta dies:

Cum mihi, sensit enim, Lux hæc indicitur, inquit,

Musa, quid à Fastis non stata sacra petis?

Utque dies incerta sacro, sic tempora certa;

Seminibus jactis est ubi fœtus ager.

State coronati plenum ad præsepe juveni:

Cum tepido vestrum vere redibit opus.

Rusticus emeritum palo suspendat aratrum:

Omne reformidat frigida vulnus humus.

Villice, da requiem terræ semente peractâ:

Da requiem, terram qui coluere, viris.

Pagus agat festum, pagum lustrate, coloni;

Et date paganis annua liba focis.

Placentur matres frugum Tellusque Ceresque

Farre suo, gravidæ visceribusque suis.

Officium commune Ceres & Terra tuentur.

Hæc præbet causam frugibus, illa locum.

Consortes operum, per quas correcta vetustas,

Quernaque glans victa est utiliore cibo;

Frugibus immensis avidos fatiate colonos,

Ut capiant cultûs præmia digna sui.

Vos date perpetuos teneris sèmentibus auctus :

Nec nova per gelidas herba sit usta nives.

Cum serimus ; cælum ventis aperite serenis ;

Cum latet ; æthereâ spargite semen aquâ.

Neve graves cultis Cerealia dona cavete

Agmine læstro depopulentur aves.

Vos quoque subjectis, formicæ, parcite granis :

Post messem prædæ copia major erit.

Interea crescat scabræ Robiginis expers,

Nec vitio cæli palleat ægra seges.

Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo.

Divitiis pereat luxuriosa suis.

Et careant loliis oculos vitiantibus agri ;

Nec sterilis culto surgat avena solo.

Triticeos fœtus, passuraque farra bis ignem,

Hordeaque ingenti fœnore reddat ager.

Hoc ego pro vobis, hoc vos optate coloni :

Efficiantque ratas utraque Diva preces.

Bella diu tenuère viros. erat aptior enis

Vomere : cedebat taurus arator equo.

Carcula cessabant : versique in pila ligones,

Factaque de rastro pondere cassis erat.

Gratia Dis, domuique tuæ : religata catenis

Jam pridem nostro sub pede bella jacent.

Sub juga bos veniat ; sub terras semen aratas.

Pax Cererem nutrit : pacis alumna Ceres.

**A**T quæ venturas præcedet sexta Kalendas,

Hac sunt Ledæis templa dicata Deis.

Fratribus illa Deis fratres de gente Deorum

Circa Juturnæ composuère lacus.

**I**psam nos carmen deducit Pacis ad aram.

Hæc erit à mensis fine secunda dies.

Frondebis Actiacis comtos redimita capillos,

Pax ades ; & toto mitis in orbe mane.

Dum defunt hostes, desit quoque causa triumphis.

Tu Ducibus bello gloria major eris.

Sola gerat miles, quibus arma coërceat, arma :

Carxeturque ferâ, nil nisi pompa, tubâ.

Horreat Æneadas & primus & ultimus orbis :

Æqua parum Romam terra timebit, amet.

Thura, sacerdotes, pacalibus addite flaminis ;

Albaque percussa victima fronte cadat.

Ut-

Utque domus, quæ præstat eam, cum Pace pere  
 Ad pia propensos vota rogate Deos. (ue  
 Sed jam prima mei pars est exacta laboris;  
 Cumque suo finem mense libellus habet.

## F A S T O R U M

### L I B E R II.

**I** Anus habet finem. cum carmine crescit & an  
 nus.

Alter ut hinc mensis; sic liber alter eat.  
 Nunc primum velis, Elegi, majoribus itis:  
 Exiguum (memini) nuper eratis opus.  
 Certe ego vos habui faciles in amore ministros;  
 Cum lusit numeris prima juventa suis.  
 Idem sacra cano, signataque tempora Fastis.  
 Equis ad hæc illinc crederet esse viam?  
 Hæc mea militia est. ferimus, quæ possumus, arma  
 Dextraque non omni munere nostra vacat.  
 Si mihi non valido torquentur pila lacerto;  
 Nec bellatoris terga premuntur equi;  
 Nec galeâ tegimur, nec acuto cingimur ense;  
 (His habilis telis quilibet esse potest)  
 At tua prosequimur studioso pectore, Cæsar,  
 Nomina: per titulos ingredimurque tuos.  
 Ergo ades, & placido paulum mea munera vultu  
 Respice; pacando si quid ab hoste vacas.

**F** Ebrua Romani dixere piamina patres:  
 Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.  
 Pontifices ab Rege petunt & Flamine lanas,  
 Quis veteri linguâ Februa nomen erat.  
 Quæque capit liCTOR domibus purgamina certis,  
 Torrida cum micâ farra, vocantur idem.  
 Nomen idem ramo; qui casus ab arbore purâ,  
 Casta sacerdotum tempora fronde tegit.  
 Ipse ego Flaminicam poscentem februa vidi:  
 Februa poscenti pinea virga data est.  
 Denique quodcumque est, quo pectora nostra piatur,  
 Hoc apud intonsos nomen habebat avos.  
 Mensis ab his dictus: sectâ quia pelle Luperci  
 Omne solum lustrant; idque piamen habent.  
 Aut quia placatis sunt tempora pura sepulcris,

Tunc

Tunc cum ferales præteriére dies.

Onine nefas omnemque mali purgamina caussam

Credebant nostri tollere posse senes.

Græcia principium moris fuit. illa nocentes

Impia lustratos ponere facta putat.

Aëtoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci

Cæde per Hæmonias solvit Acastus aquas.

Væctam frænatis per inane draconibus Ægeus

Credulus immeritâ Phasida fovit ope.

Amphiaraiðes Naupactôo Acheloo,

Solve nefas, dixit: solvit & ille nefas.

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis

Flumineâ tolli posse putetis aquâ!

Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)

Primus, ut est, Jani mensis & ante fuit.

Qui sequitur Janum, veteris fuit ultimus anni.

Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras.

Primus enim Jani mensis, quia janua prima est.

Qui sacer est iunis manibus, imus erat.

Postmodo creduntur spatio distantia longo

Tempora bis quini continuasse Viri.

**P** Rincipio mensis Phrygiæ contermina Matrî

Sospita delubris dicitur aucta novis.

Nunc ubi sint, illis, quæris, sacrata Kalendis,

Templa Deæ? longo procubuère die.

Cætera ne simili caderent labefacta ruinâ

Cavit sacrati provida cura Ducis:

Sub quo delubris sentitur nulla senectus.

Nec satis est homines, obligat ille Deos.

Temporum positor, templorum sancte repostor,

Sit Superis, opto, mutua cura tui.

Dent tibi cælestes, quot tu cælestibus, annos:

Proque tua maneant in statione domo.

Tum quoque vicini lucus celebratur Apyli;

Qua petit æquoreas advena Tibris aquas.

Ad penetrabile Numæ, Capitolinumque Tonantem,

Inque Jovis summa cæditur arce bidens.

Sæpe graves pluvias adopertus nubibus Austër

Concitat, aut posita sub nive terra latet.

**P** Roximus Hesperias Titan abiturus in undas,

Gemmea purpureis cum juga demit equis;

Illâ nocte aliquis, tollens ad sidera vultum,

Dicet, Ubi est hodie, quæ Lyra fuisse heri?

Dumque Lyram quæret ; medii quoque terga L  
nis

In liquidas subito mersa notabit aquas.

**Q**uem modo cælatum stellis Delphina videbas  
Is fugiet visus nocte sequente tuos.

Seu fuit occultis felix in amoribus index :

Lesbida cum domino seu tulit ille lyram.

Quod mare non novit, quæ rescit Ariona tellus ?

Carmine currentes ille tenebat aquas.

Sæpe, sequens agnam, lupus est hac voce retentus

Sæpe avidum fugiens restitit agna lapum :

Sæpe canes leporeique umbrâ cubuère sub una ;

Et sterit infestæ proxima cerva leæ.

Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix

Sedit ; & accipitri juncta columba fuit.

Cynthia sæpe tuis fertur, vocalis Arion ,

Tanquam fraternis obstupuisse modis.

Nomen Arionium Siculas impleverat urbes ;

Captaque erat lyricis Ansonis ora sonis.

Inde domum repetens puppim conscendit Arion ;

Atque ita quæsitâ arte ferebat opes.

Forfitan, infelix, ventos undamque timebas.

At tibi nave tuâ tutius æquor erat.

Namque gubernator restricto constitit ense ,

Cæteraque armata conscia turba manu.

Quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, pinum

Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.

Ille metu vacuus, Mortem non deprecor, inquit :

Sed liceat sumpta pauca referre lyra.

Dant veniam, ridentque moram capit ille coronam

Quæ possit crines, Phœbe, decere tuos.

Induerat Tyrio bis tinctam aurice pallam :

Reddidit icta suos pollice chorda sonos.

Flebilibus veluti numeris carentia dura

Trajectus penna tempora cantat odor.

Protinus in medias ornatus desilit undas.

Spargitur impulsâ cærula puppis aqua.

Inde (sive majus tergo Delphina recurva

Se memorant oneri supposuisse novo.

Ille sedens citharamque tenet, pretiumque vehendi

Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.

Di pia facta vident, astris Delphina recepit

Jupiter ; & stellas jussit habere novem.

Nunc



**N**unc mihi mille sonos, quoque est memoratus  
Achilles,

Vellem, Mætonide, pectus inesse tuum.

Dum canimus sacras alterno pectine Nonas;

Maximus hinc Fastis accumulatur honos.

Deficit ingenium, majoraque viribus urgent.

Hæc mihi præcipuo est ore canenda dies.

Quid volui demens Elegis imponere tantum

Ponderis? heroi res erat ista pedis.

Sancte Pater Patræ, tibi Plebs, tibi Curia nomen

Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen Eques.

Res tamen ante dedit. sero quoque vera tulisti

Nomina. jam pridem tu Pater orbis eras.

Hoc tu per terras, quod in æthere Jupiter alto,

Nomen habes. hominum tu pater, ille Deus.

Romule, concedas facit hic tua magna tuendo

Mœnia; tu dederas transfilienda Remo.

Te Tatius, parvique Cures, Cæcinaque sensit.

Hoc Duce Romanum est Solis utrumque latus.

Tu breve nescio quid victæ telluris habebas:

Quodcumque est alto sub Jove, Cæsar habet.

Tu rapis, hic castas Duce se jubet esse maritas.

Tu recipis lucæ, submovet ille nefas.

Vistibi grata fuit: florent sub Cæsare leges.

Tu Domini nomen, Principis ille tenet.

Te Remus incusat; veniam dedit hostibus ille.

Cælestem fecit te Pater; ille Patrem.

**J**am puer Idæus media tenus eminet alto:

Et liquidas misto nectare fundit aquas.

En etiam, si quis Boream horrere solebat,

Gaudeat. a Zephyris mollior aura venit.

Quintus ab æquoreis nitidum jubar extulit undis

**Q** Lucifer, & primi tempora veris eunt.

Ne fallare tamen; restant tibi frigora, restant:

Magnaque discedens signa relinquit hiems.

**T**ertia nox veniat: Custodem protinus Urse

Adspicies geminos exseruisse pedes.

Inter Hamadryadas jaculatriceinque Dianam

Callisto sacri pars fuit una chori.

Illa Deæ tangens arcus, Quos tangimus, arcus,

Este mex testes virginittatis, ait.

Cynthia laudavit, Promissaque fœdera serva,

Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris.

Fœdera servasset, si non formosa fuisset.

Cavit mortales : de Jove crimen habet.

Mille feras Phœbe silvis venata redibat ;

Aut plus , aut medium Sole tenente diem.

Ut tetigit lucum (densa niger ilice lucus ;

In medio gelidæ fons erat altus aquæ)

Hac, ait, in silva, virgo Tegeæa, lavemur.

Erubuit falso virginis illa sono.

Dixerat & Nymphis : Nymphæ velamina ponunt

Hanc pudet, & tardæ dat mala signa moræ.

Exuerat tunicas : uteri manifesta tumore

Proditur indicio ponderis ipsa sui.

Cui Dea , Virgineos, perjura Lycaöni, cœtus

Defere, nec castas pollue, dixit, aquas.

Luna novum decies implebat cornibus orbem :

Quæ fuerat virgo credita, mater erat.

Læsa furit Juno, formam mutatque puellæ.

Quid facis? invito pectore passa Jovem est.

Utque feræ vidit turpes in pellice vultus ;

Hujus in amplexus Jupiter, inquit, eat.

Ursa per incultos errabat squallida montes ,

Quæ fuerat summo nuper amanda Jovi.

Jam tria lustra puer furto conceptus agebat ;

Cum mater nato est obvia facta suo.

Illa quidem, tanquam cognosceret, adstitit amens,

Et gemuit : gemitus verba parentis erant.

Hanc puer ignarus jaculo fixisset acuto ;

Ni foret in superas raptus uterq; domos. (Æton:

Signa propinqua micant prior est, quã dicimus Ar-

Arctophylax formam terga sequentis habet.

Sævit adhuc, eamque rogat Saturnia Tethyn ,

Mænialiam tactis ne lavet Arcton aquis.

**I**n Dibus agrestis fumant altaria Fauni ,

Hic ubi discretas insula rumpit aquas.

Hæc fuit illa dies , in qua Veientibus arvis

Ter centum Fabii , ter cecidere duo.

Una domus vires & onus susceperat Urbis :

Sumunt gentiles arma professæ manus.

Egreditur castris miles generosus ab istem ;

E quis dux fieri quilibet aptus erat.

Carmentis portæ dextro via proxima Jano est.

Ire per hanc noli, quisquis es ; omen habet.

[ Illa fama refert Fabios exisse trecentos.

Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.]

Ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem ;

Turbidus hibernis ille fluebat aquis

Castra loco ponunt : destrixis ensisbus ipsi

Tyrrhonum valido Marte per agmen eunt.

Non aliter, quam cum Libyca de rupe leones

Invadunt sparsos lata per arva greges.

Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo

Accipiunt : Thusco sanguine terra rubet.

Sic iterum, sic sæpe cadunt. ubi vincere aperte

Non datur, insidias armaque cæca parant.

Campus erat : campi claudebant ultima colles,

Silvaque montanas oculere apta feras.

In medio paucos, armenta que rara relinquunt :

Cætera virgultis abdita turba later.

Ecce, velut torrens undis pluvialibus auctus,

Aut nive, quæ Zephyro victa tepente fluit,

Per fata perque vias fertur ; nec, ut ante solebat,

Riparum clausas margine finit aquas :

Sic Fabii latis vallem discursibus implent ;

Quosque vident spernunt. nec metus alter inest.

Quo ruitis, generosa domus ? male creditur hosti :

Simplex nobilitas, perfida tela cave.

Fraude perit virtus. in apertos undique campos.

Profiliunt hostes, & latus omne tenent.

Quid faciant pauci contra tot milia fortes ?

Quidve, quod in misero tempore restet, hæc

sicut aper silvis longe Laurentibus actus

Fulmineo celeres dissipat ore canes,

Mox tamen ipse perit : sic non moriuntur inulti ;

Uulneraque alterna dantque feruntque manu.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes :

Ad bellum missos perdidit una dies.

Et tamen Herculeæ superessent semina gentis,

Credibile est ipsos consuluisse Deos.

Jam puer impubes, & adhuc non-utilis armis,

Unus de Fabia gente relictus erat.

cilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci ;

Cui res cunctando restituenda foret.

Continuata loco tria sidera, Corvus & Anguis,

Et medius Crater inter utrumque jacet.

Illibus illa latent ; oriuntur nocte sequenti.

Quæ sibi cur tria sint consociata canam.

Forte Jovi festum Phœbus solenne parabat:  
 Non faciet longas fabula nostra moras.  
**I** mea, dixit, avis, ne quid pia sacra moretur:  
 Et tenuem vivis fontibus affer aquam.  
**C**orvus inauratum pedibus cratera recurvis  
 Tollit, & ærium pervolat altus iter.  
**S**tabat adhuc duris ficus densissima pomis.  
 Tentat eam rostro: non erat apta legi.  
**I**mmemor imperii sedisse sub arbore fertur,  
 Dum fierent tarda dulcia poma mora.  
**J**amq; satur nigris longum rapit unguibus hydrum:  
 Ad dominumque redit; sicque verba refert:  
**H**ic mihi causa moræ vivarum obsessor aquarum  
 Hic tenuit fontes officiumque meum.  
**A**ddis, ait, culpæ mendacia, Phœbus? & audes  
 Fatidicum verbis fallere velle Deum?  
**A**t tibi, dum lactens hærebit in arbore ficus,  
 De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.  
**D**ixit: & antiqui monumenta perennia facti  
 Anguis, Avis, Crater, sidera juncta micant.  
**T**ertia post Idus nudos Aurora Lupercos  
 Adspicit: & Fauni sacra bicornis eunt.  
**D**icite, Piærides, sacrorum quæ sit origo:  
 Attigerint Latias unde petita domos.  
**P**ana Deum pecoris veteres coluisse feruntur  
 Arcades. Arcadiis plurimus ille jugis.  
**T**ertius erit Pholoë, testes Stymphalides undæ;  
 Quæque citis Ladon in mare currit aquis;  
**C**inctaque pinetis nemoris juga Nonacrini;  
 Altaque Cyllene, Parrhasiæque nives.  
**P**an erat armenti custos, Pan numen equarum:  
 Munus ob incolumes ille ferebat oves.  
**T**ranstulit Evander silvestria numina secum.  
 Hic, ubi nunc Urbs est, tum locus Urbis erat.  
**I**nde Deum colimus, deæque sacra Pelasgis.  
 Flamen ad hæc præco more Dialis erat.  
**C**ur igitur currant; & cur (sic currere mos est)  
 Nuda ferant positâ corpora veste, rogas?  
**I**pse Deus velox discurrere gaudet in altis  
 Montibus; & subitas concitat ille feras.  
**I**pse Deus nudus nudos jebet ire ministros:  
 Nec satis ad cursum commodâ vestis erat.  
**A**nto Jovem genitum terras habuisse feruntur

Arcades : & Luná gens prior illa fuit.  
 Vira feræ similis, nullos agitata per usus :  
 Artis adhuc expers, & rude vulgus erant.  
 Pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas :  
 Nectar erat palmis hausta duabus aqua.  
 Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus :  
 Nulla sub imperio terra colentis erat :  
 Nullus adhuc erat usus equi. se quisque ferebat.  
 Ibat ovis laná corpus amicta suá.  
 Sub Jove durabant, & corpora nuda gerebant,  
 Docta graves imbres & tolerare Notos.  
 Nunc quoque detecti referunt monumenta vetustí-  
 Moris, & antiquas testificantur opes.  
 Sed, cur præcipue fugiat velamina Faunus,  
 Traditur antiqui fabula plena joci.  
 Forte comes dominæ juvenis Tirynthius ibat :  
 Vidit ab excelso Faunus utrumque jugo.  
 Vidit, & incaluit, Montanaque numina, dixit,  
 Nil mihi vobiscum est : hæc meus ardor erit.  
 Ibat odoratis humeros perfusa capillis  
 Mænonis, aurato conspicienda sinu.  
 Aurea pellebant rapidos umbracula soles ;  
 Quæ tamen Herculeæ sustinuerè mahus.  
 Jam Bacchæa nemus Tmoli vineta tenebat :  
 Hesperus & fusco roscidus ibat equo.  
 Antra subit, tosis laqueataque pumice vivo.  
 Garrulus in primo limine rivus erat.  
 Dumque parant epulas potandaque vina ministri ;  
 Cultibus Alciden instruit illa suis.  
 Dat tenues tunicas Gætule murice tinctas :  
 Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.  
 Ventre minor zona est : tunicarum vincla relaxat,  
 Ut possit vastas exseruisse manus.  
 Fregerat armillas non illa ad brachia factas :  
 Stringebant magnos vincula parva pedes.  
 Ipsa capit clavamque gravem, spoliūque leonis,  
 Conditaque in pharetrâ tela minora suá.  
 Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno ;  
 Et positis juxta secubuere toris.  
 Cassa ; repertori vitis pia sacra parabant,  
 Quæ facerent pure, cum foret orta dies.  
 Noctis erat medium : quid non amor improbus au-  
 det ?

Roscida per tenebras Faunus ad antra venit.  
 Utque videt somno comites vinoque solutos;  
 Spem capit in dominis esse soporis idem.  
 Intrat; & huc illuc temerarius errat adulter:  
 Et præfert cautas subsequiturque manus.  
 Venerat ad strati captata cubilia lecti;  
 Et primâ felix, forte futurus erat.  
 Ut tetigit, fulvi setis hirsuta leonis  
 Vellera, pertinuit, sustinuitque manum;  
 Attonitusque metu rediit: ut sæpe viator  
 Turbatum viso rettulit angue pedem.  
 Inde tori, qui junctus erat, velamina tangit  
 Mollia, mendaci decipiturque notâ.  
 Adscendit; spondâque sibi propiore recumbit:  
 Et rigido cornu durius inguen erat.  
 Interea tunicas orâ subducit ab imâ:  
 Horrebant densis aspera crura pilis.  
 Cætera tentantem cubito Tiryntius heros  
 Reppulit, è summo decidit ille toro.  
 Fit sonus: inclamat comites, & lumina poscit  
 Mæonis, illatis ignibus acta patent.  
 Ille gemit lecto graviter dejectus ab alto:  
 Membraque de durâ vix sua tollit humo.  
 Ridet & Alcides, & qui vidère jacentem:  
 Ridet amatorem Lyda puella suum.  
 Veste Deus lusus fallentes lumina vestes  
 Non amat, & nudos ad sua sacra vocat.  
 Adde peregrinæ causas, mea Musa, Latinas;  
 Inque suo noster pulvere currat equus.  
 Cornipedi Fauno cæsa de more capeila  
 Venit ad exiguas turba vocata dæpes.  
 Demque sacerdotes veribus transfusa salignis  
 Extra parant, medias Sole tenente vias;  
 Romulus, & frater, pastoralisque juvenus,  
 Solibus & campo corpora nuda dabant:  
 [Castibus, & jaculis, & missi pondere faxi  
 Brachia per lusus experienda dabant.]  
 Pastor ab excelsò, Per devia rura juvencos,  
 Romule, prædones, eripe, dixit, agunt.  
 Longum erat armari, diversis exit uterque  
 Partibus, accursò præda recepta Remi.  
 Ut rediit, veribus stridentia detrahit exta:  
 Atque ait, Hæc certe non nisi victor edet.

Dicta facit, Fabiique simul. venit irritus illuc  
 Romulus, & menfas ossaque nuda videt.  
 Risit; & indoluit Fabios potuisse Remumque  
 Vincere: Quintilios non potuisse suos.  
 Fama manet facti. posito velamine currunt:  
 Et memorem famam, quod bene cessit, habet.  
 Forsitan & quæras, cur sit locus ille Lupercal:  
 Quæve diem tali nomine caussa notet.  
 Illa Vestalis caelestia femina partu  
 Ediderat, patruo regna tenente suo.  
 Is jubet auferri parvos, & in anae necari.  
 Quid facis? ex istis Romulus alter erit.  
 Iussa recusantes peragunt lacrymosa ministri.  
 Flent tamen, & geminos in loca iussa ferunt.  
 Albula, quem Tyberin mersus Tyberinus in unda  
 Reddidit; hibernis forte tumebat aquis.  
 Hic, ubi nunc Fora sunt, lintres errare videres;  
 Quaque jacent valles, Maxime Circe, tuæ.  
 Huc ubi venerunt, nec jam procedere possunt  
 Longius; ex illis unus, an alter, ait:  
 Atquam sunt similes! at quam formosus uterque!  
 Plus tamen ex illis iste vigoris habet.  
 Si genus arguitur vultu; (ni fallit imago)  
 Nescio quem vobis suspicor esse Deum.  
 At si quis vestrae Deus esset originis auctor;  
 In tam præcipiti tempore ferret opem.  
 Ferret opem certe, si non ope mater egeret:  
 Quæ facta est uno mater & orba die.  
 Nata simul, peritura simul, simul ite sub undas  
 Corpora. deserat; deposuitque sinu.  
 Vagierunt clamore pari: sentire putares.  
 Hi redeunt udis in sua tecta genis.  
 Sustinet impositos summa cavus alveus unda.  
 Heu quantum fati parva tabella vehit!  
 Alveus in limo silvis appulsus opacis,  
 Paulatim fluvio deficiente, sedet.  
 Arbor erat. remanent vestigia: quæque vocatur  
 Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.  
 Venit ad expositos (mirum) lupa foeta gemellos.  
 Quis credat pueris non nocuisse feram?  
 Non nocuisse parum est: prodest quoque. quos lupa  
 nutrit,  
 Prodere cognatae sustinuere manus.

Constitit, & caudâ teneris blanditur alumnis,  
Et fingit linguâ corpora bina suâ.

Marte satos scires; timor abstuit. ubera ducunt;  
Et sibi permissi lactis alantur ope.

Illo loco nomen fecit; locus ipse Lupercis.

Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Quid vetat Arcadio dictos à monte Lupercos?

Faunus in Arcadiâ templa Lycæus habet.

Nupta, quid expectas? non tu pollentibus herbis  
Nec prece, nec magico carmine mater eris.

Excipe sæcundæ patienter verbera dextræ:

Jam focer optati nomen habebit avi.

Nam fuit illa dies, durâ cum sorte maritæ

Reddebant uteri pignora rara sui.

Quid mihi, clamabat, prodest rapuisse Sabinas?

Romulus: (hoc illo sæptra tenente fuit)

Si mea non vires, sed bellum injuria fecit;

Utilius fuerat non habuisse nurus.

Monte sub Esquilio multis incædus annis

Junonis magnæ nomine lucus erat.

Huc ubi venerunt; pariter nuptæque virique

Suppliciter posito procubuere genu.

Cum subito moræ tremuere cacumina silvæ,

Et Dea per lucos mira locuta suos.

Italidas matres, inquit, caper hirtus inito:

Obstupuit dubio territa turba sono.

Augur erat: nomen longis intercidit annis.

Nuper ab Hetrusca venerat exsul humo.

Ile caprum mactat. justæ sua terga maritæ

Pellibus exsectis percutienda dabant.

Luna resumebat decimo nova cornua motu:

Virque pater subito, nuptaque mater erat.

Gratia Lucinæ. dedit hæc tibi nomina lucus;

Aut quia principium tu, Dea, lucis habes.

Parce, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis:

Maturumque utero molliter aufer onus.

**O** Rta dies fuerit; tu desine credere ventis.

Perdidit illius temporis aura fidem.

Flamina non constant: & sex reserata diebus

Carceris Æolii janua laxa patet.

**I** Am levis obliqua subsidit Aquarius urna.

Proximus ætherios excipe, Piscis, equos.

Te memorant fratremq; tuum (nam juncta micatis  
Signa)



Signa) duos tergo sustinuisse Deos.  
 Terribilem quondam fugiens Typhona Dione,  
 Tunc cum pro cælo Jupiter arma tulit.  
 Venit ad Euphraten comitata Cupidine parvo;  
 Inque Palæstinæ margine sedit aquæ.  
 Populus, & cannæ riparum summa tenebant:  
 Spemque dabant salices, hos quoque posse tegi.  
 Dum lætet, intonuit vento nemus. illa timore  
 Pallet; & hostiles credit adesse manus.  
 Utque sinu natum tenuit, Succurrite Nymphæ;  
 Et Dis auxilium ferte duobus, ait.  
 Nec mora; profiluit. Pisces subière gemelli.  
 Pro quo nunc dignum sidera munus habent.  
 Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,  
 Nec violant timidi piscibus ora Syri.  
**P**roxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino.  
 Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.  
 Sive quod hasta curis præcis est dicta Sabinis:  
 (Bellicus à telo venit in astra Deus)  
 Sive suum Regi nomen posuère Quirites:  
 Seu quia Romanis junxerat ille Cures. (dit,  
 Nam pater arripotens, postquam nova moenia vi-  
 Multaque Romulea bella peracta manu,  
 Jupiter, inquit, habet Romana potentia vires;  
 Sanguinis officio non eget illa mei.  
 Redde patri natum: quam vis intercidit alter,  
 Pro se, proque Remo, qui mihi restat, erit.  
 Unus erit, quem tu tolles in cæcula cæli;  
 Tu mihi dixisti: sint rata dicta Jovis.  
 Jupiter annuerat. nutu tremefactus uterque  
 Est polus; & cæli pondera sensit Atlas.  
 Est locus: antiqui Capreani dixère paludem.  
 Forte tuis illic, Romule, jura dabas.  
 Sol fugit; & remouent subeuntia nubila cælum:  
 Et gravis effusis decidit imber aquis.  
 Hinc tonat; hinc missis abrumpitur ignibus æther.  
 Fit fuga: Rex patriis astra petebat equis.  
 Luæctus erat, falsaque Patres in crimine cædis.  
 Hæssissetque animis forsitan illa fides.  
 Sed Proculus Longa veniebat Julius Alba:  
 Lunaque fulgebat; nec facis usus erat.  
 Cum subito motu nubes crepuère sinistra.  
 Rettulit ille gradus: horrueruntque comæ.

F A S T O R U M

Pulcher, & humano major, trabeaque decorus  
 Romulus in mediâ visus adesse viâ :  
 Et dixisse simul, Prohibe lugere Quirites :  
 Nec violent lacrymis numina nostra suis.  
 Thura ferant, placentq; novû pia turba Quirinum  
 Et patrias artes militiamque colant.  
 Jussit : & in tenues oculis evanuit auras.  
 Convocat hic Patres : jussaque verba refert.  
 Tempa Deo fiunt. collis quoque dictus ab illo :  
 Et referunt certi sacra paterna dies.  
 Lux quoque cur eadem Stultorum festa vocetur,  
 Accipe : parva quidem causa, sed apta subest.  
 Non habuit tellus doctos antiqua colonos :  
 Lassabant agiles aspera bella viros.  
 Plus erat in gladio quam curvo laudis aratro :  
 Neglectus domino pauca ferebat ager.  
 Farra tamén veteres jaciebant, farra metebant :  
 Primitias Cereri farra refesta dabant.  
 Usibus admoniti flammis torrenda dedere ;  
 Multaque peccato damna tulere suo.  
 Nam modo verrebant nigras pro farre favillas ;  
 Nunc ipsas igni corripuere casas.  
 Festa Dea est Fornax : lati Fornace coloni  
 Orant ; ut fruges temperet illa suas.  
 Curio legitimis nunc Fornacalia verbis  
 Maximus indicit ; nec statâ sacra facit.  
 Inque Foro, multâ circum pendente tabellâ,  
 Signatur certâ Curia quæque notâ.  
 Stultaque pars populi, quæ sit sua Curia, nescit :  
 Sed facit extremâ sacra relata die.  
**E** S T honor & tumultis. animas placate paternas ;  
 Parvaque in extinctas munera ferte pyras.  
 Parva petunt Manes. pietas pro divite grata est  
 Munere. non avidos Styx habet ima Deos.  
 Tegula projectis satis est velata coronis ;  
 Et sparsæ fruges, parcaque mica falis :  
 Inque mero mollita Ceres, violæque solutæ.  
 Hæc habeat mediâ testa relicta viâ.  
 Nec majora veto : sed & his placabilis umbra est.  
 Adde preces positis & sua verba focis.  
 Hunc morem Æneas pietatis idoneus auctor  
 Attulit in terras, juste Latine, tuas.  
 Ille patriæ Genio solennia dona ferebat,

Hinc populi ritus edidicere pios.  
 At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis  
 Bella, Parentales deferuere dies.  
 Non impune fuit. nam dicitur omine ab isto  
 Roma suburbanis incaluisse rogis.  
 Vix equidem credo: bustis exisse feruntur,  
 Et tacitæ questi tempore noctis avi.  
 Perque vias Urbis, Latiosque ululasse per agros  
 Deformes animas vulgus inane, ferunt.  
 Post ea præteriti tumulis redduntur honores;  
 Prodigiiisque venit funeribusque modus.  
 Dum tamen hæc fiunt, viduæ cessate puellæ:  
 Exspectet pueros pinea tarda dies.  
 Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri,  
 Comat virgineas hasta recurva comas.  
 Conde tuas, Hymenæe, faces; & ab ignibus atris  
 Aufer. habent alias mœsta sepulera faces.  
 Di quoque templorum foribus celentur opertis:  
 Thure vacent aræ: stentque sine igne foci.  
 Nunc animæ tenues, & corpora functa sepulcris  
 Errant: nunc posito pascitur umbra cibo.  
 Nec tamen hæc ultra, quam tot de mense superiunt  
 Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.  
 Hanc quia iusta ferent, dixere Feralia lucem.  
 Ultima placandis Manibus illa dies.  
 Ecce anus in mediis residens annosa puellis,  
 Sacra facit Tacitæ: vix tamen ipsa tacet.  
 Et digitis tria thura trigas sub limine ponit,  
 Quæ brevis occultum mus sibi fecit iter.  
 Tum cantata ligat cum fusco licia rhombo;  
 Et septem nigras versat in ore fabas.  
 Quodque pice adstrinxit, quod acu trajecit ahenâ,  
 Obsutum mœnæ torret in igne caput:  
 Vina quoq; instillat. vini quodcumque relictum est,  
 Aut ipsa, aut comites, plus tamen ipsa, bibit.  
 Hostiles linguas, inimicaque vinximus ora,  
 Dicit discedens; ebriaque exit anus.  
 Forsthan a nobis, quæ sit Dea Muta, requiras.  
 Disce, per antiquos quæ mihi nota senes.  
 Jupiter indomito Juturnæ captus amore  
 Multa tulit, tanto non patiendâ Deo.  
 Illa modo in silvis inter coryleta latebat:  
 Nunc in cognatas desiliebat aquas.

Convocat hic Nymphas, Latium, quocumque ter  
 Et jacit in medio talia verba choro : (ba  
 Invidet ipsa sibi, vitatque, quod expedit illi,  
 Vestra soror summo jungere membra Deo.  
 Consulite ambobus: nam quæ mea magna volupta  
 Utilitas vestræ magna sororis erit.  
 Vos illi in primâ fugienti obsistite ripâ,  
 Ne sua numineâ corpora mergat aquâ.  
 Dixerat: annuerunt omnes Tiberinides udæ,  
 Quæque colunt thalamos, Illa diva, tuos.  
 Forte fuit Nais, Lara nomine: prima sed illi  
 Dicta bis antiquum syllaba nomen erat,  
 Ex vitio positum. sæpe illi dixerat Almo,  
 Nata, tene linguam. nec tamen illa tenet.  
 Quæ, simul ac tetigit Juturnæ stagna sororis,  
 Effuge, ait, ripas: dicta refertque Jovis.  
 Illa etiam Junonem adiit: miserataque nuptam,  
 Naida Juturnam vir tuus, inquit, amat.  
 Jupiter intumuit: quaque est non usa modeste,  
 Eripuit linguam: Mercuriumque monet;  
 Duc hanc ad Manes: locus ille silentibus aptus.  
 Nympha, sed infernæ Nympha paludis, erit.  
 Jussa Jovis fiunt. accepit Iucus euntes.  
 Dicitur illa duci tum placuisse Deo.  
 Vim parat hic: vultu pro verbis illa precatur;  
 Et frustra muto nititur ore loqui. (vant  
 Fitque gravis, geminosque parit, qui compita fer  
 Et vigilant nostrâ semper in urbe, Lares.  
**P**roxima cognati dixerè Caristia cari,  
 Et venit ad focias turba propinqua dapes.  
 Scilicet à tumulis, & qui perière, propinquis,  
 Protinus ad vivos ora referre juvat:  
 Postque tot amissos, quidquid de sanguine restat,  
 Adspicere; & generis dinumerare gradus.  
 Innocui veniant: procul hinc procul impius esto  
 Frater, & in partus mater acerba suos:  
 Cui pater est vivax, qui matris digerit annos,  
 Quæ premit invisam socrus iniqua nurum.  
 Tantalidæ fratres absint, & Iasonis uxor,  
 Et quæ ruricolis semina tosta dedit:  
 Et soror, & Progne, Terensque duabus iniquus:  
 Et quicumque suas per scelus auget opes.  
 Dis generis date thura boni. Concordia fertur

Illo præcipue mitis adesse die.

Et libate dapes : ut grati pignus honoris

Nutriat incinctos missa patella Lares.

Jamque ubi suadebit placidos nox ultima somnos,

Parca precature sumite vina manus.

Et, Bene nos, Patræ, bene te, Pater, optime Casar,

Dicite suffuso, sint rata verba, mero.

**N**Ox, ubi transierit, solito celebretur honore

Separat indicio qui Deus arva suo.

Termine, sive lapis, sive es defossus in agro

Stipes, ab antiquis sic quoque numen habes.

Te duo diversâ domini pro parte coronant ;

Binaque ferta tibi, binaque liba ferunt.

Ara fit : huc ignem curto fert rustica testu

Sumtum de tepidis ipsa colona focus.

Ligna senex minuit : concisaque construit alte ;

Et solida ramos figere pugnat humo.

Dum sicco primas irritat cortice flammæ ;

Stat puer, & manibus lata canistra tenet.

Inde, ubi ter fruges medicos immisit in ignes,

Porrigit incisos filia parva favos.

Vina tenent alii : libantur singula flammis.

Spectant, & linguis candida turba favent.

Spargitur & cæso communis Terminus agno :

Nec queritur, lactens cum sibi porca datur.

Conveniunt, celebrantque dapes vicinia simplex ;

Et cantant laudes, Termine sancte, tuas.

Tu populos, urbesque, & regna ingentia finis :

Omnis erit sine te litigiosus ager.

Nulla tibi ambitio est : nullo corrumpere auro.

Legitimâ servas credita rura fide.

Si tu signasses olim Thyreatida terram ;

Corpora non leto missa trecenta forent :

Nec foret Othryades congestis tectus in armis.

O quantum patriæ sanguinis ille dedit !

Quid, nova cum fierent Capitolia ? nempe Deorum

Cuncta Jovi cessit turba locumque dedit.

Terminus (ut veteres memorant) conventus in æde

Restitit : & magno cum Jove templa tenet.

Nunc quoque, se supra ne quid nisi sidera cernat,

Exiguum templi tecta foramen habent.

Termine, post illud levitas tibi libera non est.

Qua positus fueris in statione, mane.

Nec tu vicino quicquam concede roganti ;  
 Ne videare hominem præposuisse Jovi.  
 Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris ;  
 Clamato , Meus est hic ager, ille tuus.  
 Est via, quæ populum Laurentes ducit in agros ,  
 Quondam Dardanio regna petita duci.  
 Illac lanigeri pecoris tibi, Termine, fibris  
 Sacra videt fieri sextus ab Urbe lapis.  
 Gentibus est aliis tellus data limine certo ;  
 Romanæ spatium est Urbis & orbis idem.  
**N**unc dicenda mihi Regis fuga. traxit ab illâ  
 Sextus ab extremo nomina mense dies.  
 Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat  
 Regna : vir injustus , fortis ad arma tamen.  
 Ceperat hic alias , alias everterat urbes ;  
 Et Gabios turpi fecerat arte suos.  
 Namque trium minimus, proles manifesta Superbi  
 In medios hostes nocte silente venit.  
 Nudarant gladios : Occidite, dixit, inermem.  
 Hoc cupiant fratres, Tarquiniusque pater ,  
 Qui mea crudeli laceravit verbere terga.  
 Dicere ut hoc possêt , verbera passus erat.  
 Luna fuit. spectant juvenem, gladiosque recondunt:  
 Tergaque deductâ veste notata vident.  
 Flent quoque, & , ut secum tueatur bella, precantur.  
 Callidus ignaris annuit ille viris.  
 Jamque potens, nullo genitorem appellat amico ,  
 Prodendi Gabios quod sibi monstret iter.  
 Hortus odoratis suberat cultissimus herbis ,  
 Sectus humum rivo lene sonantis aquæ.  
 Illic Tarquinius mandata latentia nati  
 Accipit , & virgâ lilia summa metit.  
 Nuncius ut rediit , decussaque lilia dixit ;  
 Filius , Agnosco jussa parentis , ait.  
 Nec mora : Principibus cæsis ex urbe Gabinâ ,  
 Traduntur ducibus mœnia nuda suis.  
 Ecce (nefas visû) mediis altaribus anguis  
 Exit , & extinctis ignibus exta rapit.  
 Consultitur Phœbus. fors est ita reddita : Matri  
 Qui dederit princeps oscula, victor erit.  
 Oscula quisque suæ matri properata tulêrunt ,  
 Non intellecto credula turba Deo.  
 Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset

Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.  
 Ille jacens pronus matri dedit oscula, Terræ,  
 Creditus offenso procubuisse pede.  
 Cingitur interea Romanis Ardea signis,  
 Et patitur lentas obsidione moras.  
 Dum vacat, & metuunt hostes committere pugnam;  
 Luditur in castris: otia miles agit.  
 Tarquinius juvenes socios dapibusque meroque  
 Accipit. ex illis Rege creatus ait:  
 Dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello,  
 Nec sinit ad patrios arma referre Deos;  
 Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid  
 Conjugibus nostris mutua cura sumus?  
 Quisque suam laudant. studiis certamina crescunt;  
 Et fervent multo linguaque corque mero.  
 Surgit cui clarum dederat Collatia nomen;  
 Non opus est verbis, credite rebus, ait.  
 Nox superest: tollamur equis, Urbemque petamus.  
 Dicta placent: frænis impediuntur equi.  
 Pertulerant dominos. regalia protinus illi  
 Tecta petunt: custos in fore nullus erat.  
 Ecce nurum Regis fufis per colla coronis  
 Inveniunt posito pervigilare mero.  
 Inde cito passu petitur Lucretia. nebat.  
 Ante torum calathi, lanaque mollis, erant.  
 Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant:  
 Inter quas tenui sic ait ipsa sono:  
 Mittenda est domino nunc, nunc properate, puellæ)  
 Quamprimum nostrâ facta lacerna manu.  
 Quid tamen audistis? nam plura audire soletis.  
 Quantum de bello dicitur esse super?  
 Postmodo victa cades: melioribus, Ardea, restas,  
 Improba; quæ nostros cogis abesse viros.  
 Sint tantum reduces. sed enim temerarius ille  
 Est meus; & stricto qualibet ense ruit.  
 Mens abit, & morior, quoties pugnantis imago  
 Me subit: & gelidum pectora frigus habet.  
 Desinit in lacrymas: intentaque sîla remittit;  
 In gremio vultum deposuitque suum.  
 Hoc ipsam decuit: lacrymæ cecidere pudicæ,  
 Et facies animo dignaque parque fuit.  
 Pone metum, venio, conjux ait illa revixit;  
 Deque viri collo dulce pependit onus:

Interea juvenis furiatos regius ignes  
 Concipit, & cæco raptus amore ruit.  
 Forma placet, niveusque color, flavique capilli  
 Quique aderat nullâ factus ab arte decor.  
 Verba placent, & vox; & quod corrumpere non  
 Quoque minor spes est, hoc magis ille cupit.  
 Jam dederat cantum lucis prænunciis alés;  
 Cum referunt juvenes in sua castra pedem.  
 Carpitur attonitos absentis imagine sensus  
 Ille: recordanti plura magisque placent.  
 Sic sedit: sic culta fuit: sic stamina nevit:  
 Neglectæ collo sic jacuere comæ:  
 Hos habuit vultus: hæc illi verba fuere:  
 Hic decor, hæc facies, hic color oris erat.  
 Ut solet à magno fluctus languescere fiatu;  
 Sed tamen a vento, qui fuit ante, tumet:  
 Sic, quamvis aberat placitæ præsentia formæ,  
 Quem dederat præsens forma, manebat amor.  
 Ardet; & injusti stimulis agitur amoris  
 Comparat indigno vimque dolumque toro.  
 Exitus in dubio est: audebimus ultima dixit.  
 Viderit, audentes Forsne Deusne juvet.  
 Cepimus audendo Gabios quoque. talia fatas  
 Ense latus cingit; tergaque pressit equi.  
 Accipit aratâ juvenem Collatia portâ:  
 Condere jam vultus Sole parante suos.  
 Hostis, ut hospes, init penetrabilia Collatina:  
 Comiter excipitur: sanguine junctus erat.  
 Quantum animis erroris inest! parat inscicia rerum  
 Infelix epulas hostibus illa suis.  
 Functus erat dapibus: poscunt sua tempora somni  
 Nox erat; & totâ lumina nulla domo.  
 Surgit, & auratum vaginâ deripit ensẽm;  
 Et venit in thalamos, nupta pudica, tuos.  
 Utque torum pressit, Ferrum, Lucretia, mecum est  
 Natus, ait, Regis, Tarquiniusque vocor.  
 Illa nihil: neque enim vocem viresque loquendi,  
 Aut aliquid toto pectore mentis habet.  
 Sed tremit, ut quondam stabulis deprensâ relictis  
 Parva sub infesto cum jaceret agna lapo.  
 Quid faciat? pugnet? vincetur femina pugnâ.  
 Clamet? at in dextrâ, qui necet; ensis adest.  
 Effugiat? positus urgetur pectora palmis;



Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupi-  
 Et sua divinâ furta fefellit ope. (tam :  
 Somnus abit : jacet illa gravis, jam scilicet intra  
 Viscera, Romanæ conditor Urbis, eras.  
 Languida consurgit ; nec scit cur languida surgat :  
 Et peragit tales arbore nixa sonos :  
 Utile sit faustumque, precor, quod imagine somni  
 Vidimus, an somno clarius illud erat ?  
 Ignibus Iliacis aderam : cum lapsa capillis  
 Decidit ante sacros lanea vitæ focos.  
 Inde duæ pariter visu mirabile palmæ  
 Surgunt, ex illis altera major erat :  
 Et gravibus ramis totum protexerat orbem ;  
 Contigeratque novâ sidera summa comâ.  
 Ecce meus ferrum patrus molitur in illas.  
 Terrear admonitu ; corque timore micat.  
 Martia Picus avis gemino pro stipite pugnant  
 Et Lupa, tuta per hos utraque palma fuit.  
 Dixerat : & plenam non firmis viribus urnam  
 Sustulit, implerat, dum sua visa refert.  
 Interea crescente Remo, crescente Quirino,  
 Cælesti tumidus pondere venter erat.  
 Quo minus emeritis exiret cursibus annus,  
 Restabant nitido jam duo signa Deo.  
 Sylvia sit mater : Vestæ simulacra feruntur  
 Virgineas oculis opposuisse manus.  
 Ara Deæ certe tremuit pariente ministrâ ;  
 Et subiit cineres territa flamma suos.  
 Hæc ubi cognovit contemptor Amulius æqui :  
 (Nam raptas fratris victor habebat opes)  
 Anne jubet mergi geminos, scelus unda refugit.  
 In siccâ pueri destituuntur humo.  
 Lacte quis infantes nescit crevisse ferino,  
 Et picum expositis sæpe tulisse cibos ?  
 Non ego te, tantæ nutrix Larentia gentis,  
 Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes.  
 Vester honos veniet, cum Larentalia dicam :  
 Acceptus Geniis illa December habet.  
 Martia ter senos proles adoleverat annos ;  
 Et suberat flavæ jam nova barba comæ,  
 Omnibus agricolis armentorumque magistris  
 Iliadæ fratres jura petita dabant.  
 Sæpe domum veniunt prædonum sanguine læti,

F A S T O R U M

Et redigunt actos in sua rura boves.  
 Ut genus audierunt ; animos pater agnitus auget  
 Et pudet in paucis nomen habere casis :  
 Romuleoque cadit trajectus Amulius ense :  
 Regnaque longævo restituantur avo.  
 Mœnia conduntur : quæ, quamvis parva fuerunt,  
 Non tamen expedit transluisset Remo.  
 Jam, modo qua fuerant silvæ, pecorumque recessu  
 Urbs erat. æternæ cum pater Urbis ait :  
 Arbiter armorum , de cuius sanguine natus  
 Credor ; & ut credar pignora certa dabo :  
 A te principium Romano ducimus anno :  
 Primus de patrio nomine mensis eat.  
 Vox rata sit ; patrioque vocat de nomine mensem  
 Dicitur hæc pietas grata fuisse Deo.  
 tamen ante omnes Martem coluere priores.  
 Hoc dederat studiis bellica turba suis.  
 Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam ,  
 Vulcanum tellus Hypsipylæa colit :  
 Junonem Sparte, Pelopeiadesque Mycenæ :  
 Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.  
 Mars Latio venerandus erat ; quia præsidet armis.  
 Arma feræ genti remque decusque dabant.  
 Quod si forte vacas, peregrinos inspice Fastos :  
 Mensis in his etiam nomine Martis erit.  
 Tertius Albanis, quintus fuit ille Faliscis :  
 Sextus apud populos, Hernica terra, tuos.  
 Inter Aricinos, Albanaque tempora constant  
 Factaque Telegoni mœnia celsa manu.  
 Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus asper  
 A tribus hunc primum turba Curenسيس habet.  
 Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis  
 Convenit : hic genti quartus utrique Deus.  
 Romulus hos omnes ut vinceret ordine saltem ,  
 Sanguinis auctori tempora prima dedit.  
 Nec totidem veteres, quot nunc, habuere Kalendas.  
 Ille minor geminis mensibus annus erat.  
 Nondum tradideras victas victoribus artes ,  
 Græcia, facundum sed male forte genus.  
 Qui bene pugnarat, Romanam noverat artem :  
 Mittere qui poterat pila, disertus erat.  
 Quis tunc aut Hyadas , aut Pliadas Atlantæas  
 Senferat, aut geminos esse sub axe polos ?

Esse duas Arctos ; quarum Cynosura petatur  
 Sidoniis ; Helicen Graja carina notet ?  
 Signaque quæ longo frater percenseat anno ,  
 Ire per hæc uno mense fororis equos ?  
 Libera currebant , & inobservata per annum  
 Sidera : constabat sed tamen esse Deos.  
 Non illi cælo labentia signa movebant ;  
 Sed sua : quæ magnum perdere crimen erat.  
 Illaque de fœno . sed erat reverentia fœno ,  
 Quantam nunc Aquilas cernis habere tuas.  
 Perrica suspensos portabat longa maniplos :  
 Unde manipularis nomina miles habet.  
 Ergo animi indociles , & adhuc ratione carentes  
 Mensibus egerunt lustra minora decem.  
 Annus erat ; decimum cum Luna repleverat orbem.  
 Hic nostris magno tunc in honore fuit.  
 Seu quia tot digiti , per quos numerare solemus :  
 Seu quia bis quino fœmina mense parit.  
 Sed quod adusque decem numero crescente venit ;  
 Principium spatii sumitur inde novis.  
 Inde partes centum denos secrevit in orbes  
 Romulus : Hastatos instituitque decem.  
 Et totidem Princeps totidem Pisanus habebat  
 Corpora : legitimo quique merebat equo.  
 Quin etiam partes totidem Titienibus idem ,  
 Quosque vocant Ramnes , Luceribusque dedit.  
 Assuetos igitur numeros servavit in anno.  
 Hoc luget spatio fœmina mœsta virum.  
 Neu dubites , primæ fuerint quin ante Kalendæ  
 Martis ; ad hæc animum signa referre potes.  
 Laurea Flaminibus , quæ toto perstitit anno ,  
 Tollitur : & frondes sunt in honore novæ.  
 Manua nunc Regis posita viret arbore Phœbi :  
 Ante tuas sit idem , Curia Prisca , fores.  
 Vesta quoque ut folio niteat velata recenti ,  
 Cedit ab Iliacis laurea cana focis.  
 Adde , quod arcana fieri novus ignis in æde  
 Dicitur ; & vires flamma resecta capit.  
 Nec mihi parva fides , annos hinc ille priores ;  
 Anna quod hoc cœpta est mense Perenna coli.  
 Hinc etiam veteres in tibi memorantur honores  
 Ad spatium belli , perfide Pœne , tui.  
 Denique quintus ab hoc fuerat Quintilis : & inde

Incipit , à numero nomina quisquis habet.  
 Primus oliviferis Romam deductus ab arvis  
 Pompilius menses sensit abesse duos.  
 Sive hoc à Samio doctus , qui posse renasci  
 Nos putat ; Egeriâ sive monente suâ.  
 Sed tamen errabant etiamnum tempora ; donec  
 Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.  
 Non hæc ille Deus tantæque propaginis auctor  
 Credidit officiis esse minora suis :  
 Promissumque sibi voluit prænoscere cælum :  
 Nec Deus ignotas hospes inire domos.  
 Ille moras Solis, quibus in sua signa rediret ,  
 Traditur exactis disposuisse notis.  
 ¶ decies senos tercentum & quinque diebus  
 Junxit , & è pleno tempore quarta die.  
 Hic anni modus est. in lustrum accedere debet ,  
 Quæ consumatur partibus , una dies.  
**S** licet occultos monitus audire Deorum  
 Vatis ; ut certe fama licere putat ;  
 Cum sis officiis , Gradive , virilibus aptus ;  
 Dic mihi , matronæ cur tua festa colant.  
 Sic ego : sic positâ dixit mihi cuspide Mavors ;  
 Sed tamen in dextrâ missilis hasta fuit :  
 Nunc primum studiiis pacis , Deus utilis armis ,  
 Ad vocor : & gressus in nova castra fero.  
 Nec piget incepti : juvat hac quoque parte morari  
 Hoc solam ne se posse Minerva putet.  
 Disce , Latinorum vates operose dierum ,  
 Quod petis : & memori pectore dicta nota.  
 Parva fuit , si prima velis elementa referre ,  
 Roma : sed in parvâ spes tamen hujus erat.  
 Mœnia jam stabant populis angusta futuris :  
 Credita sed turbæ tunc nimis ampla suæ.  
 Quæ fuerit nostri si quæris regia nati ;  
 Adspice de cannâ straminibusque domum.  
 In stipulâ placidi carpebat munera somni :  
 Et tamen ex illo venit in astra toro.  
 Jamque loco majus Romanus nomen habebat :  
 Nec conjux illi , nec socer ullus erat.  
 Spernebant generos inopes vicinia divos :  
 Et male credebar sanguinis auctor ego.  
 In stabulis habitasse , boves pavisse , nocebat ;  
 Jugeraque inculti pauca tenere soli.

L I B E R III.

Cum pare quæque suo coeunt volucresque feræque  
 Atque aliquam, de qua procreet, anguis habet.  
 Extremis dantur connubia gentibus : at, quæ  
 Romano vellet nubere, nulla fuit.  
 Indolui ; patriamque dedi tibi, Romule, mentem.  
 Tolle preces, dixi : quod petis, arma dabunt.  
 Festa para Conso : Confus tibi cætera dicet ;  
 Ipso festa, dum sua sacra canes.  
 Intumuere Cures, & quos dolor attingit idem.  
 Tum primum generis intulit arma socer.  
 Jamque fere raptæ matrum quoque nomen habebant ;  
 Tractaque erant longâ bella propinqua morâ.  
 Conveniunt nuptæ dictam Junonis in ædem :  
 Quas inter mea sic est nurus orsa loqui :  
 O pariter raptæ, (quoniam hoc commune tenemu  
 Non ultra lente possumus esse piæ.  
 Stant acies : sed utrâ Dî sint pro parte rogandi,  
 Eligite. hinc conjux, hinc pater arma tenent.  
 Quærendum, viduæ fieri malimus an orbæ.  
 Consilium vobis forte piûmque dabo.  
 Consilium dederat. parent, crinemque resolvunt ;  
 Mœstaque funereâ corpora veste tegunt.  
 Jam stabant acies ferro mortique paratæ :  
 Jam lituus pugnæ signa daturus erat :  
 Cum raptæ veniunt inter patresque virosque ;  
 Inque sinu natos pignora cara ferunt.  
 Ut medium campi passis tetigere capillis ;  
 In terram posito procubere genu.  
 Et, quasi sentirent, blando clamore nepotes  
 Tendebant ad avos brachia parva suos.  
 Qui poterat, clamabat avum tum denique visum :  
 Et qui vix poterat, posse coactus erat.  
 Tela viris animusque cadunt : gladiisque remotis  
 Dant soceri generis accipiuntque manus.  
 Laudatasque tenent natas ; scutoque nepotem  
 Fert avus : hic sentis dulcior usus erat.  
 Inde diem, quæ prima, meas celebrare Kalendas  
 Oebalides matres non leve munus habent.  
 An, quia committi strictis mucronibus ausæ  
 Finierant lacrymis Martia bella suis ?  
 Vel quod erat de me feliciter Ilia mater ;  
 Rite colunt matres sacra, diemque meum.  
 Quid quod hiems adoperta gelu nunc deniq ; cedit

Et pereunt victæ Sole tepente nives.  
 Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes ;  
 Vividaque è tenero palmitè gemina tumet.  
 Quæque diu latuit, nunc, se qua tollat in auras,  
 Fertilis occultas invenit herba vias.  
 Nunc fœcundus ager : pecoris nunc hora creandi  
 Nunc avīs in ramo tecta laremque parat.  
 Tempora jure colunt Latix fœcunda parentes :  
 Quarum miliciam vota que partus habet.  
 Adde, quod excubias Regi Romanus agebat ;  
 Qua nunc Esquillias nomina collis habet.  
 Illic a nuribus Junoni templa Latinis  
 Hæc sunt, si memini, publica facta die.  
 Quid moror, & variis onero tua pectora causis ?  
 Eminet ante oculos, quod petis, ecce tuos.  
 Mater amat nuptas : matris me turba frequentant.  
 Hæc nos præcipue tam pia causa decet.  
 Ferte Deæ flores : gaudet florentibus herbis  
 Hæc Dea : de tenero cingite flore caput.  
 Dicite, Tu lucem nobis, Lucina, dedisti.  
 Dicite, Tu voto parturientis ades.  
 Si qua tamen gravida est ; resolutò crine preceitur,  
 Ut solvat partus molliter illa suos.  
**Q**uis mihi nunc dicat, quare cælestia Martis  
 Arma ferant Sali, Mamuriumque canant ?  
 Nympha, mone, nemori stagnoque operata Dianæ  
 Nympha, Numæ conjux, ad tua festa veni.  
 Vallis Aricinæ silvâ præcinctus opacâ  
 Est lacus, antiquâ religione sacer.  
 Hic latet Hippolytus furiis direptus equorum :  
 Unde nemus nullis illud initur equis.  
 Licia dependent longas velantia sepes,  
 Et posita est meritæ multa tabella Deæ.  
 Sæpe potens voti frontem redimita coronis  
 Fœmina lucentes portat ab Urbe faces.  
 Regna tenent fortesque manu pedibusque fugaces ;  
 Et perit exemplo postmodo quisque suo.  
 Desluit incerto lapidosus murmure rivus :  
 Sæpe, sed exiguis haustibus, inde bibes.  
 Egeria est, quæ præbet aquas, Dea grata Camœniæ.  
 Illa Numæ conjux consiliumque fuit.  
 Principio nimium promptos ad bella Quirites  
 Molliri placuit jure, Deûmque metu.

Inde datæ leges ; ne firmior omnia possit :

Cœptaque sunt pure tradita sacra coli.

Exiit feritas, armisque potentius æquum est :

Et cum cive pudet conseruisse manus.

Atque aliquis modo trux visâ jam vertitur arâ ;

Vinaque dat tepidis falsaque farra focis.

Ecce Deum genitor rutilas per nubila flammæ

Spargit , & effusis æthera siccatur aquis.

Non alias missi cecidère frequentius ignes.

Rex pavet ; & vulgi pectora terror habet.

Cui Dea, Ne nimium terrere ; piabile fulmen

Est , ait : & sævi flectitur ira Jovis.

Sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi

Prodere , Romani numen uterque soli.

Nec sine vi tradent. adhibeto vincula captis.

Atque ita, qua possint, erudit, arte capi.

Lucus Aventino suberat niger ilicis umbrâ ,

Quo posses viso dicere, Numen inest.

In medio gramen, muscoque adoperta virenti

Manabat saxo vena perennis aquæ.

Inde fere soli Faunus Picusque bibebant.

Huc venit, & Fonti rex Numa macerat ovem.

Plenaque odorati Dis ponit pocula Bacchi ;

Cumque suis antro conditus ipse latet.

Ad solitos veniunt silvestria numina fontes :

Et relevant multo pectora sicca mero.

Vina quies sequitur. gelido Numa prodit ab antro ,

Vinclaque sopitas addit in arcta manus.

Somnus ut abscessit ; tentando vincula pugnant

Rumpere : pugnantem fortius illa tenent.

Tum Numa, Di nemorum, factis ignoscite nostris,

Si scelus ingenio scitis abesse meo.

Quoque modo possit fulmen monstrare piari.

Sic Numa : sic quatiens cornua Faunus ait :

Magnâ petis ; nec quæ monitu tibi discere nostro

Fas sit. habent fines numina nostra suos.

Di sumus agrestes , & qui dominemur in altis

Montibus. arbitrium est in sua tela Jovi.

Hunc tu non poteris per te deducere cælo :

At poteris nostrâ forsitan usus ope.

Dixerat hæc Faunus : par est sententia Pici.

Deme tamen nobis vincula, Picus ait.

Jupiter huc veniet validâ deductus ab arte.

Nubila promissi Styx mihi testis erit.  
**E**missi quid agant laqueis, quæ carmina dicant ;  
 Quaque trahant superis sedibus arte Jovem ;  
**S**cire nefas homini. nobis concessa canentur ,  
 Quæque pio dici vatis ab ore licet.  
**E**liciunt cælo te, Jupiter. unde minores  
 Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.  
**C**onstat Aventinæ tremuisse cacumina silvæ :  
 Terraque subleðit pondere pressa Jovis.  
**C**orda micant Regis : totoque è pectore sanguis  
 Fugit ; & hirsutæ diriguère comæ.  
**U**t rediit animus , Da certa piamina, dixit ,  
 Fulminis, altorum Rexque Paterque Deum.  
 Si tua contigimus manibus donaria puris :  
 Hoc quoque, quod petitur, si pia lingua rogat.  
**A**nnuit oranti : sed verum ambage remotâ  
 Abdidit , & dubio terruit ore virum.  
**C**æde caput, dixit. cui Rex, Parebimus, inquit :  
 Cædenda est hortis eruta cepa meis.  
**A**ddidit hic, Hominis : summos, ait ille, capillos.  
 Postulat hic animam : cui Numa, Piscis, ait.  
**R**isit : & , His, inquit, facito mea tela procures ,  
 O vir colloquio non abigende meo.  
**S**ed tibi, protulerit cum totum crastinus orbem  
 Cynthius , imperii pignora certa dabo.  
**D**ixit, & ingenti tonitru super æthera motum  
 Fertur, adorantem destituitque Numam.  
**I**lle redit lætus, memoratque Quiritibus acta.  
 Tarda venit dictis difficilisque fides.  
**A**t certe credemur, ait, si verba sequatur  
 Exitus. en, audi crastina, quisquis ades.  
**P**rotulerit terris cum totum Cynthius orbem ,  
 Jupiter imperii pignora certa dabit.  
**D**iscedunt dubii, promissaque tarda videntur ;  
 Dependetque fides à veniente die.  
**M**ollis erat tellus roratâ mane pruina ;  
 Ante sui populus limina Regis adest.  
**P**rodit , & in folio medius consedit acerno.  
 Innumeri circa stantque silentque viri.  
**O**rtus erat summo tantummodo margine Phœbus :  
 Sollicitæ mentes speque metuque pavent.  
**C**onstitit , atque caput niveo velatus amictu  
 Jam bene Dis notas sustulit ille manus.



Atque ita , Tempus adest promissi muneris, inquit.

Pollicitam dictis , Jupiter, adde fidem.

Dum loquitur, totum jam Sol emerferat orbem :

Et gravis æthereo venit ab axe fragor.

Ter tonuit sine nube Deus, tria fulgura misit.

Credite dicenti ; mira, sed acta, loquor.

A media cælum regione dehiscere cœpit :

Submisère oculos cum duce turba suos.

Ecce levi scutum versatum leniter aura

Decidit. à populo clamor ad astra venit. ,

Tollit humo munus cæsa prius ille juvenca ,

Quæ dederat nulli colla premia jugo.

Idque ancile vocat; quod ab omni parte recisum est:

Quaque notes oculis , angulus omnis abest.

Tum, memor imperii sortem consistere in illo ,

Consilium multæ calliditatis init.

Plura jubet fieri simili cælata figura ;

Error ut ante oculos insidiantis eat.

Mamurius morum fabræne exactior artis ,

Difficile est, illud, dicere, clausit opus.

Cui Numa munificus, Facti pete præmia, dixit :

Si mea nota fides ; irrita nulla petes.

Jam dederat Saliis (à saltu nomina ducunt)

Armaque, & ad certos verba canenda modos.

Tum sic Mamurius, Merces mihi gloria detur ,

Nominaque extremo carmine nostra sonent.

Inde sacerdotes operi promissa verusto

Præmia persolvunt , Mamuriumque vocant.

Nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo ,

Differ : habent parvæ commoda magna moræ.

Arma movent pugnam, pugna est aliena maritis.

Conditâ cum fuerint , aptius omen erit.

His etiam conjux apicati cineta Dialis

Lucibus impexas debet habere comas.

**T**ertia nox emersa suos ubi moverit ignes ;

Conditus è geminis Piscibus alter erit.

Nam duo sunt : Austris hic est, Aquilonibus ille

Proximus. à vento nomen uterque tenet.

**C**um croceis rorare genis Tithonia conjux

Cœperit , & quintæ tempora lucis aget ;

Sive est Arctophylax, sive est piger ille Boötes ;

Mergetur, visus effugietque tuos.

At non effugiet Vandemitor. hoc quoque caussam

Unde

Unde trahat sidus parva referre mora est.  
 Ampelon intonsum Satyro Nymphâque creaturâ  
 Fertur in Iſmariis Bacchus amasse jugis.  
 [Tradidit huic vitem pendentem frondibus ulmi  
 Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.]  
 Dum legit in ramo pictas temerarius uvas,  
 Decidit: amissum Liber in astra vehit.  
**S** Extus ubi Oceano clivofum scandit Olympum  
 Phœbus, & alatis æthera carpit equis;  
 Quisquis ades, cœnæque colis penetralia Vestæ;  
 Cratera Iliacis thuraque pone focis.  
 Cæsaris innumeris, quem maluit ille mereri,  
 Accessit titulis Pontificalis honos.  
 Ignibus æternis æterni numina præfunt  
 Cæsaris. imperii pignora juncta vides.  
 De veteris Trojæ dignissima præda favilla,  
 Qua gravis Æneas tutus ad hoste fuit;  
 Ortus ab Æneâ tangit cognata sacerdos  
 Numina; cognatum, Vesta, tuere caput.  
 Quos sanctâ fovet ille manu, bene vivitis ignes.  
 Vivite inextincti flammaque Duxque precor.  
**U** Na nota est Marti: Nonis sacrata quod illis  
 Tempa putant lucos Vejovis ante duos.  
 Romulus ut saxo lucum circumdedit alto;  
 Cuilibet, Huc, inquit, confuge; tutus eris,  
 O quam de tenui Romanus origine crevit!  
 Turba vetus quam non invidiosa fuit!  
 Nè tamen ignaro novitas tibi nominis obftet;  
 Disce quis iste Deus, curve vocetur ita.  
 Jupiter est juvenis: juveniles adspice vultus.  
 Adspice deinde manum: fulmina nulla tenet.  
 Fulmina, post ausos cælum affectare Gigantas,  
 Sumta Jovi: primo tempore inermis erat.  
 Ignibus Ossa novis, & Pelion altius Ossa  
 Arsit, & in solidâ fixus Olympus humo.  
 Stat quoque capra simul: Nymphæ pavisse feruntur  
 Cretides. infanti lac dedit illa Jovi.  
 Nunc vocor ad nomen. vegrandia farræ colonæ,  
 Quæ male creverunt, vescaque parva vocant.  
 Vis ea si verbi est; cur non ego Vejovis ædem,  
 Ædem non magni suspicer esse Jovis?  
 Jamque, ubi cæruleum vallabunt sidera cælum,  
 Suspice; Gorgonei colla videbis equi.

Creditur hic cæsa gravidâ cervicæ Medusæ  
 Sanguine resperis profiluisse júbis.  
 Huic supra nubes & subter sidera lapsò  
 Cælum pro terrâ , pro pede penna fuit.  
 Jamque indignanti nova fræna receperat ore ,  
 Cum levis Aônias ungula fodit aquas.  
 Nunc fruitur cælo, quod pennis ante petebat :  
 Et nitidus stellis quinque decemque micat.  
 Rotinus adspicies venienti nocte Coronam  
 Gnosida. Theseo crimine facta Dea est.  
 Jam bene perjuro mutarat conjuge Bacchum ,  
 Quæ dedit ingrato fila legenda viro.  
 Ante tori gaudens, Quid flebam rustica, dixit ?  
 Utiliter nobis perfidus ille fuit.  
 Interea Liber depexos crinibus Indos  
 Vincit , & Eöo dives ab orbe venit.  
 Inter captivas facie præstante puellas  
 Grata nimis Baccho filia Regis erat.  
 Lebat amans conjux, spatiatæque litore curvo  
 Edidit incultis talia verba comis :  
 Iterum similes , fluctus , audite querelas :  
 En iterum lacrymas accipe , arena , meas.  
 Dicebam, memini, perjure & perfide Theseu.  
 Ille abiit : eadem crimina Bacchus habet.  
 Nunc quoque nulla viro, clamabo, fœmina credat.  
 Nomine mutato causâ relata mea est.  
 Utinam mea fors , qua primum cœperat, isset !  
 Jamque ego præsentî tempore nulla forem !  
 Quid me desertis perituram , Liber , arenis  
 Servabas ? potui dedoluisse semel.  
 Bacche levis, leviorque tuis, quæ tempora cingunt,  
 Frondibus ; in lacrymas, cognite Bacche, meas ;  
 Usus es ante oculos adductâ pellice nostros  
 Tam bene compositum sollicitare torum ?  
 Iheu ! ubi pæcta fides ? ubi, quæ jurare solebas ?  
 Me miseram, quoties hæc ego verba loquor !  
 Thesea culpabas , fallacemque ipse vocabas :  
 Judicio peccas turpius ipse tuo.  
 Ne sciat hoc quisquam, tacitisque doloribus urar :  
 Ne toties falli digna fuisse puter.  
 Accipue cupiam celari Thesea ; ne te  
 Consortem culpæ gaudeat esse suæ.  
 Tu, puto, præposita est fuscæ mihi candida pellex.

Eveniat nostris hostibus ille color.

Quid tamen hoc refert, vitio si gratior ipso est

Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.

Bacche, fidem præsta; nec præfer amoribus ulli

Conjugis asluetæ semper amare virum;

Ceperunt matrem formosi cornua tauri;

Me tua: at hic laudi est, ille pudendus amor.

Ne noceat quod amo: neque enim tibi, Bacche

Quod flammæ nobis lassus es ipse tuas. (ce

Nec, quod nos uris, mirum facis ortus in igne

Diceris, & patria raptus ab igne manu.

Illa ego sum, cui tu solitus promittere cælum.

Hei mihi, pro cælo qualia dona fero!

Dixerat: audibat jamdudum verba querentis

Liber, ut à tergo forte secutus erat.

Occupat amplexu, lacrymasque per oscula siccat

Et, Pariter cæli summa petamus, ait.

Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula sumi

Jam tibi in statæ Libera nomen erit.

Sintque tuæ tecum faciam monumenta coronæ

Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi.

Dicta facit: geminalq; novem transformat in igne

Aurea per itellas nunc micat illa novem.

S Ex ubi sustulerit, totidem demerserit orbem,

Purpureum rapido qui vehit axe diem;

Altera grammeo spectabis Equiria campo,

Quem Tyberis curvis in latus urget aquis.

Qui tamen ejecta si forte tenebitur unda;

Cælius accipiat pulverulentus equos.

I Dibus est Annæ restum geniale Perennæ,

Haud procul à ripis, advena Tybri, tuis.

Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas

Potat, & accumbit cum pare quisque sua.

Sub Jove pars durat: pauci tentoria ponunt:

Sunt, quibus è ramo frondea facta casa est:

Pars ibi pro rigidis calamos statuere columnis:

Desuper extentas imposuere togas.

Sele tamen inoque calent: annosque precantur

Quot sumant cyathos; ad numerumque bibunt

Inventes illic, qui Nestoris ebibat annos:

Quæ sit per calices facta Sibylla suos.

Illic & cantant, quidquid didicere theatris;

Et jactant faciles ad sua verba manus:

Multa tibi memores, nil non debemus Elissæ.  
 Nomine grata tuo, grata sororis, eris.  
 Falsa dicenti (neque enim spes altera restat)  
 Credidit; errores exposuitque suos.  
 Utque domum intravit Tyrios induta paratus;  
 Incipit Æneas: (cætera turba silet.)  
 Hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia conjux,  
 Est mihi: consumsi naufragus hujus opes.  
 Orta Tyro, regnum Libycâ possedit in ora:  
 Quam precor ut caræ more sororis ames.  
 Omnia promittit, falsumque Lavinia vulnus  
 Mente premit tacitâ, dissimulatque fremens.  
 Dona que cum videat præter sua lumina ferri  
 Multa palam; mitti clam quoque multa putat.  
 Non tamen exactum, quid agat, furialiter odit;  
 Et parat insidias, & cupit ultra mori.  
 Vox erat: ante torum visâ est adstare sororis,  
 Squallenti Dido sanguinolenta coma.  
 Fuge, ne dubita, mœstum, fuge, dicere, tectum.  
 Sub verbum querulas impulit aura fores.  
 Exsilit; & velox humili super arva fenestra  
 Se jacit. audacem fecerat ipse timor.  
 Quaque metu rapitur, tunica velata recincta;  
 Currit, ut auditis territa dama lupis.  
 Corniger hanc cupidis rapuisse Numicius undis  
 Creditur, & stagnis oculuisse suis.  
 Idonis interea magno clamore per agros  
 Quaritur. apparent signa notæque pedum.  
 Mentum erat ad ripas: inerant vestigia ripis.  
 Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.  
 Visa loqui visa est, Placidi sum Nympha Numici:  
 Amne perenne latens Anna Perenna vocor.  
 Protinus erratis læti vescuntur in agris:  
 Et celebrant largo seque diemque mero.  
 Sunt quibus hæc Luna est, quia mensibus impleat  
 annum:  
 Pars Themis, Inachiam pars putat esse bovem.  
 Peruenies, qui te Nymphæ Atlantida dicant;  
 Teque Jovi primos, Anna, dedisse cibos.  
 Hæc quoque, quam referam, nostras pervenit ad aures  
 Fama: nec à vera dissidet illa fide.  
 Mons vetus, & nullis etiamnum tuta Tribunis,  
 Fugit; & in sacri vertice montis abit.

Jam quoque, quem secum tulerant, defecerat il-  
 l' Viſtus, & humanis uſibus apta Ceres.  
 Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bovillis  
 Pauper, ſed mundæ ſedulitatis, anus.  
 Illa, levi mitrâ canos redimita capillos,  
 Fingebat tremulâ ruſtica liba manu.  
 Atque ita per populum ſumantia mane ſolebat  
 Dividere. hæc populo copia grata fuit.  
 Pace domi factâ ſignum poſuere Perennæ,  
 Quod ſibi defectis illa tuliffet opem.  
 Nunc mihi, cur cantent, ſuperest, obſcœna puel-  
 l' Dicere: nam cocunt, certa que probra canunt.  
 Nuper erat Dea facta; venit Gradivus ad Annam  
 Et cum ſeductâ talia verba facit.  
 Mense meo coleris: junxi mea tempora tecum:  
 Pendet ab officio ſpes mihi magna tuo.  
 Armifer armiferæ correptus amore Minervæ  
 Uror: & hoc longo tempore vulnus alo.  
 Effice, Di ſtudio ſimiles cocamus in unum.  
 Conveniunt partes hæ tibi, comis anus.  
 Dixerat illa Deum promiſſo ludit inani;  
 Et ſtultam dubiâ ſpem trahit uſque morâ.  
 Sæpius instanti, Mandata pereginus, inquit.  
 Eviſtas precibus vix dedit illa manus.  
 Gaudet amans, thalamoſque parat. deducitur il-  
 l' Anna tegens vultus, ut nova nupta ſuos.  
 Oſcula ſumturus ſubito Mars adſpicit Annam;  
 Nunc pudor eluſum, nunc ſubit ira, Deum.  
 Ridet amatorem caræ nova Diva Minervæ:  
 Nec res hæc Veneri gratior ulla fuit.  
 Inde joci veteres obſcœnaque dicta canuntur:  
 Et juvat hanc magno verba dediffe Deo.  
 Præteriturus eram gladios in Principe fixos,  
 Cum ſic à caſtis Veſta locuta focis:  
 Ne dubita meminiffe: meus fuit ille Sacerdos.  
 Sacrilegæ telis nie petière manus.  
 Ipa virum rapui, ſimulacraque nuda reliqui.  
 Quæ cecidit ferro, Cæſaris umbra fuit.  
 Ille quidem cælo poſitus Jovis atria ſervat;  
 Et tenet in magno templa dicata foro.  
 At quicumque nefas auſi prohibente Deorum  
 Numine, polluerant Pontificale caput;  
 Morre jacent meritâ. teſtes eſtote Philippi;

Et quorum sparsis ossibus albet humus.

Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuerunt  
Cæsaris; ulcisci iusta per arma patrem.

**P**ollera cum teneras Aurora retecerit herbas;  
Scorpios à prima parte videndus erit.

**T**ertia post Idus lux est celeberrima Baccho.  
Bacche, fave vati; dum tua festa cano.

Nec referam Semelen; ad quam nisi fulmina secum  
Jupiter adferret; parvus inermis eras:

Nec puer ut posses maturo tempore nasci,  
Expletum patrio corpore matris onus. (phos)

Sithonas & Scythicos longum enumerare trium-  
Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.

Tu quoque Thebanæ male præda tacebere matris  
Inque tuam furiis, æte Lycurge, genu.

Ecce libera subitos pisces, Tyrrhenaque monstra  
Dicere. sed non est carminis hujus opus.

Carminis hujus opus, causas expromere; quare  
Vilis anus populos ad sua liba vocet.

Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt,  
Liber, & in gelidis herba reperta focis.

Te memorant Gange, totoque Oriente subactis,  
Primitias magno seposuisse Jovi.

Cinnama tu primus captivaque thura dedisti,  
Deque triumphato viscera tosta bove.

Nomine ab auctoris ducunt Libathina nomen,  
Libaque: quod sacris pars datur inde focis.

Liba Deo fiunt: succis quia dulcibus ille  
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.

Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro:  
(Non habet ingratos fabula nostra jocos)

Jamque erat ad Rhodopen, Pangæaque florida  
ventum:

Æriferæ comitum concrepuere manus.

Ecce novæ coeunt volucres tinnitibus ætæ:

Quaque movent sonitus æra, sequuntur apes.

Colligit errantes, & in arbore claudit inani

Liber: & inventi præmia mellis habet.

Ut Satyri lævisque senex tetigere saporem;

Quærebant flavos per nemus omne favos.

Audit in exesâ stridorem examinis ulmo:

Adspicit & ceras, dissimulatque senex.

Utque piger pandi tergo residebar aselli;

Applicat hunc ulmo corticibusque cavis.  
 Constatit ipse super ramoso stipite nixus ;  
 Atque avide trunco condita mella petit.  
 Millia crabronum coeunt ; & vertice nudo  
 Spicula desigunt , oraque summa notant.  
 Ille cadit præceps , & calce feritur a selli :  
 Inclamatque suos , auxiliumque rogat.  
 Concurrent Satyri , turgentiaque ora parentis  
 Rident. percusso claudicat ille genu.  
 Ridet & ipse Deus : limumque inducere monstrat.  
 Hic paret monitis , & linit ora luto.  
 Melle pater fruitur : liboque infusa calenti  
 Jure repertori candida mella damus.  
 Fœmina cur presset , non est rationis opertæ.  
 Fœmineos thyrsos concitat ille choros.  
 Cur anus hoc faciat , quæris ? vinosior ætas  
 Hæc est , & gravidæ munera vitis amans.  
 Cur hederâ cincta est ? hederâ est gratissima Baccho  
 Hoc quoque cur ita sit , dicere nulla mora est.  
 Nyssades Nymphæ , puerum quærente novercâ ,  
 Hanc frondem cunis apposuisse novis.  
 Restat , ut inveniam , quare toga libera detur  
 Lucifero pueris , candide Bacche , tuo.  
 Sive , quod ipse puer semper , juvenisque videris ;  
 Et media est ætas inter utrumque tibi :  
 Seu quia tu pater es , patres sua pignora natos  
 Commendant curæ numinibusque tuis.  
 Sive , quod es Liber , vestis quoque libera per te  
 Sumitur , & vitæ liberioris iter.  
 An quia , cum prisca colerent studiosius agros ,  
 Et patrio faceret rure Senator opus ,  
 Et caperet fascis à curvo consul aratro ,  
 Nec crimen duras esset habere manus ;  
 Rusticus ad ludos populus veniebat in Urbem :  
 Sed Dis , non studiis ille dabatur honos.  
 Luce sua ludos uvæ commentor habebat :  
 Quos cum tædifera nunc habet ipse Dea.  
 Ergo , ut tyronem celebrare frequentia possit ,  
 Vifa dies dandæ non aliena togæ.  
 Mite , Pater , caput huc placataque cornua vertas ;  
 Et des ingenio vela secunda meo.  
 Itur ad Argæos , ( qui sint , sua pagina dicet )  
 Hac , si commemini , præteritaque die.



Stella Lycaoniam vergit proclinis ad Arcton

Miluiis. hæc illa nocte videnda venit.

Quid dederit volucris, si vis cognoscere, cælum ;

Saturnus regnis ab Jove pulsus erat.

Concitat iratus validos Titanas in arma ,

Quæque fuit fatis debita , postulat opem.

Matre fatus Terra monstrum mirabile taurus

Parte sui serpens posteriore fuit.

Hunc triplici muro lucis incluserat atris

Parcarum monitu Styx violenta trium.

Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset ,

Sors erat , æternos vincere posse Deos.

Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi :

Et jam jam flammis exta daturus erat.

Jupiter alitibus rapere imperat. attulit illi

Miluiis : & meritis venit in astra suis.

**U**N A dies media est ; & fiunt sacra Minervæ :

Nominaq; à junctis quinque diebus habent.

Sanguine prima vacat : nec fas concurrere ferro.

Causa , quod est illa nata Minerva die.

Altera, tresque super strata celebrantur arena.

Ensis exsertis bellica læta Dea est.

Pallada nunc pueri teneræque ornate puellæ.

Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

Pallade placata , lanam mollite , puellæ :

Discite jam plenas exonerare colos.

Illa etiam stantes radio percurrere telas

Erudit ; & rarum pectine denset opus.

Hanc cole, qui maculas læsis de vestibis aufers :

Hanc cole, velleribus quisquis ahena paras.

Nec quisquam invita faciat bene vincula plantæ

Palladæ ; sit Tychio doctior ille licet.

Et licet antiquo manibus collatus Epæo

Sit prior ; irata Pallade mancus erit.

Vos quoque, Phœbea morbos qui pellitis arte ,

Munera de vestris pauca referte Dææ.

Nec vos turba feri censu fraudata magistri

Spernite. discipulos attrahit illa novos.

Quique moves cælum , tabulamque coloribus uris ;

Quique facis docta mollia saxa manu.

Mille Dea est operum : certe Dea carminis illa est.

Si mereor , studiis adsit amica meis.

Cælius ex alto qua mons descendit in æquum ;

F A S T O R U M

Hic ubi non plana est, sed prope plana via est ;  
 Parva licet videas Capita delubra Minervæ ,  
 Quæ Dea natali cæpit habere suo.  
 Nominis in dubio causa est. capitale vocamus  
 Ingenium follers : ingeniosa Dea est.  
 An , quia de capitis fertur sine matre paterni  
 Vertice cum clypeo prosiluisse suo ?  
 An , quia perdomitis ad nos captiva Faliscis  
 Venit : & hoc ipsum litera prisca docet ?  
 An, quod habet legem, capitis quæ pendere pœnas  
 Ex illo jubeat furta reperta loco ?  
 A quacunque trahis ratione vocabula, Pallas ;  
 Pro Ducibus nostris ægida semper habe.  
 Summa dies è quinque tubas lustrare canoras  
 Admonet , & forti sacrificare Deæ.  
 Nunc potes ad Solem sublato dicere vultu ;  
 Hic here Phryxæ vellera pressit ovis.  
 Seminibus tollis sceleratæ fraude novercæ  
 Sustulerat nullas , ut solet , herba comas.  
 Mittitur ad tripodas, certa qui forte reportet ,  
 Quam sterili terræ Delphicus edat opem.  
 Hic quoque corruptus cum semine nunciat Helles  
 Et juvenis Phryxi funera sorte peti.  
 Utque recusantem eives, & tempus, & Ino  
 Compulerunt regem iussa nefanda pati ;  
 Et soror & Phryxus velati tempora ramis  
 Stant simul ante aras : junctaque fata gemunt.  
 Adspicit hos, ut forte pependerit æthere, mater ;  
 Et ferit attonitâ pectora nuda manu :  
 Inque draconigenam nimbis comitantibus urbem  
 Desilit : & natos eripit inde suos.  
 Utque fugam capiant , aries nitidissimus auro  
 Traditur, ille vehit per freta longa duos.  
 Dicitur infirmâ cornu tenuisse sinistra  
 Fœmina ; cum de se nomina fecit aquæ.  
 Pæne simul periit, dum vult succurrere lapsæ ,  
 Frater ; & extensas porrigit usque manus.  
 Flebat, ut amissa gemini consorte pericli ,  
 Cæruleo junctam nescius esse Deo.  
 Littoribus tactis aries fit sidus : at hujus  
 Pervenit in Colchas aurea lana domos.  
**T** Res ubi Luciferos veniens præmiserit Eös ;  
**T** Tempora nocturnis aqua diurna feres.

**I**nde quater pastor saturos ubi clausit hœdos,  
 Canuerint herbæ rore recente quater;  
 Janus adorandus, cumque hoc Concordia mitis,  
 Et Romana Salus, araque Pacis erit.  
**L**Una regit menses. hujus quoque tempora mensis  
 Finit Aventino Luna colenda iugo.

## FASTORUM

## LIBER IV.

**A**lma, fave vati, geminorum mater Amorum.  
 Ad vatem vultus rettulit illa suos.  
 Quid tibi, ait, mecum? certe majora eanebas.  
 Num vetus in molli pectore vulnus habes?  
 Scis Dea, respondi, de vulnere. risit: & æther  
 Protinus ex illa parte serenus erat.  
 Saucius, an sanus, nunquid tua signa reliqui?  
 Tu mihi propositum, tu mihi semper opus.  
 Quæ decuit, primis sine crimine lustris annis:  
 Nunc teritur nostris area major equis.  
 Tempora cum causis Annalibus eruta priscis,  
 Laptaque sub terras, orta que signa cano.  
 Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, mensē.  
 Et vatem, & mensē scis, Venus, esse tuos.  
 Mota Cytheriaca leviter mea tempora myrto  
 Contigit: & Cœptum perfice, dixit, opus.  
 Sensimus; & subito causæ patuere dierum.  
 Dum licet, & spirant flamina; navis eat.  
 Si qua tamen pars te de Fastis tangere debet,  
 Cæsar, in Aprili, quo tenearis, habes.  
 Hic ad te magna descendit imagine mensis:  
 Et fit adoptiva nobilitate tuus.  
 Hoc pater Iliades, cum longum scriberet annum,  
 Vidit; & auctores rettulit ipse suos.  
 Utque fero Marti primam dedit ordine sortem,  
 Quod sibi nascenti proxima causa fuit;  
 Sic Venerem gradibus multis in gente repertam  
 Alterius voluit mensis habere locum.  
 Principiumque sui generis, revolutaque quærens  
 Sæcula, cognatos venit ad usque Deos.  
 Dardanon Electra nesciret Atlantide cretum  
 Scilicet; Electran concubuisse Jovi?

Hujus Erichthonius : Tros est generatus ab illo  
 Assaracon creat hic : Assaracusque Capyn.  
 Proximus Anchisen : cum quo commune parent  
 Non dedignata est nomen habere Venus.  
 Hinc satus Æneas , pietas spectata per ignes ,  
 Sacra, patremque humeris altera sacra , tulit.  
 Venimus ad felix aliquando nomen Iuli :  
 Unde domus Teucros Julia tangit avos.  
 Postumus huic : qui, quod silvis fuit ortus in alta  
 Silvius in Latia gente vocatus erat.  
 Isque, Latine, tibi pater est : subit Alba Latinus  
 Proximus est titulis Epitos , Alba, tuis.  
 Ille dedit Capii recidiva vocabula Trojæ ;  
 Et tuus est idem , Calpete , factus avus.  
 Cumq; patris regnum post hunc Tiberinus habere  
 Dicitur in Thuscæ gurgite mersus aquæ.  
 Jam tamen Agrippan genitû, Remulumq; nepote  
 Viderat : in Remulum fulmina missa ferunt.  
 Venit Aventinus post hos : locus unde vocatus ;  
 Mons quoque. post illum tradita regna Procæ.  
 Quem sequitur diri Numitor germanus Amulî.  
 Ilia cum Lauso de Numitore sati.  
 Ense cadit patruo Lausus : placet Ilia Marti ;  
 Teque parit , gemino junctæ Quirine Remo.  
 Ille suos semper Venerem Martemque parentes  
 Dixit : & emeruit vocis habere fidem.  
 Neve secuturi possent nescire nepotes ;  
 Tempora Dis generis continuata dedit.  
 Sed Veneris mentem Grajo sermone notatum  
 Auguror : à spumis est Dea dicta maris.  
 Nec tibi sit mirum Grajo rem nomine dici :  
 Itala nam tellus Græcia major erat.  
 Venerat Evander plenâ cum classe suorum :  
 Venerat Alcides , Grajus uterque genus.  
 Hospes Aventinis armentum pavit in herbis  
 Claviger : & tanto est Albula pota Deo.  
 Dux quoque Neritius. testes Lætrygones exstant  
 Et quod adhuc Circes nomina littus habet.  
 Et jam Telegoni , jam mœnia Tiburis udi  
 Stabant : Argolicæ quod posuere manus.  
 Venerat Atrides fati agitatus Hæsus ;  
 A quo se dictam terra Falisca putat.  
 Adjice Trojana suaforem Antenora pacis ,

Et generum Oeniden, Appule Daune, tuum.  
 Serus ab Iliacis, & post Antenora, flammis  
 Attulit Æneas in loca nostra Deos.  
 Hujus erat Solymus Phrygiâ comes exul ab Idâ :  
 A quo Sulmonis mœnia nomen habent.  
 Sulmonis gelidi patriæ, Germanice, nostræ.  
 Me miserum, Scythico quam procul illa solo est !  
 Ergo ego? tam longas sed supprime, Musa, querelas:  
 Non tibi sunt mœstâ sacra canenda lyrâ.  
 Quo non Livor abit? sunt qui tibi mensis honorem  
 Eripuisse velint, invideantque, Venus.  
 Nam, quia Ver aperit tunc omnia, densaque cedit  
 Frigoris asperitas, scætaque terra parit ;  
 Aprilem memorant ab aperto tempore dictum :  
 Quem Venus injectâ vindicat alma manu.  
 Illa quidem totum dignissima temperat orbem :  
 Illa tenet nullo regna minora Deo :  
 Juraque dat cælo, terræ, natalibus undis ;  
 Perque suos initus continet omne genus.  
 Illa Deos omnes (longum enumerare) creavit :  
 Illa fatis causas arboribusque dedit :  
 Illa rudes animos hominum contraxit in unum ;  
 Et docuit jungi cum pare quemque suâ.  
 Quid genus omne creat volucrum, nisi blanda vo-  
 luptas ?  
 Nec coeant pecudes, si levis absit amor.  
 Cum mare trux aries cornu decertat : at idem  
 Frontem dilectæ lædere parcit ovis.  
 Deposita taurus sequitur feritate juvencam,  
 Quem toti saltus, quem nemus omne, tremunt.  
 Vis eadem, lato quodcumque sub æquore vivit,  
 Servat ; & innumeris piscibus implet aquas.  
 Prima feros habitus homini detraxit : ab illâ  
 Venerunt cultus mundaque cura sui.  
 Primus amans carmen vigilatum nocte negata  
 Dicitur ad clausas concinuisse fores.  
 Eloquiumque fuit duram exorare puellam :  
 Proque suâ causâ quisque disertus erat.  
 Mille per hanc artes motæ : studioque placendi,  
 Quæ latuère prius, multa reperta ferunt.  
 Hanc quisquam titulo mensis spoliare secundi  
 Audeat ? a nobis sit procul iste furor. (aucta,  
 Quid, quod ubique potens, templisq; frequentibus  
 E e e 5 Urbe

Urbe tamen nostra jus Dea majus habet ?  
 Pro Troja, Romane, tua Venus arma ferebat ;  
 Cum gemuit teneram cuspide læsa manum ,  
 Cælestesque duas Trojano iudice vicit.  
 Ah nolim victas hoc meminisse Deas !  
 Assaracique nurus dicta est : ut scilicet olim  
 Magnus Iuleos Cæsar haberet avos.  
 Nec Veneri tempus, quam ver, erat aptius ullum .  
 Vere nitent terræ : vere remissus ager.  
 Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt ;  
 Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.  
 Et formosa Venus formoso tempore digna est :  
 Utque solet , Marti continuata suo.  
 Vere monet curvas materna per æquora puppes  
 Ire : nec hibernas jam timuisse minas.  
 Rite Deam Latix colitis matresque nurusque ;  
 Et vos, quis vittæ longaque vestis abest.  
 Aurea marmoreo redimicula solvite collo :  
 Demite divitias : tota lavanda Dea est.  
 Aurea siccato redimicula reddite collo :  
 Nunc alii flores, nunc nova danda rosa est.  
 Vos quoque sub viridi myrto jubet illa lavari :  
 Causaque, cur jubeat, (discite) certa subest.  
 Litore siccabat rorantes nuda capillos.  
 Viderunt Satyri turba proterva Deam.  
 Sensit, & apposita texit sua corpora myrto.  
 Tuta fuit facta : vosque referre jubet.  
 Discite nunc, quare Fortunæ thura Virili  
 Detis eo, calida qui locus humet aqua.  
 Accipit ille locusposito velamine cunctas ;  
 Et vitium nudi corporis omne videt.  
 Ut tegat hoc, celetque viros, Fortuna Virilis  
 Præstat : & hoc parvo thure rogata facit.  
 Nec pigeat niveo tritum cum lacte papaver  
 Suinere , & expressis mella liquata favis.  
 Cum primum cupido Venus est deducta marito ;  
 Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit.  
 Supplicibus verbis illam placate : sub illa  
 Et forma, & mores, & bona fama manent.  
 Roma pudicitia proavorum tempore lapsa est :  
 Cumæam , veteres , consuluistis anum.  
 Tempa jubet Veneri fieri : quibus ordine factis .  
 Inde Venus verso nomina corde tenet.

semper ad Æneas placido, pulcerrima, vultu  
 Respice : totque tuas , Diva, tuère nurus.  
 cum loquor, elatæ metuendus acumine caudæ  
 Scorpius in virides præcipitatur aquas.

✓ Ox ubi transferit, cælumque rubescere primo

Cæperit, & tactæ rore querentur aves,  
 emustamque faciem vigilatâ nocte viator

Ponet, & ad solitum rusticus ibit opus;  
 leïades incipiunt humeros relevare paternos:

Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

heu quod in amplexum sex hinc venere Deorum:

Nam Steropen Marti concubuisse ferunt:

Neptuno Halcyonen, & te, formosa Celæno:

Maian, & Electran, Taygetenque Jovi:

Septima mortali Merope tibi, Sisyphæ, nupsit.

Pænitet; & facti sola pudore latet.

sive quod Electra Trojæ spectare ruinas

Non tulit: ante oculos opposuitque manum.

**T**er sine perpetuo cælum versetur in axe;

Ter jungat Titan, terque resolvat equos;

Protinus inflexo Bercynthia tibia cornu

Flabit, & Idææ festa Parentis erunt.

Ibunt semimares, & inania tympana tudent;

Æraque tinnitus ære repulsâ dabunt.

Ipsa sedens molli comitum cervice feretur

Urbis per medias exululata vias.

Scena sonat, Ludique vocant. spectate, Quirites;

Et Fora Marte suo litigiosa vacent.

Quærere multa libet: sed me sonus æris acuti

Terræ, & horrendo lotos adunca sono.

Da Dea, quas sciter, doctas, Cybeleïa, neptes.

Audit; & has curæ iussit adesse meæ.

Pandite mandati memores, Heliconis alumnae,

Gaudeat assiduo cur Dea Magna sono.

Sic ego; sic Erato (mensis Cythereius illi

Cessit; quod teneri nomen Amoris habet:)

Reddita Saturno sors hæc erat; Optime regum,

A nato sceptris excutière tuis.

Ille suam metuens, ut quæque erat edita, prolem

Devorat; immersam visceribusque tenet.

Sæpe Rhea quæsta est toties fœcunda, nec unquam

Mater; & indoluit fertilitate suâ.

Jupiter ortus erat. pro magnâ teste vetustas

Creditur. acceptam parce movere fidem.  
 Veste latens saxum caelesti viscere sedit.  
 Sic genitor fatis decipiendus erat.  
 Ardua jam dudum resonat tinnitibus Ide ;  
 Tutus ut infanti vagiat ore puer.  
 Pars clypeos sudibus, galeas pars tundit inane  
 Hoc Curætes habent, hoc Corybantes opus.  
 Res latuit patrem : prisci que imitamina facti  
 Æra Deæ comites raucaque terga movent.  
 Cymbala pro galeis . pro scutis tympana pulsant  
 Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.  
 Desierat, cœpi : Cur huic genus acre leones  
 Præbent insolitas ad juga curva jubas ?  
 Deseram, cœpit : Feritas mollita per illum  
 Creditur. id curru testificata suo est.  
 At cur turrîtâ caput est ornata coronâ ?  
 An Phrygiis turres urbibus illa dedit ?  
 Annuit. Unde venit, dixi, sua membra secandi  
 Impetus ? ut tacui, Pieris orsa loqui :  
 Phryx puer in silvis facie spectabilis altis  
 Turrigeram casto vinxit amore Deam.  
 Hunc sibi servari voluit, sua templa tueri :  
 Et dixit, Semper fac puer esse velis.  
 Ille fidem jussis dedit, & Si mentiar, inquit,  
 Ultima, quam fallam, sit Venus illa mihi.  
 Fallit : & in Nympha Sagaritide desinit esse,  
 Quod fuit. huic pœnas exigit ira Deæ.  
 Naïda vulneribus succidit in arbore factis.  
 Illa perit. fatum Naïdos arbor erat.  
 Hic furit:& credens thalami procumbere testum  
 Effugit,& cursu Dindyma summa petit. (ma  
 Et modo, Tolle faces; Remove, modo, verbera, cl  
 Sape Palæstinas jurat adesse Deas.  
 Ille etiam saxo corpus laniavit acuto ;  
 Longaque in immundo pulvere tracta coma est  
 Voxque fuit, Merui: meritas dem sanguine pœna.  
 Ah pereant partes, quæ nocuere mihi !  
 Ah pereant ! dicebat adhuc. onus inguinis aufert  
 Nullaque sunt subito signa relicta viri.  
 Venit in exemplum furor hinc, mollesque ministri  
 Cædunt jactatis vilia membra comis.  
 Talibus Aônix facunda voce Camœnæ  
 Reddita quæstis causa furoris erat.



oc quoq; dux operis, moneas precor; unde petita  
 Venerit. an nostrâ semper in Urbe fuit?  
 indymon, & Cybelen, & amœnam fontibus Iden  
 Semper, & Iliacas Mater amavit opes.  
 um Trojam Æneas Italos portaret in agros;  
 Est Dea sacriferas pœne secuta rates.  
 ed nondum satis Latio sua numina pœsci  
 Senferat; assuetis substiteratque locis.  
 ost, ut Roma potens opibus jam sæcula quinque  
 Vidit, & edomito sustulit orbe caput;  
 arminis Euboici fatalia verba sacerdos  
 Inspicit. inspectum tale fuisse ferunt:  
 ater abest; Matrem jubeo, Romane, requiras.  
 Cum veniet, castâ est accipienda manu.  
 bscuræ fortis Patres ambagibus errant:  
 Quæve parens absit, quove petenda loco.  
 onsulitur Pœan: Divûmque arcessite Matrem,  
 Inquit: in Idæo est inveniendâ iugo.  
 littantur proceres. Phrygiæ tum sceptra tenebat  
 Attalus: Ausoniis rem negat ille viris.  
 ira canam. longo tremuit cum murmure tellus:  
 Et sic ex adytis Diva locuta suis:  
 Ma peti volui. ne sit mora: mitte volentem.  
 Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.  
 le soni terrore pavens, Proficiscere, dixit;  
 Nostra eris. in Phrygios Roma refertur avos.  
 rotinus innumeræ cædunt pineta secures  
 Illa, quibus fugiens Phryx pius usus erat.  
 Ille manus coeunt: & pieta coloribus ustis  
 Cælestum Matrem concava puppis habet.  
 la sui per aquas fertur tutissima nati;  
 Longaque Phryxæ stagna sororis adit:  
 hæteumque rapax, Sigæaque littora transit;  
 Et Tenedon veteres Eetionis opes.  
 Cyclades excipiunt, Lesbo post terga relicta;  
 Quaque Caristæis frangitur unda vadis.  
 transit & Icarium, lapsas ubi perdidit alas  
 Icarus, & vastæ nomina fecit aquæ.  
 Cum lævâ Creten, dextrâ Pelopeidas undas  
 Deserit: & Veneri sacra Cythæra perit.  
 hinc mare Trinacrium, candens ubi tingere ferrum  
 Brontes, & Steropes, Acmonidesque solent:  
 Equoraque Asra legit, Sardæaque regna sinistra

Prospicit à remis , Ausoniamque tenet.  
 Ostia contigerat : qua se Tiberinus in altum  
 Dividit , & campo liberiore natat.  
 Omnis Eques, mistâque gravis cum Plebe Sedit  
 Obvius ad Thufci fluminis ora venit.  
 Procedunt pariter matres, nataque, nurusque  
 Quæque colunt sanctos virginitate focos.  
 Sedula fune viri contento brachia lassant.  
 Vix subit adversas hospita navis aquas.  
 Sicca diu tellus fuerat : sitis ufferat herbas :  
 Sedit limoso pressa carina vado :  
 Quisquis adest operi, plus quam pro parte labat  
 Adjuvat & fortes voce sonante manus.  
 Illa velut medio stabilis sedet insûla ponto.  
 Attoniti monstro stantque paventque viri.  
 Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alio  
 Nec facies impar nobilitate fuit.  
 Casta quidem ; sed non & credita. rumor iniectus  
 Læserat , & falsi criminis acta rea est.  
 Cultus, & ornatis varie prodisse capillis ,  
 Obfuit : ad rigidos promtaque lingua senes.  
 Conscia mens recti famæ mendacia risit :  
 Sed nos in vitium credula turba sumus.  
 Hæc ubi castarum processit ab agmine matrum  
 Et manibus puram fluminis hausit aquam ;  
 Ter caput irrorat , ter tollit in æthera palmas.  
 Quicumque adspiciunt, mente carere putant.  
 Submissoque genu , vultus in imagine Divæ  
 Figit , & hos edit crine jacente sonos :  
 Supplicis, alma, tuæ, genetrix fœcunda Deorum,  
 Accipe sub certâ conditione preces.  
 Casta negor. si tu damnas ; meruisse fatebor.  
 Morte luam pœnas iudice victa Deâ.  
 Sed, si crimen abest, tu nostræ pignora vitæ  
 Re dabis : & castas casta sequere manus.  
 Dixit : & exiguo funem conamine traxit.  
 Mira , sed & scenâ testificata loquar.  
 Mota Dea est ; sequiturque ducem , laudatque.  
 Index latitæ fertur in astra sonus. (quem.)  
 Fluminis ad flexum veniunt : Tiberina priores  
 Ostia dixerunt , unde sinister abit.  
 Nox aderat : querno religant à stipite funem :  
 Dantque levâ somno corpora functa cibo.

Lux aderat : querno solvunt à stipite funem :

Ante tamen posito thura dedere foco.

Ante coronatâ puppi sine labe juvencam

Mactarunt operum conjugiique rudem.

Est locus, in Tiberin qua lubricus influit Almo ,

Et nomen magno perdit ab amne minor.

Illic purpureâ canus cum veste sacerdos

Almonis Dominam sacraque lavit aquis.

Exululant comites, furiosaque tibia flatur ;

Et feriunt molles taurea terga manus.

Claudia præcedit læto celeberrima vultu ;

Credita vix tandem teste pudica Deâ.

psâ sedens plaustro portâ est investa Capenâ :

Sparguntur junctæ flore recente boves.

Nasica accepit : templi tunc extitit auctor.

Augustus nunc est : ante Metellus erat.

Substitit hic Erato. mora sit, si cætera quæram.

Dic, inquam, parvâ cur stipe quærat opes ?

Contulit æs populus ; de quo delubra Metellus

Fecit, ait. dandæ mos stipis inde manet.

Cur vicibus factis ineant convivia, quæro ,

Tum magis, indictas concelebrentque dapes.

Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit ;

Captant mutatis sedibus omen idem.

Institeram, quare primi Megalesia ludi

Urbe forent nostrâ : cum Dea (sensit enim :)

Ille Deos, inquit, peperit. cessere parenti :

Principiumque dati Mater honoris habet.

Cur igitur Gallos, qui se excidere, vocamus ?

Cum tanto Phrygiâ Gallica distet humus ?

Inter, ait, viridem Cybelen arasque Celenas ,

Amnis it insanâ, nomine Gallus, aquâ.

Qui bibit inde, furit procul hinc discedite, quis est

Cura bonæ mentis qui bibit inde, furit.

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretura

In Dominæ mensis ? an sua causa subest ?

Lacte mero veteres usi memorantur, & herbis ;

Sponte suâ si quas terra ferebat, ait.

Candidus elixæ miscetur caseus herbæ ;

Cognoscat prisceos ut Dea prisca cibos.

Postera cum cælo motis Pallantias astris

Fulserit ; & niveos Luna levarit equos ;

Qui dicet, Quondam sacrata est colle Quirini

Hac

Hæc Fortuna die Publica ; verus erit.

**T**ertia lux (memini) Ludis erat. at mihi quinta  
Spectanti senior, contiguusque loco,  
Hæc, ait, illa dies, Libycis quâ Cæsar in oris  
Perfida magnanimi contudit arma Jubæ.  
Dux mihi Cæsar erat, sub quo meruisse Tribuni  
Glorior. officio præfuit ille meo.

Hanc ego militiâ sedem, tu pace parasti,  
Inter bis quinos usus honore Viros.

Plura locuturi subito seducimur imbre.  
Pendula cælestes Libra movebat aquas.

Ante tamen, quam summa dies spectacula sistam  
Ensisfer Orion æquore merfus erit.

**P**roxima vietricem cum Romam inspexerit E.  
Et dederit Phœbo stella fugata locum ;  
Circus erit pompâ celebr numeroque Deorum  
Primaque ventosis palma petetur equis.

Hi Cereris Ludi : non est opus indice causâ.  
Sponte Dææ munus promeritumque patent.

Mellis erant primis virides mortalibus herbæ ;  
Quas tellus nullo sollicitante dabat.

Et modo carpebant vivaci cespite gramen ;  
Nunc epulæ tenerâ fronde cacumen erant. (1)

Postmodo glans nata est. bene erat jâ glande repe  
Duraque magnificas quercus habebat opes.

Prima Ceres homini ad meliora alimenta vocato  
Mutavit glandes utiliore cibo.

Ille jugo tauros collum præbere coëgit :  
Tum primum soles eruta vidit humus.

Æs erat in pretio : chalybeia massa latebat.  
Heu quàm perpetuo debuit illa tegi !

Pace Ceres læta est. at vos optate, coloni,  
Perpetuam Pacem, perpetuumque Ducem.

Farra Dææ, micæque licet salientis honorem  
Detis, & in veteres thurea grana focos.

Et, si thura aberunt, unctas accendite tædas.  
Parva bonæ Cereri, sint modo casta, placent.

A bove succincti cultros removete ministri.  
Bos aret : ignavam sacrificate suem.

Æpta jugo cervix non est ferienda securi.  
Vivat, & in durâ sæpe laboret humo.

Exigit ipse locus, raptus ut virginis edam.  
Plura recognosces : pauca docendus eris.

Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor  
 Trinacris ; à posito nomen adepta loci.  
 Grata domus Cereri. multas ibi possidet urbes ;  
 In quibus est culto fertilis Henna solo.  
 Frigida cælestum matres Arethúsa vocarat.  
 Venerat ad sacras & Dea flava dapes.  
 Filia, consuetis ut erat comitata puellis ,  
 Errabat nudo per sua prata pede.  
 Valle sub umbrosâ locus est, adspergine multâ  
 Uvidus ex alto desilientis aquæ.  
 Tot fuerant illic, quot habet natura, colores :  
 Piætaque dissimili flore nitebat humus.  
 Quam simul adspexit ; Comites accedite, dixit ;  
 Et mecum vestros flore replete sinus.  
 Præda puellares animos prolestat inanis ;  
 Et non sentitur sedulitate labor.  
 Hæc implet lento calathos è vimine textos :  
 Hæc gremium, laxos degravat illa sinus.  
 Illa legit calthas : huic sunt violaria curæ :  
 Illa papaveras subsecat ungue comas.  
 Has, Hyacinthe, tenes : illas, Amarante, moraris :  
 Pars thyma, pars cassiam, pars meliloton amat.  
 Plurima lecta rosa est, & sunt sine nomine flores.  
 Ipsa crocos tenues, liliaque alba legit.  
 Carpendi studio paulatim longius itur ;  
 Et dominam casu nulla secuta comes.  
 Hanc videt, & visam patruus velociter aufert ;  
 Regnaque cæruleis in sua portat equis.  
 Illa quidem clamabat, Iô, carissima mater ,  
 Auferor. ipsa suos abscideratque sinus.  
 Panditur interea Diti via : jamque diurnum  
 Lumen inassueti vix patiuntur equi.  
 At chorus æqualis cumulatis flore canistris ,  
 Persephone, clamant, ad tua dona veni.  
 Ut clamata silet, montes ululatus implent ;  
 Et feriunt mœstæ pectora nuda manus. (nam:  
 Attonita est plangore Ceres ; modo venerat Hen-  
 Nec mora, Me miseram, filia, dixit, ubi es ?  
 Mentis inops rapitur. quales audire solemus  
 Threicias passis Mænadas ire comis.  
 Ut vitulo mugit sua mater ab ubere raptò ,  
 Et quærit fœtus per nemus omne suos ;  
 Sic Dea, nec retinet gemitus, & concita cursu

Fertur ; & e campis incipit, Henna, tuis.  
 Inde puellaris nacta est vestigia plantæ,  
 Et pressam noto pondere vidit humum.  
 Forsitan illa dies errori summa fuisset,  
 Si non turbassent signa reperta sues.  
 Jamque Leontinos Amenanaque flumina cursu  
 Præterit, & ripas, herbifer Aci, tuas:  
 Præterit & Cyanen, & fontem lenis Anapi;  
 Ette, vorticibus non adeunde Gela.  
 Liquerat Ortygien, Megaræaque, Pantagienque  
 Quaque Simethæas accipit æquor aquas,  
 Antraque Cyclopum positis exulta caminis,  
 Quique locus curvæ nomina falcis habet:  
 Himeraq; & Didymen, Acragantaq; Tauromenon  
 Sacrorumque Melan pascua læta boum.  
 Hinc Camerinan adit, Thapsosq; & Heloria temp  
 Quaque patet Zephyro semper apertus Eryx.  
 Jamque Peloriaden, Lilybæaque, jamque Pachynæ  
 Lustrarat, terræ cornua prima suæ.  
 Quacunque ingreditur, miseris loca cuncta queret  
 Implet. ut amissum cum gemit ales Irvn.  
 Perq; vices modo, Persephone, modo, Iuvæ, clama  
 Clamat, & alternis nomen utrumque perit.  
 Sed neque Persephone Cererem, neque filia matrem  
 Audit: & alternis nomen utrumque perit.  
 Unaque, pastorem vidisset an arva colentem,  
 Vox erat, Hac gressus ecqua puella tulit?  
 Jam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur  
 Omnia: jam vigiles conticuere canes.  
 Alta jacet vasti super ora Typhoëos Ætnæ,  
 Cujus anhelatis ignibus ardet humus.  
 Illic accendit geminas pro lampade pinus:  
 Hinc Cereris sacris nunc quoque tæda datur.  
 Est specus exesi structurâ pumicis asper;  
 Non homini regio, non adeunda feræ:  
 Quo simul ac venit, frænatos curribus angues  
 Jungit, & æquoreas sicca pererrat aquas.  
 Effugit & Syrtes, & te, Zancleæ Charybdi;  
 Et vos, Nisæi naufraga monstra canes;  
 Hadriacunque patens late, bimaremque Corinthon  
 Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.  
 Hic primum sedit gelido mærkissima saxo.  
 Illud Cecropidæ nunc quoque triste vocant.

Sub Jove duravit multis immota diebus,  
 Et Lunæ patiens, & pluvialis aquæ.  
 Fors sua cuique loco est, quo nunc Cerealis Eleusium  
 Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.  
 Ille domum glandes excussa que mora rubetis  
 Portat, & arsuris arida ligna focis.  
 Filia parva duas redigebat rupe capellas;  
 Et tener in cunis filius æger erat.  
 Mater, ait virgo, (mota est Dea nomine matris)  
 Quid facis in solis incomitata jugis?  
 Restitit & senior, quamvis onus urget: & orat  
 Tecta suæ subeat quantulacunque casæ.  
 Illa negat: simularat anum, mitræque capillos  
 Prefferat. instanti talia dicta refert:  
 Sospes eas, semperque parens: mihi filia rapta est.  
 Heu melior quanto fors tua sorte meâ!  
 Dixit: &, ut lacrymæ (neque enim lacrymare  
 Deorum est)  
 Decidit in tepidos lucida gutta sinus.  
 Flent pariter, molles animi virgoque senexque.  
 E quibus hæc justî verba fuere senis:  
 Sic tibi, quam raptam quereris, sit filia sospes;  
 Surge: nec exiguæ despice tecta casæ.  
 Cui Dea, Duc, inquit: scisti, qua cogere posses.  
 Seque levat faxo, subsequiturque semen.  
 Dux comiti narrat, quam sit sibi filius æger;  
 Nec capiat somnos, invigiletque malis.  
 Illa soporiferum, parvos initura penates,  
 Colligit agresti lene papaver humo.  
 Dum legit; obliato fertur gustasse palato,  
 Longamque imprudens exsoluisse famera.  
 Quæ quia principio posuit jejunia noctis;  
 Tempus habent Myrtæ sidera visa cibi.  
 Limen ut intravit, luctus videt omnia plena.  
 Jam spes in puero nulla salutis erat.  
 Matre salutata (mater Metanira vocatur)  
 Tangere dignata est os puerile suo.  
 Pallor abit, subitaque vident in corpore vires.  
 Tantus celesti venit ab ore vigor.  
 Tota domus læta est, hoc est, materque paterque  
 Nataque: tres illi tota fuere domus.  
 Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte,  
 Pomaque, & in teneris aurea mella favis.

Abstinet alma Ceres, somnique papavera caussas  
 Dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer.  
 Noctis erat medium, placidique silentia somni;  
 Triptolemium gremio sustulit illa suo:  
 Terque manu permulsit eum: tria carmina dixit:  
 Carmina mortali non referenda sono.  
 Inque foco pueri corpus vivente favilla  
 Obruit, humanum purget ut ignis onus.  
 Excutitur somno stultè pia mater: & amens,  
 Quid facis? exclamat: membraque ab igne rapit  
 Cui Dea, Dum non es, dixit, scelerata fuisti:  
 Irrita materno sunt mea dona metu.  
 Iste quidem mortalis erit: sed primus arabit,  
 Et seret, & cultâ præmia tollet humo.  
 Dixit: & egrediens nubem trahit, inque dracones  
 Transit, & aligero tollitur axe Ceres.  
 Sunion expositum, Piræaque tuta recessu  
 Linqvit, & in dextrum quæ jacet ora latus.  
 Hinc init Ægæum; quo Cycladas adspicit omnes:  
 Ioniūque rapax, Icariumque legit.  
 Perque urbes Asiæ longum petit Hellespontum:  
 Diversumque locis alta pererrat iter. (dos)  
 Nam modo thurilegos Arabas, modo despicit In-  
 Hinc Libys, hinc Meroë, siccaque terra subest.  
 Nunc adit Hesperios Rhenum Rhodanumque Pa-  
 dumque,  
 Teque future parens, Tibri, potentis aquæ.  
 Quo feror? immensum est erratas dicere terras:  
 Præteritus Cereri nullus in orbe locus.  
 Errat & in cælo: liquidique immunia ponti  
 Alloquitur gelido proxima signa polo.  
 Parrhalides stellæ (namque omnia nosse potestis,  
 Æquoreas nunquam cum subeatis aquas),  
 Persephonen natam miseræ monstrate parenti.  
 Dixerat. huic Helice talia verba refert:  
 Crimine nox vacua est. Solem de virgine raptâ  
 Consule; qui latè facta diurna videt.  
 Sol aditus, Quam quæris, ait, ne vana labores,  
 Nupta Jovis fratri tertia regna tenet.  
 Quæstâ diu secum sic est affata Tonantem:  
 Maximaque in vultu signa dolentis erant)  
 Si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata;  
 Dimidium curæ debet habere tuæ.



Orbe pererrato, sola est injuria facti  
 Cognita : commissi præmia raptor habet.  
 At neque Persephone digna est prædone marito,  
 Nec gener hoc nobis more parandus erat.  
 Quid gravius victore Gyge captiva tulissem;  
 Quam nunc te cæli sceptrâ tenente tuli?  
 Verum impune ferat : nos hæc patiamur inultæ.  
 Reddat, & emendet facta priora novis.  
 Jupiter hanc lenit, factumque excusat amore;  
 Nec gener est nobis ille pudendus, ait.  
 Non ego nobilior. posita est mihi reglâ cælo.  
 Possidet alter aquas : alter inane Chaos.  
 Sed si forte tibi non est mutabile pectus;  
 Statque semel juncti rumpere vincla tori;  
 Hoc quoque tentemus, siquidem jejuna remansit:  
 Sin minus; inferni conjugis uxor erit.  
 Tartara jussus adit sumtis Caducifer alis:  
 Speque redit citius, visaque certa refert.  
 Rapta tribus, dixit, solvit jejunia granis,  
 Punica quæ lento cortice poma tegunt.  
 Haud secus indoluit, quam si modo rapta fuisset,  
 Mæsta parens; longâ vixque refecta morâ est.  
 Atque ira, Nec nobis cælum est habitabile, dixit:  
 Tanariâ recipi me quoque valle jube.  
 Et factura fuit: pactus nisi Jupiter esset,  
 Bis tribus ut cælo mensibus illa foret.  
 Tum demum vultusque Ceres animumque recepit;  
 Imposuitque suæ spicea ferta comæ.  
 Largaque provenit cessatis messis in arvis;  
 Et vix congestas area cepit opes.  
 Alba decent Cererem: vestes Cerealibus albas  
 Sumite. nunc pulli velleris usus abest.  
**O**ccupat Apriles Idus cognomine Victor  
 Jupiter: hac illi sunt data templa die.  
 Hac quoque, ni fallor, populo dignissima nostræ  
 Atria Libertas cœpit habere sua.  
**L**uce secururâ tutos pete, navita, portus:  
 Ventus ab occasu grandine mistus erit.  
 Scilicet ut fuerit; tamen hæc Mutinensia Cæsar  
 Grandine militiâ contudit arma suâ.  
**T**ertia post Veneris cum lux surrexerit Idus;  
 Pontifices fordâ sacra litate bove.  
 Forda ferens bos est fœcundaque, dicta ferendo:

A Hinc etiam foetus nomen habere putant.  
 Nunc gravidum pecus est : gravidæ nunc feminæ  
 1 Telluri plenæ victima plena datur. (terra  
 Pars cadit arce Jovis : ter denas Curia vaccas  
 7 Accipit ; & largo sparsa cruore madet.  
 Aut ubi visceribus vitulos rapuere ministri ,  
 1 Sectaque fumosis exta dedere focus ;  
 Igne cremat vitulos , quæ natu maxima virgo ;  
 1 Luce Palis populos purget ut ille cinis.  
 Rege Numâ , fructu non respondente labori ,  
 C Irrita decepti vota colentis erant.  
 Nam modo siccus erat gelidis Aquilonibus annus ;  
 1 Nunc ager assiduâ luxuriabat aquâ.  
 Sæpe Ceres primis dominum fallebat in herbis ;  
 1 Et levis obfesso stabat avena solo :  
 Et pecus ante diem partus edebat acerbos :  
 5 Agnaque nascendo sæpe necabat ovem.  
 Silva vetus nullâque diu violata securi  
 1 Stabat , Mænalis sacra relicta Deo.  
 Ille dabat tacitis animo responsa quieto  
 1 Noctibus. hic geminas rex Numa mactat oves.  
 Prima cadit Fauno ; leni cadit altera Somno.  
 1 Sternitur in duro vellus utrumque solo.  
 Bis caput intonsum fontanâ spargitur undâ ;  
 Bis sua fagineâ tempora fronde premit.  
 Usus abest Veneris : nec fas animalia mensis  
 Ponere : nec digitis anulus ullus inest.  
 Veste rudi tectum supra nova vellera corpus  
 Ponit , adorato per sua verba Deo.  
 Interea placidam redimita papavere frontem  
 Nox venit , & secum somnia nigra trahit. (ro,  
 Faunus adest ; oviumque premens pede vellera du-  
 Edidit a dextro talia dicta toro :  
 Morte boum tibi , Rex , Tellus placanda duarum :  
 Det sacris animas una necata duas.  
 Excutitur terrore quies ; Numa visâ revolvit ;  
 Et secum ambages cæcaque iussa refert.  
 Expedit errantem nemori gratissima conjux ;  
 Et dixit , Gravidæ posceris exta bovis.  
 Extâ bovis dantur gravidæ : felicior annus  
 Provenit , & fructum terra pecusque ferunt.  
 Hanc quondam Cytheræa diem properantius ire  
 Jussit , & æthereos præcipitavit equos ;

Ut titulum imperii quam primum luce sequenti  
Augusto juveni prospera bella darent.

**S** Ed jam præteritas quartus tibi Lucifer Idus  
Respicit. hac Hyades Dorida nocte petunt.

**T**ertia post Hyadas cum lux erit orta remotas ;  
Carcere partitos Circus habebit equos.

Cur igitur missæ vinctis ardentia tædis  
Terga ferant vulpes, caussa docenda mihi.

Frigida Carsoli nec olivis apta ferendis  
Terra , sed ad segetes ingeniosus ager.

Hac ego Pelignos natalia rura petebam ;  
Parva , sed assiduis uvida semper aquis.

Hospitis antiqui solitas intravimus ædes.  
Demserat emeritis jam juga Phœbus equis.

Is mihi multa quidem, sed & hæc, narrare solebat ;  
Unde meum præsens instrueretur opus :

Hoc, ait, in campo (campumque ostendit) habebat  
Rus breve cum duro parca colona viro.

Ille suam peragebat humum : sive usus aratri ,  
Sive cavæ falcis , sive bidentis erat.

Hæc modo verrebat stantem tibicine villam :  
Nunc matris plumis ova fovenda dabat.

Aut virides malvas, aut fungos colligit albos :  
Aut humilem grato calfacit igne focum.

Et tamen assiduis exercet brachia telis ;  
Adversumque minas frigoris arma parat.

Filius hujus erat primo lascivus in ævo ;  
Addideratque annos ad duo lustra duos.

Is capit extremi vulpem sub valle salicti :  
Abstulerat multas illa cohortis aves.

Captivam stipulâ sænoque involvit, & ignes  
Admoveret. urentes effugit illa manus.

Qua fugit, incendit vestitos messibus agros :  
Damnosis vires ignibus aura dabat.

Factum abiit ; monumenta manent. nam vivere  
captam

Nunc quoque lex vulpem Carscolana vetat.  
Utque luat pœnas gens hæc, Cerealibus ardet :

Quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.

**P**ostera cum veniet terras visura patentes  
Memnonis in roseis lutea mater equis ;

E duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hælen ,  
Sol abit : egresso victima major adest.

- E** Vacca sit an taurus, non est cognoscere promptum  
 Pars prior apparet : posteriora latent.  
**I** Seu tamen est taurus, siue est hoc fœmina signum  
 Junone invitâ munus amoris habet.  
**I** **N** Ox abiit, oriturque Aurora. Palilia poscor.  
 Non poscor frustra ; si favet alma Pales.  
**A** Alma Pales, faveas pastoria sacra canenti ;  
 Prosequor officio si tua festa pio.  
**I** Certè ego de vitulo cinerem stipulasque fabales  
 Sæpe tuli plenâ februa casta manu.  
**I** Certè ego transilui positas ter in ordine flammam  
 Virgaque roratas laurea misit aquas.  
**I** Mota Dea est ; operique favet. navalibus exi,  
 Puppis : habent ventos jam tua vela suos.  
**S** **I**, pete virgineâ, populus, suffimen ab arâ :  
 Vesta dabit. Vestæ munere purus eris.  
**E** Sanguis equi suffimen erit, vitulique favilla.  
 Tertia res, duræ culmen inane fabæ.  
**S** Pastor, oves saturas ad prima crepuscula iustra.  
 Uda prius spargat, virgaque verrat humum.  
**I** Frondibus, & fixis decorentur ovilia ramis ;  
 Et tegat ornatas longa corona fores.  
**I** Cærulei sicut vivo de sulfure fumi ;  
 Tactaque fumanti sulfure balet ovis.  
**E** Ure mares oleas, tædamque, herbasque Sabinas ;  
 Et crepet in mediis laurus adusta focis.  
**I** Libaque de milio milii fiscella sequatur :  
 Rustica præcipuè quo Dea læta cibo est.  
**V** Adde dapes mulctramque suas : dapibusque resectis  
 Silvicolam tepido lacte precare Palen.  
**I** Consule, dic, pecori pariter, pecorisque magistris :  
 Effugiat stabulis noxa repulsâ meis.  
**F** Sive sacro pavi, sedive sub arbore sacrâ ;  
 Pabulaque è bustis infœcia carplit ovis :  
**N** Seu nemo intravi vetitum, nostrisve fugatæ  
 Sunt oculis Nymphæ, semicapere Deus :  
**E** Seu mea falx ramo lucum spoliavit opaco,  
 Unde data est ægre fiscina frondis ovi :  
**E** Da veniam culpæ : nec, dum degrandinat, obsit  
 Agresti fano supposuisse pecus.  
**E** Nec noceat turballe lacus. ignoscite, Nymphæ ;  
 Lota quod obscuras ungula fecit aquas.  
**I** Tu, Dea, pro nobis Fontes fontanaque placa

Numina ; tu sparfos per nemus omne Deos.  
 Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ ;  
 Nec taunum, medio cum premit arva die.  
 Ille procul morbos. valeant hominesq; gregeſque;  
 Et valeant vigiles provida turba canes.  
 Neve minus multos redigam, quam mane fuerunt ;  
 Neve gemam referens vellera rapta lupo.  
 Neſit iniqua fames. herbæ frondeſque ſuperſint :  
 Quæque lavent artus, quæque bibantur, aquæ.  
 Cætera plena premam. referat mihi caſeus æra :  
 Dentque viam liquido vimina rara ſero.  
 Neſtque ſalax aries ; conceptaque femina conjux  
 Reddat ; & in ſtabulo multa ſit agna meo.  
 Neſtque proveniat nullas læſura puellas,  
 Mollis, & ad teneras quamlibet apta manus.  
 Neſtque precor, eveniant: & nos faciamus ad annum  
 Paſtorum dominæ grandia liba Pali.  
 Neſtque Dea placanda eſt : hæc tu converſus ad ortus  
 Dic ter, & in vivo prolue rore manus.  
 Neſtque licet, appoſitâ veluti crateræ camellâ,  
 Lac niveum potes, purpureamque ſapam.  
 Neſtque oxque per ardentem ſtipulâ crepitanſis acervos  
 Trajicias celeri ſtrenua membra pede.  
 Neſtque poſitus mos eſt. moris mihi reſtat origo.  
 Neſtque Turba facit dubium ; cæptaque noſtra tenet.  
 Neſtque omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis  
 Excoquit. idcirco cum duce purgat oves.  
 Neſtque, quia cunctarum contraria ſemina rerum  
 Sunt duo, diſcordes ignis & unda Dei ;  
 Neſtque intererunt elementa patres : aptumque putarunt  
 Ignibus & ſparſâ tangere corpus aquâ ?  
 Neſtque, quod in his vitæ cauſſa eſt; hæc perdidit exul :  
 Neſtque His nova ſit conjux : hæc duo magna putant ?  
 Neſtque, æquidem credo ; ſunt qui Phaëthonta referri  
 Credant, & nimias Deucalionis aquas.  
 Neſtque, ut ſax quoque, cum ſaxis paſtores ſaxa terebant,  
 Scintillam ſubitò proſiſſiſſe ferunt.  
 Neſtque prima quidem periit : ſtipulis excepta ſecunda eſt.  
 Neſtque Hoc argumenti flamma Palilis habet.  
 Neſtque, non magis hunc morem pietas Æneïa fecit,  
 Neſtque, Innocuum viſto cui dedit ignis iter ? (eſt,  
 Neſtque, cum tamen eſt vero propius ; cum condita Roma  
 Transferri juſſos in nova tecta Lares ?

Mutantesque domum tectis agrestibus ignem,  
 Et cessaturæ supposuisse calæ?  
 Per flammæ saluisse pecus, saluisse colonos?  
 Quod sit natali nunc quoque, Roma, tuo.  
 Ipse locus causas vati facit. Urbis origo  
 Venit. ades festis, magne Quirine, tuis.  
 Jam luerat pœnas frater Numitoris, & omne  
 Pastorum gemino sub duce vulgus erat.  
 Contrahere agrestes, & mœnia ponere utrique  
 Convenit. ambigitur mœnia ponat uter.  
 Nil opus est, dixit, certamine, Romulus, ullo.  
 Magna fides avium est: experiamur aves.  
 Res placet. alter inît nemorosi saxa Palati:  
 Alter Aventinum mane cacumen adit.  
 Sex Remus, hic volucres bis sex videt ordine.  
 Statur: & arbitrium Romulus urbis habet.  
 Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.  
 Sacra Palis suberant: inde movetur opus.  
 Fossa fit ad solitum: fruges jaciuntur in imâ,  
 Et de vicino terra petita solo.  
 Fossa repletur humo, plenæque imponitur ara:  
 Et novus accenso finditur igne focus.  
 Inde premens itivam designat mœnia sulco:  
 Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.  
 Vox fuit hæc Regis, Condenti Jupiter urbem  
 Et genitor Mavors. Vestaque mater ades:  
 Quosque pium est adhibere Deos, advertite curam  
 Auspicius vobis hoc mihi surgat opus.  
 Longa sit huic ætas, dominæque potentia terræ  
 Sitque sub hac oriens occiduusque dies.  
 Ille precabatur. tonitru dedit omina lævo  
 Jupiter: & lævo fulmina missa polo.  
 Augurio læti jaciunt fundamina cives;  
 Et novus exiguo tempore murus erat.  
 Hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse vocat;  
 Sintque, Celer, curæ, dixerat, ista tuæ.  
 Neve quis aut muros, aut versam vomere terra  
 Transeat, audentem talia dede neci.  
 Quod Remus ignorans, humiles contemnere mos  
 Cœpit: & His populus, dicere, tutus erit?  
 Nec mora, transiit. rutro Celer occupat aulam.  
 Ille premit duram sanguinolentus humum.  
 Hæc ubi Rex didicit, lacrymas introrsus oboritur.

Devorat, & clausum pectore vulnus habet.  
 cre palam non vult, exempla que fortia servat:  
 Sicque meos muros transeat hostis, ait.  
 it tamen exsequias: nec jam suspendere stetum  
 Sustinet; & pietas dissimulata patet.  
 culaque applicuitposito suprema feretro:  
 Atque ait; Invito frater adempte, vale.  
 furosque artus unxit: fecere, quod ille,  
 Faustulus, & mœstas Acca soluta comas.  
 im juvenem nondum facti flevère Quirites.  
 Ultima plorato subdita flamma rogo.  
 bs oritur (quis tunc hoc ulli credere posset?)  
 Victorem terris impositura pedem.  
 incta regas: & sis magno sub Cæsare semper:  
 Sæpe etiam plures nominis hujus habe.  
 quoties steteris domito sublimis in orbe;  
 Omnia sint humeris inferiora tuis.  
 Icta Pales nobis. idem Vinalia dicam.  
 Una tamen media est inter utramque dies.  
 amina vulgares Veneris celebrate puellæ.  
 Multa professorum quæritibus apta Venus.  
 oscite thure dato formam, populique favorem:  
 Poscite blanditias, dignaque verba joco.  
 imque sua dominæ date grata sisymbria myrto,  
 Textaque compositâ juncea vincla rosâ.  
 empla frequentari Collinæ proxima portæ  
 Nunc decet: à Siculo nomina colle tenent.  
 que Syracusas Arethufidas abstulit armis  
 Claudius, & bello te quoque cepit, Eryx;  
 urmine vivacis Venus est translata Sibyllæ;  
 laque suæ stirpis maluit urbe coli.  
 arigitur Veneris festum Vinalia dicant,  
 Quæritis; & quare sit Jovis ista dies?  
 arnus, an Æneas Latix gener esset Amatae,  
 Bellam erat. Hetruscas Turnus adoptat opes.  
 arus erat, sumtisque ferox Mezentius armis:  
 Et vel equo magnus, vel pede major erat.  
 em Rutuli Turnusque suis adsciscere tentant  
 Partibus. hæc contra dux ita Tuscus ait:  
 at mihi non parvo virtus mea. vulnera testes;  
 Armaque, quæ sparsi sanguine sæpe meo.  
 ai petis auxilium, non grandia divide mecum  
 Præmia, de lacubus proxima multa tuis.

Nulla mora est operæ vestrum dare; vincere  
 Quam velit Æneas ista negata mihi!  
 Annuerant Rutuli. Mezentius induit arma:  
 Induit Æneas; alloquiturque Jovem.  
 Hostica Tyrrheno vota est vindemia Regi,  
 Jupiter: è Latio palmite musta feras.  
 Vota valent meliora: cadit Mezentius ingens  
 Atque indignanti pectore plangit humum.  
 Venerat Autumnus calcatis fordidus uvis:  
 Redduntur merito debita vina Jovi.  
 Dicta dies hinc est Vinalia. Jupiter illam  
 Vindicat, & festis gaudet inesse suis.  
**S** Ex ubi, quæ restant, lucas Aprilis habebit  
 In medio cursu tempora veris erunt.  
 Et frustra pecudem quæres Athamantidos Hæc  
 Signaque dant imbres: exoriturque Canis.  
 Hac mihi Nomento Romam cum luce redire  
 Obstitit in mediâ candida pompa viâ.  
 Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat,  
 Extâ canis flammis, extâ daturus ovis.  
 Protinus accessi; ritus ne nescius essem.  
 Edidit hæc Flamen verba, Quirine, tuus:  
 Aspera Robigo, parcas Cerealibus herbis:  
 Et tremat in summâ læve cacumen humo.  
 Tu sata sideribus cæli nutrita secundis  
 Crescere, dum fiant falcibus apta, sinas.  
 Vis tua non levis est. quæ tu frumenta notasti  
 Mœstus in amissis illa colonus habet.  
 Nec venti tantum Cereri nocuere, nec imbres  
 Nec sic marmoreo pallet adusta gelu:  
 Quantum, si culmos Titan incalfacit udos.  
 Tum locus est iræ, Diva timenda: tuæ.  
 Parce, precor, scabrasque manus à messibus au;  
 Neve noce cultis: posse nocere sat est.  
 Nec teneras segetes, sed durum amplectere ferrâ:  
 Quodque potest alios perdere, perde prior.  
 Utilius gladios & tela nocentia carpes.  
 Nil opus est illis: otia mundus agit.  
 Sarcula nunc, durusque bidens, & vomer adunt,  
 Ruris opes niteant: inquinet arma situs.  
 Conatusque aliquis vaginâ ducere ferrum;  
 Adstrictum longâ sentiat esse morâ.  
 At tu ne viola Cererem; semperque colonus



Absenti possit solvere vota tibi.  
 xerat. à dextrâ villis mantele solutis  
 Cumque meri paterâ thuris acerra fuit.  
 ura focis vinumque dedit, fibrasque bidentis,  
 Turpiaque obscœnæ (vidimus) exta canis.  
 m mihi, Cur detur sacris nova victima, quæris?  
 Quæheram) causam percipe, Flamen ait:  
 Canis (Icarium dicunt) quo sidere moto  
 Tosta sicut tellus, præcipiturque seges.  
 o cane sidereo canis hic imponitur aræ:  
 Et, quare pereat, nil nisi nomen habet.  
 Num Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto  
 Sustulit immenso ter jubar orbe suum;  
 Ille venit variis florum Dea nexa coronis:  
 Scena joci morem liberioris habet.  
 rit & in Majas sacrum Florale Kalendas.  
 Tunc repetam: nunc me grandius urget opus.  
 fert, Vesta, diem: cognato, Vesta, recepta est  
 Limine sic justi constituere patres.  
 æbus habet partem; Vestæ pars altera cessit:  
 Quod superest illis, tertius ipse tenet.  
 ate Palatinæ laurus, prætextaque quercu  
 Stet domus. æternos tres habet una Deos.

## FASTORUM

## LIBER V.

Uæritis, unde putè Maio data nòmina mensi?  
 Non satis est liquido cognita causâ mihi.  
 Ut stat, & incertus qua sit sibi nescit eun-  
 dum,  
 Cum videt ex omni parte viator iter:  
 c, quia posse datur diversas reddere causas,  
 Qua ferar ignoro: copiaque ipsa nocet.  
 icite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes  
 Grata Medusæi signa tenetis equi.  
 issensere dex. quarum Polyhymnia cœpit  
 Prima. silent aliæ; dictaque mente notant.  
 ost chaos, ut primum data sunt tria corpora mun-  
 Inque novas species omne recessit opus; (do,  
 ondere terra suo subsedit, & æquora traxit:  
 At cælum levitas in loca summa tulit.

Sol quoque cum stellis nullâ gravitate rotentur  
 Et vos Lunares exsiluistis equi.  
 Sed neque terra diu cælo, nec cætera Phœbo  
 Sidera cedebant: par erat omnis honos.  
 Sæpe aliquis folio, quod tu, Saturne, tenebas  
 Ausus de mediâ plebe sedere Deus  
 Et latus Oceano quisquam Deus advena junxit  
 Tethys & extremo sæpe recepta loco est.  
 Donec Honor, placidoque decens Reverentia illi  
 Corpora legitimis imposuere toris.  
 Hinc lata Majestas; hos est Dea censa parentem  
 Quaque die partu est edita, magna fuit.  
 Nec mora: confedit medio sublimis Olympo  
 Aurea, purpureo conspicienda sinu.  
 Confedere simul Pudor & Metus. omne videre  
 Numan ad hanc cultus composuisse feros.  
 Protinus intravit mentes suspectus honorum.  
 Fit pretium dignis; nec sibi quisque placet.  
 Hic status in cælo multos permanit in annos:  
 Dum senior fatis excidit arce Deus.  
 Terra feros partus immania monstra Gigantas  
 Edidit, ausuros in Jovis ire domum.  
 Mille manus illis dedit, & pro cruribus angustis  
 Atque ait, In magnos arma movete Deos.  
 Exstruere hi montes ad sidera summa parabant  
 Et magnum bello sollicitare Jovem.  
 Fulmina de cæli jaculatus Jupiter arce  
 Vertit in auctores pondera vasta suos.  
 His bene Majestas armis defensa Deorum  
 Restat: & ex illo tempore firma manet.  
 Assidet illa Jovi: Jovis est fidiissima custos:  
 Et præstat sine vi sceptrâ tremenda Jovi.  
 Venit & in terras: coluerunt Romulus illam  
 Et Numa: mox alii, tempore quisque suo.  
 Illa patres in honore pio matresque tuetur:  
 Illa comes pueris virginibusque venit.  
 Illa datos fasces commendat, eburque curule:  
 Illa coronatis alta triumphat equis.  
 Finierat voces Polyhymnia, dicta probarunt.  
 Clioque, & curvæ scita Thalia lyræ.  
 Excipit Uranie: fecere silentia cunctæ;  
 Et vox audiri nulla, nisi illa, potest.  
 Magna fuit quondam capitis reverentia cani,

Inque suo pretio ruga senilis erat.  
artis opus juvenes animosaque bella gerebant :  
Et pro Dis aderant in statione suis.  
Iribus illa minor, nec habendis utilis armis ,  
Consilio patriæ sæpe ferebat opem.  
ec nisi post annos patuit tunc Curia feros :  
Nomen & ætatis mite Senatus erat.  
ira dabat populo senior ; finitaque certis  
Legibus est ætas , unde petatur honos.  
et medius juvenum, non indignantibus ipsa ,  
Ibat : & interior, si comes unus erat.  
erba quis auderet coram sene digna rubore  
Dicere ? censuram longa senectâ dabat.  
omulus hoc vidit : selectaque pectora Patres  
Dixit. ad hos Urbis summa relata novæ.  
inc sua majores posuisse vocabula Majo  
Tangor, & ætati consuluisse suæ.  
et Numitor dixisse potest, Da, Romule, menssem  
Hunc senibus ; nec avum sustinuisse nepos.  
ec leve præpositi pignus successor honoris  
Junius a juvenum nomine dictus habet.  
um sic, neglectos hederâ redimita capillos ,  
Prima sui cœpit Calliopœa chori :  
uxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn ,  
Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.  
hinc fata Pleione cum cælifero Atlante  
Jungitur, ut fama est ; Pleiadasque parit.  
uarum Maja suas formâ superasse sorores  
Traditur, & summo concubuisse Jovi.  
Iæc enixa jugo cupressiferæ Cyllenes  
Ætherium volueri, qui pede carpit iter.  
arcades hunc, Ladonque rapax, & Mænalos ingens  
Rite colunt, Lunâ credita terra prior.  
xsul ab Arcadiis Latios Evander in agros  
Venerat : impositos attuleratque Deos.  
sic, ubi nunc Roma est orbis caput, arbor & her-  
Et paucæ pecudes, & casa rara fuit.       ibat,  
quo postquam ventum ; Consistite, præscia mater,  
Nam locus imperii rus erit istud, ait.  
et matri & vati parat Nonacrius heros ;  
Inque peregrinâ constitit hospes humo.  
acraque multa quidem, sed Fauni prima bicornis  
Has docuit gentes, alipedisque Dei.

Semicaper, coleris cinctutis, Faune, Lupercis  
 Cum iustrant celebres vellera secta vias.  
 At tu materno donasti nomine mensē,  
 Inventor curvæ, furibus apte, fidis.  
 Nec pietas hæc prima tua est: septena putaris  
 Pleiadum numerum fila dedisse lyrae.  
 Hæc quoque desierat; laudataque voce soror: *urist*  
 Quid faciam? turbæ pars habet omnis idem.  
 Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit;  
 Nullaque laudetur plusve minusve mihi.  
**A** B Jove surgat opus. primâ mihi nocte vide  
 Stella est in cunas officiosa Jovis.  
 Nascitur Oleniæ signum pluviale Capellæ:  
 Illa dati cælum præmia lactis habet.  
 Nais Amalthæa Cretæâ nobilis Idâ  
 Dicitur in silvis oculuisse Jovem.  
 Huic fuit hædorum mater formosa duorum.  
 Inter Dictæos conspicienda greges;  
 Cornibus aëriis, atque in sua terga recurvis:  
 Ubere, quod nutritrix posset habere Jovis.  
 Lac dabat illa Deo. sed fregit in arbore cornu  
 Truncaque dimidiâ parte decoris erat.  
 Sustulit hoc Nymphæ; cinctumque; recentibus herba  
 Et plenum pomis ad Jovis ora tulit.  
 Ille, ubi res cæli tenuit, folioque paterno  
 Sedit, & invicto nil Jove majus erat,  
 Sidera nutricem, nutricis fertile cornu  
 Fecit; quod dominæ nunc quoque nomen hat,  
 Præstitibus Maiæ Laribus videre Kalendæ  
 Aram constitui, signaque parva Deûm.  
 Voverat illa quidem Curius: sed multa vetustas  
 Destruit, & saxo longa senectâ nocet.  
 Causa tamen positi fuerat cognominis illis,  
 Quod præstant oculis omnia tuta suis.  
 Stant quòq; pro nobis, & præfunt mœnibus Urbis  
 Et sunt præsen tes, auxiliumque ferunt.  
 At canis ante pedes saxo fabricatus eodem  
 Stabat. quæ standi cum Lare causa fuit?  
 Servat uterq; domum domino quoq; fidus uterq;  
 Compita grata Deo: compita grata cani.  
 Exagitant & Lar & turba Diania fures:  
 Pervigilantque Lares; pervigilantque canes.  
 Bina gemellorum quærebam signa Deorum

Viribus annoſæ facta caduca moræ :

Mille Lares Geniumque Ducis, qui tradidit illos ,  
Urbs habet ; & vici numina trina colunt.

Quo feror ? Auguſtus menſis mihi carminis hujus

Jus dabit. interea Diva canenda Bona eſt.

Eſt moles nativa : loco res nomina fecit.

Appellant faxum : pars bona montis ea eſt.

Huic Remus inſtiterat fruſtra, quo tempore fratru

Prima Palatinæ ſigna dedisti aves.

Templa Patres illic oculos exoſa virites

Leniter acclivi conſtituere jugo.

Dedicat hæc veteris Clauſorum nominis hæres

Virgineo nullum corpore paſſa virum .

Livia reſtituit ; ne non iunitata maritum

Eſſet , & ex omni parte ſecuta virum .

Oſtera cum roſeam pulſis Hyperionis aſtris

In matutinis lampada tollit equis ;

Frigidus Argeltes ſummas mulcebit ariſtas ,

Candidaque à Calabris vela dabuntur aquis .

At ſimul inducunt obſcura crepuſcula noctem ;

Pars Hyadum toto de grege nulla latet.

Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis ,

Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat.

Pars Bacchum nutriſſe putant : pars credidit eſſe

Tethyos has neptes , Oceanique ſenis .

Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus Olympo ;

Cum ſatus eſt formâ conſpiciendus Hyas .

Hunc ſtirps Oceani maturis niſibus Æthra

Edidit , & Nymphas : ſed prior ortus Hyas .

Dum nova lanugo ; pavidos formidine cervos

Terret : & eſt illi præda benigna lepus .

At poſtquam virtus annis adolevit ; in apros

Åudet , & hirsutas cominus ire leas .

Dumque petit latebras fœtæ catuloſque leonæ ;

Ipſe fuit Libycæ præda cruenta feræ .

Mater Hyan , & Hyan mœſtæ flere ſorores ;

Cervicemque polo ſuppoſiturus Atlas .

Viſtus uterque parens tamen eſt pietate ſororum .

Illa dedit cælum : nomina fecit Hyas .

Mater, ades, ſorum, ludis celebranda jocofis :

Diſtuleram partes menſe priore tuas .

incipis Aprili : tranſis in tempora Maii .

Alter te fugiens , cum venit alter, habet .

Cum tua sint, cedantque tibi confinia mensum ;  
 Convenit in laudes ille vel iste tuas.  
 Circus in hunc exit, clainataque palma Theatris.  
 Hoc quoque cum Circi innere carmen eat.  
 Ipsa doce quæ sis, hominum sententia fallax.  
 Optima tu proprii nominis auctor eris.  
 Sic ego, sic nostris respondit Diva rogatis :  
 Dum loquitur, vernas efflat ab ore rosas.  
 Chloris eram, quæ Flora vocor. corrupta Latine  
 Nominis est nostri littera Græca sono.  
 Chloris eram Nymphæ campi felicitis, ubi audis  
 Rem fortunatis ante fuisse viris.  
 Quæ fuerit mihi forma, grave est narrare modest  
 Sed generum matri repperit illa Denm.  
 Ver erat ; errabam. Zephyrus conspexit ; abiba  
 Insequitur ; fugio. fortior ille fuit.  
 Et dederat fratri Boreas jus omne rapinæ,  
 Ausus Erechtheâ præmia ferre domo.  
 Vim tamen emendat dando mihi nomina nuptæ  
 Inque meo non est ulla querela toro.  
 Vere fruor semper : veri nitidissimus annus.  
 Arbor habet frondes, pabula semper humus.  
 Est mihi fecundus dotalibus hortus in agris.  
 Aura fovet ; liquidæ fonte rigatur aquæ.  
 Hunc meus implevit generoso flore maritus :  
 Atque ait, Arbitrium tu, Dea, floris habe.  
 Sæpe ego digestos volui numerare colores ;  
 Nec potui. numero copia major erat.  
 Roscida cum primum foliis excussa pruina est,  
 Et varix radiis intepuere comæ ;  
 Conveniunt pictis incinctæ vestibus Horæ,  
 Inque leves calathos munera nostra legunt.  
 Protinus arripiant Charites ; nectuntque corona  
 Sertaque cælestes implicitura comas.  
 Prima per immensas sparsi nova semina gentes.  
 Unius tellus ante coloris erat.  
 Prima Therapneo feci de sanguine florem :  
 Et manet in folio scripta querela suo.  
 Tu quoq; nomen habes cultos, Narcissè, per horto  
 Infelix, quod non alter & alter eras ! tu  
 Quid Crocon, aut Attyn referam, Cinyràque cre  
 De quorum per me vulnere surgit honor ?  
 Mais quoque, si nescis, per nostras editus artes.

Jupiter hoc ut adhuc nesciat, usque precor.  
 Sancta Jovem Juno, nata sine matre Minervâ,  
 Officio doluit non eguisse suo.  
 bat, ut Oceano quereretur furta mariti:  
 Restitit ad nostras fessa labore fores.  
 Quam simul adspexi; Quid te, Saturnia, dixi,  
 Attulit? exponit, quem petat, illa locum.  
 Addidit & causam. verbis solabar amicis.  
 Non, inquit, verbis cura levanda mea est.  
 Si pater est factus neglecto conjugis usu  
 Jupiter, & solus nomen utrumque tenet;  
 Cur ego desperem fieri sine conjugè mater:  
 Et parere intacto, dummodo casta, viro?  
 Omnia tentabo latis medicamina terris;  
 Et freta, Tartareos excutiamque sinus.  
 Vox erat in cursu: vultum dubitantis habebam.  
 Nescio quid, Nymphè, posse vidèris, ait.  
 Ter volui promittere opem, ter lingua retenta est:  
 Ira Jovis magni causa timoris erat.  
 Fer, precor, auxilium, dixit; celabitur auctor:  
 Et Stygiæ numen testificatur aquæ.  
 Quod petis, Oleniis, inquam, mihi missus ab arvis  
 Flos dabit. est hortis unicus ille meis. (cam;  
 Qui dabat, Hoc, dixit, sterilem quoq; tange juven-  
 Mater erit. tetigi. nec mora; mater erat.  
 Protinus hærentem decerpsi pollice florem.  
 Tangitur; & tacto concipit illa sinu.  
 Jamq; gravis Thracen, & læva Propontidos intrat:  
 Fitque potens voti; Marsque creatus erat.  
 Qui memor accepti per me natalis, Habeto  
 Tu quoque Romulcâ, dixit, in Urbe locum.  
 Forsitan in teneris tantum mea regna coronis  
 Esse putes. tangunt numen & arva meum.  
 Si bene floruerint segetes; erit arca dives.  
 Si bene floruerit vinea; Bacchus erit.  
 Si bene floruerint oleæ; nitidissimus annus.  
 Pomaque proventum temporis hujus habent.  
 Flore semel læso percunt vicinæque fabæque:  
 Et pereunt lentes, advena Nile, tuæ.  
 Vina quoque in magnis operose condita cellis  
 Florent: & nebulæ dolia summa tegunt.  
 Mella meum munus. volucres ego mella daturas  
 Ad violam, & cythos, & thyma cana voco.

Nos quoque idem facimus : tunc cum juvenilibus  
annis

Luxuriant animi , corporaque ipsa vigent.  
Talia dicentem tacitus mirabar. at illa ,  
Jus tibi discendi , si qua requiris, ait.  
Dic, Dea, ludorum, respondi, quæ sit origo.  
Vix bene desieram ; rettulit illa mihi.  
Cætera luxuriæ nondum instrumenta vigeant :  
Aut pecus, aut latam dives habebat humum.  
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.  
Sed jam de vetito quisque parabat opes.  
Venerat in morem populi depascere saltus :  
Idque diu licuit , pœnaque nulla fuit.  
Vindice servabant nullo sua publica vulgus :  
Jamque in privato pascere inertis erat.  
Plebis ad Ædiles delata licentia talis  
Publicios : animus defuit ante viris.  
Rem populus recipit : multam subiêre nocentibus  
Vindicibus laudi publica cura fuit.  
Multa data est ex parte mihi : magnoque favore  
Victores Ludos instituere novos.  
Parte locant elivum, qui tunc erat ardua rupes.  
Utile nunc iter est ; Publicinmq; vocant.  
Annua credideram spectacula facta ; negavit :  
Addidit & dictis altera verba suis.  
Nos quoque tangit honos. festis gaudemus, & aris  
Turbaque cælestes ambitiosa sumus.  
Sæpe Deos aliquis peccando fecit iniquos :  
Et pro delictis hostia blanda fuit.  
Sæpe Jovem vidi, cum jam sua mittere vellet  
Fulmina , thure dato sustinuisse manum.  
At si negligimur ; magnis injuria pœnis  
Solvitur : & justum præterit ira modum.  
Respice Thestiaden : flammis absentibus arsit.  
Causa est ; quod Phœbes ara sine igne fuit.  
Respice Tantaliden : eadem Dea vela tenebat.  
Virgo est ; & spretos bis tamen ulta focos.  
Hippolyte infelix , velles coluisse Dionem ,  
Cum consternatis diriperis equis.  
Longa referre mora est collata obliviam damnis.  
Me quoque Romani præteriêre Patres.  
Quid facerem ? per quod ferem manifesta doloris  
Exigere nostræ qualia damna notæ ?



Excidit officium tristi mihi. nulla tuebar  
 Rura : nec in pretio fertilis hortus erat.  
 Lilia deciderant : violas arere videres ,  
 Filaque punicei languida facta croci.  
 Sæpe mihi Zephyrus, Dotes corrumpere noll  
 Ipsa tuas , dixit : dos mihi vilis erat.  
 Florebant oleæ ; venti nocuere protervi.  
 Florebant segetes ; grandine læsa Ceres.  
 In spe vitis erat : cælum nigrescit ab Austris ,  
 Et subitâ frondes decutiuntur aquâ.  
 Nec volui fieri , nec sum crudelis in irâ :  
 Cura repellendi sed mihi nulla fuit.  
 Convenere Patres : & , si bene floreat annus ,  
 Numinibus nostris annua festa vovent.  
 Annuimus voto. Consul cum Consule ludos  
 Postunio Lænas persolvere mihi.  
 Quærere conabar, quare lascivia major  
 His foret in Ludis , liberiorque jocus :  
 Sed mihi succurrit , numen non esse severum ;  
 Aptaque deliciis munera ferre Deam.  
 Tempora sutilibus cinguntur tota coronis ;  
 Et latet injectâ splendida mensâ rosâ.  
 Ebrius incinctis philyrâ conviva capillis  
 Saltat, & imprudens utitur arte meri.  
 Ebrius ad durum formosâ limen amicæ  
 Cantat. habent unctæ mollia ferta comæ.  
 Nulla coronata peraguntur seria fronte ;  
 Nec liquidæ vinctis flore bibuntur aquæ :  
 Donec eras mistus nullis, Acheloë, racemis ;  
 Gratia sumendæ non erat ulla rosæ.  
 Bacchus amat flores : Baccho placuisse coronam  
 Ex Ariadnæo sidere nosse potes.  
 Scena levis decet hanc : non est, mihi credite, non est  
 Illa cothurnatas inter habenda Deas.  
 Turba quidem cur hos celebrent meretricia ludos ,  
 Non ex difficili causâ petenda subest.  
 Non est de tetricis , non est de magna profectis :  
 Vult sua plebeio sacra patere choro.  
 Et monet ætatis specie , dum floreat, uti :  
 Contemni spinam , cum cecidère rosæ.  
 Cur tamen, ut dantur vestes Cerealibus albæ ,  
 Sic hæc est cultu versicolore decens ?  
 An quia maturis albescit messis aristis ;

Et color & species floribus omnis inest ?  
 Annuat ; & motis flores cecidère capillis :  
 Accidere in mensas ut rosa missa solet.  
 Lumina restabant ; quorum me causâ latebat.  
 Cum sic errores abstulit illa meos.  
 Vel quia purpureis collucent floribus agri ;  
 Lumina sunt nostros visa decere dies :  
 Vel quia nec flos est hebeti, nec flamma, colore  
 Atque oculos in se splendor uterque trahit ;  
 Vel quia deliciis nocturna licentia nostris  
 Convenit. à vero tertia causâ venit.  
 Est breve præterea, de quo mihi querere restat  
 Si liceat, dixi. (dixit & illa, Licet)  
 Cur tibi pro Libycis claudantur rete leænis  
 Imbelles capteræ, sollicitusque lepus.  
 Non sibi, respondit, silvas cecisse ; sed hortos,  
 Arvaque pugnaci non adeunda feræ.  
 Omnia finierat : tenues secessit in auras.  
 Mansit odor. posses scire fuisse Deam.  
 Floreat ut toto carmen Nasonis in ævo ;  
 Sparge, precor, donis pectora nostra tuis.  
**N**octe minus quartâ promit sua sidera Chiron  
 Semivir, & flavi corpore mixtus equi.  
 Pelion Hæmonix mons est obversus in Austros :  
 Summa virent pinu : cætera quercus habet.  
 Phyllyrides tenuit. saxo stant antra vetusto,  
 Quæ justum memorant incoluisse senem.  
 Ille manus olim missuras Heclorea letho  
 Creditur in lyricis detinuisse modis.  
 Venerat Alcides exactâ parte laborum ;  
 Iussaque restabant ultima præne viro.  
 Stare simul casu Trojæ duo fata videres :  
 Hinc puer Æacides, hinc Jove natus erat.  
 Excipit hospite juvenem Philyreus heros :  
 Et causam adventus hic rogat, ille docet.  
 Perspicit interea clavam spoliūque leonis :  
 Virque, ait, his armis, armaque digna viro.  
 Nec se, quin horrens auderent tangere fetis  
 Vellus, Achilleæ continuere manus.  
 Dumque senex tractat squallentia tela venenis ;  
 Excidit, & lævo fixa sagitta pede est.  
 Ingenuit Chiron, traxitque è corpore ferrum :  
 Adgemit Alcides, Hæmoniusque puer.

Ipse tamen lectas Pagasæis collibus herbas  
 Temperat, & varia vulnera mulcet ope.  
 Virtus edax superabat opem: penitusque recepta  
 Ossibus, & toto corpore pestis erat.  
 Sanguine Centauri Lernææ sanguis Echidnæ  
 Mistus ad auxilium tempora nulla dabant.  
 Stabat, ut ante patrem, lacrymis perfusus Achilles:  
 Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.  
 Sæpe manus ægras manibus fingebat amicis:  
 [Morum, quos fecit, præmia doctor habet.]  
 Oscula sæpe dedit, dixit quoque sæpe jacenti;  
 Vive, precor; nec me, care, relique, patër.  
 Nona dies aderat; cum tu, justissime Chiron,  
 Bis septem stellis corpora cinctus eras. (dum  
**H**unc lyra curva sequi cuperet; sed idonea non-  
 Est via, nox aptum tertia tempus erit.  
**S**corpion in celo, cum cras lucescere Nonas  
 Dicimus, a mediâ parte notandus erit.  
**H**inc ubi protulerit formosa ter Hesperus ora,  
 Ter dederint Phœbo sidera victa locum;  
 Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri:  
 Inferias tacitis Manibus illa dabunt.  
 Annus erat brevior; nec adhuc pia Februa norant:  
 Nec tu dux mensium, Janæ biformis, eras.  
 Jam tamen extincto cineri sua dona ferebant;  
 Compositique nepos busta piabat avi.  
 Mensis erat Majus majorum nomine dictus,  
 Qui partem prisca nunc quoque moris habet.  
 Nox ubi jam media est, somnoque silentia præbet;  
 Et canis, & varix conticivisti aves;  
 Ille memor veteris ritus, timidusque Deorum,  
 Surgit: habent gemini vincula nulla pedes.  
 Signaque dat digitis medio cum pollice junctis;  
 Occurrat tacito ne levis umbra sibi.  
 Terque manus puras fontanâ proluit undâ;  
 Vertitur, & nigras accipit ore fabas.  
 Aversusque jacet: sed dum jacet, Hæc ego mitto;  
 His, inquit, redimo meque meosque fabis.  
 Hoc novies dicit, nec respicit. umbra putatur  
 Colligere, & nullo terga vidente sequi.  
 Rursus aqua tangit, Temesæaque concrepat æra:  
 Et rogat ut tectis exeat umbra suis.  
 Cum dixit novies, Manes exire paterni,

Respicit , & pure sacra peracta putat.  
 Dicta sit unde dies , quæ nominis exstet origo ,  
 Me fugit. ex aliquo est invenienda Deo.  
 Pleiade nate, mone, virga venerande potenti :  
 Sæpe tibi Stygii regia visa Jovis.  
 Venit adoratus Caducifer. accipe causam  
 Nominis. ex ipso cognita causa Deo est.  
 Romulus ut tumulto fraternas condidit umbras ,  
 Et male veloci justa soluta Remo ;  
 Faustulus infelix & passis Acca capillis  
 Spargebant lacrymis ossa perusta suis.  
 Inde domum redeunt sub prima crepuscula nocti  
 Utque erat , in duro procrubere toro.  
 Umbra cruenta Remi visa est assistere lecto ,  
 Atque hæc exiguo murmure verba loqui :  
 En ego dimidium vestri parsque altera voti  
 Cernite sim qualis ; qui modo qualis eram !  
 Qui modo si volucres habuissem regna jubentes ;  
 In populo potui maximus esse meo :  
 Nunc elapsa rogi flammis & inanis imago.  
 Hæc est ex illo forma relicta Remo.  
 Heulubi Mars pater est ? si vos modo vera locuti ;  
 Uberaque expositis ille serina dedit.  
 Quem lupa servavit, manus hunc temeraria civis  
 Perdidit. ô quanto mitior illa fuit !  
 Sæve Celer, crudelem animam per vulnera reddas  
 Utque ego, sub terras sanguinolentus eas.  
 Noluit hoc frater. pietas æqualis in illo est.  
 Quod potuit, lacrymas in mea fata dedit.  
 Hunc vos per lacrymas, per vestra alimenta rogate,  
 Ut celebrem festo signet honore diem.  
 Mandantem amplecti cupiunt , & brachia tendunt.  
 Lubrica prensantes effugit umbra manus.  
 Ut secum fugiens somnos abduxit imago ;  
 Ad regem voces fratris uterque ferunt.  
 Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit  
 Illam , qua positus justa feruntur avis.  
 Aspera mutata est in lenem tempore longo  
 Litera , quæ toto nomine prima fuit.  
 Mox etiam Lemures animas dixere silentum.  
 Is verbi sensus , vis ea vocis erat.  
 Fana tamen veteres illis clausere diebus ;  
 Ut nunc ferali tempore opera videat.

nec viduæ tardis eadem, nec virginis apta  
 Tempora. quæ nupsit, non diuturna fuit.  
 nec quoque de causa (si te proverbia tangunt)  
 Mense malas Majo nubere vulgus ait.  
 sed tamen hæc tria sunt sub eodem tempore festa  
 inter se nullo continuata die.  
 horum si mediis Bæoton Oriona quæres ;  
 Falsus eris. signi causa cavenda mihi.  
 piter, & lato qui regnat in æquore frater ,  
 Carpebant socias , Mercuriusque, vias.  
 impus erat, quo versa jugo referuntur aratra ;  
 Et prorum saturæ lac bibit agnus ovis.  
 arte senex Hyrieus angusti cultor agelli  
 Hos videt , exiguam stabat ut ante casum.  
 que ita, Longa via est, nec tempora longa super-  
 Dixit ; & hospitibus janua nostra patet. (sunt,  
 Ididit & vultum verbis ; iterumque rogavit.  
 Parent promissis ; dissimulantque Deos.  
 Sta senis subeunt nigro deformia fumo :  
 Ignis in hesterno stipite parvus erat.  
 e genu posito flammam exsuscitat aurâ ,  
 Et promit quassas comminuitque faces.  
 ant calices. minor inde fabas, olus alter habebant  
 Et fumant testu pressus uterque suo.  
 umq; mora est, tremulâ dat vina rubentia dextra,  
 Accipit æquoreus pocula prima Deus.  
 x simul exhaustis ; Da nunc bibat ordine, dixit,  
 Jupiter. audito palluit ille Jove.  
 rediit animus ; cultorem pauperis agri  
 Immolat , & magno torret in igne bovem.  
 xque puer quondam primis diffuderat annis ,  
 Prodit fumoso condita vina cado.  
 nec mora : humineam lino celantibus ulvam ,  
 Sic quoque non altis , discubere toris.  
 nunc dape, nunc posito mensæ nituere Lyæo.  
 Terra rubens crater , pocula fagus erant.  
 rba fuere Jovis ; Si quid fert impetus, opta :  
 Omne feres. placidi verba fuere senis :  
 ra fuit conjux primæ mihi cura juventæ  
 Cognita. nunc ubi sit quæritis ? urna tegit.  
 hic ego juratus , vobis in verba vocatis ,  
 Conjugio dixi sola fruere meo.  
 dixi, & servo, sed enim diversa voluntas

Est mihi : nec conjux & pater esse volo.  
 Annuerant omnes : omnes ad terga juvenem  
 Constiterant. pudor est ulteriora loqui.  
 Tam superinjecta texere madentia terrâ.  
 Jamque decem menses ; & puer ortus erat.  
 Hunc Hyrieus, quia sic genitus, vocat Urione  
 Perdidit antiquum littera prima sonum.  
 Creverat immensum : comitem sibi Delia sum.  
 Ille Deæ custos, ille satelles erat.  
 Verba movent iras non circumspecta Deorum  
 Quam nequeam, dixit, vincere, nulla fera  
 Scorpion immisit Tellus. fuit impetus illi  
 Curva gemelliparæ spicula ferre Deæ.  
 Obstitit Orion. Latona nitentibus astris  
 Addidit : & Meriti præmia, dixit, halte.  
**S** Ed quid & Orion, & cetera sidera mundo  
 Cedere festinant, noxque coarctat iter ?  
 Quid solito citius liquido jubar æquore tollit  
 Candida Lucifero præveniente dies ?  
 Fallor ? an arma sonant ? non fallimur : arma  
 Mars venit ; & veniens bellica signa dedit.  
 Ultor ad ipse suos cælo descendit honores,  
 Tempusque in Augusto conspicienda Foro.  
 Et Deus est ingens, & opus. debebat in Urbe  
 Non aliter nati Mars habitare sui.  
 Digna Gigantæis hæc sunt delubra tropæis :  
 Hinc tera Gradivum bella movere decet :  
 Seu quis ab Eöo nos impius orbe lacescit :  
 Seu quis ab Occiduo Sele domandus erit.  
 Prospicit armipotens operis fastigia summi :  
 Ex probat invictos summa tenere Deos.  
 Prospicit in foribus diversæ tela figuræ,  
 Armaque terrarum milite victa suo.  
 Hinc videt Ænean oneratum pondere sacro ;  
 Et tot lülæ nobilitatis aves.  
 Hinc videt Iliaden humeris ducis arma ferente :  
 Claraque dispositis acta subesse viris.  
 Spectat & Augusto prætextum nomine templi,  
 Et visum lecto Cæsare majus opus.  
 Voverat hoc juvenis tunc cum pia sustulit arma  
 A tantis Princeps incipiendus erat.  
 Ille manus tendens, hinc stanti milite justo,  
 Hinc conjuratis, talia dicta dedit :

i mihi bellandi pater est, Vestæque sacerdos  
 Auctor; & ulcisci numen utrumque paro:  
 fars, ades; & satia scelerato sanguine ferrum:  
 Stetque favor causa pro meliore tuus.  
 empla feres, & me victore vocaberis Ultor.  
 Voverat; & fuso lætus ab hoste redit.  
 Nec satis est meruisse semel cognomina Marti:  
 Persequitur Partha signa retenta manu.  
 gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,  
 Et circumfusus in via fluminibus.  
 addiderant animos Crassorum funera genti;  
 Cum perit miles, signaque, duxque simul.  
 signa decus belli Parthus Romana tenebat;  
 Romanæque aquilæ signifer hostis erat.  
 sique pudor mansisset adhuc, nisi fortibus armis  
 Cæsaris Ausoniæ protegerentur opes.  
 lle notas veteres, & longi dedecus ævi  
 Sustulit. agnorunt signa recepta suos.  
 Quid tibi nunc solitæ mitti post terga sagittæ;  
 Quid loca, quid rapidi profuit usus equi?  
 Parthe, refers aquilas: victos quoque; porrigis arcus.  
 Pignora jam nostri nulla pudoris habes.  
 Rite Deo templumque datum nomenque bis ulto:  
 Et meritis votis debita solvit honos.  
 Solemni Ludos Circo celebrate, Quirites:  
 Non visa est fortem scena decere Deum.  
**P**Liadas adspicies omnes, totumque sororum  
 Agmen; ubi ante Idus nox erit una super.  
 Tum mihi non dubiis auctoribus incipit ætas;  
 Et tepidi finem tempora veris habent.  
**I**Dibus ora prior stellantia tollere Taurum  
 Indicat: huic signo fabula nota subest.  
 Præbuit ut taurus Tyriæ sua terga puellæ  
 Jupiter, & falsa cornua fronte tulit;  
 Illa jubam dextrâ, lævâ retinebat amictus;  
 Et timor ipsè novi causæ decoris erat.  
 Aura sinus implet: flavos movet aura capillos.  
 Sidoni, sic fueras accipienda Jovi.  
 Sæpe puellares subduxit ab æquore plantas;  
 Et metuit tactus assilientis aquæ:  
 Sæpe Deus prudens tergum demittit in undas;  
 Hæreat ut collo fortius illa suo.  
 Litoribus tactis stabat sine cornibus ullis

Jupiter : inque Deum de bove versus erat  
 Taurus init cælum. te, Sidoni, Jupiter implere  
 Parsque tuum terræ tertia nomen habet.  
 Hoc alii signum Phariam dixere juvencam ;  
 Quæ bos ex homine est, ex bove facta Deo  
 Tum quoque priscorum virgo simulacra viros  
 Mittere roboreo scirpea ponte solet.  
 Corpora post decies senos qui credidit annos  
 Missa neci ; sceleris crimine damnat avos.  
 Fama vetus : tum cum Saturnia terra vocata,  
 Talia fatidici dicta fuere Dei :  
 Falcifero libata seni duo corpora, gentes,  
 Mittite ; quæ Tuscis excipiantur aquis.  
 Donec in hæc venit Tirynthius arva, quotant  
 Tristia Leucadio sacra peracta modo.  
 Illum stramineos in aquam misisse Quirites.  
 Herculis exemplo corpora falsa jaci.  
 Pars putat ut ferrent juvenes suffragia soli,  
 Pontibus infirmos præcipitasse senes.  
 Tybri, doce verum : tua ripa vetustior Urbe.  
 Principium ritus tu bene nosse potes.  
 Tybris arundiferum medio caput extulit alye  
 Raucaque dimovit talibus ora sonis :  
 Hæc loca desertas vidi sine mœnibus herbas :  
 Pascebat sparsos utraque ripa boves.  
 Et quem nunc gentes Tyberin noruntque tibi  
 que,  
 Tunc etiam pecori despiciendus eram.  
 Arcadis Evandri nomen tibi sæpe refertur :  
 Ille meas remis advena torfit aquas.  
 Venit & Alcides turbâ comitatus Achiva.  
 Albula, si memini, tunc mihi nomen erat.  
 Excipit hospitio juvenem Pallantius heros :  
 Et tandem Caco debita pœna venit.  
 Victor abit, secumque boves Erytheïda prædæ  
 Abstrahit. at comites longius ire negant.  
 Magnaque pars horum desertis venerat Argis :  
 Montibus his ponunt spemque Laremque suos  
 Sæpe tamen patriæ dulci tanguntur amore ;  
 Atque aliquis moriens hoc breve mandat opus  
 Mittite me Tyberi : Tyberinis vectus ut undis  
 Litus ad Inachium pulvis inanis eam.  
 Displicet hæredi mandati cura sepulchri :



Mortuus Ausonia conditur hospes humo.  
 Spea pro domino Tyberi jaestatur imago,  
 Ut reperat Grajas per freta longa domos.  
 Stenus: ut vivo subiit rorantia saxo  
 Intra, leves cursum sustinuitis aquæ.  
 Lare nepos Atlantis, ades: quem montibus olim  
 Edidit Arcadiis Pleias una Jovi.  
 is & armorum Superis imisque Deorum  
 Arbitrator, alato qui pede carpis iter:  
 te lyræ pulsu, nitida quoque læte palæstra;  
 Quo didicit culte lingua favente loqui.  
 npla tibi posuere Patres spectantia Circum  
 dibus. ex illo est hæc tibi festa dies.  
 Quicumque suas profitetur vendere merces,  
 Thure dato, tribuas ut sibi luera, rogat.  
 aqua Mercurii portæ vicina Capenæ:  
 si juvat expertis credere; numen habet.  
 e venit incinctus tunicas mercator; & urna  
 Purus suffusa, quam ferat, haurit aquam.  
 a sit hinc laurus: lauro sparguntur ab uda  
 Omnia, quæ dominos sunt habitura novos.  
 argit & ipse suos lauro rorante capillos:  
 Et peragit solita fallere voce preces.  
 lue præteriti perjuria temporis, inquit.  
 Ab lue præterita perfida verba die.  
 e ego te feci testem, falsove citavi  
 Non audituri numina magna Jovis;  
 e Deum prudens alium Divamve fefelli;  
 Abstulerint celeres improba dicta Noti.  
 pateant veniente die perjuria nobis:  
 Nec curent Superi, si qua locutus ero.  
 modo luera mihi, da factæ gaudia lucro:  
 Et face ut emtori verba dedisse juvet.  
 lia Mercurius poscentem ridet ab alto;  
 Se memor Ortygias farripuisse boves.  
 T mihi pande, precor, tanto meliora petenti,  
 A In Geminos ex quo tempore Phœbus eat.  
 um totidem de mense dies superesse videbis;  
 Quot sunt Herculei facta laboris, ait.  
 c, ego respondi, causam mihi sideris hujus.  
 Causam facundo prodidit ore Deus.  
 bitulerant raptas Phœben Phœbesque sororens  
 Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.

Bella parant, repetuntque suas & frater & Id-  
 Leucippo fieri pactus uterque gener.  
 His amor, ut repetant, illis, ut reddere nolint.  
 Suet : & ex caussa pugnat uterque pari.  
 Effugere Oebalidæ cursu potuere sequentes :  
 Sed visum celeri vincere turpe fugâ.  
 Liber ab arboribus locus est, apta area pugæ  
 Constiterant illic : nomen Aphidna loco.  
 Pectora trajectus Lyncæo Castor ab ense  
 Non expectato vulnere pressit humum.  
 Ulter adest Pollux ; & Lyncea perforat hastâ  
 Qua cervix humeros continuata premit.  
 Ibat in hunc Idas, vixque est Jovis igne repulsa  
 Tela tamen dextræ fulmine rapta negant.  
 Jamque tibi, Pollux, cælum sublime patebat  
 Cum, Mea, dixisti, percipe verba pater.  
 Quod mihi das uni, cælum partire duobus :  
 Dimidium toto munere majus erit.  
 Dixit, & alterna fratrem statione redemit :  
 Utile sollicitæ sidus uterque rati.  
 Ad Janum redeat, qui quærit Agonia quid sint  
 Quæ tamen in Fastis hoc quoque tempus habent  
 Nocte sequente diem canis Erigoneus exit.  
 Est alio signi reddita caussa loco.  
**P**roxima Vulcani lux es ; Tubilustria dicunt  
 Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.  
**Q**uattuor inde notis locus est ; quibus ordinæ  
 Vel mos sacrorum ; vel Fuga Regis inest.  
**N**ec te prætereo, populi Fortuna potentis  
 Publica ; cui templum luce sequente datur.  
 Hanc ubi dives aquis acceperit Amphitrite ;  
 Grata Jovi fulvæ rostra videbis avis.  
**A**uferat ex oculis veniens Aurora Booten :  
 Continuaque die sidus Hyantis erit.

## F A S T O R U M

## L I B E R V I.

**H**ic quoque mensis habet dubias in no-  
 ne causas :  
 Quæ placeant, positis omnibus, e-  
 leges.

Ista canam; sed erunt qui me finxisse loquantur:  
 Nullaque mortali numina visa putent.  
 Deus in nobis: agitante calescimus illo.  
 Impetus hic sacrae semina mentis habet.  
 Quis mihi praecipue vultus vidisse Deorum:  
 Vel quia sum vates; vel quia sacra cano.  
 Non nemus arboribus densum, secretus ab omni  
 Voce locus; si non obstreperetur aquis.  
 Me ego quaerebam caepti quae mensis origo  
 Esset, & in cura nominis hujus eram.  
 Quae Deas vidi: non quas praceptor arandi  
 Viderat; Aescraas cum sequeretur oves.  
 Quae quas Priamides in aquosae vallibus Idae  
 Contulit. ex illis sed tamen una fuit.  
 Quis illis fuit una, sui germana mariti.  
 Haec erat, agnovi, quae stat in arce Jovis.  
 Torrueram, tacitoque animum pallore fatebar.  
 Cum Dea, quos fecit, sustulit ipsa metus:  
 Quaeque ait, O vates Romani conditor anni,  
 Auspice per exiguos magna referre modos;  
 Quis tibi fecisti numen caeleste videndi,  
 Cum placuit numeris condere festa tuis.  
 Quae tamen ignores, vulgique errore traharis;  
 Junius a nostro nomine nomen habet.  
 Est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem.  
 Fratre magis, dubito, glorier, anne viro.  
 Quae genus adspicitur, Saturnum prima parentem  
 Feci. Saturni fors ego prima fui.  
 Quae patre dicta meo quondam Saturnia Roma est:  
 Haec illi a caelo proxima terra fuit.  
 Quae in pretio est; dicor matrona Tonantis:  
 Junctaque Tarpeio sunt mea templa Jovi.  
 An potuit Maio pellex dare nomina mensi?  
 Hic honor in nobis invidiosus erit?  
 Cur igitur Regina vocor, Princepsque Dearum?  
 Aurea cur dextrae sceptrum dedere meae?  
 An faciant mensis laces, Lucinaque ab illis  
 Dicar; & a nullo nomina mense traham?  
 Quae cum me poeniteat posuisse fideliter iras  
 In genus Electrae, Dardaniumque domum.  
 Quae causa duplex irae. rapto Ganymede dolebam:  
 Forma quoque Idaeo iudice victa mea est.  
 Poeniteat, quod non siveo Carthaginis arces:

Cum mea sint illo currus & arma loco.  
 Pœniteat Sparten, Argosque, measque Mycenæ,  
 Et veterem Latio supposuisse Samon.  
 Adde senem Tatium, Junonicolasque Falisco  
 Quos ego Romanis sucebuisse tuli.  
 Sed neque pœniteat : nec gens mihi carior ultra  
 Hic colar, hic teneam cum Jove templa mea  
 Ipse mihi Mavors, Commendo mœnia, dixit  
 Hæc tibi : tu polles Urbe nepotis eris.  
 Diæta fides sequitur. centum celebramur in arce  
 Nec levior quovis est mihi mensis honor. et  
 Nec tamen hunc nobis tantummodo præstat ho-  
 Roma : suburbani dant mihi munus idem.  
 Inspice, quos habeat nemoralis Aricia Fastos ;  
 Et populus Laurens, Lanuviumque meuna :  
 Est illic mensis Junonius. inspice Tibur,  
 Et Prænestinæ mœnia sacra Deæ :  
 Junonale leges tempus. nec Romulus illas  
 Condidit : at nostri Roma nepotis erat.  
 Finierat Juno. respeximus. Herculis uxor  
 Stabat ; & in vultu signa dolentis erant.  
 Non ego, si toto mater me cedere cælo  
 Jusserit, invitâ matre morabor, ait.  
 Nunc quoque non luctor de nomine temporis huius.  
 Blandior ; & partes pæne rogantis ago.  
 Remque mei juris malim tenuisse precando ;  
 Et faveas causæ forsitan ipse meæ.  
 Aurea possedit socio Capitolia templo  
 Mater, & ut debet, cum Jove summa tenet.  
 At decus omne mihi contingit origine mensis.  
 Unicus est, de quo sollicitamur, honor.  
 Quid grave, si titulum mensis, Romane, dedisti  
 Herculis uxori, posteritasque memor ?  
 Hæc quoque terra aliquid debet mihi nomine mai-  
 Conjugis. huc captas appulit ille boves.  
 Hic male defensus flammis & dote paternâ  
 Cacus Aventinam sanguine tinxit humum.  
 Ad propiora vocor. populum digessit ab annis  
 Romulus, in partes distribuitque duas.  
 Hæc dare consilium, pugnare paratior illa est :  
 Hæc ætas bellum suadet, at illa gerit.  
 Sic statuit, mensisque notâ secrevit eâdem.  
 Junus est juvenum ; qui fuit ante, senum.

Dixit : & in litem studio certaminis issent ;

Atque irâ pietas dissimulata foret.

edit Apollineâ longas Concordia lauro

Nexa comas, placidi numen opusque Ducis.

Hæc ubi narravit Tatium, fortemque Quirinum,

Binaque cum populis regna coisse suis ;

Et Lare communi foceros generosque receptos ;

His nomen junctis Junius, inquit, habet.

Dicta triplex caussa est. at vos ignoscite, Divæ :

Res est arbitrio non dirimenda meo.

te pares à me. perierunt iudice formæ

Pergama : plus lædunt, quam juvat una, dux.

PRIMA dies tibi, Carna, datur. Dea cardinis hæc

Numine clausa aperit, claudit aperta suo. (est.

Unde datas habeat vires, obscurior ævo

Fama : sed è nostro carmine certus eris.

Adjacet antiqui Tiberino lucus Helerni :

Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.

Unde fata est Nymphe (Grænen dixere priores)

Nequicquam multis sepe petita precis.

Rura sequi, jaculisque feras agitare solebat ;

Nodosasque cavâ tendere valle plagas.

Non habuit pharetram : Phœbi tamen esse sororem

Credebant nec erat, Phœbe, pudenda tibi.

Huic aliquis juvenum dixisset amantia verba ;

Reddebat tales protinus illa sonos :

Hæc loca lucis habent nimis, & cum luce pudoris.

Si secreta magis ducis in antra, sequor.

Credulus antra subit. frutices hæc nocta resistit :

Et latet, & nullo est inveniendâ modo.

Viderat hanc Janus ; visæque cupidine captus

Ad duram verbis mollibus usus erat.

Nympha jubet quæri de more remotius antrum :

Utque comes sequitur, destituitque ducem.

Stulta, videt Janus quæ post sua terga gerantur

Nil agis en : latebras respicit ille tuas,

Nil agis en : dixi nam te sub rupe latentem

Occupat amplexu ; speque potitus ait :

Jus pro concubitu nostro tibi cardinis esto.

Hoc pretium postæ virginitatis habe.

Sic fatus. spinam, qua tristes pellere posset

A foribus noxas (hæc erat alba) dedit.

Sunt avidæ volucres ; non quæ Phineia mensis

Guttur fraudabant : sed genus inde trahunt  
 Grande caput : stantes oculi : rostra apta rapina  
 Cavitates pennis, unguibus hamus inest.  
 Nocte volant, puerosque petunt nutricis egenis  
 Et vitiant cunis corpora rapta suis.  
 Carpere dicuntur lactentia viscera rostris ;  
 Et plenum poto sanguine guttur habent.  
 Est illis strigibus nomen : sed nominis hujus  
 Causa ; quod horrenda stridere nocte solent  
 Sive igitur nascuntur aves, seu carmine fiunt ;  
 Næniaque in volucres Marsa figurat anus ;  
 In thalamos venire Procæ. Proca natus in illis  
 Præda recens avium quinque diebus erat.  
 Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis.  
 At puer infelix vagit, opemque petit.  
 Territa voce sui nutrix accurrit alumni ;  
 Et rigido sectas invenit ungue genas.  
 Quid faceret? color oris erat, qui frondibus oliæ  
 Esse solet seris, quas nova læsit hyems.  
 Pervenit ad Granen, & rem docet, illa, Timor  
 Pone ; tuus sospes, dixit, alumnus erit.  
 Venerat ad cunas : flebant materque paterque.  
 Sistite vos lacrymas, ipsa medebor, ait.  
 Protinus arbutea postes ter in ordine tangit  
 Fronde : ter arbutea limina fronde notat.  
 Spargit aquis aditus, sed quæ medicamē habebat  
 Extaque de porca cruda bimestre tenet.  
 Atque ita, Noctis aves, extis puerilibus, inquit  
 Parcite : pro parvo victima parva cadit.  
 Cor pro corde, precor, pro fibris sumite fibras.  
 Hanc animam vobis pro meliore damus.  
 Sic ubi libavit, profecta sub æthere ponit :  
 Quique sacris adsunt, respicere illa vetat.  
 Virgaque Janalis de spinâ sumitur albâ :  
 Qua lumen thalamis parva fenestra dabat.  
 Post illud nec aves cunas violasse feruntur ;  
 Et rediit puero, qui fuit ante, color.  
 Pinguis cur illis gustentur larda Kalendis,  
 Mistaque cum calido sit faba farre, rogas ?  
 Prisca Dea est; aliturque cibus, quibus ante solebat  
 Nec petit adscitas luxuriosa dapes.  
 Piscis adhuc illi populo sine fraude natabat :  
 Ostreaque in corchis tuta fuere suis ;

Nec Latium norat, quam præbet Ionia dives,  
 Nec quæ Pygmaeo sanguine gaudet, avem.  
 præter pennas nihil in pavone placebat:  
 Nec tellus captas miserat ante feras.  
 is erat in pretio: cæsa sue festa colebant.  
 Terra fabas tantum, duraque farra dabat.  
 uæ duo mista simul sextis quicumque Kalendis  
 Ediderit; huic lædi viscera posse negant.  
 rce quoque in summa Junoni templa Moneta.  
 Ex votis memorant facta, Camille, tuo.  
 nte domus Manli fuerant; qui Gallica quondam  
 A Capitolino reppulit arma Jove.  
 uam bene (Di magni) pugna cecidisset in illa  
 Defensor solii, Jupiter alte, tui!  
 ixit, ut occideret damnatus crimine regni.  
 Hunc illi titulum longa senecta dabat.  
 lux eadem Marti festa est; quem prospicit extra  
 Appositum Teætæ porta Capena via.  
 e quoque, Tempestas, meritam delubra fatemur;  
 Cum pæne est Corsis obruta classis aquis.  
 Iæc hominum monumenta patent. si quæritis  
 astra;

Tunc oritur magni præpes adunca Jovis.

**P**ostera lux Hyadas Taurinæ cornua frontis

**L** Evocat: & multâ terra madescit aquâ.

**M**ane ubi bis fuerit, Phœbusq; iteraverit ortus;

Factaque erit posito rore bis unda seges;

hac sacrata die Tusco Bellona duello

Dicitur: & Latio prospera semper adest.

Appius est auctor: Pyrrho qui pace negata

Multum animo vidit; lumine captus erat.

Prospicit à templo summum brevis area Circum.

Est ibi non parvæ parva columna notæ.

Hinc solet hasta manu, belli prænuncia, mitti;

In regem & gentes cum placet arma capi.

**A**ltera pars Circi custode sub Hercule tuta est:

Quod Deus Euboïco carmine munus habet.

Muneris est tempus, qui Nonas Lucifet ante est.

Si titulos quæris: Sylla probavit opus.

**Q**uærebam Nonas Sanco Fidione referrem,

An tibi, Semo pater: cum mihi Sancus ait:

Quicumque ex illis dederis; ego munus habebō.

Nomina trina sero: sic voluere Cures,

Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini :

Inque Quirinali constituere iugo.

**E**st mihi (sitque, precor, nostris diuturnior a-

Filia ; quâ felix sospite semper ero.

Hanc ego cum vellem genero dare ; tempora tibi

Apta requirebam, quæque cavenda forent.

Tum mihi post sacras monstratur Junius Idus

Utilis & nuptis, utilis esse viris.

Primaque pars hujus thalamis aliena reperta est

Nam mihi sic conjux sancta Dialis ait :

Donec ab Iliacâ placidus purgamina Vestâ

Detulerit flavis in mare Tybris aquis ;

Non mihi dentosâ crinem depectere buxo,

Non ungues ferro subseuisse licet :

Non tetigisse virum ; quamvis Jovis ille sacerdos

Quamvis perpetuâ sit mihi lege datus.

Tu quoque ne propera : melius tua filia nubet,

Ignea cum purâ Vesta nitebit humo.

**T**ertia post Nonas remove Lycaonia Phœbe

Fertur : & à tergo non habet Urfa metum

Tunc ego me memini Ludos in gramine Campi

Adspicere : & didici, lubrice Tybri, tuos.

Festa dies illis, qui lina madentia ducunt,

Quique tegunt parvis æra recurva cibis.

**M**ens quoque numen habet. Menti delubra

Vota metu belli, perfide Pœne, tui. (dem

Pœne, rebellaras : & letho Consulis omnes

Attoniti Mauras pertinuere manus.

Spem metus expulcrat ; cum Menti vota Senatus

Suscipit ; & melior protinus illa venit.

Adspicit instantes mediis sex lucibus Idus

Illâ dies, quâ sunt vota soluta Dæ.

**V**esta, fave : tibi nunc operata resolvimus ora :

Ad tua si nobis sacra venire licet.

In prece totus eram. cælestia numina sensi,

Lætaque purpureâ luce refulsit humus.

Non equidem vidi (valeant mendacia vatum)

Te, Dea ; nec fueras adspicienda viro.

Sed quæ nescieram, quorumque errore tenebar,

Cognita sunt nullo præcipiente mihi.

Dena quater memorant habuisse Palilia Romam,

Cum flammæ custos æde recepta suâ est.

Regis epus placidi, quo non metuentius ullum



Numinis ingenium terra Sabina tulit.  
 nunc a re vides, stipulâ tunc tecta videres :  
 Et paries lento vimine textus erat.  
 locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ,  
 Tunc erat intonsi regia magna Numæ.  
 forma tamen templi, quæ nunc manet, ante fuisse  
 Dicitur : & formæ causâ probanda subest.  
 ista eadem est, quæ Terra. subest vigil ignis utri-  
 Significant sedem terra focusque suam. (que  
 terra pilæ similis nullo fulcimine nixa  
 Aère subiecto tam grave pendet onus.  
 sâ volubilitas libratum sustinet orbem :  
 Quique premat partes, angulus omnis abest.  
 inque sit in media rerum regione locata,  
 Et tangat nullum plusve minusve latus ;  
 si convexa foret, parti vicinior esset :  
 Nec medium terram mundus haberet onus.  
 arte Syracosîâ suspensus in aère clauso  
 Stat globus, iminens parva figura poli.  
 quantum à summis, tantum secessit ab iunis  
 Terra. quod ut fiat, forma rotunda facit.  
 ar facies templi : nullus procurrit in illo  
 Angulus. à pluvio vindicat imbre tholus.  
 ur sit virginis, quæris, Dea culta ministris ?  
 Inveniam causas hac quoque parte suas.  
 x Ope Junonem memorant Cereremque creatis.  
 Semine Saturni: tertia Vesta fuit.  
 traque nupserunt ; ambæ peperisse feruntur :  
 De tribus impatiens restitit una viri.  
 uid mirum, virgo si virgine læta ministrâ  
 Admittit castas in sua sacra manus ? (man.  
 Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam.  
 Nataque de flammâ corpora nulla vides.  
 ure igitur virgo est, quæ femina nulla remittit,  
 Nec capit : & comites virginitatis habet.  
 esse diu stultus Vestæ simulacra putavi :  
 Mox didici curvo nulla subesse tholo.  
 ignis inextinctus templo celatur in illo.  
 Effigiem nullam Vesta nec ignis habent.  
 Stat vi terra suâ : vi stando Vesta vocatur.  
 Causâque par Graji nominis esse potest.  
 At focus à flammis, & quod foet omnia dictus :  
 Qui tamen in primis adibus ante fuit.

Hinc quoque vestibulum dici reor : inde precantur  
 Adfamur Vestam, Quæ loca prima tenes.  
 Ante focos olim longis considerare scaminis  
 Mos erat ; & mensæ credere adesse Deos.  
 Nunc quoque, cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ  
 Ante Vacunales stantque sedentque focos.  
 Venit in hos annos aliquid de more vetusto :  
 Fert missos Vestæ pura patella cibos.  
 Ecce, coronatis panis dependet a sellis ;  
 Et velant scabras florida ferta molas.  
 Sola prius furnis torrebant farra coloni ;  
 Et Fornacali sunt sua sacra Deæ.  
 Suppositum cineri panem focus ipse parabat ;  
 Strataque erat tepido tegula quassa solo.  
 Inde focum servat pistor, dominamque focorum  
 Et quæ puniceas versat a sella molas.  
 Præteream, referamne tuum, rubicunde Priape  
 Dedecus ? est multi fabula plena joci.  
 Turrigerâ frontem Cybele redimita coronâ  
 Convocat æternos ad sua festa Deos.  
 Convocat & Satyros, & rustica numina Nymphas  
 Silenus, quamvis nemo vocarat, adest.  
 Nec licet, & longum est epulas narrare Deorum :  
 In multo nox est pervigilata mero.  
 Hi temere errabant in opacæ vallibus Idæ :  
 Pars jacet, & molli gramine membra levat.  
 Hi ludunt, hos somnus habet ; pars brachia nequit  
 Et viridem celeri ter pede pulsât humum.  
 Vesta jacet, placidamque capit secunda quietem,  
 Sicut erat positum cespite fulta caput.  
 At ruber hortorum custos Nymphasque Deasque  
 Captat ; & errantes fertque refertque pedes.  
 Adspicit & Vestam dubium, Nymphamne putarit,  
 An scierit Vestam : scisse sed ipse negat.  
 Spem capit obscenam, furtimque accedere tentat ;  
 Et fert suspensos corde micante gradus.  
 Forte senex, quo vestus erat, Silenus a sellum  
 Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ.  
 Ibat ut inciperet longi Deus Hellepontis ;  
 Intemptivo cum rudit ille sono.  
 Territa voce gravi surgit Dea. convolat omnis  
 Turba. per insectas effugit ille manus.

[Lampyrcos hoc animal solita est inactare Priapo :

Antea

Apta asini flammis indicis exta damus. ]

Quem tu, Diva memor, de pane monilibus ornas.

Cessat opus: vacuæ conticuere molæ.

Nomine, quam pretio celebratior, arce Tonantis,

Dicam Pistoris quid velit ara Jovis.

Cncta premebantur trucibus Capitolia Gallis:

Fecerat obsidio jam diuturna famem.

Jupiter ad solium Superis regale vocatis,

ncipe, ait Marti. protinus ille refert:

Scilicet ignotum est, quæ sit fortuna meorum,

Et dolor hic animi voce querentis eget?

Si tamen, ut referam breviter mala juncta pudori,

Ægis: Alpino Roma sub hoste jacet.

Hæc est, cui fuerat promissa potentia rerum,

Jupiter? hanc terris impositurus eras?

Jamque Suburbanos, Hetruscaque contudit arma.

Speserat in cursu. nunc Lare pulsa suo est.

Vidimus ornatos ærata per atria picta

Veste triumphales occubuisse senes.

Vidimus liacæ transferri pignora Vestæ

Sede. utant aliquos scilicet esse Deos?

At si respicerent, qua vos habitatis in arce,

Totque homines vestras obsidione premi;

Nil opis in urâ scirent superesse Deorum,

Et data sclicitâ thura perire manu.

Atque vitam pugna pateat locus: arina capebant;

Et, si non poterunt exsuperare, cadunt.

Nunc inops victus ignavaque fata timentes

Monte suo clausos barbarâ turba premit.

Tum Venus, et lituo pulcher trabeaque Quirinus,

Vestaque per Latio multa locuta suo.

Publica, respondit, cura est pro moribus istis,

Jupiter: & penas Gallia victa dabit.

Tu modo, quæ sunt fruges, superesse putentur,

Effice: nec seas desere, Vesta, tuas.

Quodcumque est Cæris solidæ, cava machina fran-

Mollitanque manu duret in igne focus.

Jusserat: & fratris virgo Saturnia jussis

Annuit; & mediæ tempora noctis erant.

Jam ducibus somnum dederat labor. increpat illos

Jupiter: & sacro, quæ velit, ore docet:

Surgite, & in medios de summis arcibus hostes

Mittite, quam minime radere vultis, opem.

Somnus abit, quaruntque novis ambagibus acti,  
 Tradere quam nolint, & jubeantur, opem.  
 Ecce, Ceres ista est, jaciunt Cerealia dona.  
 Jacta super galeas scutaque longa sonant.  
 Possit fame vinci spes excidit, hoste repulso  
 Candida fistori ponitur ara Jovi.  
 Forte revertebar festis Vestalibus illac,  
 Qua Nova Romano nunc Via juncta Foro est.  
 Huc pede matronam vidi descendere nudo:  
 Obstupui tacitus sustinuique gradum.  
 Sensit anus vicina loci: jussimque sedere  
 Alloquitur, quatiens voce tremente caput.  
 Hoc, ubi nunc fora sunt, udæ tenuere paludes  
 Amne redundatis fossa madebat aquis.  
 Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,  
 Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.  
 Qua Velabra solent in Circum ducere pompæ;  
 Nil præter salices castaque canna fuit.  
 Sæpe suburbanas rediens conviva per undas  
 Cantat, & ad nautas ebria verba jacit.  
 Nondum conveniens di. eris iste figuris  
 Nomen ab averso ceperat amne Deus.  
 Hic quoque lucus erat juncis & arundinibus densus,  
 Et pede velato non adeunda palus.  
 Stagna recesserunt, & aquas sua ripa coarctet:  
 Siccaque nunc tellus, mos tamen inde nanct.  
 Reddiderat causam. Valeas, anus optime, dixi:  
 Quod superest avi, molle sit omne, tu-  
 Cætera jam pridem didici puerilibus annis;  
 Non tamen idcirco prætereunda mihi.  
 Mœnia Dardanides nuper nova fecera Ilus:  
 Ilus adhuc Asix dives habebat opes  
 Creditur armiferæ signum celeste Mærvæ  
 Urbis in Iliacæ desiluisse iuga.  
 Cura videre fuit: vidi, templumque locumque.  
 Hoc superest illi: Pallada Romæ tenet.  
 Consulitur Smintheus: luoque obscurus opaco  
 Hos non mentito reddidit orationos:  
 Ætheream servate Deam; servabitis Urbem:  
 Imperium secum transferet illa loci.  
 Servat, & inclusam summâ tenet Ilus in arce:  
 Curaque ad hæredem Lamedonta venit.  
 Sub Priamo servata parum sic ipsa volebat;

Ex quo iudicio forma rei iſta ſuo eſt.  
 Seu genus Adraſti , ſeu furtis aptus Ulyſſes ,  
 Seu pius Æneas , eripiſſe datur.  
 [Auctor in incerto. res eſt Romana : tuetur  
 Veſta, quod aſſiduo lumine cuncta videt.]  
 Heu quantum timuere Patres, quo tempore Veſta  
 Arſit, & eſt adytis obruta pæne ſuis !  
 Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes :  
 Miſtaque erat flammæ flamma profana piæ.  
 Attonitæ flebant demiſſo crine miniſtræ :  
 Abſtulerat vires corporis ipſe timor.  
 Provolat in medium, & magnâ, Succurrite, voce,  
 Non eſt auxilium flere, Metellus ait.  
 Pignora virgineis fatalia tollite palmis :  
 Non ea ſunt voto, ſed rapienda manu.  
 Me miſerum ! dubitatis ? ait. dubitare videbat,  
 Et pauidas poſito procubiſſe genu.  
 Haurit aquas : tollensque manus, Ignoscite, dixit,  
 Sacra : vir intrabo non adeunda viro.  
 Si ſcelus eſt ; in me commiſſi pœna redundet.  
 Sit capitis damno Roma ſoluta mei.  
 Dixit, & irrupit : factum Dea rapta probavit ;  
 Pontificiſque ſui munere tuta fuit.  
 Nunc bene lucetis ſacra ſub Cæſare flammæ :  
 Ignis in Iliacis nunc erit, eſtque, focis.  
 Nullaque dicetur vittas temeraſſe ſacerdos  
 Hoc Duce : nec vivâ defodietur humo.  
 Sic inceſta perit : quia quam violavit, in illam  
 Conditur : & Tellus Veſtæque numen idem eſt.  
 Tum ſibi Callæco Brutus cognomen in hoſte  
 Fecit, & Hispanam ſanguine tinxit humum.  
 Scilicet interdum miſcentur triſtia laxis ;  
 Ne populum toto pectore feſta juvent.  
 Cræſſus ad Euphraten Aquilas, natumque, ſuosque  
 Perdidit : & leto eſt ultimus ipſe datus.  
 Parthe, quid exultas ? dixit Dea. ſigna remittes :  
 Quique necem Cræſſi vindicet, ultor erit.  
 A T ſimul auritis violæ demuntur aſellis,  
 Et Cereris fruges aſpera ſaxa terunt ;  
 Navita puppe ſedens, Delphina videbimus, inquit ;  
 Humida cum pulſo nox erit orta die.

J Am, Phryx, à nuptâ quereris, Tithone, relinquis ;  
 Et vigil. Eôis Lucifer exit aquis.

Ite, bonæ matres (vestrum Matrælia festum),  
 Flavaque Thebanæ reddite liba Deæ.  
 Pontibus & magno juncta est celeberrima Circo  
 Area : quæposito de bove nomen habet.  
 Hac ibi luce ferunt Matutæ sacra parenti  
 Sceptraferas Servî templa dedisse manus.  
 Quæ Dea sit : quare famulas à limine templi  
 Arceat, (arceat enim) libaque tosta petat ;  
 Bacche, racemiseros hederâ redimite capillos,  
 (Si domus illa tua est) dirige navis iter.  
 Arserat obsequio Semele Jovis, accipit Ino  
 Te, puer ; & summa sedula nutrit ope.  
 Intumuit Juno, raptâ quod pellice natum  
 Educet. at sanguis ille sororis erat.  
 Hinc igitur furis Athamas, & imagine falsâ :  
 Tuque cadis patriâ, parve Learche, manu.  
 Mœstâ Learcheas mater tumulaverat umbras,  
 Et dederat miseris omnia justa rogis.  
 Hæc quoque, funestos ut erat laniata capillos,  
 Prosiluit ; & cunis te, Melicerta, rapit.  
 Est spatio contracta brevi, freta bina repellit ;  
 Unaque pulsatur terra duabus aquis.  
 Huc venit insanis natum complexa lacertis ;  
 Et secum è celso mittit in alta jugo.  
 Excipit illæfos Panope centumque sorores ;  
 Et placido lapsu per sua regna ferant.  
 Nondum Leucotheë, nondum puer ille Palæmon  
 Vorticibus densi Tybridis ora tenet.  
 Lucus erat : dubium Semelæ Stimulæne vocetur ;  
 Mænadas Ausonias incoluisse ferunt.  
 Querit ab his Ino, quæ gens foret. Arcadas esse  
 Audit ; & Evandrum scepra tenere loci.  
 Dissimulata Deam Latias Saturnia Bacchas  
 Instimulat fœdis insidiosa sonis :  
 O nimium faciles, ô toto pectore captæ,  
 Non venit hæc nostris hospes amica choris.  
 Fraude petit ; sacrique parat cognoscere ritum.  
 Quo possit pœnas pendere, pignus habet.  
 Vix bene deserat ; complent ululatus auras  
 Thyades effusis per sua colla comis :  
 Injiciuntque manus, puerumque revellere pugnant.  
 Quos ignorat adhuc, invocat illa Deos :  
 Dique, virique loci, misera succurrite matri.

Clamor Aventini saxa propinqua ferit.  
 Appulerat ripæ vaccas Oetæus Iberas.  
 Audit ; & ad vocem concitus urget iter.  
 Herculis adventu, quæ vim modo ferre parabant,  
 Turpia scæminæ terga dodere fugæ.  
 Quid petis hinc (cognorat enim), matertera Bacchi?  
 An numen quod me, te quoque vexat, ait?  
 Illa docet partim ; partim præsentia nati  
 Continet : & furiis in scelus ipse pudet.  
 Rumor (ut est velox) agitatis pervolat alis :  
 Estque frequens, Ino, nomen in ore tuum.  
 Hospita Carmentis fidos intrasse penates  
 Diceris, & longam deposuisse famem.  
 Liba suâ properata manu Tegeæa sacerdos  
 Traditur in subito cocta dedisse foco.  
 Nunc quoque liba juvant festis Matralibus illam.  
 Rustica sedulitas gratior arte fuit.  
 Nunc, ait, ô vates venientia fata resigna,  
 Qua licet : hospitibus hoc, precor, adde meis.  
 Parva mora est : cælum vates ac nunina sumit ;  
 Fitque sui toto pectore plena Dei.  
 Vix illam subito posses cognoscere ; tanto  
 Sanctior, & tanto, quam modo, major erat.  
 Lata canam : gaude defuncta laboribus, Ino,  
 Dixit ; & huic populo dextera semper ades.  
 Numen eris pelagi : natum quoque pontus habebit.  
 In vestris aliud sumite nomen aquis.  
 Leucothoë Grajis, Matuta vocabere nostris.  
 In portus nato jus erit omne tuo.  
 Quem nos Portunum, sua lingua Palæmona dicit.  
 Ite, precor, nostris æquus uterque locis.  
 Annuerant : promissa fides : posuere labores.  
 Nomina mutarunt : hic Deus, illa Dea est.  
 Cur vetet ancillas accedere, quæritis ? odit.  
 Principiumque odii, si sinat ipsa, canam.  
 Una ministrarum solita est, Cadmei, tuarum.  
 Sæpe sub amplexus conjugis ire tui.  
 Improbus hanc Atinamas furtim dilexit : ab illâ  
 Comperit agricolis semina tosta dari.  
 Ipsa quidem fecisse negat, sed fama recepit.  
 Hoc est cur odio sit tibi serva manus.  
 Non tamen hanc pro stirpe suâ pia mater adoret :  
 Ipsa parum felix visa fuisse parens.

Alterius prolem melius mandabitur III.  
 Utilior Baccho quam fuit ipsa suis.  
 Hanc tibi, Quo properas, memorant dixisse, Rutili?  
 Luce mea Marso Consul ab hoste cades.  
 Exitus accessit verbis: flumenque Telonum  
 Purpureo mistis sanguine fluxit aquis.  
 Proximus annus erat: Pallantide cæsus eadem  
 Didius hostiles ingeminavit opes.  
 Lux eadem, Fortuna, tua est, auctorque, locusque.  
 Sed superinjectis quis later æde togis?  
 Servius est: hoc constat enim, sed causa latendi  
 Discrepat; & dubium me quoque mentis habet.  
 Dum Dea furtivos timide pronitetur amores;  
 Cælestemque homini concubuisse pudet;  
 (Arsit enim magno correpta cupidine Regis,  
 Cæcæque in hoc uno non fuit illa viro)  
 Nocte domum parva solita est intrare fenestra:  
 Unde Fenestellæ nomina porta tenet.  
 Nunc pudet, & vultus velamine celat amatos:  
 Oraque sunt multa regia tecta toga.  
 An magis est verum, post Tulli funera plebem  
 Confusam placidi morte fuisse ducis?  
 Nec modus ullus erat: crescebat imagine luctus;  
 Donec eam possitis oculuðre togis.  
 Tertia causa mihi spatio majore canenda est:  
 Nos tamen adductos intus agemus equos.  
 Tullia, conjugio sceleris mercede peracto,  
 His solita est dictis exstimulare virum:  
 Quid juvat esse pares, te nostræ cæde fororis  
 Meque tui fratris, si pia vita placet?  
 Vivere debuerant & vir meus & tua conjux,  
 Si nullum ausuri majus eramus opus.  
 Et caput & regnum facio dotale parentis.  
 Si vir es, i, dictas exige dotis opes.  
 Regia res scelus est, socero cape regna necato:  
 Et nostras patrio sanguine tinge manus.  
 Talibus instinctus folio privatus in alto  
 Sederat, artonitum vulgus ad arma ruit.  
 Hinc cruor, hinc cædes: infirmaque vincitur ætas.  
 Sceptra gener socero rapta Superbus habet.  
 Ipse sub Esquilis, ubi erat sua regia, cæsus  
 Concidit in dura sanguinolentus humo.  
 Filia carpento patrios initura penates,



Ibat per medias alta feroxque vias.

Corpus ut adspexit, lacrymis auriga profusus

Restitit. hunc tali corripit illa sono :

Vadis ? an exspectas pretium pietatis amarum ?

Duc, inquam, invitas ipsa per ora rotas.

Certa fides facti : dictus Sceleratus ab illa

Vicus , & æterna res ea pressa nota.

Post tamen hoc ausa est templum monumenta pa-  
rentis

Tangere : mira quidem, sed tamen acta loquar.

Signum erat in folio residens sub imagine Tulli :

Dicitur hoc oculis opposuisse manum.

Et vox audita est, Vultus abscondite nostros ,

Ne natæ videant ora nefanda meæ.

Veste data tegitur : vetat hanc Fortuna moveri :

Et sic e templo est ipsa locuta suo :

Ore revelato qua primum luce patebit

Servius , hæc positi prima pudoris erit.

Parcite, matronæ, vetitas attingere vestes :

Sollemni satis est voce movere preces :

Sitque caput semper Romano tectus amictu ,

Qui Rex in nostra septimus Urbe fuit.

Arserat hoc templum : signo tamen ille pepercit

Ignis : opem nato Mulciber ipse tulit.

Namque pater Tulli Vulcanus, Ocrelia mater

Præsignis facie Corniculana fuit.

Hanc secum Tanaquil, sacris de more paratis ,

Jussit in ornatum fundere vina focum,

Hic inter cineres obscæni forma virilis

Aut fuit, aut visa est ; sed fuit illa magis.

Jussâ foco captiva fovet. conceptus ab illa

Servius à cælo semina gentis habet.

Signa dedit gehitor, tum cum caput igne corusco

Contigit, inque coma flammeus arsit apex.

Te quoque magnifica, Concordia, dedicat æde

Livia , quam caro præstitit illa viro.

Disce tamen, veniens ætas, ubi Livia nunc est

Porticus, immensæ tecta fuisse domus.

Urbis opus domus una fuit : spatiumque tenebat ,

Quo brevius muris oppida multa tenent.

Hæc æquata solo est, nullo sub crimine regni ,

Sed quia luxuria visa nocere sua.

Sustinuit tantas operum subvertere moles

Tum, cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.  
**H**anc quoq; cum patris Galatea receperit undi  
 Plenaque securæ terra quietis erit ;  
 Surgit hūsto juvenis telis affatus avitis ;  
 Et gemino nexas porrigit angue manus.  
 Notus amor Phædræ, nota est injuria Thesei :  
 Devovit natum credulus ille suum.  
 [Non impune pius juvenis Trœzena petebat.  
 Dividit obstantes pectore taurus aquas ]  
 Solliciti terrentur equi, frustra que retenti  
 Per scopulos dominum duraque saxa trahunt.  
 Exciderat curru, lorisque morantibus artus  
 Hippolytus lacero corpore raptus erat :  
 Reddideratque animam, multum indignante Dianâ  
 Nulla, Coronides, causa doloris, ait.  
 Namque pio juveni vitam sine vulnere reddam ;  
 Et cedent arti tristia fata meæ.  
 Gramina continuo localis depromit eburnis :  
 Profuerant Glauci manibus illa prius :  
 [Tunc, cum observatas augur descendit in herbas  
 Usus & auxilio est anguis ab angue dato.]  
 Pectora ter tetigit, ter verba salubria dixit :  
 Depositem terrâ sustulit ille caput.  
 Lucus eum, nemorisque tui, Dictynna, recessus  
 Celat : Aricino Virbius ille lacu.  
 At Pluto Clotho que dolent, hæc fila reneri,  
 Hic fieri regni jura minora sui.  
 Jupiter exemplum veritus direxit in illum  
 Fulmina, qui nimicæ moverat artis opem.  
 Phœbe, querebaris. Deus est. placare parenti.  
 Propter te, fieri quod vetat, ipse facit.  
**N**on ego te, quamvis properabis vincere, Cæsar,  
 Si vetet auspicium, signa movere velim.  
 Sint tibi Flaminius Thrasydenaque litora testes ;  
 Per volucres æquos multa monere Deos.  
 Tempora si veteris quæris temeraria damni ;  
 Quartus ab extremo mense bis ille dies.  
**P**ostera lux melior. superat Masinissa Syphacem  
 Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.  
**T**empora labuntur, tacitisque senescimus annis ;  
 Et fugiunt fræno non remorante dies.  
 Quam cito venerunt Fortunæ Fortis honores !  
 Post septem lucas Junius actus erit.

Ite, Deam læti Fortem celebrate, Quirites :

In Tiberis ripâ munera Regis habet.

Pars pede, pars etiam celeri decurrite cymbâ.

Nec pudeat potos inde redire domum.

Ferte coronatæ juvenum convivia lintres ;

Multaque per medias vina bibantur aquas.

Plebs colit hanc : quia, qui posuit, de plebe fuisse

Fertur, & ex humili sceptrâ tulisse loco.

Convenit & servis : servâ quia Tullius ortus

Constituit dubiæ templâ propinqua Deæ.

**E**cce suburbanâ rediens male sobrius æde

Ad stellas aliquis talia verba jacit.

Zona latet tua nunc, & cras fortasse latebit :

Dehinc erit, Orion, adspicienda mini.

At si non esset potus : dixisset eâdem

Venturum tempus solstitiale die.

**L**ucifero subeunte Lares delubra tulerunt,

**L**hic ubi sit doctâ multa corona manu. (olim

Tempus idem Stator ædis habet, quam Romulus

Ante Palatini condidit ora jugi.

**T**ot restant de mensè dies, quot nomina Parcís,

Cum data sunt trabæ templâ, Quirine, tuæ.

**T**empus lûleis cras est natale Kalendis :

Pierides, cæptis addite sumina meis.

Dicite Pierides, quis vos adjunxerit isti,

Cui dedit iavitas victa noverca manus.

Sic ego : sic Clio, Clari monumenta Philippi

Adspicis : unde trahit Marcia casta genus.

Marcia sacrificio deductum nomen ab Anco ;

In qua par facies nobilitate sua.

Par animo quoque forma suo respondet in illa :

Et genus, & facies, ingeniumque simul.

Nec quod laudamus formam, tam turpe putaris.

Laudamus magnas hac quoque parte Deas.

Nupta fuit quondam matertera Cæsaris illi.

O decus, ô sacra fœmina digua domo !

Sic cecinit Clio : doctæ assensère sorores.

Annuit Alcides, increpuitque lyram.

F. I. N. I. S.

P. OVIDII NASONIS  
T R I S T I U M  
L I B E R I.

E L E G I A I.

**P**Arve, (nec in video) sine me, Liber, ibis in  
Urbem :  
(Hei mihi!) quo domino non licet ire tuo.  
Vade, sed incultus; qualem decet exsulis  
Infelix, habitum temporis hujus habe. (esse.)  
Nec te purpureo velent vaccinia fuso:  
Non est conveniens iustibus ille color.  
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur:  
Candida nec nigra cornua fronte geras.  
Felicem ornent hæc instrumenta libellos.  
Fortunæ memorem te decet esse meæ.  
Nec fragili geminæ poliantur punice frontes:  
Hirsutus passis ut videare comis.  
Neve lituram pudeat, qui viderit illas,  
De lacrymis factas sentiet esse meis.  
Vade, Liber, verbisque meis loca grata saluta.  
Contingam certe quo licet illa pede.  
Si quis, ut in populo, nostri non immemor illic,  
Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit;  
Vivere me dices: saluum tamen esse negabis.  
Id quoque, quod vivam, munus habere Dei.  
Atque ita te cautus querenti plura legendum,  
Ne, quæ non opus est, forte loquare, dabis.  
Protinus admonitus repetet mea crimina lector;  
Et peragar populi publicus ore reus.  
Neu cave defendas, quamvis mordebere dictis.  
Causa patrocinio non bona pejor erit.  
Invenies aliquem, qui me suspiret adentum;  
Carmina nec siccis perlegat ista genus:  
Et tacitus secum, nequis malus audiat, optet.  
Sic mea lenito Cæsare pœna minor.  
Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, preca-  
mur,  
Placatos misero qui volet esse Deos.  
Quæque volet, rata sint; ablataque Principis ira  
Sedibus in patriis det mihi posse mori.

Ut perages mandata, Liber, culpabere forsan;  
 Ingeniique minor laude ferere mer.  
 Iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum  
 Quærere. quæsito tempore tutus eris.  
 Carmina proveniunt animo deducta sereno:  
 Nubila sunt subitis tempora nostra malis.  
 Carmina secessum scribentis & otia quærunt:  
 Me mare, me venti, me fera jactat hyemis.  
 Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem  
 Hæsarum jugulo jam puto jamque meo.  
 Hæc quoque, quod facio, iudex mirabitur æquus;  
 Scriptaque cum veniã qualiacumque leget.  
 Da mihi Mæoniden, & tot circumspice casus;  
 Ingenium tantis excidet omne malis.  
 Denique securus famæ, Liber, ire memento;  
 Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.  
 Non ita se nobis præbet Fortuna secundam,  
 Ut tibi sit ratio laudis habenda tuæ.  
 Donec eram sospes, tituli tangebar amore;  
 Quærèndique mihi nominis ardor erat.  
 Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,  
 Sic satis. ingenio sic fuga parta meo.  
 I tamen, i, pro me tu, cui licet, adspice Romam.  
 Di facerent, possem nunc meus esse liber.  
 Nec te, quod venias magnam peregrinus in Urbem,  
 Ignotum populo posse venire puta.  
 Ut titulo careas, ipso noscère colore:  
 Dissimulare velis te licet esse meum.  
 Clam tamen intrato; ne te mea carmina lædant.  
 Non sunt, ut quondam plena favoris erant.  
 Si quis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum  
 Non putet, è gremio rejiciatque suo;  
 Inspice, dic, titulum. non sum præceptor Amoris.  
 Quas meruit, pœnas jam dedit illud opus.  
 Fortan exspectes, an in alta Palatia missum  
 Scandore te jubeam, Cæsareamque domum.  
 Ignoscant augusta mihi loca, Dique locorum.  
 Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.  
 Esse quidem inemini mitissima sedibus illis  
 Numina: sed timeo, qui nocere, Deos.  
 Terretur minimo pennæ stridore columba,  
 Unguibus, accipiter, faucia facta tuis.  
 Nec procal a stabulis audet secedere, si qua

Excussa est avidi dentibus agna lupi.  
 Vitaret cælum Phaethon, si viveret; & quos  
 Optarat stulte, tangere nollit equos.  
 Me quoque, quæ senli, fateor Jovis arma timere:  
 Me reor infesto, cum tonat, igne peti.  
 Quicumque Argolicâ de classe Capharea fugit;  
 Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.  
 Et mea cymba, semel vastâ percussâ procellâ,  
 Illum, quo læsa est, horret adire locum.  
 Ergo, care Liber, timidâ circumspice mente;  
 Et satis à media sit tibi plæbe legi.  
 Dum petit infirmis nimium sublimia pennis  
 Icarus, Icaris nomina fecit aquis.  
 Difficile est tamen, hic remis utaris an aurâ,  
 Dicere. consilium resque locusque dabunt.  
 Si poteris vacuo tradi; si cuncta videbis  
 Mitia; si vires fregerit ira suas;  
 Si quis erit, qui te dubitantem & adire timentem  
 Tradat, & ante tamen pauca loquatur; adi.  
 Luce bonâ, dominoque tuo felicior ipse  
 Pervenias illuc; & mala nostra leves.  
 Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,  
 Solus Achillæo tollere more potest.  
 Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto.  
 Nam spes est animi nostra timore minor.  
 Quæque quiescebat, ne mota resæviant ira,  
 Et pœnæ tu sis altera causa, cave.  
 Cum tamen in nostrum fueris penetrabile receptus,  
 Contigerisque tuam scrinia curva domum;  
 Adspicies illic positos ex ordine fratres,  
 Quos studium cunctos evigilavit idem.  
 Cætera turba palam titulos ostendet apertos;  
 Et sua detectâ nomina fronte geret.  
 Tres procul obscurâ latitantes parte videbis.  
 Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.  
 Hos tu vel fugias, vel, si satis oris habebis,  
 Oedipodas facito Telegonosque voces.  
 Deque tribus, moneo, si quæ tibi cura parentis,  
 Ne quemquam, quanvis ipse docebit, aines.  
 Sunt quoque mutaræ ter quinque volumina formæ,  
 Nuper ab exequiis carmina rapta meis:  
 His mando dicas, inter mutata reterri  
 Fortunæ vultum corpora possit mee.

Namque ea dissimilis subito est effecta priori :  
 Flendaque nunc, aliquo tempore læta fuit.  
 Plura quidem mandare tibi, si quæris, habebam ;  
 Sed vereor tardæ causa fuisse moræ.  
 Quod si, quæ subeunt, tecum, Liber, omnia ferres ;  
 Sarcina laturo magna futurus eras.  
 Longa via est : propera. nobis habitabitur orbis  
 Ultimus ; à terrâ terra remota meâ.

## E L E G I A II.

**D**I maris & cæli, (quid enim nisi vota supersunt?)  
 Solvere quassatæ parcite membra ratis :  
 Neve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ.  
 Sæpe premente Deo fert Deus alter openi.  
 Mulciber in Trojam, pro Trojà stabat Apollo :  
 Æqua Venus Teueris, Pallas iniqua fuit.  
 Oderat Ænean propior Saturnia Turno.  
 Ille tamen Veneris numine tutus erat.  
 Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Ulyssæm :  
 Eripuit patruo sæpe Minerva suo.  
 Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,  
 Quid vetat irato numen adesse Deo ?  
 Verba miser frustra non proficientia perdo :  
 Ipsa graves spargunt ora loquentis aquæ.  
 Terribilibusque Notus jactat mea dicta ; precesque,  
 Ad quos mittuntur, non sinit ire Deos.  
 Ergo idem venti, ne causâ lædar in una,  
 Velaque nescio quo, vota que nostra ferunt ?  
 Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum !  
 Jam jam tacturos sidera summa putes.  
 Quantæ diducto subsidunt æquore valles !  
 Jam jam tacturas Tartara nigra putes.  
 Quocumque adspicias, nihil est nisi pontus & aer ;  
 Fluctibus hic tumidis, nubibus ille minax.  
 Inter utrumque fremunt immani turbine ventæ.  
 Nescit, cui domino pareat, unda maris.  
 Nam modo purpureo vires capit Euræ ab ortu :  
 Nunc Zephyrus sero vespere missus adest :  
 Nunc gelidus siccâ Boreas bacchatur ab Arctô :  
 Nunc Notus adversa prælia fronte gerit.  
 Rector in incerto est : nec quid fugiatve petatve,  
 Invenit ambiguis ars stupet ipsa malis.  
 Scilicet occidimus, nec spes nisi vana salutis :

Dumque loquor, vultus obruit unda meos.  
 Opprimet hanc animam fluctus: frustra que precantur.  
 Ore necaturas accipiemus aquas.  
 At pia nil aliud quam me dolet exfule conjux:  
 Hoc unum nostri scitque gemitque mali.  
 Nescit in immenso jactari corpora ponto:  
 Nescit agi ventis: nescit adesse necem.  
 Di bene, quod non sum mecum conscendere passus:  
 Ne mihi mors misero bis patienda foret!  
 At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,  
 Dimidiâ certe parte superstes ero.  
 Hei mihi, quam celeri micuerunt nubila flammâ!  
 Quantus ab ætherio personat axe fragor!  
 Nec levius laterum tabulæ feriuntur ab undis,  
 Quam grave balistæ mœnia pulsat onus.  
 Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:  
 Posterior nono est, undecimoque prior.  
 Nec letum timeo: genus est miserabile leti.  
 Demite naufragium; mors mihi munus erit.  
 Est aliquid, fatove suo ferrove cadentem  
 In solitâ moriens ponere corpus humo:  
 Est mandata suis aliquid sperare sepulcra,  
 Et non æquoreis piscibus esse cibum.  
 Fugite me dignum tali nece: non ego solus  
 Hic vehor, immeritos cur mea pœna trahit?  
 Pro Superi, viridesque Dei, quibus æquora curæ!  
 Utraque jam vestras sistite turba minas.  
 Quamque dedit vitam mitissima Cæsaris ira,  
 Hanc sinite infelix in loca iussâ feram.  
 Si quam commerni pœnam me pendere vultis;  
 Culpâ mea est ipso iudice morte minor.  
 Mittere me Stygias si jam voluisset ad undas  
 Cæsar; in hoc vestrâ non eguisset ope.  
 Est illi nostri non invidiosa cruoris  
 Copia: quodque dedit, cum volet, ipse feret.  
 Vos modo, quos certe nullo puto crimine læsos,  
 Contenti nostris, Di, precor, este malis.  
 Nec tamen, ut cuncti miserum servare veliris,  
 Quod periit, salvum jam caput esse potest.  
 Ut mare confidat, ventisque serentibus utar;  
 Ut mihi pareatis; num minus exful ero?  
 Non ego divitias ædus sine fine parandi  
 Latum mutandis mercibus æquor aro:



Nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas :  
 Oppida non Asiæ, non loca visa prius.  
 Non ut, Alexandri claram delatus in urbem,  
 Delicias videam, Nile jocose, tuas.  
 Quod faciles opto ventos, (quis credere possit?)  
 Sarmatis est tellus, quam mea vota petunt.  
 Obligor, ut tangam lævi fera litora Ponti;  
 Quodque sit à patriâ jam fuga tarda, queror.  
 Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas,  
 Exilem facio per meâ vota viam.  
 Seu me diligitis, tantos compefcite fluctus;  
 Pronaque sint nostræ numina vœstra rati:  
 Seu magis odistis, jussæ me advertite terras:  
 Supplicii pars eis in regione mei.  
 Fertè (quid hic facio?) rapidi mea carbasa venti.  
 Ausonios fines cur mea vela vident?  
 Noluit hoc Cæsar: quid, quem fugat ille, tenetis?  
 Aspiciat vultus Pontica terra meos.  
 Et jubet, & merui, nec, quæ damnaverit ille,  
 Crimina defendi fasve piæve puto.  
 Si tamen aëra Deos nunquam mortalia fallunt;  
 A culpâ facinus scitis abesse meâ.  
 Immo ita; vos scitis, si me meus abstulit error,  
 Stultaque mens nobis, non scelerata fuit:  
 Quamlibet è minimis, domui si favimus illi;  
 Si satis Augusti publica jussa mihi;  
 Hoc Duce si dixi felicia sæcula; proque  
 Cæsare thura pius Cæsaribusque dedi;  
 Si fuit hic animus nobis; ita parcite, Divi.  
 Sin minus; alta cadens obruat unda caput.  
 Fallor? an incipiunt gravidæ vanescere nubes,  
 Viscæque mutati frangitur ira maris?  
 Non casus, sed vos sub conditione vocati,  
 Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

## E L E G I A III.

**C**Um subit illius tristissima noctis imago,  
 Quæ mihi supremum tempus in Urbe fuit;  
 Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui;  
 Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.  
 Jam prope lux aderat, qua me discedere Cæsar  
 Finibus extremæ jusserat Ausoniæ.  
 Nec mens, nec spatium fuerant sibi apta paranti:

Torpuerant longa pectora nostra mora.  
 Non mihi servorum, comitis non cura legendi :  
 Non aptæ profugo vestis opifve fuit.  
 Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus  
 Vivit ; & est vitæ nescius ipse suæ.  
 Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit ,  
 Et tandem sensus convaluere mei ;  
 Alloquor extremum mæstos abiturus amicos ,  
 Qui modo de multis unus & alter erant.  
 Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat ;  
 Imbre per indignas usque cadente genas.  
 Nata procul Libycis aberat diversa sub oris :  
 Nec poterat fati certior esse mei.  
 Quocumque adspiceres, luctus gemitusq; sonabant :  
 Forma que non taciti funeris intus erat.  
 Fœmina, vique, meo pueri quoque funere mœrent :  
 Inque domo lacrymas angulus omnis habet.  
 Si licet exemplis in parvo grandibus uti ;  
 Hæc facies Trojæ, cum caperetur, erat.  
 Jamque quiescebant voces hominumque canumq; :  
 Lunaque nocturnos alta regebat equos.  
 Hanc ego suspiciens, & ab hac Capitolia cernens ,  
 Quæ nostro frustra juncta fuere Lari ;  
 Numina vicinis habitantia sedibus, inquam ,  
 Jamque oculis nunquam templa videnda meis ,  
 Dicque relinquendi, quos Urbs habet alta Quirini ;  
 Este salutati tempus in omne mihi.  
 Et quamquam fero clypeum post vulnera fumo ;  
 Attamen hanc odiis exonerate fugam ;  
 Cælestique viro, quis me deceperit error ,  
 Dicite ; pro culpa ne scelus esse putet.  
 Ut, quod vos scitis, pœnæ quoque sentiat auctor.  
 Placato possum non miser esse Deo.  
 Hac prece adoravi Superos ego : pluribus uxor ;  
 Singultu medios præpediente sonos.  
 Illa etiam ante Lares passis prostrata capillis  
 Contigit extinctos ore tremente focos :  
 Multaque in aversos effudit verba Penates ,  
 Pro deplorato non valitura viro.  
 Jamque moræ spatium nox præcipitata negabat ,  
 Versaque ab axe suo Partialis Arctos erat.  
 Quid facerem ? blando patriæ retinebar amore :  
 Ultima sed jussæ nox erat illa fugæ.

Ah quoties aliquo dixi properante, Quid urges?  
Vel quo festines ire, vel unde, vide.

Ah quoties certam me sum mentitus habere  
Horam, propositæ quæ foret apra viæ.

Ter limen tetigi; ter sum revocatus: & ipse  
Indulgens animo pes mihi tardus erat.

Sæpe, Vale dicto, rursus sum multa locutus;  
Et quasi discedens oscula summa dedi.

Sæpe eadem mandata dedi: meque ipse fesselli,  
Respiciens oculis pignora cara meis.

Denique, Quid propero? Scythia est, quo mitti-  
mur, inquam:

Roma relinquenda est. utraque justa mora est.

Uxor in æternum vivo mihi viva negatur:

Et domus, & fidæ dulcia membra domus.

Quosque ego fraterno dilexi more sodales.

O mihi Thesæa pectora juncta fide!

Dum licet, amplectar: nunquam fortasse licebit

Amplius. in lucro, quæ datur hora, mihi est.

Nec moræ; sermonis verba imperfecta relinquo,

Complectens animo proxima quæque meo.

Dum loquor, & stemus; cælo nitidissimus alto

Stella gravis nobis Lucifer ortus erat.

Dividor haud aliter, quam si mea membra relin-

Et pars abrumpi corpore visa suo est. (quam:

[Sic Priamus doluit, tunc cum in contraria versus

Ultiores habuit proditiōnis equus.]

Tum vero exoritur clamor gemitusque meorum;

Et feriunt inæstæ pectora nuda manus.

Tum vero conjux humeris abeuntis inhærens

Miscuit hæc lacrymis tristia dicta suis.

Non potes avelli. simul ah, simul ibimus, inquit!

Te sequar; & conjux exsulis exsul ero.

Et mihi facta via est: & me capit ultima tellus.

Accedam profugæ sarcina parva rati.

Te jubet è patria discedere Cæsaris ira;

Me pietas. pietas hæc mihi Cæsar erit.

Talia tentabat: sic & tentaverat ante:

Vixque dedit victas utilitate manus.

Egredior (sive illud erat sine funere ferri)

Squalidus immixtis hirta per ora comis.

Illa dolore mei tenebris narratur obortis

Semianini media procubuisse domo.

Utque resurrexit, scædatis pulvere turpi  
 Crinibus, & gelidâ membra levavit humo ;  
 Se modo, desertos modo complorasse Penates ;  
 Nomen & erepti sæpe vocasse viri :  
 Nec genuisse minus, quam si natæve meumve  
 Vidisset structos corpus habere rogos :  
 Et voluisse mori ; moriendo ponere sensus :  
 Respectuque tamen non posuisse mei.  
 Vivat : & absentem, quoniam sic fata tulerunt ,  
 Vivat , & auxilio sublevet usque suo.  
 Tingitur Oceano custos Erymanthidos Ursæ ,  
 Equoreasque suo sidere turbat aquas :  
 Nos tamen Iónium non nostrâ findimus æquor  
 Sponte : sed audaces cogimur esse metu.  
 Me miserum, quantis increseunt æquora ventis ;  
 Erutaque ex imis fervet arena vadis !  
 Monte nec inferior proræ puppique recurvæ.  
 Insilit , & pictos verberat unda Deos.  
 Pineæ texta sonant ; pulsî stridere rudentes :  
 Aggemit & nostris ipsa carina malis.  
 Navita confessus gelido pallore timorem  
 Jam sequitur victam, non regit arte, ratem.  
 Utque parum validus non proficientia vector  
 Cervicis rigidæ fræna remittit equo :  
 Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undæ ,  
 Aurigam video vela dedisse rati.  
 Quod nisi mutatas emiseric Æolus auras ;  
 In loca jam nobis non adeunda ferar.  
 Nam procul, Illyricis lævâ de parte relictis ,  
 Interdicta mihi cernitur Italïa.  
 Desinat in veritas quæso contendere terras ,  
 Et necum magno pareat aura Deo.  
 Dum loquor, & cupio pariter timeoque revelli ,  
 Increpuit quantis viribus unda latus !  
 Parcite, cærelei vos parcite numina ponti ;  
 Infestumque mihi sit satis esse Jovem.  
 Vos animam lævæ fessam subducite morti.  
 Si modo, qui perit, non periisse potest.

## ELEGIA IV.

O Mihi post ullos nunquam memorande sodales,  
 O cui præcipue fors mea visa sua est ;  
 Attonitum qui me (memini), carissime, primus

Ausus es alloquio sustinuisse tuo ;  
 Qui mihi consilium vivendi mite dedisti ,  
 Cum foret in misero pectore mortis amor ;  
 Scis bene, cui dicam, positus pro nomine signis ;  
 Officium nec te fallit, amice, tuum.  
 Hæc mihi semper erunt imis infixæ medullis ;  
 Perpetuusque animæ debitor hujus ero.  
 Spiritus & vacuas prius hic tenuendus in auras  
 Ibit, & in tepido deseret ossa rogo ;  
 Quam subeant animo meritorum oblivia nostro :  
 Et longâ pietas excidat ista die.  
 Di tibi sint faciles, & opis nullius egentem  
 Fortunam præstent, dissimilemque meæ.  
 Si tamen hæc navis vento ferretur amico ;  
 Ignoraretur forsitan ista fides.  
 Thesæa Pirithoüs non tam sensit amicum ,  
 Si non infernas virus adisset aquas.  
 Ut foret exemplum veri Phocæus amoris ,  
 Fecerunt Furix, tristis Oresta, tuæ.  
 Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes ;  
 Hyrtacidæ Niso gloria nulla foret.  
 Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum ,  
 Tempore sic duro est inspicienda fides.  
 Dum jurat, & vultu ridet Fortuna sereno ;  
 Indelibatas cuncta sequuntur opes.  
 At simul intonuit ; fugiunt : nec noscitur ulli ,  
 Agminibus comitum qui modo cinctus erat.  
 Atque hæc exemplis quondam collecta priorum ,  
 Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.  
 Vix duo tresve mihi de tot superestis amici.  
 Cæteri Fortunæ, non mea, turba fuit.  
 Quo magis, ô pauci, rebus succurrite lapsis ,  
 Et date naufragio litora tuta meo :  
 Neve metu falso nimium tepidate timentes ,  
 Hac offendantur ne pietate Deus.  
 Sæpe fidem adversis etiam laudavit in armis ;  
 Inque suis amat hanc Cæsar, in hoste probat.  
 Causa mea est melior, qui non contraria fovi  
 Arma ; sed hanc merui simplicitate fugam.  
 In igiles igitur nostris pro casibus oro ;  
 Diminui si qua numinis ira potest.  
 Scire meos si quis casus desideret omnes ;  
 Plus, quam quod fieri res finit, ille petat.

Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent,  
 Parvaque quot sicca corpora pulvis habet.  
 Multaque credibili tulimus majora: ratamque,  
 Quamvis acciderint, non habitura fidem.  
 Pars etiam necum quædam moriatur oportet:  
 Meque velim possit dissimulante tegi.  
 Si vox in fragili mihi pectore firmior ære,  
 Pluraque cum linguis pluribus ora forent;  
 Non tamen idcirco complecterer omnia verbis:  
 Materia vires exsuperante meas.  
 Pro duce Neritio docti mala nostra Poëta  
 Scribite: Neritio nam mala plura tuli.  
 Ille brevi spatio multis erravit in annis  
 Inter Dulichias Iliacasque domos.  
 Nos freta sideribus notis distantia mensos  
 Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.  
 Ille habuit fidamque manum, sociosque fideles:  
 Me profugum comites deseruere mei.  
 Ille suam lætus patriam victorque petebat.  
 A patria fugio victus & exsul ego.  
 Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve:  
 Pœna quibus non est grandis abesse locis.  
 Sed quæ de septem totum circumspicit orbem  
 Montibus, imperii Roma Deumque locus.  
 Illi corpus erat durum patiensque laborum:  
 Invalidæ vires ingenuæque mihi.  
 Ille erat assidue sævis agitatus in armis:  
 Assuetus studiis mollibus ipse sui.  
 Me Deus oppressit, nullo mala nostra levante:  
 Bellatrix illi Diva ferebat opem. (dis;  
 Cumque minor Jove sit tumidis qui regnat in un-  
 illum Neptuni, me Jovis ira premit.  
 Adde, quod illius pars maxima ficta laborum est;  
 Ponitur in nostris fabula nulla malis.  
 Denique quæstos tetigit tamen ille Penates;  
 Quæque diu petiit, contigit arva tamen.  
 At mihi perpetuo patria tellure carendum est,  
 Nisi fuerit læsi mollior ira Dei.

## ELEGIA V.

**N**ec tantum Clario Lyde dilecta poëta,  
 Nec tantum Coo Battis amata suo est:  
 Pectoribus quantum tu nostris, Uxor, inhæres;

Digna

Digna minus misero, non meliore viro.  
 Te mea supposita veluti trabe fulta ruina est:  
 Siquid adhuc ego sum, muneris omne tui est:  
 Tu facis, ut spoliū ne sim, neu nuder ab illis  
 Naufragii tabulas qui petiere mei.  
 Utque rapax stimulante fame cupidusque cruoris  
 Incustoditum captat ovile lupus;  
 Aut ut edax vultur corpus circumspicit ecquod  
 Sub nulla positum cernere possit humo:  
 Sic mea nescio quis, rebus male fidus acerbis,  
 In bona venturus, si paterēre, fuit.  
 Hunc tua per fortes virtus submovit amicos,  
 Nulla quibus reddi gratia digna potest.  
 Ergo quam misero, tam vero, teste probaris:  
 Hic aliquod pondus si modo testis habet.  
 Nec probitate tua prior est aut HecTORis uxor,  
 Aut comes extincto Laodamia viro.  
 Tu si Mæonium vatem sortita fuisses;  
 Penelopes esset fama secunda tuæ.  
 Sive tibi hoc debes, nulla pia facta magistra;  
 Cumque nova mores sunt tibi luce dati:  
 Fœmina seu Princeps, omnes tibi culta per annos,  
 Te docet exemplum conjugis esse bonæ:  
 Assimilemque sui longa assuetudine fecit:  
 Grandiæ si parvis assimilare licet.  
 Hei mihi, non magnas quod habent mea carm,  
 vires,  
 Nostraque sunt meritis ora minora tuis!  
 Si quid & in nobis vivi fuit ante vigoris,  
 Extinctum longis occidit omne malis:  
 Prima locum sanctas heroidas inter haberes:  
 Prima bonis animi conspicerēre tui.  
 Quantumcunque tamen præconia nostra valebunt;  
 Carminibus vives tempus in omne meis.

## ELEGIA VI.

Siquis habes nostris similes in imagine vultus;  
 Deme meis hederas Bacchica ferta comis.  
 Ista decent lætos felicia signa poetas.  
 Temporibus non est apta corona meis.  
 Hæc tibi dissimulas, sentis tamen, optime, dici,  
 In digito qui me fersque referisque tuo.  
 Effugiesque meam fulvo complexua in auro

Cara relegati , qua potes , ora vides.  
 Quæ quoties spectas, subeat tibi dicere forsan,  
 Quam procul à nobis Naso sodalis abest!  
 Grata tua est pietas: sed carmina major imago  
 Sunt mea; quæ mando qualiacunque legas.  
 Carmina mutatas hominum dicentia formas:  
 Infelix domini quod fuga rupit opus.  
 Hæc ego discedens, sicut bene multa meorum,  
 Ipse meâ posui mœstus in igne manu.  
 Utque cremasse suum fertur sub stipite natum  
 Thestias, & melior matre fuisse soror;  
 Sic ego non meritos mecum peritura libellos  
 Imposui rapidis viscera nostra rogis.  
 Vel quod eram Musas, ut erimina nostra, perosus:  
 Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat.  
 Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed exstant;  
 Pluribus exemplis scripta fuisse reor.  
 Nunc precor ut vivant, & non ignava legentem  
 Otia delectent, admoneantque mei.  
 Nec tamen illa legi poterunt patienter ab ullo;  
 Nesciet his summam si quis abesse manum.  
 Ablatum mediis opus est incudibus illud:  
 Defuit & scriptis ultima lima meis.  
 Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,  
 Non fastiditus si tibi, Lector, ero.  
 Hos quoque sex versus, in primi fronte libelli  
 Si præponendos esse putabis, habe.  
 Orba parente suo quicumque volumina tangis;  
 His saltem vestrà detur in Urbe locus.  
 Quoque magis faveas, non sunt hæc edita ab ipso,  
 Sed quasi de domini funere rapta sui.  
 Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,  
 Emendaturus, si licuisset, eram.

## ELEGIA VII.

**I**N caput alta suum labentur ab æquore retro  
 Flumina: conversis Solque recurret equis.  
 Terra feret stellas: cælum findetur aratro:  
 Unda dabit flammam: & dabit ignis aquas.  
 Omnia naturæ præpostera legibus ibuat:  
 Parsque suum mundi nulla tenebit iter.  
 Omnia jam fiunt, fieri quæ posse negabam:  
 Et nihil est, de quo non sit habenda fides.



Hæc ego vaticinor ; quia sum deceptus ab illo ,  
 Laturum misero quem mihi rebar opem .  
 Tauræne te, fallax, cepère oblivia nostri ?  
 Amictumne fuit tantus adire timor ?  
 Ut neque respiceres, nec solarère jacentem ;  
 Durè ? nec exsequias prosequerère meas ?  
 Illud amicitiaè sanctum ac venerabile nomen  
 Re tibi pro vili sub pedibusque jacet ?  
 Quid fuit, ingenti prostratum mole sodalem  
 Visere, & alloqui parte levare tui ?  
 Inque meos si non lacrymam dimittere casus ,  
 Pauca tamen ficto verba dolore queri ?  
 Idque, quod ignoti faciunt, valedicere saltem ;  
 Et vocem populi publicaue ora sequi ?  
 Denique lugubres vultus, numquamque videndos  
 Cernere supremo, dum licuitque, die ?  
 Dicendumque semel toto non amplius ævo  
 Accipere , & parili reddere voce, Vale ?  
 At secère alii nullo mihi fœdere juncti ;  
 Et lacrymas animi signa dedère sui .  
 Quid nisi convictu cautisque valentibus essem ,  
 Temporis & longi vinctus amore tibi ?  
 Quid, nisi tot lusus & tot mea seria nosses ,  
 Tot nossem lusus serisque ipse tua ?  
 Quid, si duntaxat Romæ mihi cognitus esses ,  
 Adscitus toties in genus omne loci ?  
 Cunctane in æquoreos abierunt irrita ventos ?  
 Cunctane Lethæis mersa feruntur aquis ?  
 Non ego te placidâ genitum reor urbe Quirini ;  
 Urbe, meo quæ jam non adeunda pede est .  
 Sed scopulis, Pontî quos hæc habet ora sinistri :  
 Inque feris Scythiæ Sarmaticisque jugis .  
 Et tua sunt silicis circum præcordia venæ ;  
 Et rigidum ferri femina pectus habent .  
 Quæque tibi quondam tenero ducenda palato  
 Plena dedit nutrix ubera , tigris erat .  
 At mala nostra minus, quam nunc, aliena putasses ;  
 Duritiæque mihi non agerère reus .  
 Sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,  
 Ut careant numeris tempora prima suis ;  
 Effice, peccati ne sim memor hujus ; & illo  
 Officiam laudem, quo queror, ore tuam .

## ELEGIA VIII.

**D** Etur inoffensa: metam tibi tangere vitæ,  
 Qui legis hoc nobis non inimicus opus:  
 Atque utinam pro te possint mea vota valere,  
 Quæ pro me duros non tetigere Deos!  
 Donec eris felix, multos numerabis amicos:  
 Tempora si fuerint nubila, solus eris.  
 Aspicias, ut veniant ad candida tecta columbæ;  
 Accipiat nullas sordida turris aves.  
 Horrea fornicæ tendunt ad inania nunquam:  
 Nullus ad amissas ibit amicus opes.  
 Utque comes radios per Solis euntibus umbra,  
 Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit;  
 Mobile sic sequitur Fortunæ lumina vulgus:  
 Quæ simul inducta nube teguntur, abit.  
 Hæc precor ut semper possint tibi falsa videri:  
 Sunt tamen eventu vera fatenda meo.  
 Dum stetimus, turbæ quantum satis esset, habebat  
 Nota quidem, sed non ambitiosa, domus.  
 At simul impulsâ est; omnes timuere ruinam:  
 Cautaque communi terga dedere fugæ.  
 Sæva nec admiror metuunt si fulmina, quorum  
 Ignibus afflari proxima quæque solent.  
 Sed tamen in duris remanentem rebus amicum  
 Quamlibet in viso Cæsar in hoste probat.  
 Nec solet irasci (neque enim moderatior alter,)   
 Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.  
 De comite Argolici postquam cognovit Orestæ,  
 Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.  
 Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille,  
 Laudari solita est Hæctoris ore fides.  
 Quod pius ad maues Theseus comes isset amico,  
 Tartareum dicunt indoluisse Deum.  
 Euryali Nisique fide tibi, Turne, relata,  
 Credibile est lacrymis immaduisse genas.  
 Est etiam miseris pietas, & in hoste probatur.  
 Hei mihi, quam paucos hæc mea dicta movent!  
 Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum,  
 Debeat ut lacrymis nullus adesse modus.  
 At mea sunt, proprio quamvis incertissima casu,  
 Pectora pro sensu facta serena tuo.  
 Hoc eventurum jam tum, carissime, vidi,

Ferret adhuc istam cum minor aura ratem.  
 Sive aliquod morum, seu vitæ labe carentis  
 Est pretium, nemo pluris habendus erit.  
 Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes;  
 Quælibet eloquio fit bona causa tuo.  
 His ego commotus, dixi tibi protinus ipsi;  
 Scena manet dotes grandis, amice, tuas.  
 Hæc mihi non ovium fibræ tonitrusve sinistra,  
 Linguave servatæ pennave dixit avis.  
 Augurium ratio est, & conjectura futuri:  
 Hac divinavi, notitiamque tuli.  
 Quæ quoniam rata sunt; totâ mihi mente tibi que  
 Gratulor, ingenium non latuisse tuum.  
 At nostrum tenebris utinam latuisset in imis!  
 Expediit studio lumen abesse meo.  
 Utque tibi profunt artes, facunde, severæ;  
 Dissimiles illis sic nocuere mihi.  
 Vita tamen tibi nota mea est: scis artibus illis  
 Auctoris mores abstinuisse sui.  
 Scis vetus hoc juveni lusum mihi carmen: & istos,  
 Ut non laudandos, sic tamen esse jocos.  
 Ergo ut defendi nullo mea posse colore,  
 Sic excusari crimina posse puto.  
 Quia potes, extusa: nec amici desere causam.  
 Quo bene cœpisti, sic pede semper eas.

## E L E G I A IX.

**E**st mihi, sitque, precor, flavæ tutela Minervæ  
 Navis; & à picta casside nomen habet.  
 Sive opus est velis; minimam bene currit ad auram:  
 Sive opus est remo; remige carpit iter.  
 Nec comites volucris contenta est vincere cursu:  
 Occupat egressas quamlibet ante rates.  
 Et patitur fluctus, fertque assilientia longe  
 Æquora, nec sævis icæta fatiscit aquis.  
 Illa Corinthiacis primum mihi cognita Cenchris  
 Fida manet trepidæ duxque comesque fugæ.  
 Perque tot eventus, & iniquis concita ventis  
 Æquora, Palladio numine tuta fugit.  
 Nunc quoque tuta precor vasti secet ostia Ponti;  
 Quasque petit, Getici litoris intret aquas.  
 Quæ simul Æoliæ mare me deduxit in Helles,  
 Et longum tenui limite fecit iter;

Fleximus in lævum cursus : & ab Hæctoris urbe  
 Venimus ad portus, Imbria terra, tuos.  
 Inde levi vento Zerynthia litora nâflis  
 Threiciam tetigit fessâ carina Samon.  
 Saltus ab hac terrâ brevis est Tempyra petenti.  
 Hac dominum tenuis est illa secuta suum.  
 Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos :  
 Hellepontiacas illa reliquit aquas.  
 Dardaniamque petit auctoris nomen habentem ;  
 Et te ruricolâ Lampface tuta Deo.  
 Quaque per angustas vestræ male virginis undas  
 Seston Abydenâ separat urbe fretum.  
 Hincque Propontiacis hærentem Cyzicon oris ;  
 Cyzicon Hæmonix nobile gentis opus :  
 Quaque tenent Ponti Byzantia litora fauces.  
 Hic locus est gemini janua vasta maris.  
 Hæc precor evincat, propulsaque flantibus Austris  
 Transeat instabiles strenua Cyaneas :  
 Thyniacosque sinus, & ab his per Apollinis urbem  
 Alta sub Anchiâli mœnia tendat iter.  
 Inde Mesembriacos portus, & Odesson, & arces  
 Prætereat distas nomine, Bacche, tua:  
 Et quos Alcathoi memorant à mœnibus ortos  
 Sedibus his profugum constituisse Iarem.  
 A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem,  
 Offensi quo me compulit ira Dei.  
 Hanc si contigerit, meritæ cadet agna Minervæ.  
 Non facit ad nostras hostia major opes.  
 Vos quoq; Tyndaridæ, quos hæc colit insula, fratres,  
 Mite precor duplici numen adeste vix.  
 Altera namque parat Symplegadas ire per arctas,  
 Scindere Bistonias altera puppis aquas.  
 Vos faciæ, ut ventos, loca cum diversa petamus,  
 Illa suos habeat, nec minus ista suos.

## E L E G I A X.

**L** Itera quæcunque est toto tibi lecta libello,  
 Est mihi sollicitæ tempore facta vix.  
 Aut hanc me, gelidi tremere cum mense Decem-  
 Scribentem mediis Hadria vidit aquis : (bris ;  
 Aut, postquam bimarem cursu superavimus I-  
 Alteraque est nostræ sumta carina fugæ. (stimon:  
 Quod facerem versus inter fera murmura ponti,  
 Cy-

Cycladas Ægeas obstupuisse puto.  
 Ipse ego nunc miror, tantis animique marisque  
 Fluctibus ingenium non cecidisse meum.  
 Seu stupor huic studio, si e huic insania nomen;  
 Omnis ab hac curâ mens relevata mea est.  
 Sæpe ego nimboris dubius jactabar ab Hædis:  
 Sæpe minax Steropes sidere pontus erat.  
 Fuscabatque diem cultos Erymanthidos Urse,  
 Aut Hyadas lævis auxerat / uster aquis:  
 Sæpe maris pars intus erat; tamen ipse trementi  
 Carmina ducebam qualiacunque manu.  
 Nunc quoque contenti stridunt Aquilone rudentes;  
 Inque modum tumuli concava surgit aqua.  
 Ipse gubernator tollens ad sidera palmas  
 Expofcit votis inimemor artis open.  
 Quocunque adspicio, nihil est, nisi mortis imago:  
 Quam dubiâ timeo mente, timensque precor.  
 Attigero portum, portu terrebor ab ipso.  
 Plus habet infestâ terra timoris aquâ.  
 Nam simul insidiis hominum pelagique laboro;  
 Et faciunt geminos ensis & unda metus.  
 Ille mea vereor ne speret sanguine prædam:  
 Hæc titulum nostræ mortis habere velit.  
 Barbara pars læva est, aida substrata rapinæ,  
 Quam creor & cædes bellaque semper habent.  
 Cumque sit hibernis agitata fluctibus æquor;  
 Pectora sunt ipso turbidiora mari  
 Quo magis his debes ignoscere, candide lector,  
 Si spe sunt, ut sunt, inferiora tuâ.  
 Non hæc in nostris, ut quondam, scribimus hortis:  
 Nec consuecte meum lectule corpus habes.  
 Jactor in indomito brumali luce profundo:  
 Ipsaque cæruleis charta feritur aquis.  
 Improba pugnat hyems, indignaturque, quod ausim  
 Scribere, se rigidas incutiente minas.  
 Vincat hyems hominem, sed eodem tempore quæso  
 Ipse modum statuum carminis; illa sui.

## T R I S T I U M

## L I B E R II.

**Q**uid mihi vobiscum est, infelix cura libelli,  
 Ingenio perii qui miser ipse meo?  
 Cur modo damnatas repeto mea crimina  
 Musas?

An semel est pœnam commeruisse parum?  
 Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent  
 Omine non fausto fœmina virque, mea.  
 Carmina fecerunt, ut me moresque notaret  
 Jam demum visâ Cæsar ab Arte meos.  
 Deme mihi studium; vitæ quoque crimina demes.  
 Acceptum refero versibus, esse nocens.  
 Hoc pretium curæ vigilatorumque laborum  
 Cepinus. ingenio pœna reperta meo.  
 Si sperem, doctas odissem jure sorores,  
 Numina cultori perniciofa suo.  
 At nunc (tanta meo comes est insania morbo)  
 Saxa malum refero rursus ad ista pedem.  
 Scilicet & victus repetit gladiator arenam;  
 Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.  
 Forsitan, ut quondam Teuthrantia regna tenenti,  
 Sic mihi res eadem vulnus opemque teret:  
 Musaque, quam movit, motam quoque leniet iram:  
 Exorant magnos carmina sæpe Deos.  
 Ipse quoque Ausonias Cæsar matresque nurusque  
 Carmina turrigeræ dicere jussit Opi.  
 Jusserat & Phœbo dici, quo tempore ludos  
 Fecit, quos ætas adspicit una semel.  
 His precor exemplis tua nunc, mitissime Cæsar,  
 Fiat ab ingenio mollior ira meo.  
 Illa quidem justa est, nec me meruisse negabo.  
 Non adeo nostro fugit ab ore pudor.  
 Sed, nisi peccassem, quid tu concedere posses?  
 Materiam veniæ fors tibi nostra dedit.  
 Si, quoties homines peccant, sua fulmina mittat  
 Jupiter; exiguo tempore inermis erit.  
 Hic ubi detonuit strepituque exterruit orbem,  
 Purum discussis aera reddit aquis.  
 Jure igitur genitorque Deum rectorque vocatur:  
 Jure

Jure capax mundus nil Jove majus habet.  
 Tu quoque, cum Patriæ rector dicare Paterque ;  
 Utere more Dei nomen habentis idem.  
 Idque facis : nec te quisquam moderatius unquam  
 Imperii potuit fræna tenere sui.  
 Tu veniam parti superatæ sæpe dedisti ,  
 Non concessurus quam tibi victor erat.  
 Divitiis etiam multos & honoribus auctos  
 Vidi , qui tulerant in caput arma tuum.  
 Quæque dies bellum, belli tibi sustulit iram :  
 Parsque simul templis utraque dona tulit.  
 Utque tuus gaudet miles, quod vicerit hostem ;  
 Sic, victum cur se gaudeat, hostis habet.  
 Causa mea est melior : qui nec contraria dicor  
 Arma, nec hostiles esse secutus opes.  
 Per mare, per terras, per tertia numina juro ,  
 Per te præsentem conspicuumque Deum ;  
 Hunc animum favisse tibi, Vir maxime : neque ,  
 Quâ sola potui, mente fuisse tuum.  
 Optavi peteres cælestia sidera tarde ;  
 Parsque fui turbæ parva precantis idem.  
 Et pia thura dedi pro te : cumque omnibus unus  
 Ipse quoque adjuxi publica vota meis.  
 Quid referam libros, illos quoque, crimina nostra,  
 Mille locis plenos nominis esse tui ?  
 Inspice majus opus, quod adhuc sine fine reliqui ,  
 In non credendos corpora versa inodos ;  
 Invenies vestri præconia nominis illic :  
 Invenies animi pignora multa mei.  
 Non tua carminibus major sit gloria, nec quo ,  
 Ut major fiat, crescere possit, habet.  
 Fama Jovis superest. tamen hunc sua facta referri ,  
 Et se materiam carminis esse, juvat :  
 Cumque Gigantæi memorantur prælia belli ;  
 Credibile est lætum laudibus esse suis.  
 Te celebrant alii quanto decet ore, tuasque  
 Ingenio laudes uberiore canunt.  
 Sed tantæ, ut fuso taurorum sanguine centum ,  
 Sic capitur minimo thuris honore Deus.  
 Ah ferus, & nobis nimium crudeliter hostis ,  
 Delicias legit qui tibi cunque meas !  
 [Carmina ne nostris sic te venerantia libris  
 Judicio possint candidiore legi.]

Esse sed irato quis te mihi posset amicus?

Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.

Cum cœpit quassata domus subsidere, partes

In proclinas omne recumbit onus:

Cunctaque Fortunâ rimam faciente dehiscunt.

Ipsa suo quondam pondere tecta ruunt.

Ergo hominum quæsitum odium mihi carmine:

Debuit, est vultus turba secuta tuos. 'quaque

At (memini vitamque meam moreisque probabas

Illo, quem dederas, prætereuntis equo.

[Quod si non prodest, & honesti gratia nulla

Redditur; at nullum crimen adeptus eram.]

Nec male commissa est nobis fortuna reorum,

Lisque decem decies inspicienda viris.

Res quoque privatas statui sine crimine iudex:

Deque meâ fassa est pars quoque victa fide.

Me miserum! potui, si non extrema nocerent,

Judicio tutus non semel esse tuo.

Ultima me perdunt: imoque sub æquore mergit

Incolumem toties una procella ratem.

Nec mihi pars nocuit de gurgite parva: sed omnes

Preslere hoc fluctus, Oceanusque caput.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?

Cur imprudenti cognita culpa mihi?

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam:

Præda fuit canibus non minus ille suis.

Scilicet in Superis etiam fortuna luenda est;

Nec veniam laeso numine casus habet.

Illâ namque die, quâ me malus abstulit error,

Parva quidem periit, sed sine labe, domus.

Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut ævo

Clara, nec ullius nobilitate minor:

Et neque divitiis, nec paupertate notanda:

Unde fit in neutrum conspiciendus eques.

Sit quoque nostra domus vel censu parva, vel ortu;

Ingenio certe non latet illa meo.

Quo videar quamvis nimium juveniliter usus;

Grande tamen toto nomen ab orbe fero.

Turbaque doctorum Nasonem novit, & audent

Non fastiditis annumerare viris.

Corruit hæc igitur Musis accepta, sub uno,

Sed non exiguo, crimine lapsa domus.

Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo læsi



Ematurerit Cæsaris ira , queat.  
 Cujus in eventu pœnæ clementia tanta est ,  
 Ut fuerit nostro lenior illa metu.  
 Vita data est, citraque necem tua constitit ira ,  
 O Princeps parce viribus use tuis.  
 Insuper accedunt, te non adimente, paternæ  
 (Tanquam vita parum muneris esset) opes.  
 Nec mea decreto damnasti facta Senatûs :  
 Nec mea selecto iudice iussâ fuga est.  
 Tristibus investus verbis (ita Principe dignum)  
 Ulterius es offensas , ut decet , ipse tuas.  
 Adde, quod edictum, quavis immane minaxque,  
 Attamen in pœnæ nomine lenè fuit.  
 Quippe relegatus , non exul dicor in illo :  
 Parcaque fortunæ sunt data verba meæ.  
 Nulla quidem sano gravior mentisque potenti  
 Pœna est, quam tanto displicuisse viro.  
 Sed solet interdum fieri placabile numen :  
 Nube solet pulsâ candidus ire dies.  
 Vidi ego panipineis oneratam vitibus ulmum ,  
 Quæ fuerat sævi fulmine tacta Jovis.  
 Ipse licet sperare vetes ; sperabimus æque.  
 Hoc unum fieri te prohibente potest.  
 Spes mihi magna subit, cum te, mitissime Princeps;  
 Spes mihi, respicio cum mea fata, cadit.  
 Ac veluti ventis agitantibus æquora non est  
 Æqualis rabies, continuusque furor ;  
 Sed modo subsidunt, intermissisque silescunt ,  
 Vimque putes illos deposuisse suam ;  
 Sic abeunt redeuntque mei variantque timores :  
 Et spem placandi dantque negantque tui.  
 Per Superos igitur, qui dent tibi longa, dabuntque.  
 Tempora, Romanum si modo nomen amant ;  
 Per Patriam, quæ te tuta & secunda Parente est ;  
 Cujus , ut in populo , pars ego nuper eram ;  
 Sic tibi, quem semper factis animoque mereris ,  
 Reddatur gratæ debitus Urbis amor.  
 Livia sic tecum sociales compleat annos ,  
 Quæ , nisi te , nullo conjugè digna fuit.  
 Quæ si non esset , cælebs te vita deceret :  
 Nullaque , cui posses esse maritus, erat.  
 Sospite sic te sit natus quoque sospes ; & olim  
 Imperium regat hoc cum seniore senex :

Utque tui faciunt sidus juvenile neotes,  
 Per tua perque sui facta parentis eant.  
 Sic assueta tuis semper Victoria castris  
 Nunc quoque se præstet, notaque signa petat:  
 Ausoniumque Ducem solitis circumvolet alis:  
 Ponat & in nitidâ laurea ferta comâ.  
 Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas;  
 Auspicium cui das grande, Deosque tuos.  
 Dimidioque tui præsens es, & aspicias Urbem:  
 Dimidio procul es, sævæque bella geris.  
 Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste;  
 Inque coronatis fulgeat altus equis;  
 Parce, precor: fulmenque tuum fera tela reconde,  
 Heu nimium misero cognita tela mihi!  
 Parce, Pater Patriæ: nec nominis immemor hujus  
 Olim placandi spem mihi tolle tui.  
 Nec precor, ut redeam: quamvis majora petitis  
 Credibile est magnos sæpe dedisse Deos.  
 Mitius exsilium si das, propiusque roganti;  
 Pars erit è pœnâ magna levata meâ.  
 Ultima perpetior medios projectus in hostes:  
 Nec quisquam patriâ longius exsul abest.  
 Solus ad egressus missus septemplex Istri,  
 Parrhasiæ gelido virginis axe premior.  
 Jazyges, & Colchi, Meteræaque turba, Getæque,  
 Danubii mediis vix prohibentur aquis.  
 Cumque alii causâ tibi sint graviore fugati,  
 Ulterior nulli, quam mihi, terra data est.  
 Longius hac nihil est, nisi tantum frigus & hostis,  
 Et maris adstricto quæ coit unda gelu.  
 Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:  
 Proxima Easternæ Sauromatæque tenent.  
 Hæc est Ausonio sub jure novissima, vixque  
 Hæret in imperii margine terra tui.  
 Unde precor supplex ut nos in tuta releges:  
 Ne sit cum patriâ pax quoque ademta mihi.  
 Ne timeam gentes, quas non bene submovet Ister:  
 Neve tuus possim civis ab hoste capi.  
 Fas prohibet Latio quenquam de sanguine natum  
 Cæsaribus salvis barbara vincla pati.  
 Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error;  
 Alterius facti culpa silenda mihi.  
 Nam non sum tanti, ut renovem tua vulnera, Cæsar;

Quem nimio plus est indoluisse semel.  
 Altera pars superest : qua turpi crimine tactus  
 Arguor obsceni doctus adulterii.  
 Fas ergo est aliquâ cælestia pectora falli ;  
 Et sunt notitiâ multa minora tuâ ?  
 Utque Deos, cælumque simul sublime tuenti  
 Non vacat exiguis rebus adesse Jovi ;  
 A te pendentem sic dum circumspicis orbem ,  
 Effugiunt curas inferiora tuas.  
 Scilicet imperii, Princeps, statione relicta  
 Imparibus legeres carmina facta modis ?  
 Non ea te moles Romani nominis urget ,  
 Inque tuis humeris tam leve fertur onus ;  
 Lusibus ut possis advertere numen ineptis ;  
 Excusiasque oculis otia nostra tuis.  
 Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda :  
 Rhætica nunc præbent Thraciaque arma metum .  
 Nunc petit Armenius pacem : nunc porrigit arcus  
 Parthus eques, timidâ captaque signa manu.  
 Nunc te prole tuâ juvenem Germania sentit ;  
 Bellaque pro magno Cæsare Cæsar obit.  
 Denique, ut in tanto, quantum non existit unquam,  
 Corpore, pars nulla est quæ labet imperii ;  
 Urbs quoque te & legum lassat tutela tuarum ,  
 Et morum, similes quos cupis esse tuis.  
 Nec tibi contingunt, quæ gentibus otia præstas ;  
 Bellaque cum multis irrequieta geris.  
 Mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum  
 Nunquam te nostros evoluisse jocos ?  
 At si (quod mallet) vacuus fortasse fuisses ,  
 Nullum legisses crimen in Arte meâ.  
 Illa quidem fateor frontis non esse severæ  
 Scripta , nec à tanto Principe digna legi :  
 Non tamen idcirco legum contraria jussis  
 Sunt ea , Romanas erudiuntque nurus.  
 Neve quibus scribam possis dubitare ; libellus  
 Quatuor hos versus è tribus unus habet :  
 Este procul , vittæ tenues, inligne pudoris ;  
 Quæque tegis medios instita longa pedes :  
 Nil, nisi legitimum, concessaque furta, canemus ;  
 Inque meo nullum crimine crimen erit.  
 Ecquid ab hac omnes rigide submovimus Arte ,  
 Quas stola contingi vittaque sumpta vetat ?

At matrona potest alienis artibus uti ;  
 Quoque trahat, quamvis non doceatur, habet.  
 Nil igitur matrona legat : quia carmine ab omni  
 Ad delinquendum doctior esse potest.  
 Quodcunque attigerit, si qua est studiosa sinistri,  
 Ad vitium mores instruet inde suos.  
 Sumserit Annales ; (nihil est hirsutius illis)  
 Facta sit unde parens Ilia nempè leget.  
 Sumserit, Æneadum genitrix ubi prima ; requireret,  
 Æneadum genitrix unde sit alma Venus.  
 Persequar inferius, (modo si licet ordine ferri)  
 Posse nocere animis carminis omne genus.  
 [Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit.  
 Nil prodest, quod non lædere possit idem.]  
 Igne quid utilius ? si quis tamen urere tecta  
 Comparat, audaces instruit igne manus.  
 Eripit interdum, modo dat medicina salutem :  
 Quæq; juvenis monstrat, quæque sit herba nocens.  
 Et latro, & cautus præcingitur ense viator ;  
 Ille sed insidias, hic sibi portat opem.  
 Discitur innocuas ut agat facundia causas :  
 Protegit hæc fontes immeritosque premit.  
 Sic igitur carmen, restâ si mente legatur,  
 Constat nulli posse nocere meum.  
 At quiddam vitii quicumque hinc concipit, errat :  
 Et nimium scriptis abrogat ille meis.  
 Ut tamen hoc fatear : Ludi quoque semina præbent  
 Nequitix tolli tota theatra jube :  
 Peccandi causam quæ multis sæpe dederunt,  
 Martia cum durum sternit arena solum.  
 Tollatur Circus ; non tuta licentia Circi :  
 Hic sedet ignoto juncta puella viro.  
 Cum quædam spatientur in hac, ut amator eadem  
 Conveniat, quare porticus ulla patet ?  
 Quis locus est templis augustior ? hæc quoque viret,  
 In culpam si qua est ingeniosa suam.  
 Cum steterit Jovis æde ; Jovis succurret in æde,  
 Quam multas matres fecerit ille Deus.  
 Proxima adoranti Junonia templa subibit,  
 Pellicibus multis hanc doluisse Deam.  
 Pallade conspectâ, natum de crimine virgo  
 Sustulerit quare quæret Erichthonium.  
 Venerit in magni templum tua munera Martis,

Stat Venus Ultori juncta viro ante fores.  
 Idis æde sedens cur hanc Saturnia quæret  
 Egerit Ionio Bosphorioque mari.  
 In Venere Anchises, in Lunâ Latmius heros,  
 In Cerere Iasion, qui referatur, erit.  
 Omnia perversas possunt corrumpere mentes.  
 Stant tamen illa suis omnia tuta locis.  
 At procul ab scriptâ solis meretricibus Arte  
 Submovet ingenuas pagina prima nurus.  
 Quæcunque irrupit, quo non sinit ire sacerdos,  
 Protinus hoc vetiti criminis acta rea est.  
 Nec tamen est facinus molles evolvere versus:  
 Multa licet castæ non facienda legant.  
 Sæpe supercilii nudas matrona severi  
 Et Veneris stantes ad genus omne vider.  
 Corpora Vestales oculi meretricia cernunt:  
 Nec domino pœnæ res ea causa fuit.  
 At cur in nostrâ nimia est lascivia Musâ?  
 Curve meus cuiquam suadet amare liber?  
 Nil nisi peccatû manifesta que culpa fatendum est:  
 Pœnitet ingenii judicii que mei.  
 Cur non Argolicis potius quæ concidit armis  
 Vexata est iterum carmine Troja meo?  
 Cur tacui Thebas, & mutua vulnera fratrum?  
 Et septem portas sub duce quamque suo?  
 Nec mihi materiam bellatrix Roma negabat:  
 Et pius est patræ facta referre labor.  
 Denique, cum meritis impleveris omnia, Cæsar,  
 Pars mihi de multis una canenda fuit.  
 Utque trahunt oculos radiantia lumina Solis;  
 Traxissent animum sic tua facta meum.  
 Arguor immerito. tenuis mihi campus aratur:  
 Illud erat magnæ fertilitatis opus.  
 Non ideo debet pelago se credere, si qua  
 Audet in exiguo ludere cymba lacu.  
 Forsitan & dubitem, numeris levioribus aptus  
 Sim satis, in parvos sufficiamque modos.  
 At si me jubeas domitos Jovis igne Gigantas  
 Dicere; conantem debilitabit onus.  
 Divitis ingenii est immania Cæsaris acta  
 Condere; materiâ ne superetur opus.  
 Et tamen ausus eram: sed detrectare videbar,  
 Quodque nefas, damno viribus esse tuis.

Ad leve rursus opus juvenilia carmina veni ;  
 Et falso movi pectus amore meum.  
 Non equidem vellem : sed me mea fata trahebant,  
 Inque meas pœnas ingeniosus eram.  
 Hei mihi, quod didici! quod me docuere parentes ,  
 Literaque est oculos ulla morata meos !  
 Hæc tibi me invisum lascivia fecit, ob Artes ,  
 Quas ratus es vetitos sollicitasse toros.  
 Sed neque me nuptæ didicerunt furta magistro :  
 Quodque parum novit, nemo docere potest.  
 Sic ego delicias, & mollia carmina feci ,  
 Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.  
 Nec quisquam est adeo mediâ de plebe maritus ,  
 Ut dubius vitio sit pater ille meo.  
 Crede mihi ; mores distant à carmine nostro.  
 Vita verecunda est, Musa jocosa mihi.  
 Magnaque pars operum mendax & ficta meorum  
 Plus sibi permisit compositore suo.  
 Nec liber indicium est animi, sed honesta voluptas,  
 Plurima mulcendis auribus apta ferens.  
 Accius esset atrox ; conviva Terentius esset ;  
 Essent pugnaces, qui fera bella canunt.  
 Denique composito teneros non solus amores :  
 Composito pœnas solus amore dedi.  
 Quid nisi cum multo Venerem confundere vino  
 Præcepit Lyrici Teia Musa senis ?  
 Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas ?  
 Tuta tamen Sappho, tutus & ille fuit.  
 Nec tibi, Battiade, nocuit, quod serpe legenti  
 Delicias versu falsus es ipse tuas.  
 Fabula jucundi nulla est sine amore Menandri :  
 Et solet hic pueris virginibusque legi.  
 Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua  
 Inter amatorem pugna virumque fuit ?  
 Quid prius est illi Hammâ Chryseïdos ? utque  
 Fecerit iratos rapta puella duces ?  
 Aut quid Odysseâ est, nisi fœmina, propter amorem,  
 Dum vir abest, multis una perita procis ?  
 Quid nisi Maronides Venerem Martemque ligatos  
 Narrat in obscæno corpora pressa toro ?  
 Unde nisi indicio magni sciremus Homeri ,  
 Hospitis igne duas incaluisse Deas ?  
 Omne genus scripti gravitate Tragœdia vincit :

Hæc quoque materiam semper amoris habet.  
 Nam quid in Hippolyto, nisi cæcæ flamma noceræ?  
 Nobilis est Canace fratris amore sui.  
 Quid, non Tantalides agitante Cupidine currus  
 Pisæam Phrygiis vexit eburnus equis?  
 Tingeret ut ferrum natorum sanguine mater,  
 Concitus à lafo fecit amore dolor.  
 Fecit amor subitas volucres cum pellice regem,  
 Quæque suum luget nunc quoque mater Ityu.  
 Si non Aëropen frater sceleratus amasset;  
 Aversos Solis non legeremus equos.  
 Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,  
 Ni patrium crinem defecuisse amor.  
 Qui legis Electran, & egentem mentis Oresten,  
 Ægypti crimen Tyndaridosque legis.  
 Nam quid de tetrico referam domitore Chimææ,  
 Quem leto fallax hospita pæne dedit?  
 Quid loquar Hermionem? quid te, Schœneia virgo;  
 Teque, Mycæno Phœbas amata duci?  
 Quid Danaen, Danaësque nurum, matremque Lyæi?  
 Hæmonaque, & noctes quæ coïere duas?  
 Quid generum Pelicæ? quid Thesea? quidve Pelasgum  
 Iliacam tetigit qui rate primus humum?  
 Huc Iole, Pyrrhique parens; huc Herculis uxor,  
 Huc accedat Hylas, Iliadesque puer.  
 Tempore deficiat, tragicos si persequar ignes,  
 Vixque meus capiat nomina nuda liber.  
 Est & in obscænos deflexa Tragœdia risus,  
 Multaque præteriti verba pudoris habet.  
 Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,  
 Infregisse suis fortia facta modis.  
 Junxit Aristides Milesia crimina secum:  
 Pulsus Aristides nec tamen urbe suâ.  
 Nec qui descripsit corrumpi semina matrum,  
 Eubius impuræ conditor historicæ.  
 Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit:  
 Nec quæ concubitus non tacuere suos.  
 Suntque ea doctorum monumentis mista virorum,  
 Muneribusque Ducum publica facta patent.  
 Neve peregrinis tantum defendat ab armis;  
 Et Romanus habet multa jocosa liber.  
 Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore;  
 Ennius ingenio maximus, arte rudis;

Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,  
 Casurumque triplex vaticinatur opus;  
 Sic sua lascivo cantata est sæpe Catullo  
 Fœminia, cui falsum Lesbia nomen erat.  
 Nec contentus eâ, multos vulgavit amores,  
 In quibus ipse suum passus adulterium est.  
 Par fuit exigui similisque licentia Calvi,  
 Detexit variis qui sua furta modis (quos)  
 Quid referam Tucidæ, quid Memmi cæcæ carmen, apud  
 Rebus abest omnis nominibusque pudor?  
 Cinna quoque his comes est, Cinnâque, procacior Anseri  
 Et leve Cornifici, parque Catonis opus.  
 Et quorum libris modo dissimulata Perillæ  
 Nomine, nunc legitur dicta, Metelle, tuo.  
 Is quoque, Phasiacas Argo qui duxit in undas,  
 Non potuit Veneris furta tacere suæ.  
 Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi  
 Carmina. quis dubitet nomina tanta sequi?  
 Vertit Aristiden Sisenna: nec obfuit illi  
 Historiæ turpes inseruisse jocos.  
 Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,  
 Sed linguam nimio non tenuisse mero.  
 Credere juranti durum putat esse Tibullus;  
 Sic etiam de se quod neget illa viro.  
 Fallere custodem demum docuisse patetur;  
 Seque suâ miserum nunc ait arte premi.  
 Sæpe velut geminam dominæ signum: e probaret;  
 Per causam meminuit se tetigisse manum.  
 Urque refert, digitis sæpe est nutuque locutus,  
 Et tacitam mensæ duxit in orbe notam.  
 Et quibus è succis abeat de corpore livor,  
 Impresso fieri qui solet ore, docet.  
 Denique ab incauto nimium petit ille marito,  
 Se quoque uti servet; peccet ut illa minus.  
 Scit cui latretur, cum solus obambulat ipse:  
 Cur toties clausas excreat ante fores.  
 Multaque dat talis furti præcepta: docetque  
 Qua nuptæ possint fallere ab arte viros.  
 Nec fuit hoc illi fraudi; legiturque Tibullus,  
 Et placet, & jam te Principe notus erat.  
 Invenies eadem blandi præcepta Properti:  
 Districtus minimâ nec tamen ille notâ est.  
 His ego successi, quoniam præstantia candor



Nomina vivorum dissimulare jubet.

Non timui, fateor, ne, qua tot ière carinæ,  
Naufraga servatis omnibus una foret.

Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur, artes.  
Hæc est ad nostros non leve crimen avos.

Quid valeant tali; quo possis plurima jactu  
Fingere; damnolos effugiatve canes.

Tessera quot numeros habeat: distante vocato  
Mittere quo deceat, quo dare missa modo.

Discolor ut recto grassetur limite miles,  
Cum medius gemino calculus hoste perit.

Ut mage velle sequi sciat, & revocare priorem;  
Ne tuto fugiens incomitatus eat.

Parva sed & ternis instructa tabella lapillis;  
In qua vicisse est, continuasse suos.

Quique alii lusus (neq; enim nunc persequar omnes)  
Perdere rem caram tempora nostra solent.

Ecce canit formas alius jactusque pilarum.  
Hic artem nandi præcipit, ille trochi.

Composita est aliis tucandi cura coloris:  
Hic epulis leges hospitioque dedit.

Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat:  
Quæque docet liquido testa sit apta mero.

Talia fumosi luduntur mense Decembris;  
Quæ damno nulli composuisse fuit.

His ego deceptus non tristia carmina feci;  
Sed tristis nostros pœna secuta jocos.

Denique nec video, de tot scribentibus unum,  
Quem sua perdidit Musa: repertus ego.

Quid si scripsissem mimos obscœna jocantes,  
Qui semper vetiti crimen amoris habent?

In quibus assidue cultus procedit adulter;  
Verbaque dat stulto callida nupta viro.

Nubilus hos virgo, matronaque, virque, puerque  
Spectat: & è magna parte Senatus adest.

Nec fatiſ incestis temerari vocibus aures:  
Assuescunt oculi multa pudenda pati.

Cumque, sefellit amans aliquâ novitate maritum,  
Plauditur; & magno palma favore datur.

Quoque minus prodest, pœna est lucrosa poetæ:  
Tantaque non parvo crimina irætor emit.

Inspice ludorum sumtus, Auguste, tuorum:  
Emta tibi magno talia multa leges.

Hæc tu spectasti, spectandaque sæpe dedisti.  
 Majestas adeo comis ubique tua est.  
 Luminibusque tuis, totus quibus utimur orbis,  
 Scenica vidisti lentus adulteria.  
 Scribere si fas est imitantes turpia mimos;  
 Materix minor est debita pœna meæ.  
 An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum;  
 Quodque libet, mimis scena licere dedit?  
 Et mea sunt populo saltata poemata sæpe:  
 Sæpe oculos etiam detinuère tuos.  
 Scilicet in domibus vestris ut prisca virorum  
 Artifici fulgent corpora picta manu;  
 Sic quæ concubitus varios Venerisque figuras  
 Exprimat, est aliquo parva tabella loco.  
 Utque sedet vultu fassus Telamonius iram,  
 Inque oculis facinus barbara mater habet:  
 Sic madidos siccant digitis Venus uda capillos:  
 Et modo maternis tecta videtur aquis.  
 Bella sonant alii telis instructa cruentis:  
 Parsque tui generis, pars tua facta canuit.  
 Invida me spatio Natura coercuit arcto,  
 Ingenio vires exiguasque dedit.  
 Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor,  
 Contulit in Tyrios arma virumque toros:  
 Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,  
 Quam non legitimo fœdere junctus amor.  
 Phyllidis hic idem tenerosque Amaryllidis ignes  
 Bucolicis juvenis luserat ante modis.  
 Nos quoque jam pridem scripto peccavimus uno.  
 Supplicium patitur non nova culpa novum.  
 Carminaque edideram, cum te delicta notantem  
 Præterii toties jure quietus eques.  
 Ergo, quæ juveni mihi non nocitura putavi  
 Scripta parum prudens, nunc nocuère seni?  
 Sera redundavit veteris vindicta libelli;  
 Distat & à meriti tempore pœna sui.  
 Ne tamen omne meum credas opus esse remissum;  
 Sæpe dedi nostræ grandia vela rati.  
 Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos;  
 Cumque suo finem mense volumen habet.  
 Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Cæsar,  
 Et tibi sacratum fors mea rupit opus.  
 Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis:

Quæque gravis debet verba cothurnus habet.  
 Dictaque sunt nobis, quamvis manus ultima cœpto  
 Defuit, in facies corpora versâ novas.  
 Atque utinam revoces animum paulisper ab irâ,  
 Et vacuo jubeas hinc tibi pauca legi!  
 Pauca, quibus primâ surgens ab origine mundi,  
 In tua deduxi tempora, Cæsar, opus:  
 Aspicias, quantum dederis mihi pectoris ipse;  
 Quoque favore animi teque tuosque canam.  
 Non ego mordaci destrinxi carmine quemquam;  
 Nec meus ullius crimina versus habet.  
 Candidus à salibus suffusus felle refugi:  
 Nulla vènenato litera mista joco est.  
 Inter tot populi, tot scripti millia nostri,  
 Quem mea Calliope læserit, unus ego.  
 Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem  
 Auguror, at multos indoluisse, malis.  
 Nec mihi credibile est quenquam insultasse jacenti;  
 Gratia candori si qua relata meo est.  
 His precor, atque aliis possint tua numina secti,  
 O Pater, ô Patriæ cura salutisque tuæ.  
 Non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim,  
 Cum longo pœnæ tempore victus eris.  
 Tutius exsilium pauloque quietius oro:  
 Ut par delicto sit mea pœna suo,

## T R I S T I U M

## LIBER III.

## E L E G I A I.

**M**issus in hanc venio timidi liber exulis  
 urbem. (num;  
 Da placidam fesso, lector amice, ma-  
 Neve reformida, ne sim tibi forte pudori.  
 Nullus in hac chartâ versus amare docet.  
 Nec domini fortuna mei est, ut debeat illam  
 Infelix ullis dissimulare jocis.  
 Id quoque, quod viridi quondam male lusi in ævo,  
 Heu nimium sero damnat & odit opus.  
 Inspice quid portem: nihil hic nisi triste videbis;  
 Carmine temporibus conveniente suis.  
 Clauda quod alterno subsidunt carmina versu,

Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.  
 Quod neque sum cedro flavus, nec pumice lævis;  
 Erubui domino cultior esse meo.  
 Littera suffusas quod habet maculosa lituras;  
 Læsit opus lacrymis ipse poeta suum.  
 Si qua videbuntur casu non dicta Latine;  
 In qua scribebat, barbara terra fuit.  
 Dicite, lectores, si non grave qua sit eundum;  
 Quasque petam sedes hospes in Urbe liber.  
 Hæc ubi sum lingua furtim titubante locutus;  
 Qui mihi monstraret vix fuit unus iter.  
 Di tibi dent, nostro quod non tribuere parenti,  
 Molliter in patriâ vivere posse tuâ.  
 Dne age: namque sequor. quamvis terraque marique  
 Longinquo referam lassus ab orbe pedem.  
 Paruit; & ducens, Hæc sunt Fora Cæsaris, inquit  
 Hæc est à Sacris quæ via nomen habet.  
 Hic locus est Vestæ; qui Pallada servat & ignem  
 Hic fuit antiqui regia parva Numæ.  
 Inde petens dextram, Porta est, ait, ista Palati:  
 Hic Stator: hoc primum condita Roma loco est.  
 Singula dum miror; video fulgentibus armis  
 Conspicuos postes, testæque digna Deo.  
 Et, Jovis hæc, dixi domus est. quod ut esse putarem  
 Augurium menti querna corona dabat.  
 Cujus ut accepi dominum, Non fallimur, inquam  
 Et magni verum est hanc Jovis esse domum.  
 Cur tamen appositâ velatur janua lauro;  
 Cingit & augustas arbor opaca fores?  
 Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos  
 An quia Leucadio semper amata Deo?  
 Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?  
 Quam tribuit terris, Pacis an ista nota est?  
 Utque viret semper laurus, nec fronde caducâ  
 Carpitur; æternum sic habet illa decus?  
 Causa superpositæ scripto testata coronæ  
 Servatos cives indicat hujus ope.  
 Adjice servatis unum, Pater optime, civem;  
 Qui procul extremo pulsus in orbe jacet.  
 In quo pœnarum, quas se meruisse fatetur,  
 Non facinus causam. sed suus error habet.  
 Me miserum, vercorq; locum, venerorq; potentem  
 Et quatitur trepido littera nostra metu.

Aspicias ex sanguine chartam pallere colore ?  
 Aspicias alternos intremuisse pedes ?  
 Quandoquunque, precor, nostro placata parenti  
 Iisdem sub dominis aspiciare domus.  
 Inde tenore pari gradibus sublimia celsis  
 Ducor ad intonsi candida templa Dei.  
 Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis  
 Lelides, & stricto barbarus ense pater :  
 Quæque viri docto veteres cepere novique  
 Pectore, lecturis inspicienda patent.  
 Quærebam fratres, exceptis scilicet illis,  
 Quos suus optaret non genuisse parens.  
 Quærentem frustra custos me sedibus illis  
 Præpositus sancto jussit abire loco.  
 Altera templa peto vicino juncta teatro :  
 Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis,  
 Nec me, quæ doctis patuerunt prima libellis,  
 Atria Libertas tangere passa sua est.  
 In genus auctoris miseri fortuna redundat ;  
 Et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.  
 Forsitan & nobis olim minus asper, & illi  
 Evictus longo tempore Cæsar erit. (ganda est)  
 Di, precor, atque adeo, (næque enim mihi turba ro-  
 Cæsar, ades voto, maxime Dive, meo.  
 Interea, statio quoniam mihi publica clausa est ;  
 Privato liceat delituisse loco.  
 Vos quoque, si fas est, confusa pudore repulsa  
 Sumite plebeix carmina nostra manus.

## E L E G I A II.

**E**Rgo erat in fati Scythiam quoque visere nostis,  
 Quæque Lycaonio terra sub axe jacet ?  
 Nec vos, Pierides, nec stirps Latoia, vestro  
 Docta sacerdoti turba tulistis opem ?  
 Nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest ;  
 Quodque magis vitæ Musæ jocosa meâ est ?  
 Plurima sed pelago terræque pericula passum  
 Ustus ab assiduo frigore Pontus habet.  
 Quique fugax rerum, securaque in oria natus,  
 Mollis & impatiens ante laboris eram ;  
 Ultima nunc patior. nec me mare portubus orbem  
 Perdere, diversæ nec potuere viæ.  
 Sufficitque malis animus. nam corpus ab illo

Accepit vires ; vixque ferenda tulit.  
 Dum tamen & terris dubius jactabar & uncis ;  
 Fallebat curas ægraque corda labor.  
 Ut via finita est, & opus requievit eundi ;  
 Et pœnæ tellus est mihi tacta mex ;  
 Nil nisi flere libet. nec nostro parciior inber  
 Lumine, de vernâ quam nive manat aqua.  
 Roma domusque subit, desideriumque locorum ,  
 Quidquid & amissâ restat in Urbe mei.  
 Hei mihi, quod nostri toties pulsata sepulcri  
 Janua , sed nullo tempore aperta fuit !  
 Cur ego tot gladios fugi, totiesque minata  
 Obruit infelix nulla procella caput ?  
 Di, quos experior nimium constanter iniquos ,  
 Participes iræ quos Deus unus habet ;  
 Exstimulate, precor, cessantia fata ; meique  
 Interitus clausas esse vetate fores.

## ELEGIA III.

**H**Æc mea, si casu miraris, epistola quare  
 Alterius digitis scripta sit : æger eram.  
~~Æger~~ in extremis ignoti partibus orbis ;  
 [Incertusque meæ pœnæ salutis eram.]  
 Quid mihi nunc animi dirâ regione jacenti  
 Inter Sauromatas esse Getasque putes ?  
 Nec cælum patior, nec aquis assuevimus istis :  
 Terraque nescio quo non placet ipsa modo.  
 Non domus apta satis : non hîc cibus utilis ægro :  
 Nullus, Apollineâ qui levet arte malum.  
 Non qui soletur, non qui labentia tarde  
 Tempora narrando fallat , amicus adest.  
 Lassus in extremis jaceo populisque locisque :  
 Et subit affecto nunc mihi, quicquid abest.  
 Omnia cum subeant; vincis tamen omnia, conjux :  
 Et plus in nostro pectore parte tenes.  
 Te loquor absentem : te vox mea nominat unanv :  
 Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.  
 Quin etiam sic me dicunt aliena locutum ,  
 Ut foret amenti nomen in ore tuum.  
 Si jam deficiat suppresso lingua palato ,  
 Vix instillato restituenda mero ;  
 Nunciet huc aliquis dominam venisse ; resurgam :  
 Spesque tui nobis causa vigoris erit.

Ergo ego sum vitæ dubius: tu forsitan illic  
 Jucundum nostri nescia tempus agis?  
 Non agis, adfirmo: liquet, ô carissima, nobis,  
 Tempus agi sine me non nisi triste tibi.  
 Si tamen implevit mea fors, quos debuit, annos;  
 Et mihi vivendi tam cito finis adest;  
 Quantum erat, ô magni, perituro parcere, Divi;  
 Ut saltem patriâ contumularer humo!  
 Vel pœna in mortis tempus dilata fuisset,  
 Vel præcepisset mors properata fugam.  
 Integer hanc potui nuper bene reddere lucem:  
 Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est.  
 Tam procul ignotis igitur moriemur in oris;  
 Et sient ipso tristia fata loco?  
 Nec mea consueto languescent corpora lecto?  
 Depositedum nec me qui fleat, ulius erit?  
 Nec dominæ lacrymis in nostra cadentibus ora  
 Accedent animæ tempora parva meæ?  
 Nec mandata dabo? nec cum clamorẽ supremo  
 Labentes oculos condet amica manus?  
 Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcrũ  
 Indeploratum barbara terra teget?  
 Ecquid, ut audieris, totâ turbabere mente;  
 Et feries pavidâ pectora sida manu?  
 Ecquid, in has frustra tendens tua brachia partes,  
 Clamabis miseri nomen inane viri?  
 Parce tamen lacerare genas; nec scinde capillos.  
 Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.  
 Cum patriam amisi, tum me periisse putato:  
 Et prior & gravior mors fuit illa mihi.  
 Nunc, si forte potes, sed non potes, optima conjux,  
 Finitis gaude tot mihi morte malis.  
 Quam potes, extenua forti mala corde ferendo;  
 Ad quæ jam pridem non rude pectus habes.  
 Atque utinam pereant animæ cum corpore nostræ,  
 Effugiatque avidos pars mihi nulla rogos!  
 Nam si morte carens vacuum volat altus in auram  
 Spiritus, & Samii sunt rata dicta senis;  
 Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras,  
 Perque feros manes hospita semper erit.  
 Ossa tamen facito parvâ referantur in urnâ.  
 Sic ego non etiam mortuus exsul ero. (tum  
 Nec vetat hoc quisquam, fratrem Thebana perem-

Supposuit tumulo Rege vetante soror.  
 Atque ea cum foliis & amoni pulvere misce :  
 Inque suburbano condita pone solo.  
 Quosque legat versus oculo properante viator ,  
 Grandibus in tumuli marmore cæde notis.  
 Hic ego qui jaceo tenerorum lusor amorum ,  
 Iagenio perii Naso poeta meo.  
 At tibi qui transis, ne sit grave, quisquis amasti ,  
 Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.  
 Hoc satis in titulo est. etenim majora libelli ,  
 Et cæturna magis sunt monumenta mei.  
 Quos ego confido, quamvis nocuere, daturus  
 Nomen , & auctori tempora longa suo.  
 Tu tamen extincto feralia munera ferto ;  
 Deque tuis lacrymis humida ferto dato.  
 Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis ;  
 Sensiet officium mœsta favilla piuum.  
 Scribere plura libet: sed vox mihi fessâ loquendo  
 Dictandi vires siccaque lingua negat.  
 Accipe supremo dictum mihi forsitan ore ,  
 Quod, tibi qui mittit, non habet ipse, Vale.

## E L E G I A IV.

**O** Mihi care quidem semper, sed tempore duro  
 Cognite, res postquam procubere meæ ;  
 Uisibus edocto si quidquam credis amico ;  
 Vive tibi, & longe nomina magna fuge.  
 Vive tibi, quantumque potes prælustria vita.  
 Sævum prælustri fulmen ab arce venit.  
 [Nam quamquam soli possunt prodesse potentes ,  
 Non profit potius si quis obesse potest.]  
 Effugit hibernas demissa antenna procellas ,  
 Lataque plus parvis vela timoris habent.  
 Aspicias, ut summâ cortex levis innatet undâ ,  
 Cum grave nexa simul retia mergat onus.  
 Hæc ego si monitor monitus prius ipse fuisset ,  
 In qua debueram forsitan Urbe forem.  
 Dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat ,  
 Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.  
 Qui cadit in plano (vix hoc tamen evenit ipsam)  
 Sic cadit, ut tactâ surgere possit humo :  
 At miser Elpenor tecto delapsus ab alto  
 Occurrit Regi debilis umbra suo.



Quid fuit, ut tuas agitare Dædalus alas;  
 Tearus immensas nomine signet aquas?  
 Sempe quod hic alte, demissus ille volabat.  
 Nam pennas ambo nonne habuere suas?  
 Crede mihi; bene qui latuit, bene vixit: & infra  
 Fortunam debet quisque manere suam.  
 Non faret Eumedes orbis, si filius ejus  
 Stultis Achillæos non adamasset equos.  
 Nec natam in flammâ vidisset, in arbore natas,  
 Cepisse: genitor si Phaethonta Merops.  
 Tu quoque formida nimium sublimia semper;  
 Propolitique memor contrahe vela tui.  
 Nam pede inoffenso spatium decurrere vitæ  
 Dignus es: & fato candidiore trui.  
 Quæ pro te ut voveam mihi pietate mereris;  
 Hæsurâque mihi tempus in omne fide.  
 Vidi ego te tali vultu mea fata gementem,  
 Qualem credibile est ore fuisse meo.  
 Noltra tuas vidi lacrymas super ora cadentes;  
 Tempore quas uno, fidaque verba, tibi.  
 Nunc quoque submotum studio defendis amicum;  
 Et mala vix ullâ parte levanda levas.  
 Vive sine invidiâ; mollesque inglorius annos  
 Exige: amicitias & tibi junge pares  
 Nafonisque tui, quod adhuc non exfulat umum,  
 Nomen ama. Scythicus cætera Pontus habet.  
 Proxima sideribus tellus Erymanthidos Uræ  
 Me tenet; adstricto terra perusta gelu.  
 Bosporos & Tanaïs superant, Scythicæque paludes;  
 Vixque satis noti nomina pauca loci.  
 Ulterius nihil est, nisi non habitabile frigus.  
 Heu quam vicina est ultima terra mihi!  
 At longe patria est, longe carissima conjux:  
 Quidquid & hæc nobis post duo dulce fuit.  
 Sic tamen hæc absunt; ut quæ contingere non est  
 Corpore, sint animo cuncta videnda meo.  
 Ante oculos Urbisque domus & formâ locorum est;  
 Succeduntque suis singula facta locis.  
 Conjugis ante oculos, sicut præsentis, imago est.  
 Illa meos casus ingravat, illa levat.  
 Ingravat hoc, quod abest; levat hoc, quod præstat  
 amorem:

Impositumque sibi firma tuetur onus.

Vos quoque pectoribus nostris hæretis, amici ;  
 Dicere quos cupio nomine quemque suo.  
 Sed timor officium cautus compescit ; & ipsos  
 In nostro poni carmine nolle puto.  
 Ante volebatis ; gratique erat instar honoris ,  
 Versibus in nostris nomina vestra legi.  
 Quod quoniam est anceps ; intra mea pectora quem-  
 que  
 Alloquar : & nulli causa timoris ero.  
 Nec meus indicio latitantes versus amicos  
 Prorahet. occulte , si quis amavit, amet.  
 [Scite tamen, quamvis longâ regione remotus  
 Absim, vos animo semper adesse meo.]  
 Et, quam quisque potest, aliquâ mala nostra levate:  
 Fidam projecto neve negate manum.  
 Prospera sic vobis maneat Fortuna : nec unquam  
 Contacti simili forte rogeris opem.

## E L E G I A V.

U Sus amicitix tecum mihi parvus, ut illam  
 Non ægre posses dissimulare, fuit :  
 Ni me complexus vinclis propioribus esses ;  
 Nave meâ vento forsân eunte suo.  
 Ut cecidi, cunctique metu fugère ruinæ ,  
 Versaque amicitix terga dedere meæ ;  
 Ausus es igne Jovis percussum tangere corpus ,  
 Et deploratæ limen adire domûs.  
 Idque recens præstas, nec longo cognitus usu ,  
 Quod veterum misero vix duo tres. e mihi.  
 Vidi ego confusos vultus, visusque notavi ;  
 Osque madens fletu, pallidiusque meo :  
 Et lacrymas cernens in singula verba cadentes ,  
 Ore meo lacrymas , auribus illa bibi :  
 Brachiaque accepi mæsto pendentia collo ,  
 Et singultatis oscula mista sonis.  
 Sum quoque, Care, tuis defensus viribus absens :  
 Scis Carum veri nominis esse loco.  
 Multaque præterea manifesti signa favoris  
 Pectoribus teneo non abitura meis.  
 Di tibi posse tuos tribuant defendere semper ,  
 Quos in materiâ prosperiore juves.  
 Si tamen interea, quid in his ego perditus oris ,  
 (Quod te credibile est quærere, quæris, agam ?

Spe trahor exigua (quam tu mihi demere noli)  
 Tristia leniri numina posse Dei.  
 Seu temere exspecto, sive id contingere fas est ;  
 Tu mihi, quod cupio, fas (precor) esse proba.  
 Quæque tibi linguæ est facundia, confer in illud ,  
 Ut doceas votum posse valere meum.  
 Quo quis enim major, magis est placabilis iræ ;  
 Et faciles motus mens generosa capit.  
 Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni :  
 Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.  
 At lupus, & turpes instant morientibus ursi ;  
 Et quæcunque minor nobilitate fera est.  
 Majus apud Trojam forti quid habemus Achille ?  
 Dardanii lacrymas non tulit ille senis.  
 Quæ ducis Epiathii fuerit clementia, Poros  
 Præclarique docent funeris exsequiæ.  
 Neve hominum referam flexas ad mitius iras ;  
 Junonis gener est, qui prius hostis erat.  
 Denique non possum nullam sperare salutem ,  
 Cum pœnæ non sit causa cruenta meæ.  
 Non mihi quærenti pessundare cuncta, petitum  
 Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.  
 Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est ;  
 Lapsaque sunt nimio verba profana mero.  
 Inscia quod crimen viderunt lumina, peccator :  
 Peccatumque oculos est habuisse meum.  
 Non equidem totam possim defendere culpam :  
 Sed partem nostri criminis error habet.  
 Spes igitur superest, facturum ut molliat ipse ,  
 Mutati pœnam conditione loci.  
 Hunc utinam nitidi Solis prænuncius ortum  
 Afferat admisso Lucifer albus equo.

## ELEGIA VI.

**F**OEdus amicitiae nec vis, carissime, nostræ ,  
**I**Nec, si forte velis, dissimulare potes.  
 Donec enim licuit, nec te mihi carior alter ,  
 Nec tibi me totâ junctior Urbe fuit.  
 Isque erat usque adeo populo restatus, ut esset  
 Pæne magis quam tu, quamq; ego, notus amor.  
 Quique erat in caris animi tibi candor amicis ,  
 Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.  
 Nil ita celabas, ut non ego conscius essem :

Pectoribusque dabas multa tegenda meis.  
 Cuique ego narrabam secreti quidquid habebam,  
 Excepto quod me perdidit, unus eras.  
 Id quoque si scisses, salvo fruerere sodali;  
 Consilioque forem læspes, amice, tuo.  
 [Sed mea me in pœnam nimirum fata trahebant:  
 Omne bonæ claudunt utilitatis iter.]  
 Sive in alium potui tamen hoc vitare cavendo;  
 Seu ratio fatum vincere nulla valet;  
 Tu tamen, ô nobis usu junctissime longo,  
 Pars desiderii maxima pœne mei,  
 Sis memor: & si quas fecit tibi gratia vires,  
 Illas pro nobis experiare rogo.  
 Numinis ut læsi fiat mansuetior ira;  
 Mutatoque minor sit mea pœna loco.  
 Idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro;  
 Principiumque mei criminis error habet.  
 Nec leve, nec tutum est, quo sint mea, dicere, casu  
 Lumina funesti conscia facta mali.  
 Mensque reformidat, veluti sua vulnera, tempus  
 Illud: & admonitu fit novus ipse dolor.  
 [Et quæcunque adeo possunt afferre pudorem,  
 Illa tegi cæca condita nocte decet.]  
 Nil igitur referam, nisi me peccasse; sed illo  
 Præmia peccato nulla petita mihi:  
 Stultitiamque meum crimen debere vocari,  
 Nomina si factis reddere vera velis.  
 Quæ si non ita sunt; alium, quo longius absim,  
 Quære, suburbana hic sit mihi terra, locum.

## E L E G I A VII.

**V** Ade salutatum subito perarata Perillam  
 Littera, sermonis fida ministra mei.  
 Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,  
 Aut inter libros Pieridasque suas.  
 Quidquid aget, cum te scierit venisse, relinquet:  
 Nec mora; quid venias, quidve, requireret, agam.  
 Vivere mo dices; sed sic, ut vivere nolim:  
 Nec mala tam longâ nostra levata morâ.  
 Et tamen ad Musas, quamvis nocuere, reverti;  
 Apraque in alternos cogere verba pedes.  
 Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhæres,  
 Docta que non patrio carmina more canis?

Nam

Nam tibi cum fatis mores Natura pudicos,  
 Et raras dotes ingeniumque dedit.  
 Hoc ego Pegatidas deduxi primus ad undas,  
 Ne male fecundæ vena periret aquæ.  
 Primus id aspexi teneris in virginis annis:  
 Utque patet, venæ duxque comesque fui.  
 Ergo, si remanent ignes tibi pectoris idem,  
 Sola tuum vates Lesbia vincet opus.  
 Sed vereor, ne te mea nunc Fortuna retardet;  
 Postque meos casus sit tibi pectus iners.  
 Dum licuit, tua sæpe mihi, tibi nostra legebam:  
 Sæpe tui iudex; sæpe magister eram.  
 Aut ego præbebam factis modo versibus aures,  
 Aut ubi cessaras, causa ruboris eram.  
 Forsitan exemplo, quia me læsere libelli,  
 Tu quoque sis pœnæ fata secuta meæ.  
 Pone, Perilla, metum. tantum modo fœmina non sit  
 Devia, nec scriptis disceat amare tuis.  
 Ergo desidiæ remove, doctissima, causas:  
 Inque bonas artes & tua sacra redi.  
 Ista decens facies longis vitiabitur annis:  
 Rugaque in antiquâ fronte senilis erit.  
 Injicietque manum formæ damnosa senectus.  
 Quæ strepitum passu non faciente venit.  
 Cumque aliquis dicet, Fuit hæc formosa; dolebis:  
 Et speculum mendax esse querere tuum.  
 Sunt tibi opes modicæ, cum sis dignissima magnis.  
 Finge sed immensis censibus esse pares.  
 Nempe dat id cuicumque liber Fortuna, rapitque:  
 Irus & est subito, qui modo Cræsus erat.  
 Singula quid referam? nil non mortale tenemus,  
 Pectoris exceptis ingenique bonis.  
 En ego, cum patriâ caream; vobisque, domoque;  
 Raptaque sint, adimi quæ potuere, mihi;  
 Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:  
 Cæsar in hoc potuit juris habere nihil.  
 Quilibet hanc sævo vitam mihi finiat ense;  
 Me tamen extincto fama superstes erit.  
 Dumque suis victrix omnem de montibus orbem  
 Prospiciet domitum Martia Roma, legar.  
 Tu quoque, quam studii maneat felicior usus,  
 Effuge venturos, qua potes, usque rogos.

## ELEGIA VIII.

**N**unc ego Triptolemi cuperem conscendere  
 currus,  
 Misit in ignotam qui rude semen humum :  
 Nunc ego Medæ vellem frænare dracones,  
 Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tuâ :  
 Nunc ego jactandas optarem sumere pennas,  
 Sive tuas, Perseu; Dardale, sive tuas :  
 Ut tenerâ nostris cedente volatibus aurâ  
 Aspicerem patriæ dulce repente solum :  
 Desertæque domûs vultum, memoresque sodales,  
 Caraque præcipue conjugis ora mihi.  
 Stulte, quid ò frustra votis puerilibus optas,  
 Quæ non ulla tulit, fertque, feretque, dies ?  
 Si semel optandum est ; Augustum numen adora :  
 Et quem læsisti, rite precare, Deum.  
 Ille tibi pennasque potest currusque volucres  
 Tradere. det reditum ; protinus ales eris.  
 Si precer hæc (neque enim possim majora precari),  
 Ne mea sint timeo vota modesta parum.  
 Forsthan hoc olim, cum se fatiaverit ira,  
 Tum quoque sollicitâ mente rogandus erit.  
 Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli,  
 Ex his me jubeat quolibet ire locis.  
 Nec cælum, nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ ;  
 Et mihi perpetuus corpora languor habet.  
 Seu vitiant artus ægræ contagia mentis ;  
 Sive mei causâ est in regione mali :  
 Ut tetigi Pontum, vexant insomnia ; vixque  
 Ossa tegit macies ; nec juvat ora cibus.  
 Quique per autumnum percussis frigore primo  
 Est color in foliis, quæ nova læsit hyems :  
 Is mea membra tenet. nec viribus allevor ullis ;  
 Et nunquam queruli causâ doloris abest.  
 Nec melius valeo, quâ corpore, mente ; sed ægra est  
 Utraque pars æque, binaque dâmnna fero.  
 Hæret, & ante oculos veluti spectabile corpus  
 Adstat Fortunæ forma legenda meæ. (numque,  
 Cumque locum, moresque hominum, cultusque, so-  
 Cernimus ; & quid sim, quid fuerimque subit ;  
 Tantus amor necis est, querat ut de Cæsaris irâ,  
 Quod non offensâ vindicet ense suas.

At quoniam semel est odio civiliter usus,  
Mutato levior sit fuga nostra loco.

## E L E G I A IX.

**H**ic quoque sunt igitur Grajæ (quis crederet?)  
urbes,

Inter inhumanæ nomina barbariæ.

Huc quoque Mileto missi venere coloni,

Inque Getis Grajas constituere domos.

Sed vetus huic nomen, positæque antiquius urbe,

Constat ab Absyrti cæde fuisse, loco.

Nam rate, quæ curâ pugnacis facta Minervæ,

Per non tentatas prima cucurrit aquas;

Impia desertum fugiens Medæa parentem,

Dicitur his remos applicuisse vadis.

Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto;

Hospes, ait, nosco Colchide vela, venit.

Dum trepidant Minyæ, dum solvitur aggere funis,

Dum sequitur celeres anchora tracta manus;

Conscia percussit meritorum pectora Colchis,

Ausâ atque ausurâ multa nefanda manu.

Et, quamquam superest ingens audacia menti,

Pallor in attonito virginis ore sedet.

Ergo ubi prospexit venientia vela; Tenemur,

Et pater est aliquâ fraude morandus, ait.

Dum quid agat quærit, dū versat in omnia vultus;

Ad fratrem casu lumina flexa tulit.

Cujus ut oblata est præsentia; Vincimus, inquit.

Hic mihi morte suâ causâ salutis erit.

Protinus ignari nec quidquam tale timentis

Innocuum rigido perforat ense latus.

Atque ita divellit, divulsæque membra per agros

Dissepit in multis invenienda locis.

Nen pater ignoret, scopulo proponit in alto

Pallentesque manus, sanguineumque caput.

Ut genitor luctuque novo tardetur, & artus

Dum legit extinctos, triste moretur iter.

Inde Tomis dictus locus hic; quia fertur in illo

Membra soror fratris consecuisse sui.

## E L E G I A X.

**S**iquis adhuc istic meminit Nafonis adempti,

Et superest sine me nomen in Urbe meum;

Sup?

Suppositum stellis nunquam tangentibus æquor  
 Me sciat in media vivere barbarie.  
 Sauromatæ cingunt fera gens, Bessique, Getæque  
 Quam non ingenio nomina digna in eo?  
 Dum tamen aura tepet; in medio defendimur Istro.  
 Ille suis liquidus bella repellit aquis.  
 At cum tristis hyems squalentia protulit ora,  
 Terraque marmoreo candida facta gelu est:  
 [Dum patet & Boreas & nix injecta sub Arcto;  
 Tum liquet has gentes axe tremente premi.]  
 Nix jacet: & jactam nec Sol pluviae resolvunt  
 Indurat Boreas, perpetuamque facit.  
 Ergo, ubi delicit nondum prior, altera venit:  
 Et solet in multis bima manere locis.  
 Tantaque commoti vis est Aquilonis; ut altas  
 Æquet humo turres, tectaque rapta ferat.  
 Pellibus, & sutis arcent male frigora braccis;  
 Oraque de toto corpore sola patent.  
 Sæpe sonant moti glacie pendente capilli,  
 Et nitet inducto candida barba gelu:  
 Udaque consistunt formam fervantia testæ,  
 Vina: nec hausta meri, sed data frusta bibunt.  
 Quid loquar, ut vincti concresecant frigore rivi,  
 Deque lacu fragiles effodiantur aquæ?  
 Ipse, papyrifero qui non angustior amne  
 Miscetur vasto multa per ora freto,  
 Cæruleos ventis latices durantibus Ister  
 Congelat, & tectis in mare serpit aquis.  
 Quaque rates iterant, pedibus nunc itur: & undas  
 Frigore concretas ungula pulsat equi.  
 Perque novos pontes subter labentibus undis  
 Ducunt Sarmatici barbara planstra boves.  
 Vix equidem credar: sed cum sint præmia falsi,  
 Nulla, ratam testis debet habere fidem.  
 Vidimus ingentem glacie consistere pontum,  
 Lubricaque immotas testa premebat aquas.  
 Nec vidisse sat est. durum calcavimus æquor:  
 Undaque non udo sub pede summa fuit.  
 Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset:  
 Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.  
 Tum neque se pandi possunt delphines in auras  
 Tollere: conantes dura coercet hyems.  
 Et quamvis Boreas jactatis insonet alis,



Fluctus in obfesso gurgite nullus erit.  
 Includæque gelu stabunt, ut marmore, puppes :  
 Nec poterit rigidas findere reinus aquas.  
 Vidimus in glacie pisces hæere ligatos :  
 Et pars ex illis tum quoque viva fuit.  
 Sive igitur nimii Boreæ vis sæva marinas ,  
 Sive redundatas flumine cogit aquas ;  
 Protinus, æquato siccis Aquilonibus Istro ,  
 Invehitur celeri barbarus hostis equo :  
 Hostis equo pollens longeque volante sagittâ  
 Vicinam late depopulatur humum.  
 Diffugiunt alii ; nullisque tuentibus agros  
 Incultoditæ diripiuntur opes.  
 Ruris opes parvæ pecus, & stridentia plaustra ;  
 Et quas divitias incola pauper habet.  
 Pars agitur vincētis post tergum capta lacertis ,  
 Respiciens frustra rura Laremque suum.  
 Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis :  
 Nam volucris ferro tinctile virus inest.  
 Quæ nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt:  
 Et cremat insontes hostica flamma casus.  
 Tum quoq; cum pax est, trepidant formidine belli:  
 Nec quisquam presso vomere sulcat humum.  
 Aut videt, aut metuit locus hic, quem non videt,  
 hostem.  
 Cessat iners rigido terra relicta situ.  
 Non hic pampineâ dulcis latet uva sub umbrâ ;  
 Nec cumulant altos fervida musta lacus.  
 Poma negat regio : nec haberet Acontius, in quo  
 Scriberet hic dominæ verba legenda lux.  
 Aspicere est nudos sine fronde sine arbore campos.  
 Heu loca felici non adeunda viro !  
 Ergo, tam late pateat cum maximus orbis ,  
 Hæc est in pœnam terra reperta meam ?

## E L E G I A XI.

**S**I quis es, insultes qui casibus, improbe, nostris ,  
 Meque reum deinto sine cruentus agas ;  
 Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino ;  
 Et dicam silices pectus habere tuum.  
 Quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira ,  
 Restat ? quid e meis cernis abesse malis ?  
 Barbara me tellus, & inhospita littora Ponti ,

Cum-

Cumque suo Boreâ Mænalis urfâ videt.  
 Nulla mihi cum gente ferâ commercia lingua  
 Omnia folliciti sunt loca plena metûs.  
 Utque fugax avidis cervus depreffus ab urfis,  
 Cinctave montanis ut pavet agna lupis;  
 Sic ego belligeris à gentibus undique feptus  
 Terreor, hofte meum parne premente latus.  
 Utque fit exiguum pœnæ, quod conjuge carâ,  
 Quod patria careo, pignoribusque meis;  
 Ut mala nulla feram, nifi nudam Cæfaris iram;  
 Nuda parum nobis Cæfaris ira mali eft?  
 Et tamen eft aliquis, qui vulnere cruda retractet  
 Solvat & in mores ora diferta meos.  
 In cauffa facili cuivis licet effe diferto:  
 Et minimæ vires frangere quaffa valent.  
 Subruere eft arces & ftantia mœnia virtus:  
 Quamlibet ignavi præcipitata premunt. /brar  
 Non fum ego quod fueram, quid inanè proteris us?  
 Quid cinerem faxis buftaque nofta petis?  
 Hæctor erat tunc cum bello certabat; at idem  
 Vinctus ad Hæmonios non erat Hæctor equos  
 Me quoque, quem noras olim, non effe memento  
 Ex illo fuperant hæc fimulacra viro.  
 Quid fimulacra, ferox, dictis inceffis amaris?  
 Parce, precor, manes follicitare meos.  
 Omnia vera puta mea crimina. nil fit in illis,  
 Quod magis errorem, quam fcelus, effe putes.  
 Pendimus en profugi: fatia tua pectora) pœnas,  
 Exfilioque graves, exfiliique loco.  
 Carnifici Fortuna poteff mea ftonda videri:  
 Te tamen eff uno iudice mœffa parum.  
 Sævior es trifti Bufiride: fævior illo,  
 Qui falſum lento torruit igne bovem.  
 Quique bovem Siculo fertur donaffe tyranno,  
 Et dictis artes conciliaffe fuas.  
 Munere in hoc, Rex, eff ufus, fed imagine major:  
 Nec fola eff operis forma probanda mei.  
 Aspicias à dextra latus hoc adaperbile tauri?  
 Huc tibi, quem perdes, conjiciendus erit.  
 Protinus incluſum lentis carbonibus ure.  
 Mugiet, & veri vox erit illa bovis.  
 Pro quibus inventis, ut munus munere penſes,  
 Da, precor, ingenio præmia digna meo.

Dixerat. at Phalaris, Pœnæ mirande repertor ,  
 Ipse tuum præsens imbuere, dixit, opus.  
 Nec mora; monstratis crudeliter ignibus ustus  
 Exhibuit querulos ore tremente sonos.  
 Quid mihi cum Siculis inter Scythiamq; Getasque?  
 Ad te, quisquis is es, nostra querela redit.  
 Utque sitim nostro possis explere cruore ;  
 Quantaque vis, avido gaudia corde feras ;  
 Tot mala sum fugiens tellure , tot æquore passus ,  
 Te quoque ut auditis posse dolere putem.  
 Crede mihi, si sit nobis collatus Ulysses ,  
 Neptuni minor est, quam Jovis ira fuit.  
 Ergo quicumque es, rescindere vulnera noli ;  
 Deque gravi duras ulcere tolle manus :  
 Utque meæ famam tenuent obliviam culpæ ,  
 Fata cicatricem ducere nostra sine.  
 Humanæque memor sortis, quæ tollit eosdem ,  
 Et premit ; incertas ipse verè re vices.  
 Et quoniam, fieri quod nunquam posse putavi ,  
 Est tibi de rebus maxima cura meis ;  
 Non est quod timeas. Fortuna miserima nostra est.  
 Omne trahit secum Cæsaris ira malum.  
 Quod magis ut liqueat , neve hoc tibi fingere cre-  
 Ipse velim pœnas experire meas. (dar;

## E L E G I A XII.

**F** Rigora jam Zephyri minuunt:annoque peracto  
 [Longior antiquis visa Mæotis hyems.]  
 Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen,  
 Tempora nocturnis æqua diurna facit.  
 Jam violam puerique legunt hilaresque puellæ ;  
 Rutica quam nullo terra ferente gerit.  
 Prataque pubescunt variorum flore colorum ,  
 Indocilique loquax gutture vernat avis.  
 Utque malæ crimen matris deponat hirundo ,  
 Sub trabibus cunas parvaque tecta facit.  
 Herbaque, quæ latuit Cerealibus obfusa sulcis ,  
 Exserit è tepidâ molle cacumen humo.  
 Quoque loco est vitis, de palmite gemma movetur:  
 Nam procul à Getico littore vitis abest.  
 Quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus :  
 Nam procul à Geticis sinibus arbor abest.  
 Oïa nunc istic : junctisque ex ordine ludis

Cedunt verbosi garrula bella fori.  
 Usus equi nunc est, levibus nunc luditur armis  
 Nunc pila, nunc celeri volvitur orbe trochus  
 Nunc, ubi perfusa est oleo labente juventus,  
 Defessos artus Virgine tingit aqua.  
 Scena viger, studiisque favor distantibus ardet:  
 Proque tribus resonant ternâ Theatra Foris.  
 O, quater, & quoties non est numerare, beatum  
 Non interdicta cui licet Urbe frui!  
 At mihi fontitur nix verno sole soluta,  
 Quæque lacu duro vix fodiantur aquæ.  
 Nec mare concrevit glacie: nec, ut ante, per Istrum  
 Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.  
 Incipient aliqua tamen huc adnare carinæ,  
 Hospitæque in Ponti littore puppis erit;  
 Sedulus occurram nautæ; dictæque salute;  
 Quid veniat, quæram, quisve, quibusve locis.  
 Ille quidem mirum, ni de regione propinquâ  
 Non nisi vicinas cautus ararit aquas.  
 Rarus ab Italiâ tantum mare navita transit:  
 Littora rarus in hæc portubus orba venit.  
 Sive tamen Grajà scierit, sive ille Latinâ  
 Voce loqui; certè gratior hujus erit.  
 Fas quoq; ab ore freti longæq; Propontidos undæ  
 Huc aliquem certo vela dedisse Noto.  
 Quisquis is est, memori rumorem voce referre,  
 Et fieri famæ parsque gradusque potest.  
 Is precor auditos possit narrare triumphos  
 Cæsaris, & Latio reddita vota Jovi:  
 Tæque rebellatrix tandem Germania magni  
 Triste caput pedibus supposituisse Ducis.  
 Hæc mihi qui referet, quæ non vidisse dolebo,  
 Ille meæ domui protinus hospes erit. (be?)  
 Hei mihi! jamne domus Scythico Nasonis in or-  
 [Jamque suam mihi dat pro Lare pœna locum?]  
 Di faciant, Cæsar non hic penetrare domumque,  
 Hospitium pœnæ sed velit esse meæ.

## ELEGIA XIII.

**E**cce supervacuum quid enim fuit utile gigni?)  
 Ad tua natalis tempora noster adest.  
 Dure, quid ad miseros veniebas exulis annos?  
 Debueras illis imponuisse modum.

Si tibi cura mei, vel si pudor ullus inesset :  
 Non ultra patriam me sequerere meam.  
 Quoq; loco primum tibi sum male cognitus infans,  
 Illo tentasses ultimus esse mihi.  
 Jamque relinquenda quod idem fecere sodales)  
 Tu quoque dixisses tristis in Urbe, Vale.  
 Quid tibi cum Ponto ? num te quoque Caesaris ira  
 Extremam gelidum misit in orbis humum ?  
 Scihcet expectas soliti tibi moris honorem,  
 Pendeat ex humeris vestis ut alba meis ?  
 Fumida cingatur florentibus ara coronis ?  
 Micaque sollemni thuris in igne sonet ?  
 Libaque dem pro me genitale notantia tempus ?  
 Concipiamque bonas ore favente preces ?  
 [Non ita sum positus: nec sunt ea tempora nobis,]  
 Adventu possim latus ut esse tuo.  
 Funeris ara mihi ferali cincta cupresso  
 Convenit, & structis flamma parata rogis.  
 Nec dare thura liber nihil exorantia Divos :  
 In tantis subeunt nec bona verba malis.  
 Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum ;  
 In loca ne redeas amplius ista, precor :  
 Dum me terrarum pars parte novissima Pontus,  
 Euxini falso nomine dictus, habet.

## E L E G I A X I V.

**C**ultor & antistes doctorum sancte virorum,  
 Qui facis ingenio semper amice meo;  
 Ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,  
 Nunc quoque, ne videar totus abesse, caves ?  
 Colligis exceptis ecquid mea carmina solis  
 Artibus, artificii quæ nocuere suo?  
 Immo ita fac, vatum, quæso, studiose novorum ;  
 Quaque potes, retine corpus in Urbe meum.  
 Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,  
 Qui domini pœnam non metuere sui.  
 Sæpe per extremas profugus pater exfulat oras ;  
 Urbe tamen natis exfulis esse licet.  
 Palladis exemplo, de me sine matre creata  
 Carmina sunt stirps hæc progeniesque mea est.  
 Hanc tibi commendo: quæ quo magis orba parente,  
 Hoc tibi tutori sarcina major erit.  
 Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti :

Cætera fac curæ sit tibi turba palam.  
 Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,  
 Carmina de domini funere raptæ sui.  
 Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,  
 Certius à summa nomen habere manu.  
 Nunc incorrectum populi pervenit in ora:  
 In populi quicquam si tamen ore meum est.  
 Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,  
 Diverso missum quod tibi ab orbe venit.  
 Quod quicumque leget, si quis leget, æstimet ante  
 Compositum quo sit tempore, quoque loco.  
 Æquus erit scriptis; quorum cognoverit esse  
 Exsilium tempus, barbariemque locum.  
 Inque tot adversis carmen mirabitur ullum  
 Ducere me tristi sustinuisse manu.  
 Ingenium fregere meum mala: cuius & ante  
 Fons infœcundus parvaque vena fuit.  
 Sed quæcunque fuit, nullo exercente refugit,  
 Et longo periit arida facta situ.  
 Non hic librorum, per quos inviter alarque,  
 Copia. pro libris arcus & arma sonant.  
 Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius  
 Intellecturis auribus utar, adest.  
 Nec quo secedam locus est. custodia muri  
 Submovet infestos clausaque porta Getas.  
 [Sæpe aliquod verbum quaero, nomenque, locum-  
 que:  
 Nec quisquam est, à quo certior esse queam.]  
 Dicere sæpe aliquid conanti turpe fateri)  
 Verba mihi desunt; dedidicique loqui.  
 Threicio Scythicoque ferè circumsonor ore:  
 Et videor Geticis scribere posse modis.  
 Crede mihi; timeo ne sint immixta Latinis,  
 Inque meis scriptis Pontica verba legas.  
 Qualemcunque igitur venia dignare libellum:  
 Sortis & excusa conditione meæ.

T R I S T I U M

L I B E R I V.

E L E G I A I.

**S**I qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis ;  
Excusata suo tempore, lector, habe.  
Exsul eram; requiesque mihi, non fama pe-  
tita est :

Mens intenta suis ne foret usque malis.  
Hoc est cur cantet vincetus quoque compede fossor,  
Indocili numero cum grave mollit opus :  
Cantet & innitens limosa pronus arenæ  
Adverso tardam qui trahit amne ratem.  
Quique refert pariter lentos ad pectora remos ,  
In numerum pulsa brachia versat aquâ.  
Fessus ut incubuit baculo, saxove resedit  
Pastor ; arundineo carmine mulcet oves.  
Cantantis pariter , pariter data pensa trahentis  
Fallitur ancillæ decipiturque labor.  
Ferror & abducta Lyrnesside tristis Achilles  
Hæmoniâ curas attenuasse lyrâ.  
Cum traheret silvas Orpheus & dura canendo  
Saxa ; bis amissâ conjugè mœstus erat.  
Me quoque Musa levat Ponti loca jussa petentem.  
Sola comes nostræ persistit illa tugæ.  
Sola nec insidias, Threci nec militis ensem ,  
Nec mare , nec ventos, barbariemque timet.  
Scit quoque, cum perii, quis me deceperit error :  
Et culpam in facto, non scelus esse meo.  
Scilicet hoc ipso nunc æquæ, quod obfuit ante ,  
Cum mecum juncti criminis acta rea est.  
Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt ,  
Pieridum sacris imposuisse manum.  
Sed nunc quid faciam ? vis me tenet ipsa sororum :  
Et carmen demens carmine læsus amo.  
Sic nova Dulichio lotos gustata palato ,  
Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.  
Sentit amans sua damna ferè ; tamen hæret in illis:  
Materiam culpæ persequiturque sua.  
Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libelli :  
Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.  
Forstân hoc studium possit furor esse videri :

Sed quiddam furor hic utilitatis habet.  
 Semper in obtutu mentem vetat esse malorum ;  
 Præsentis casus immemoremque facit.  
 Utque suum Bacchis non sentit faucia vulnus ,  
 Bumastupet Edonis exalulata jugis ;  
 Sic, ubi mota calent viridi mea pectora thyrso ,  
 Aktior humano spiritus ille malo est.  
 [Ille nec exsilium, Scythici nec littora ponti ,  
 Ille nec iratos sentit habere Deos.]  
 Utque soporiferæ biberem si pocula Lethes.  
 Temporis adversi sic mihi sensus hebet.  
 Jure Deas igitur veneror mala nostra levantes ;  
 Sollicitæ comites ex Helicone fugæ :  
 Et partim pelago, partim vestigia terrâ ,  
 Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi.  
 Sint precor hæc saltem faciles mihi: namq; Deorum  
 Cætera cum magno Casare turba facit.  
 Meque tot adversis cumulant, quot litus arenas,  
 Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.  
 Vere prius flores, æstu numerabis aristas ,  
 Poma per autumnum, frigoribusque nives ;  
 Quam mala, quæ toto patior jaçtatus in orbe ,  
 Dum miser Euxini littora læva peto.  
 Nec tamen, ut veni, levior fortuna malorum est :  
 Huc quoque sunt nostras fata secuta vias.  
 Hic quoque cognosco natalis stamina nostri ;  
 Stamina de nigro vellere facta mihi.  
 Utque nec insidias, capitisque pericula narrem ,  
 Vera quidem, vera sed graviora fide ;  
 Vivere quam miserum est inter Bessosque Getasque  
 Illi, qui populi semper in ore fuit :  
 Quam miserum, porta vitam mæroque tueri ,  
 Vixque sui tutum viribus esse loci !  
 Aspera militiæ juvenis certamina fugi ,  
 Nec nisi lusura movimus arma manu.  
 Nunc senior gladioque latus scutoque sinistra ,  
 Canitiem galex subjicioque meam.  
 Nam dedit è specula custos ubi signa tumultus ;  
 Induimur trepidâ protinus arma manu.  
 Hostis, habens arcus imbutaque tela veneno ,  
 Sævus anhelanti mænia lustrat equo.  
 Utque rapax pecudem, quæ se non texit ovili ,  
 Per fata, per silvas, fertque trahitque lupus.



e, si quem nondum portarum sepe receptum  
 Barbarus in campis reperit hostis, agit.  
 ut sequitur captus, confectaue vincula collo  
 Accipit; aut telo virus habente cadit.  
 sic ego sollicitæ jaceo novus incola sedis.  
 Heu nimium faci tempora longa mei!  
 Et tamen ad numeros antiquaque sacra reverti  
 Sustinet in tantis hospita Musa malis. (qui  
 ed neq; cui recitem quisquã est mea carmina; nec  
 Auribus accipiat verba Latina suis.  
 ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque:  
 Tutaque iudicio littera nostra suo est.  
 sæpe tamen dixi, Cui nunc hæc cura laborat?  
 An mea Sauromatæ scripta Getæque legent?  
 sæpe etiam lacrymæ me sunt scribente profuse,  
 Humidaque est fletu littera facta meo.  
 Corque vetusta meum tanquã nova vulnera sentit;  
 Inque sinu in cæstæ labitur imber aquæ.  
 Cum vice mutatã quid sum fuerimque recordor,  
 Et tulerit quo me casus, & unde, subit;  
 sæpe manus demens studiis irata malignis  
 Misit in arduos carmina nostra focos.  
 Atq; ita de multis, quoniam non multa supersunt,  
 Cum veniã facito, quisquis es, ista legas.  
 Tu quoque non melius, quam sunt mea tempora,  
 carmen  
 Interdicta mihi consule Roma boni.

## ELEGIA II.

**I**am fera Cæsaribus Germania, totus ut orbis,  
 Victa potes flexo succubuisse genu:  
 Altaque velentur fortasse Palatia fertis;  
 Thuraque in igne sonent, inficiantque diem;  
 Candidaque adducta collum percussa securi  
 Victimæ purpureo sanguine tingat humum:  
 Donaue amicorum templis promissa Deorum  
 Reddere victores Cæsar uterque parent:  
 Et qui Cæsareo juvenes sub nomine crescant,  
 Perpetuo terras ut domus ista regat:  
 Cumque bonis nuribus pro sospite Liæ nato  
 Munera det meritis, sæpe datura, Deis:  
 Et pariter matres, & quæ sine crimine castos  
 Perpetua seruant virginitate focos.

Plebs pia, cumque pia latentur Plebe Senatus ;  
 Parvaque cujus eram pars ego nuper, Eques.  
 Nos procul expulsos communia gaudia fallunt :  
 Famaque tam longe non nisi parva venit.  
 Ergo omnis poterit populus spectare triumphos ;  
 Cumque ducum titulis oppida capta leget :  
 Vinclaque captiva Reges cervice gerentes  
 Ante coronatos ire videbit equos :  
 Et cernet vultus aliis pro tempore versos ,  
 Terribiles aliis inimemorelque sui.  
 Quorum pars caussas, & res, & nomina quæret :  
 Pars referet, quanvis noverit ipsa parum :  
 Is, qui Sidonio tulget sublimis in ostro ,  
 Dux fuerat belli : proximus ille duci.  
 Hic, qui nunc in humo lumen miserabile figit ,  
 Non isto vultu, cum tulit arma, fuit.  
 Ille ferox, oculis & adhuc hostilibus ardens ,  
 Hortator pugnae consiliumque fuit.  
 Perfidus hic nostros inclasit fraude locorum ,  
 Squallida promissis qui tegit ora comis.  
 Illo, qui sequitur, dicunt mactata ministro  
 Sæpe recusanti corpora capta Deo.  
 Hic lacus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes,  
 Plena feræ cordis, plena cruoris erant.  
 Drusus in his quondam meruit cognomina terris ,  
 Quæ hova progenies digna parente fuit.  
 Cornibus hic fractis viridi male tectus ab ulva,  
 Decolor ipse suo sanguine Rhenus erit.  
 Crinibus en etiam fertur Germania passis ,  
 Et Ducis invicti sub pede mæsta feder.  
 Collaque Romanæ præbens animosa securi  
 Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.  
 Hos super in curru, Cæsar, victore vehêris  
 Purpureus populi rite per ora tui :  
 Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum ;  
 Undique jactato flore tegente vias.  
 Tempora Phœbea lauro cingetur, loque ,  
 Miles, io, magna voce, Triumphe, canet.  
 Ipse sono plausiue simul fremituque canentum  
 Quadrijugos cernes sæpe resistere equos.  
 Inde petes arcem & delubra faventia votis.  
 Et dabitur merito laurea vota Jovi.  
 Hæc ego submorus, qua possum, mente videbo :

Erepti nobis jus habet illa loci.  
 Illa per immensas spatiatur libera terras :  
 In cælum celeri pervenit illa viâ.  
 Illa meos oculos mediam deducit in Urbem ;  
 Immunes tanti nec sinit esse boni.  
 Invenietque viam, qua currus spectet eburnos.  
 Sic certè in patria per breve tempus ero.  
 Vera tan.en populus capiet spectacula felix :  
 Lætaque erit præfens cum Duce turba suo.  
 At mihi fingenti tantum longeque remoto  
 Auribus hic fructus percipiendus erit.  
 Aque procul Latio diversum missus in orbem  
 Qui narret cupido, vix erit, ista mihi.  
 Is quoq; jam serum referet veteremq; triumphum.  
 Quo tamen audiero tempore, lætus ero.  
 Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam ;  
 Causaque privata publica major erit.

## ELEGIA III.

**M**agna minorque feræ, quarum regis altera  
 Grajas,  
 Altera Sidonias, utraque sicca, rates :  
 Omnia cum summo positæ videatis in axe,  
 Et maris occiduas non subeatis aquas,  
 Ætherianque suis cingens amplexibus arcem  
 Vester ab intacta circulus exstat humo ;  
 Admone illa, præcor, quæ non bene mœnia quon-  
 Dicitur Iliades transluisse Remus.  
 Inque meam nitidos dominam convertite vultus :  
 Sitque memor nostri necne, referte mihi.  
 Hei mihi, cur, nimium quæ sunt manifesta, requiro?  
 Cur labat ambiguo spes mihi mista metu?  
 Crede quod est, quod vis ; ac desine tuta vereri :  
 Deque fide certa sit tibi certa fides.  
 Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ,  
 Non mentitura tu tibi voce refer :  
 Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est ;  
 Quodque potest, secum nomen habere tuum.  
 Vultibus illa tuis tanquam præsentis inhæret,  
 Teque remota procul, si modo vivit, amat.  
 Ecquid, ut incubuit justo mens ægra dolori,  
 Lenis ab admonito pectore somnus abit?  
 Tunc subeunt curæ, dum te lectusque locusque

Tangit, & oblitam non sinit esse mei.  
 Et veniunt æstus, & nox immensa videtur;  
 Fessaque jactati corporis ossa dolent.  
 Non equidem dubito, quin hæc & cætera fiant;  
 Detque tuus casti signa doloris amor:  
 Nec cruciere minus, quam cum Thebana cruentum  
 Hæctora Thessalico vidit ab axe rapi.  
 Quid tamen ipse precer dubito: nec dicere possum,  
 Affectum quem te mentis habere velim.  
 Tristis es? indignor, quod sum tibi causa doloris:  
 Non es? ut amisso conjugè digna fores.  
 Tu vero tua damna dole, mitissima conjux;  
 Tempus & à nostris exige triste malis:  
 Fleque meos casus. est quædam flere voluptas.  
 Expletur lacrymis egeriturque dolor.  
 Atque utinam lugenda tibi non vita, sed esset  
 Mors mea: morte fores sola relicta mea!  
 Spiritus hic per te patrias exisset in auras!  
 Sparsissent lacrymæ pectora nostra piæ!  
 Supremoque die notum spectantia caelum  
 Texissent digiti lumina nostra tui!  
 Et cinis in tumulo positus jacuisset avito!  
 Tactaque nascenti corpus haberet humus!  
 Denique &, ut vixi, sine crimine mortuus essem:  
 Nunc mea supplicio vira pudenda suo est.  
 Me miserum, si tu, cum diceris exsulis uxor,  
 Avertis vultus, & subit ora rubor!  
 Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri!  
 Me miserum, si te jam pudet esse uream!  
 Tempus ubi est illud, quo me jactare solebas  
 Conjugè, nec nomen dissimulare viri?  
 Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre)  
 Et dici memini, jovit & esse meam?  
 Utque probæ dignum est, omni tibi dote placebam.  
 Addebat veris multa faventis amor.  
 Nec quem præferres: ita res tibi magna videbar)  
 Quemve tuum malles esse, vir alter erat.  
 Nunc quoq; ne pudeat, quod sis mihi nupta tuusq;  
 Non dolor hinc debet, debet abesse pudor.  
 Cum cecidit Capaneus subito tenerarius ictu:  
 Num legis Evadnen erubuisse viro?  
 Nec, quia Rex mundi compescuit ignibus ignes,  
 Ipse tuus, Phaetnon, inficiandus eras.

Nec

Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti ,  
 Quod precibus periit ambitiosa suis.  
 Nec tibi, quod sævis ego sum Jovis ignibus istus ,  
 Purpureus molli fiat in ore rubor :  
 Sed magis in nostri curam consurge tuendi ,  
 Exemplumque mihi conjugis esto bonæ :  
 Materiamque tuis tristem virtutibus imple.  
 Ardua per præceps gloria vadat iter.  
 Hæc tibi quis nosset, si felix Troja fuisset ?  
 Publica Virtuti per mala facta via est.  
 Ars tua, Tiphys, vacet, si non sit in æquore fluctus :  
 Si valeant homines, ars tua, Phœbe, vacet.  
 Quæ latet, inque bonis cessat non cognita rebus ,  
 Apparet virtus arguiturque malis.  
 Dat tibi nostra locum tituli Fortuna; caputque  
 Conspicuum pietas qua tua tollat habet.  
 Utere temporibus, quorum nunc munere freta es.  
 En patet in laudes area lata tuas.

## E L E G I A I V.

**O** Qui, nominibus cum sis generosus aviris ,  
 Exsuperas morum nobilitate genus :  
 Cujus inest animo patriæ candoris imago ,  
 Non careat nervis candor ut iste suis :  
 Cujus in ingenio patriæ sacundia linguæ est ,  
 Qua prior in Latio non fuit ulla foro :  
 Quod minime volui, positis pro nomine signis  
 Dictus es. ignoscas laudibus ista tuis.  
 Nil ego peccavi. tua te bona cognita produunt.  
 Si, quod es, appares; culpa soluta mea est.  
 Nec tamen officium nostro tibi carmine factum ,  
 Principe tam justo, posse nocere puta.  
 Ipse Pater Patriæ (quid enim civilius illo?)  
 Sustinet in nostro carmine sæpe legi.  
 Nec prohibere potest, quia res est publica, Cæsar ;  
 Et de communi pars quoque nostra bono est.  
 Jupiter ingeniis præbet sua numina vatum ;  
 Sequæ celebrari quolibet ore finit.  
 Caulla tua exemplo Superiorum tuta duorum est :  
 Quorum hic aspicitur, creditur ille Deus.  
 Ut non debuerim, tamen hoc ego crimen amabo :  
 Non fuit arbitrii littera nostra tui.  
 [Nec nova, quod tecum loquor, est injuria nostra.]  
 Inco-

Incolumis cum quo sæpe locutus eram.  
 Quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus ;  
 Invidiam, si qua est, auctor habere potest.  
 Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis  
 (Hoc noli certè dissimulare) pater :  
 Ingeniumq; meum (potes hæc meminisse) probabat  
 Plus etiam, quam me iudice dignus eram.  
 Deque meis illo referebat versibus ore ,  
 In quo pars altæ nobilitatis erat.  
 Non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit  
 Sed prius auctori sunt data verba tuo. (a Ctis  
 Nec data sunt, mihi crede, tamen : sed in omnibus  
 Ultima si demas, vita tuenda mea est.  
 Hanc quoq; qua perii, culpam scelus esse negabis  
 Si tanti series sit tibi nota mali.  
 Aut timor, aut error nobis, prius obfuit error.  
 Ah sine me fati non meminisse mei !  
 Neve retractando nondum coëuntia rumpam  
 Vulnera ; vix illis proderit ipsa quies.  
 Ergo ut jure damus pœnas, sic absuit omne  
 Peccato facinus consiliumque meo. (est  
 Idque Deus sentit : pro quo nec lumen ademptum  
 Nec mihi detractas possidet alter opes.  
 Forsitan hanc ipsam (vivat inodo) finiet olim ,  
 Tempore cum fuerit lenior ira, fugam.  
 Nunc precor hinc alio jubeat discedere ; si non  
 Nostra verecundo vota pudore carent.  
 Mitius exsilium paulloque propinquius opto ;  
 Quique sit à sævo longius hoste, locum.  
 Quantaque in Augusto clementia ; si quis ab illo  
 Hoc peteret pro me, forsitan ille daret.  
 Frigida me cohibent Euxini littora Ponti :  
 Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.  
 Nam neque jactantur moderatis æquora ventis :  
 Nec placidos portus hospita navis adit.  
 Sunt circa gentes, quæ prædam sanguine quærant :  
 Nec minus infidâ terra timetur aquâ.  
 Illi, quos audis hominum gaudere cruore ,  
 Pæne sub ejusdem sideris axe jacent.  
 Nec procul à nobis locus est, ubi Taurica dirâ  
 Cæde pharetræ pascitur ara Deæ.  
 Hæc prius, ut memorant, non invidiosa nefandis ,  
 Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.

Sic, pro suppositâ virgo Pelopeia cervâ  
 Sacra Deæ coluit qualiacunque suæ.  
 Quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes  
 Exactus furiis venerat ipse suis,  
 Et comes exemplum veri Phœæus amoris;  
 Qui duo corporibus, mentibus unus erant;  
 Protinus evincti Triviæ ducuntur ad aram,  
 Quæ stabat geminas ante cruenta fores. (lum:  
 Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit il-  
 Alter ob alterius funera mœstus erat.  
 Et jam constiterat stricto mucrone sacerdos;  
 Cinxerat & Grajas barbara vitta comas:  
 Cum vice sermonis fratrem cognovit, & illi  
 Pro nece complexus Iphigenia dedit.  
 Lata Deæ signum crudelia sacra perosæ  
 Transtulit ex illis in meliora locis.  
 Hæc igitur regio, magni penetrabilia mundi,  
 Quam fugere homines Diq; propinqua mihi est.  
 Atque meam terram prope sunt funebria sacra,  
 Si modo Nasoni barbara terra sua est.  
 O utinam venti, quibus est ablatas Orestes,  
 Placato referant & mea vela Deo!

## E L E G I A V.

O Mihi dilectos inter fors prima sodales,  
 Unica fortunis ara reperta meis:  
 Cujus ab alloquiis anima hæc moribunda revixit,  
 Ut vigil infusa Pallade flamma solet:  
 Qui veritus non es portus aperire fideles,  
 Fulmine percussæ confugiumque rati:  
 Cujus eram censu non me sensurus egentem,  
 Si Cæsar patrias eripuisset opes:  
 Temporis oblitum dum me rapit impetus hujus,  
 Excidit heu nomen quam mihi pæne tuum!  
 Te tamen agnosco: tactusque cupidine laudis,  
 Ille ego sum, cuperes dicere posse palam.  
 Certè ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,  
 Et raram Famæ conciliare fidem.  
 Ne noceam grato vereor tibi carmine; neve  
 Intempestivus nominis obstet honos.  
 Quod licet & tutum est, intra tua pectora gaude,  
 Meque tui memorem, teque fuisse mei.  
 Utque facis, rennis ad opem luctare fereudam,

Dum veniat placido mollior ira Deo :  
 Et tutare caput nulli servabile ; si non  
 Qui merfit Stygiâ, sublevet illud, aquâ.  
 Teque, quod est rarum, præsta constanter ad omne  
 Indeclinatæ munus amicitiaë,  
 Sic tua processus habeat Fortuna perennes :  
 Sic ope non egeas ipse, juvenisque tuos.  
 Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni ;  
 Incidat & vestro rara querela toro.  
 Diligat & semper socius te sanguinis illo ,  
 Quo pius affectu Castora frater amat.  
 Sic juvenis, similisque tibi sit natus, & illum  
 Moribus agnoscat quilibet esse tuum.  
 Sic socerum faciat tradâ te nata jugali ;  
 Nec tarân timeri det tibi nomen avi.

## ELEGIA VI.

**T**empore ruricolæ patiens fit taurus aratri ,  
 Præbet & incurvo colla premenda iugo .  
 Tempore paret equus lentis animosus habenis ,  
 Et placido duros accipit ore lupos .  
 Tempore Pcenorum compefcitur ira leonum ;  
 Nec feritis animo, quæ fuit ante, manet .  
 Quæque sui monitis obtemperat Iuda magistri  
 Bellua; servitium tempore victa subit .  
 Tempus , ut extentis tumeat facit uva racemis ,  
 Vixq; merum capiant grana, quod intus habent .  
 Tempus & in canas semen producit aristas ;  
 Et ne sint tristi poma sapore facit .  
 Hoc tenuat dentem terras renovantis aratri ,  
 Hoc rigidas silices, hoc adamanta terit .  
 Hoc etiam sævas paullatim mitigat iras :  
 Hoc minuit luctus , mœstaque corda levat .  
 Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas  
 Præterquam curas attenuare meas .  
 Ut patriâ careo ; bis frugibus area trita est :  
 Dissiluit nudo pressâ bis uva pede .  
 Nec quæsitâ tamen spatio patientia longo est ;  
 Mensque mali sensum nostra recentis habet .  
 Scilicet & veteres fugiunt iuga curva juveni :  
 Ex domitus fræno sæpe repugnat equus .  
 Tristior est etiam præsens æruna priore :  
 Ut sit enim sibi par, crevit, & aucta mora est .



Nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt  
 Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant.  
 Est quoque non minimum, vires afferre recentes;  
 Nec præconsumtum temporis esse malis.  
 Fortior in fulvâ novus est luctator arenâ,  
 Quam cui sunt tardâ brachia fessa morâ.  
 Integer est nitidis melior gladiator in armis,  
 Quam cui tela suo sanguine tinctâ rubent.  
 Fert bene præcipites navis modo factâ procellas:  
 Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.  
 Nos quoque, quæ ferimus, tulimus patientius ante;  
 Et mala sunt longo multiplicata die.  
 [Credite, deficio, nostroque à corpore, quantum  
 Auguror, accedunt tempora parva malis.]  
 Nam neque sunt vires, neque qui color esse solebat:  
 Vixque habeo tenuem, quæ tegat ossa, cutem.  
 Corpore sed mens est ægro magis ægra, malique  
 In circumspectu stat sine fine sui.  
 Urbis abest facies, absunt mea cura sodales:  
 Et, qua nulla mihi carior, uxor abest.  
 Vulgus adest Scythicum, braccataq; turba Getarum.  
 Sic male quæ video, non videoque, nocent.  
 Una, tamen spes est, quæ me soletur in istis;  
 Hæc fore morte meâ non diuturna mala.

## E L E G I A VII.

**B**Is me sol adiit gelidæ post frigora brumæ,  
 Bisque suum tacto Pisce peregit iter.  
 Tempore tam longo cur non tua dextera versus  
 Quamlibet in paucos officiosa fuit?  
 Cur tua cessavit pietas, scribentibus illis,  
 Exiguus nobis cum quibus usus erat?  
 Cur, quoties alicui chartæ sua vincula demsi;  
 Illam speravi nomen habere tuum?  
 Di faciant, ut sæpe tuâ sit epistola dextrâ  
 Scripta, sed è multis reddita nulla mihi?  
 Quod precor, esse liquet. credam prius ora Medusæ  
 Gorgonis anguineis cincta fuisse comis:  
 Esse canes utero sub virginis; esse Chimæram,  
 A truce quæ flammis separet angue leam: (Etos:  
 Quadrupedesq; hominû cum pectore pectora jun-  
 Tergeunumque virum, tergeminumq; canem:  
 Sphingaque, & Harpyias, serpentipedesq; Gigantas:  
 Cen-

Centimanumque Gygen, semibovemque virum  
 Hæc ego cuncta prius, quam te, carissime, credam  
 Mutatum curam deposuisse mei.  
 Innumeri montes inter me teque, viæque;  
 Fluminaque, & campi, nec freta pauca, jaceant  
 Mille potest caussis, à te quæ littera sæpe  
 Missa sit, in nostras nulla venire manus.  
 Mille tamen caussas scribendo vince frequenter;  
 Excusam ne te semper, amice, mihi.

## ELEGIA VII.

Jam mea cygnæas imitantur tempora plumas,  
 Inficit & nigras alba senecta comas:  
 Jam subeunt anni fragiles, & inertior ætas:  
 Jamque parum firmo me mihi ferre grave est.  
 Nunc erat, ut posito deberem sine laborum  
 Vivere, me nullo sollicitante metu:  
 Quæque meæ semper placuerunt otia menti,  
 Carpere; & in studiis molliter esse meis:  
 Et parvam celebrare domum, veteresque Penates  
 Et quæ nunc domino rura paterna carent  
 [Inque sinu dominæ, carisque nepotibus, inque  
 Securus patriam consensuisse meam.]  
 Hæc mea sic quondam peragi speraverat ætas:  
 Hos ego sic annos ponere dignus eram.  
 Non ita Dis visum: qui me terramque marique  
 Actum Sarmaticis exposuere locis.  
 In cava ducuntur quassæ navalia puppes,  
 Ne temerè in mediis dissolvantur aquis.  
 [Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas,  
 Languidus in pratibus gramina carpit equus.]  
 Miles, ut emeritis non est satis utilis annis,  
 Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, Lares.  
 Sic igitur, tardam vires minuente senectam,  
 Me quoque donari jam rude, tempus erat.  
 Tempus erat, nec me peregrinum ducere cælum,  
 Nec siccam Getico fonte levare sitim:  
 Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos  
 Nunc hominum visu rursus & Urbe frui.  
 Sic animo quondam non divinante futura  
 Optabam placidè vivere posse senex.  
 Fata repugnarunt: quæ, cum mihi tempora prima  
 Mollia præbuerint, posteriora gravant.

Jamque, decem lustris omni sine labe peractis,  
 Parte premor vitæ deteriore meæ.  
 Nec procul à metis, quas pœne tenere videbar,  
 Curriculo gravis est facta ruina meo.  
 Ergo illum demens in me favire coegi,  
 Mitius immensus quo nihil orbis habet?  
 Ipsaque delictis vincta est clementia nostris:  
 Nec tamen errori vita negata meo?  
 Vita procul patria peragenda sub axe Borœo,  
 Qua maris Euxini terra sinistra jacet.  
 Hoc mihi si Delphi, Dodonaque diceret ipsa;  
 Esse viderentur vanus uterque locus.  
 [Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud,  
 Ut maneat rapido firmitus igne Jovis.]  
 Nil ita sublime est, supraque pericula tendit,  
 Non sit ut inferius suppositumque Deo.  
 Nam quamquam vitio pars est contracta malorum,  
 Plus tamen exitii numinis ira dedit.  
 At vos admoniti nostris quoque casibus este,  
 Æquantem Superos emeruisse virum.

## E L E G I A I X.

**S** licet, & pateris, nomen facinusque tacebo,  
 Et tua Lethæis acta dabuntur aquis:  
 Nostraque vincetur lacrymis clementia seris.  
 Fac modo te pateat pœnituisse tui.  
 Fac modo te damnes, cupiasque eradere vitæ  
 Tempora, si possis, Tiliphonæa tuæ.  
 Sin minus, & nigrant odio tua pectora nostræ;  
 Induet infelix arma coacta dolor.  
 Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem;  
 Nostra suas istuc porriget ira manus.  
 Omnia, si nescis, Cæsar mihi jura reliquit:  
 Et sola est patriâ pœna carere meâ.  
 Et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo.  
 Sæpe Jovis telo quercus adulta viret.  
 Denique vindictæ si sit mihi nulla facultas;  
 Pierides vires & sua tela dabunt.  
 Ut Scythicis habitem longe submotus in oris,  
 Siccaque sint oculis proxima signa meis:  
 Nostra per immensas ibunt præconia gentis;  
 Quodque querar, notum, qua patet orbis, erit.  
 Ibi ad occasum, quidquid dicemus, ab ortu:

Testis & Hesperix vocis Eous erit.  
 Trans ego tellurem, trans latas audiar undas :  
 Et gemitus vox est magna futura mei.  
 Nec tua te fontem tantummodo sacula norint :  
 Perpetuæ crimen posteritatis eris.  
 Jam feror in pugnâ, & nondum cornua summi.  
 Nec mihi sumendi causa sit ulla velim.  
 Circus adhuc cessat : spargit tamen acer arenam  
 Taurus, & infesto jam pede pulsat humum.  
 Hoc quoque, quam volui, plus est, cane, Musa, rece-  
 Dum licet huic nomen dissimulare suum. (ptusa

## ELEGIA X.

**I**lle ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum,  
 Quem legis, ut noris, accipe, Posteritas.  
 Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,  
 Millia qui novies distat ab Urbe decem.  
 Editus hic ego sum : nec non, ut tempora noris ;  
 Cum cecidit sato Consul uterque pari.  
 Si quid & à proavis usque est vetus ordinis heres ;  
 Non modo Fortunæ munere factus eques.  
 Nec stirps prima fui ; genito jam fratre creatus ;  
 Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.  
 Lucifer amborum natalibus adfuit idem :  
 Una celebrata est per duo liba dies.  
 Hæc est armiferæ festis de quinque Minervæ,  
 Quæ fieri pugna prima cruenta solet.  
 Protinus excolimur teneri, curâque parentis.  
 Imus ad insignes Urbis ab arte viros.  
 Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,  
 Fortia verbosi natus ad arma Fori.  
 At mihi jam puero cælestia sacra placebant ;  
 Inque suum furtim Musa trahebat opus.  
 Sæpe pater dixit, Studium quid inutile tentas ?  
 Mæonides nullas ipse reliquit opes.  
 Motus eram dictis : totoque Helicône relicto,  
 Scribere conabar verba soluta modis.  
 Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos :  
 Et, quod tentabam dicere, versus erat.  
 Interea, tacito passu labentibus annis,  
 Liberior fratri sumta mihiqve toga est :  
 Inaduitarqve humeris cum lato purpura clavo :  
 Sit studium nobis, quod fuit ante, manet.

Jamque decem vitæ frater geminaverat annos ,  
 Cum perit ; & cœpi parte carere mei .  
 Cœpimus & teneræ primos ætatis honores ;  
 Eque viris quondam pars tribus una fui .  
 Curia restabat : clavi mensura coacta est .  
 Majus erat nostris viribus illud onus .  
 Nec patiens corpus , nec mens fuit apta labori ,  
 Sollicitæque fugax ambitionis eram :  
 Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores  
 Otia judicio semper amata meo .  
 Temporis illius colui fovique poetas ;  
 Quotque aderant vates , rebar adesse Deos .  
 Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo ,  
 Quæque necet serpens , quæ juvet herba , Macer .  
 Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes ;  
 Jure sodalitiî qui mihi junctus erat .  
 Ponticus Heroo , Bassus quoque clarus Iambo  
 Dulcia convictus membra fuere mei .  
 Et tenuit nostras numerosus Horatius aures ;  
 Dum ferit Ausoniâ carmina culta lyrâ .  
 Virgilium vidi tantum : nec avara Tibullo  
 Tempus amicitia fata dedere meæ .  
 Successor fuit hic tibi , Galle ; Propertius illi .  
 Quartus ab his serie temporis ipse fui .  
 Utque ego majores , sic me coluere minores :  
 Notaque non tardè facta Thalia mea est .  
 Carmina cum primùm populo juvenilia legi ;  
 Barba refeeta mihi bisve semelve fuit .  
 Moverat ingenium totam cantata per Urbem  
 Nomine non vero dicta Corinna mihi .  
 Multa quidem scripsi : sed quæ vitiosa putavi ,  
 Emendaturis ignibus ipse dedi . (mavi  
 Tum quoque , cum fugerem , quædam placitura cre-  
 Iratus studio carminibusque meis .  
 Molle , Cupidineis nec inexpugnabile telis  
 Cor mihi , quodque levis causa moveret , erat .  
 Cum tamen hoc essem , minimoque accenderet ignis ;  
 Nomine sub nostro fabula nulla fuit .  
 Pæne mihi puero nec digna , nec utilis uxor  
 Est data : quæ tempus perbreve nupta fuit .  
 Illi successit , quamvis sine crimine , conjux ;  
 Non tamen in nostro firma futura toro .  
 Ultima , quæ mecum seros permansit in annos ,

Sustinuit conjux exfulis esse viri.  
 Filia bis primâ mea me fecunda juventâ,  
 Sed non ex uno conjugè, fecit avum.  
 Et jam complerat genitor sua fata; novemque  
 Addiderat lustris altera lustra novem.  
 Non aliter flevis, quam me sterturus ademtum  
 Ille fuit. matri proxima justa tuli.  
 Felices ambo, tempestiveque sepulti,  
 Ante diem pœnæ quod periëre meæ!  
 Me quoque felicem, quod non viventibus illis  
 Sum miser; & de me quod doluëre nihil!  
 Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restat,  
 Et gracilis structos effugit umbra rogos;  
 Fama, parentales, si vos mea contigit, umbræ;  
 Et sunt in Stygio crimina nostra foro;  
 Scite, precor, causam (nec vos mihi fallere fas est)  
 Errorem justæ, non scelus, esse fugæ.  
 Manibus id satis est. ad vos studiosa revertor  
 Pectora, qui vitæ quaritis acta meæ.  
 Jam mihi canities, pulsus inelioribus annis,  
 Venerat; antiquas miscueratque comas:  
 Postque meos ortos Pisæâ vinctus olivâ  
 Abstulerat decies præmia victor eques:  
 Lævæ maris Euxini positos ad læva Tomitas  
 Irerere me læsi Principis ira jubet.  
 Hæc mea cunctis nimium quoque nota ruinae  
 Indicio non est testificanda meo. (centes?)  
 Quid referam comitumque nefas, famulosque no-  
 Ipsâ multa tuli non leviora fugâ.  
 Indignata malis mens est succumbere; seque  
 Præstitit invictam viribus usa suis;  
 Oblitusque mei, ductæque per ora vitæ,  
 Insolita cepi temporis arma manu.  
 Totque tuli terrâ casus pelagoque, quot inter  
 Occultum stellæ conspicuumque polum.  
 Tacta mihi tandem longis erroribus actò  
 Junctâ pharetratis Sarmatis ora Getis.  
 Hic ego, finitimis quamvis circumsoner armis,  
 Tristitia, quo possum, carmine fata levo.  
 Quod, quamvis nemo est, cujus referatur ad aures:  
 Sic tamen absumo decipioque diem.  
 Ergo, quod vivo, durisque laboribus obsto,  
 Nec me sollicitæ tædia lucis habent,

Gratia, Musa, tibi. nam tu solatia præbes ;  
 Tu curæ requies, tu medicina mali :  
 Tu dux, tu comes es ; tu nos abducis ab Istro ;  
 In medioque mihi das Helicone locum .  
 Tu mihi (quod rarum) vivo sublimè dedisti  
 Nomen ; ab exsequiis quod dare Fama solet.  
 Nec, qui detrectat præsentia, Livor iniquo  
 Ullum de nostris dente momordit opus.  
 Nam tulerint magnos cum sæcula nostra poetas ;  
 Non fuit ingenio Fama maligna meo. (illis  
 Cumque ego præponam multos mihi ; non minor  
 Dicor : & in toto plurimus orbe legor.  
 Si quid habent igitur vatium præfagia veri ;  
 Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.  
 Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam  
 Jure ; tibi grates, candide lector, ago.

## T R I S T I U M

## LIBER V.

## E L E G I A I.

**H**unc quoque de Getico, nostri studiose,  
 libellum  
 Littore, præmissis quattuor adde meilit.  
 Hic quoq; talis erit, qualis Fortuna poetæ.  
 Invenies toro carmine dulce nihil.  
 Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen ;  
 Materiæ scripto conveniente suæ.  
 Integer & lætus læta & juvenilia lusi :  
 Illa tamen nunc me composuisse piget.  
 Ut cecidi, subiti perago præconia casus ;  
 Sumque argumenti conditor ipse mei.  
 Utque jacens ripa deslere Caystrius ales  
 Dicitur ore suam deficiente necem :  
 Sic ego Sarmaticas longe projectus in oras  
 Efficio tacitum ne mihi funus eat.  
 Delicias si quis lascivaque carmina quærit ;  
 [Prænoneo nunquam scripta quod ista legat.]  
 Aptior huic Gallus, blandique Propertius oris,  
 Aptior ingenium come Tibullus erit.  
 Atque utinam numero ne nos essemus in isto !

Hei mihi! cur unquam Musa jocata mea est?  
 Sed dedimus pœnas: Scythicique in finibus Ithri  
 Ille pharetrati lusor Amoris abest.  
 Quod superest, animos ad publica carmina flexi;  
 Et nemores jussi nominis esse sui.  
 Si tamen è vobis aliquis tam multa requiret,  
 Unde dolenda canam: multa dolenda tuli.  
 Non hæc ingenio, non hæc componimus arte.  
 Materia est propriis ingeniosa malis.  
 Et quota Fortunæ pars est in carmine nostræ?  
 Felix, qui patitur, quæ numerare valet!  
 Quot frutices silvæ, quot flavas Tybris arenas,  
 Mollia quot Martis gramina campus habet;  
 Tot mala pertulimus: quorum medicina quiesque  
 Nulla, nisi in studio, Pieridumque mora est.  
 Quis tibi, Naso, modus lacrymosi carminis? inquis  
 Idem, Fortunæ qui modus hujus erit.  
 Quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat:  
 Nec mea sunt, fati verba sed ista mei.  
 At mihi si carâ patriam cum conjuge reddas;  
 Sint vultus hilares, simque quod ante fui.  
 Lenior invicti si sit mihi Cæsaris ira;  
 Carmina lætitiæ jam tibi plena dabo.  
 Nec tamen ut luset, rursus mea littera ludet:  
 Sit semel illa joco luxuriata suo.  
 Quod probet ipse, canam: pœnæ modo parte levat.  
 Barbariem, rigidos effugiamque Getas.  
 Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?  
 Tibi funeribus convenit ista meis.  
 At poteras, inquis, melius mala ferre silendo;  
 Et tacitus casus dissimulare tuos.  
 Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur;  
 Acceptoque gravi vulnere flere vetas.  
 Ipse Perilléo Phalaris permisit in ære  
 Edere mugitus, & bovis ore queri.  
 Cum Priami lacrymis offensus non sit Achilles;  
 Tu fletus inhibes, durior hoste, meos.  
 Cum faceret Nioben orbam Latonia proles,  
 Non tamen & siccas jussit habere genas.  
 Est aliquid, fatale malum per verba levare:  
 Hoc querulam Prognen Halcyonenque facit.  
 Hoc erat, in gelida quare Pœantius antro  
 Voce fatigaret Lemnia saxa suâ.



Strangulat inclusus dolor, atque exæstuat intus :

Cogitur & vires multiplicare suas.

Di veniam potius ; vel totos tolle libellos ;

Si mihi quod prodest, hoc tibi, lector, obest.

Sed neque obesse potest : ulli nec scripta fuerunt

Nostra, nisi auctori pernicioſa suo.

At mala sunt fateor. quis te mala sumere cogit ?

Aut quis deceptum ponere funta vetat ?

Ipse nec emendo : sed ut hic deducta legantur.

Non sunt illa suo barbariora loco.

Nec me Roma suis debet conferre poetis.

Iter Sauromatas ingeniosus ero.

Denique nulla mihi captatur gloria, quæque

Ingenio stimulos subdere Fama solet.

Nolumus assiduis animum tabescere curis :

Quæ tamen irrumpunt, quoque vetantur, eunt.

Cur scribam docui : cur mittam quæritis isto ?

Vobiscum cupiam quolibet esse modo.

## E L E G I A II.

**E** Cquid, ut è Ponto nova venit epistola, palles ;

Et tibi sollicita solvitur illa manu ?

Pone metum ; valeo. corpusque, quod ante laborum

Impatiens nobis invalidumque fuit ,

Sufficit ; atque ipso vexatum induruit usu.

An magis infirmo non vacat esse mihi ?

Mens tamen ægra jacet, nec tempore robora sumsit.

Affectusque animi, qui fuit ante, manet.

Quæque morâ spatioque suo costura putavi

Vulnera ; non aliter, quam modo facta, dolent.

Scilicet exiguis prodest annosa vetustas ,

Grandibus accedunt tempore damna malis.

Pæne decem totis aluit Pæantius annis

Pestiferum tumido vulnus ab angue datum.

Telephus æternâ consumtus tæbe perisset ,

Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem.

Et mea, si facinus nullum commissimus, opto

Vulnera qui fecit, facta levare velit.

Contentusque mei jam tandem parte laboris ,

Exiguum pleno de mare demat aquæ.

Detrahat ut multum, multum restabit acerbi :

Parsque meæ pœnæ totius instar erit.

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores ,

Quotve soporiferum grana papaver habet ;  
 Silva feras quot alit, quot piscibus unda natatur  
 Quot tenerum pennis aera pulsat avis ;  
 Tot premior adversis. quæ si comprehendere coner  
 Icarix numerum dicere coner aquæ.  
 Utque viæ casus, ut amara pericula ponti ,  
 Ut taceam strictas in mea fata manus ;  
 Barbara me tellus, orbisque novissima magni  
 Sustinet ; & sævo cinctus ab hoste locus. (est  
 Hinc ego trajicerer (neq; enim mea culpa creent  
 Effet, quæ debet, si tibi cura mei.  
 Ille Deus, bene quo Romana potentia nixa est ,  
 Sæpe suo victor lenis in holte fuit.  
 Quid dubitas? quid tuta times? accede, rogaque.  
 Casare nil ingens mitius orbis habet. (quoniam  
 Me miserum! quid agam, si proxima quæque relin  
 Subtrahis effracto tu quoque colla iugo?  
 Quo ferar ; unde petam lapsis solatia rebus?  
 Anchora jam nostram non tener ulla ratem.  
 Viderit : ipse sacram quamvis invisus ad aram  
 Confugiam : nullas submovet ara manus.  
 Alloquor en absens præsentia numina supplex :  
 Si tas est homini cum Jove posse loqui.  
 Arbiter imperii, quo certum est sospite cunctos  
 Ausonia curam gentis habere Deos :  
 O decus, ô patriæ per te florentis imago ;  
 O vir non ipso, quem regis, orbe minor ;  
 Sic habites terras, & te desideret æther !  
 Sic ad pacta tibi sidera tardus eas !  
 Parce, precor minimamque tuo de fulmine partem  
 Deme. satis pœnæ, quod superabit, erit.  
 Ira quidem moderata tua est ; vitamque dedisti :  
 Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abest.  
 Nec mea concessa est alijs Fortuna : nec exsul  
 Edicti verbis nominor ipse tui.  
 Omniaque hæc timui, quia me meruisse videbam ;  
 Sed tua peccato lenior ira meo est.  
 Arva relegatum jussisti visere Ponti ,  
 Et Scythicum profugâ findere puppe fretum .  
 Jussus ad Euxini deformia littora veni  
 Æquoris. hæc gelido terra sub axe jacet.  
 Nec me tam cruciat nunquam sine frigore cælum  
 Glebaque canenti semper obusta gelu ;

Nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinæ;  
 Grajaque quod Getico vincta loquela sono;  
 Quam quod finitimo cinctus premor undiq; Marte;  
 Vixque brevis tutum murus ab hoste facit.  
 Pax tamen interdum, pacis fiducia numquam est.  
 Sic hic nunc patitur, nunc timet arina, locus.  
 Hinc ego dum muter, vel me Zanclexa Charybdis  
 Devoret, aque suis ad Styga mittat aquis:  
 Vel rapidæ flammis urar patienter in Ætne:  
 Vel freta Leucadii mittar in alta Dei. (cuso;  
 Quod petitur, pœna est: neque enim miser esse re-  
 Sed precor, ut possim tutius esse miser.

## ELEGIA III.

**I**lla dies hæc est, qua te celebrare poetæ,  
 (Si modo non fallunt tempora) Bacche, solent;  
 Festaque odoratis innectunt tempora fertis,  
 Et dicunt laudes ad tua vina tuas.  
 Inter quos memini, dum me mea fata sinebant,  
 Non invisâ tibi pars ego sæpe fui.  
 Quem nunc suppositum stellis Cynosuridos Urse  
 Juncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.  
 Quique prius mollem vacuumque laboribus egi  
 In studiis vitam, Pieridumque choro;  
 Nunc procul à patriâ Geticis circumsonor armis  
 Multa prius pelago, multa que passus humo.  
 Sive mihi casus, sive hoc dedit ira Deorum;  
 Nubila nascenti seu mihi Parca fuit:  
 Tu tamen è sacris hederæ cultoribus unum  
 Numine debueras sustinuisse tuo.  
 An dominæ fati quidquid cecinere sorores,  
 Omne sub arbitrio desinit esse Deum?  
 Ipse quoque æthereas meritis invector es arces;  
 Qua non exiguo facta labore via est.  
 Nec patria est habitata tibi: sed ad usque nivosum  
 Strymona venisti, Marticolamque Geten:  
 Perfidaque, & lato spatiantem flumine Gangen,  
 Et quæseunque bibit discolor Indus aquas.  
 Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcæ  
 Stamina bis genito bis cecinere tibi.  
 Me quoque, si fas est exemplis ire Deorum,  
 Ferrea fors vitæ difficilisque premit.  
 Uo nec levius cecidi; quem magna locutum

Reppulit à Thebis Jupiter igne suo.  
 Ut tamen audisti percussum fulmine vatem,  
 Admonitu matris condoluisse potes.  
 Et potes, aspiciens circum tua sacra poetas,  
 Nescio quis nostri, dicere, cultor abest.  
 Fer, bone Liber, openi: sic altam degravet ulmi  
 Vitis, & incluso plena sit uva mero.  
 Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava Juventus  
 Adsit, & attonito non taceare sono.  
 Ossa bipenniferi sic sint pressa Lycurgi:  
 Impia nec pœnâ Pentheos umbra vacet.  
 Sic micet æternum vicinaque sidera vincat  
 Conjugis in cælo Cressa Corona tuæ.  
 Huc ades, & casus releves, pulcherrime, nostros.  
 Unum de numero me memor esse tuo.  
 Sunt Dis inter se commercia. flectere tenta  
 Cæsareum numen numine, Bacche, tuo.  
 Vos quoque, consortes studii pia turba poëtæ,  
 Hæc eadem sumto quisque rogare mero.  
 Atque aliquis vestrum, Nasonis nomine dicto,  
 Deponat lacrymis pocula mista suis:  
 Admonitusque mei, cum circumspexerit omnes,  
 Dicat, Ubi est nostri pars modo Naso chori?  
 Idque ita; si vestrum merui candore favorem:  
 Nullaque iudicio littera lasa meo est.  
 Si, veterum digne veneror cum scripta virorum,  
 Proxima non illis esse minora reor.  
 Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:  
 Quod licet, inter vos nomen habete meum.

## ELEGIA IV.

**L**ittore ab Euxino Nasonis epistola veni,  
 Lassaque facta mari, lassaque facta viâ.  
 Qui mihi flens dixit, Tu, cui licet, aspice Romam  
 Heu quanto melior fors tua sorte meâ!  
 Flens quoque me scripsit: nec qua signabar, ad os est  
 Ante, sed ad madidas gemmâ relata genas.  
 Tristitiæ causam si quis cognoscere quarrit;  
 Ostendi solem postulat ille sibi.  
 Nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato  
 Gramina, nec pleno sumine cernit aquas.  
 Quid Priamus doleat, mirabitur Hectore raptò;  
 Quidve Philoctetes ictus ab angue genuat.

si facerent utinam, talis status esset in illo,  
 [Ut non tristitiæ causa dolenda foret.]  
 Et tamen, ut debet, casus patienter amarus:  
 More nec indomiti fræna recusat equi.  
 Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,  
 Consciis in culpâ non scelus esse suâ.  
 Repe refert, sit quanta Dei clementia: cujus  
 Se quoque in exemplis annumerare solet.  
 Nam quod opes teneat patrias, quod nomina civis;  
 Denique quod vivat, munus habere Dei.  
 Et tamen, ô, si quid credis mihi carior, ille,  
 Omnibus, in toto pectore semper habet.  
 Reque Menætiaden, te qui comitavit Oresten,  
 Te vocat Ægiden, Euryalumque suum.  
 Nec patriam magis ille suam desiderat, & quæ  
 Plurima cum patriâ sentit abesse suâ;  
 Quam vultus, oculosque tuos, ô dulcior illo  
 Melle, quod in ceris Attica ponit apis!  
 Repe etiam mœrens tempus reminiscitur illud,  
 Quod non præventum morte fuisse dolet.  
 Cumque alii fugerent subitæ contagia cladis,  
 Nec vellent ictæ limen adire domûs;  
 Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem:  
 Si paucos aliquis tresve duosve vocat.  
 Quamvis attonitus, sensit tamen omnia: nec te  
 Se minus adversis indoluisse suis.  
 Verba solet, vultumque tuum, gemitusque referre:  
 Et te flente suos emaduisse sinus.  
 Quam sibi præstiteris, qua consolatus amicum  
 Sis ope; solandus cum simul ipse fores.  
 Pro quibus affirmat fore se memoremque; piûmque;  
 Sive diem videat, sive tegatur humo.  
 Per caput ipse suam solitus jurare tuumque,  
 Quod scio non illi vilius esse suo,  
 Plena tot ac tantis referetur gratia factis:  
 Nec sinet ille tuos littus arare boves.  
 Fac modo constanter profugum tueare. quod ille,  
 Qui bene te novit, non rogat; ipsa rogo.

## ELEGIA V.

**A**nnuus assuetum Dominæ natalis honorem  
 Exigit. ite manus ad pia sacra mæx.  
 Sic quondam festum Laertius egerit heros

Forſan in extremo conjugis orbe diem.  
 Lingua favens adſit longorum oblita malorum.  
 Quæ (puto) dedidicit jam bona verba loqui.  
 Quæque ſemel toto veſtis mihi ſumitur anno,  
 Sumatur fati diſcolor alba meis.  
 Araque gramineo viridis de ceſpite fiat;  
 Et velet tepidos nexa corona focos.  
 Da mihi thura, puer, pingues facientia flammæ  
 Quodque pio fuſum ſtridat in igne merum.  
 Optime natalis, quamvis procul abſimus, opto  
 Candidus huc venias, diſſimiliſque meo.  
 Sique quod inſtabat dominx miſerabile vulnus,  
 Sit perfuncta meis tempus in omne malis. (c)  
 Quæque gravi nuper plus quàm quaſſata proceſſu  
 Quod ſupereſt, tutum per mare navis eat.  
 Illa domo, natâque ſuâ, patriâque fruatur:  
 Erepta hæc uni ſit ſatis eſſe mihi.  
 Quatenus & non eſt in caro conjuge felix,  
 Pars vitæ triti cætera nube vacet.  
 Vivat, ametque virum, quoniam ſic cogitur, abſentem  
 Conſumatque annos, ſed diuturna, ſuos.  
 Adjicerem & noſtros: ſed ne contagia fati  
 Corrumpant timeo, quos agit ipſa, mei.  
 Nil homini certum eſt. ſeri quis poſſe putaret,  
 Ut facerem in mediis hæc ego ſæcra Getis?  
 Aspice ut aura tamen fumos & thure coortos  
 In partes Italas & loca dextra ferat.  
 Senſus ineſt igitur nebulis, quas exigit ignis;  
 Conſilium fugiunt cætera pæne meum.  
 Conſilio, commune ſacrum cum fiat in arâ  
 Fratribus alternâ qui perire manu,  
 Ipſa ſibi diſcors, tanquam mandetur ab illis,  
 Sciinditur in partes atra favilla duas.  
 Hoc (memini quondam ſeri non poſſe loquebar:  
 Et me Battiades iudice falſus erat.  
 Omnia nunc credo: cum tu conſultus ab Arcto  
 Terga vapor dederis, Auſoniamque petas.  
 Hæc igitur lux eſt: quæ ſi non orta fuiſſet,  
 Nulla fuit miſero feſta videnda mihi.  
 Edidit hæc mores illis heroïſin æquos,  
 Quæis erat Eëtion Icariusque pater.  
 Nata pudicitia eſt, mores, probitasque, fidesque:  
 At non ſunt iſtâ gaudia nata die.

labor, & curæ, fortunaque moribus impar.  
 Iustaque de viduo pæne querela toro.  
 Sicet adversis probitas exercita rebus  
 Tristi materiam tempore laudis habet.  
 Nichil infesti durus vidisset Ulysses;  
 Menelope felix, sed sine laude, foret.  
 Tor Echionias si vir penetrasset in arces,  
 Forsitan Evadnen vix sua nosset humus.  
 In Peliâ tot sint genitæ; cur nobilis una est?  
 Iupta fuit misero nempe quod una viro.  
 Cecce, ut Iliacas tangat prior alter arenas;  
 Laodamia nihil cur referatur erit.  
 Tuâ, quod mallet, pietas ignota maneret,  
 Implissent venti si mea vela sui.  
 Cæsar, & Cæsar Dis accessure, sed olim,  
 Equarint Pylios cum tua fata dies;  
 Non mihi, qui poenam famor meruisse, sed illi  
 Arcite, quæ nullo digna dolore dolet.

## E L E G I A VI.

U quoque nostrarum quondam fiducia rerum,  
 Qui mihi confugiura, qui mihi portus eras;  
 Quoque suscepti curam dimittis amici,  
 Officii que piùm tam cito ponis onus?  
 Cicina sum, fateor; quam si tu tempore duro  
 Depositurus eras, non subeunda fuit.  
 Et tibus in mediis navem, Palinure, relinquis?  
 Ne fuge; neve tuâ sit minor arte fides.  
 Inquid Achillæos inter fera prælia fidi  
 Deseruit levitas Automedontis equos?  
 Semel excepit, nunquid Podalirius ægro  
 Promissam medicæ non tulit artis opem?  
 Propius ejicitur, quam non admittitur hospes.  
 Quæ patuit, dextræ firma sit ara meæ.  
 Illi, nisi me solum, primò tutatus es: at nunc  
 Me pariter sèrva, iudiciumque tuum.  
 Immodo non aliqua est in me nova culpa; tuamque  
 Mutarunt subito crimina nostra fidem. (rà,  
 Iratus hic, Scythicâ quem non bene ducimus au-  
 Quod cupio, membris exeat ante meis;  
 Nam tua delicto stringantur pectora nostro,  
 Et videar meritò vilior esse tibi.  
 Non adeo toti fatis urgemur iniquis,

Ut mea sit longis mens quoque mota malis.  
 Finge tamen motam, quoties Agamemnone nam  
 Dixisse in Pyladen verba proterva puras?  
 Nec procul à vero est, quod vel pulsarit amicum  
 Mansit in officiis non minus ille luis.  
 [Hoc est cum miseris solum commune beatis,  
 Ambobus tribui quod solet obsequium.]  
 Ceditur & cæcis, & quos prætexta verendos  
 Virgaque cum verbis imperiosa facit.  
 Si mihi non parcis, fortunæ parcere debes.  
 Non habet in nobis ullius ira locum.  
 Elige nostrorum minimum de parte laborum: in  
 Isto, quo reris, grandius illud erit.  
 Quam multa madidæ celebrantur arundine fossæ.  
 Florida quam multas Hybla tuetur apes;  
 Quam multæ gracili terrena sub horrea ferre  
 Limite formicæ grana reperta solent;  
 Tam me circumstant densorum turba malorum  
 Crede mihi; vero est nostra querela minor.  
 His qui contentus non est; in littus arenas,  
 In segetem spicas, in mare fundat aquas.  
 Intempestivos igitur compesce timores,  
 Vela nec in medio desere nostra mari.

## ELEGIA VII.

**Q**uam legis, ex illâ tibi venit epistola terrâ,  
 Latus ubi æquoreis additur Ister aquis.  
 Si tibi contingit cum dulci vita salute;  
 Candida Fortunæ pars manet una meæ.  
 Scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quam  
 Quamvis hoc vel me scire tacente potes.  
 Sum miser. hæc brevis est nostrorum summa me-  
 rum:  
 [Quisquis & offenso Cæsare vivet, erit.]  
 Turba Tomitanæ quæ sit regionis, & inter  
 Quos habitem mores; discere cura tibi est?  
 Mistâ sit hæc quamvis inter Grajosque Getasque  
 A male pacatis plus trahit ora Getis.  
 Sarmaticæ major Geticæque frequentia gentis  
 Per medias in equis itque reditque vias.  
 In quibus est nemo, qui non coryton, & arcum  
 Telaque vipereo lurida felle gerat.  
 Vox fera, trux vultus, verisimâ Martis imago



Non coma, non ullâ barba refecta manu.  
 Extera non segnis fixo dare vulnere cultro,  
 Quem vincitum lateri barbarus omnis habet.  
 Vit in his cheu tenerorum oblitus amorum;  
 Hos videt, hos vates audit, amice, tuus!  
 Et que utinam vivas, & non moriaris in illis!  
 Absit ab invisis & tamen umbra locis!  
 Carmina quod pleno saltari nostra Theatro,  
 Versibus & plaudi scribis, amice, meis,  
 Nil equidem feci (tu scis hoc ipse) theatris:  
 Musa nec in plausus ambitiosa mea est.  
 Nec tamen ingratum est, quodcumq; oblivia nostri  
 Impedit, & profugi nomen in ora refert.  
 Quamvis interdum, quæ me læsisse recorder,  
 Carmina devoveo, Pieridasque meas:  
 Num bene devovi; nequeo tamen esse sine illis:  
 Vulneribusque meis tela cruenta sequor.  
 Quæq; modo Euboicis lacerata est fluctibus; audeo  
 Graja Capharæam currere puppis aquam.  
 Nec tamen ut lauder vigilo, curamque futuri  
 Nominis, utilius quod latuisset, ago.  
 Detineo studiis animum, falloque dolores:  
 Experior curis & dare verba meis.  
 Quid potius faciam desertis solus in oris,  
 Quamive malis aliam quærere coner opem?  
 Sive locum specto; locus est inamabilis; & quo  
 Esse nihil toto tristius orbe potest.  
 Sive homines; vix sunt homines hoc nomine digni:  
 Quamque lupi, sævæ plus feritatis habent.  
 Non metuunt leges, sed cedit viribus æquum;  
 Victaque pugnaci jura sub ense jacent.  
 Pellibus & laxis arcent male frigora braccis:  
 Oraque sunt longis horrida tecta comis.  
 In paucis remanent Græjæ vestigia linguæ:  
 Hæc quoque jam Getico barbara facta sono.  
 Nullus in hoc vix est populo, qui forte Latine.  
 Quælibet è medio reddere verba queat.  
 Ille ego Romanus vates (ignoscite, Musæ)  
 Sarmatico cogor plurima more loqui.  
 En pudet, & fateor; jam desuetudine longâ  
 Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.  
 Nec dubito, quin sint & in hoc non pauca libello.  
 Barbara, non hominis culpa; sed ista loci.

Ne tamen Aufonia perdam commercia linguae  
 Et fiat patrio vox mea muta sono ;  
 Ipse loquor mecum, desuetaque verba retracto ;  
 Et studii repeto signa sinistra mei.  
 Sic animum tempusque traho: meque ipse reduco  
 A contemplatu submoveoque inani.  
 Carminibus quaero miserarum obliviam rerum.  
 Praemia si studio consequor ista, sat est.

## ELEGIA VIII.

**N**on adeo cecidi, quamvis abjectus, ut infra  
 Te quoque sim: inferius quo nihil esse potest  
**Q**uæ tibi res animos in me facit, improbe? curvæ  
 Casibus insultas, quos potes ipse pati?  
 Nec mala te reddunt mitem placidumve jacenti  
 Nostra, quibus possint illacrymare fera?  
 Nec metuis dubio Fortunæ stantis in orbe  
 Numen, & exotæ verba superba Deæ?  
 Exiget ah dignas ultrix Rhamnusia pœnas!  
 Imposito calcas quid mea fata pede?  
 Vidi ego, navifragum qui riserat, æquore mergi  
 Et, Nunquam, dixi, justior unda fuit.  
 Vilia quæ quondam miseris alimenta negarat,  
 Nunc mendicatio pascitur ipse cibo.  
 Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,  
 Et manet in nullo certa tenaxque loco.  
 Sed modo læta manet, vultus modo sumit acerbo.  
 Et tantum constans in levitate suâ est.  
 Nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus;  
 Flammaque de stipula nostra brevisque fuit.  
 Neve tamen totâ capias fera gaudia mente;  
 Non est placandi spes mihi nulla Dei.  
 Vel quia peccavi citra scelus; utque pudore  
 Non caret, invidia sic mea culpa caret:  
 Vel quia nil ingens ad finem Solis ab ortu,  
 Illo, cui pareat, mitius orbis habet.  
 Scilicet ut non est per vim superabilis ulli,  
 Molle cor ad timidas sic habet ille preces.  
 Exemploque Deum, quibus accessurus & ipse est,  
 [Cum pœnæ veniam plura roganda petam.]  
 Si numeres anno Soles & nubila toto,  
 Invenies nitidum sæpius ille diem.  
 Ergo, ne nostrâ nimium latere ruinâ,

Restitui quondam me quoque posse puta.  
 Posse puta fieri, lenito Principe, vultus.  
 Ut videas mediâ tristis in Urbe meos:  
 Utque ego te videam causâ graviore fugatum.  
 Hæc sunt à primis proxima vota mihi.

## ELEGIA IX.

○ Tua si sineres in nostris nomina poni  
 Carminibus; positus quam mihi sæpe fores!  
 Te solum meriti canerem memor; inque libellis  
 Crevisset sine te pagina nulla necis  
 Quid tibi deberem totâ sciretur in Urbe:  
 Exsul in amissa si tamen Urbe legor.  
 Te præsens mitem, te nosset serior ætas:  
 Scripta vetustatem si modo nostra ferent;  
 Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector:  
 Hic tibi servato vate maneret honor.  
 Cæsaris est primum munus, quod ducimus auribus.  
 Gratia post magnos est tibi habenda Deos.  
 Ille dedit vitam; tu, quam dedit ille, tueris:  
 Et facis accepto munere posse frui.  
 Cumque perhorruerit casus pars maxima nostros,  
 Pars etiam credi pertinuisse velit,  
 Naufragiumque meum tumulo spectarit ab alto,  
 Nec dederit nanti per fieta sæva manum;  
 Seminecem Stygiâ revocasti solus ab undâ. (est:  
 Hoc quoq;, quod memores possumus esse, tuam  
 Di tibi se tribuant cum Cæsare semper amicos:  
 Non potuit votum plenius esse vicium.  
 Hæc meus argutis, si tu paterere, libellis  
 Poneret in multa luce videnda labor.  
 Se, quoq; nunc, quamvis est iusta quiescere, quin es  
 Nominet invitum, vix inea Musa tenet.  
 Utque canem pavidæ nactum vestigia cervæ  
 Luctantem frustra copula dura tenet.  
 Utque fores nondum referati carceris acer.  
 Nunc pede, nunc ipsa fronte laceffit equus; -  
 Sic mea lege data vinceta atque inclusa Thalia.  
 Per titulum vetiti nominis ire cupit.  
 Ne tamen officio memoris lædaris amici,  
 Parebo jussis (parce tenere) tuis.  
 At non parerem, nisi si meminisse putares.  
 Hoc quod non prohibet: X tua; gratus ero.

Dumque (quod ô breve sit!) lumen solare videbo  
 Serviet officio spiritus ille tuo.

## ELEGIA X.

**U**T sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister  
 Facta est Euxini dura ter unda maris.  
**A**t mihi jam videor patriâ procul esse tot annis,  
 Dardana quot Grajo Troja sub hoste fuit.  
**S**tare putes; adeo procedunt tempora tarde:  
 Et peragit lentis passibus annus iter.  
**N**ec mihi solstitium quidquam de noctibus aufert  
 Efficit angustos nec mihi bruma dies.  
**S**cilicet in nobis rerum natura novata est;  
 Cumque meis curis omnia longa facit.  
**N**um peragunt solitos communia tempora motus  
 Suntque magis vitæ tempora dura meæ?  
**Q**uem tenet Euxini mendax cognomine littus,  
 Et Scythici verè terra sinistra freti.  
**I**nnumeræ circa gentes fera bella minantur;  
 Quæ sibi non raptò vivere turpe putant.  
**N**il extra tutum est. tumulus defenditur ægrè  
 Mœnibus exiguis, ingenioque loci.  
**C**um minime credas; ut aves, densissimus hostis  
 Advolat, & prædam vix bene visus agit.  
**S**æpe intra muros clausis venientia portis  
 Per medias legimus noxia tela vias.  
**E**st igitur rarus, qui rus colere audeat: isque  
 Hac arat infelix, hac tenet arma manu.  
**S**ub galea pastor junctis pice cantat avenis;  
 Proque lupo pavidæ bella verentur oves.  
**V**ix ope castelli defendimur: & tamen intus  
 Mista facit Grajis barbara turba metum.  
**Q**uipe simul nobis habitat discrimine nullo  
 Barbarus; & tecti plus quoque parte tenet.  
**Q**uos ut non timeas, possis odisse videndo  
 Pellibus & longâ tempora tecta comâ.  
**H**os quoque, qui geniti Graja creduntur ab urbe,  
 Pro patrio cultu Persica bracca tegit.  
**E**xercent illi sociæ commercia linguæ.  
 Per gestum res est significanda mihi.  
**B**arbarus hic ego sum; quia non intelligor ulli:  
 Et rident stolidi verba Latina Getæ.  
**M**oque palam de nie tutò male sæpe loquuntur:

Forſitan obijciunt exſiliumque mihi.

[Utque fit, in me aliquid, ſi quid dicentibus illis  
Abnuerim quoties annuerimque, putant.]

Adde, quod injuſtum rigido jus dicitur enſe :

Dantur & in medio vulnera ſæpe foro.

O duram Lac' eſin, quæ tam grave ſidus habenti

Fila dedit vitæ non breviora mex !

[Quod patriæ vultu, veſtroque caremus amici ;

Quoque hic in Scythicis finibus eſſe queror ;]

Utraque pœna gravis. merui tamen Urbe carere;

Non merui tali forſitan eſſe loco. (tam

Quid loquor ah demens? ipſam quoque perdere vi-

Cæſaris offenſo numine dignus eram.

ELEGIA XI.

Quod te neſcio quis per jurgia dixerit eſſe  
Exſulis uxorem, littera queſta tua eſt.

Indolui ; non tam mea quod fortuna male audit,

Qui jam conſuevi fortiter eſſe miſer :

Quam quia, cui minime vellem, ſim cauſa pudoris;

Teque rear noſtris erubuiſſe malis.

Perfer, & obdura. multo graviora tuliſti,

Cum me ſurripuit Principis ira tibi.

Fallitur iſte tamen, quo iudice nominor exſul.

Mollior eſt culpam pœna ſecuta meam.

Maxima pœna mihi eſt, ipſum offendiſſe : priuſque

Veniſſet malleſſem funeris hora mihi.

Quaſſa tamen noſtra eſt, non fracta nec obruta  
puppis :

Utque caret porto ; ſic tamen exſtat æquis.

Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis ademit ;

Quæ merui vitio perdere cuncta meo.

Sed quia peccato facinus non adfuit illi,

Nil niſi me patriis juſſit abeſſe focis. (eſt,

Utque aliis, numerum quorum comprehendere non

Cæſareum numen, ſic mihi, imite fuit.

Ipſe relegati non exſulis utitur in me

Nomine : tuta ſuo iudice cauſſa mea eſt.

Jure igitur laudes, Cæſar, pro parte virili

Carmina noſtra tuas qualiacunque canunt.

Jure Deos, ut adhuc cæli tibi limina claudant,

Teque velint ſine ſe comprecor eſſe Deum.

Optat idem populus. ſed ut in mare flumina vaſtum,

Sic solet exigua currere rivus aqua.  
 At tu fortunam, cujus vocor exsul ab ore,  
 Nomine mendaci parce gravare meam.

## ELEGIA XII.

**S**cribis, ut oblectem studio lacrymabile tempus,  
 Ne pereant turpi pectora nostra situ.  
 Difficile est, quod, amice, mones. quia carmina lætū  
 Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.  
 Nostra per adversas agitur Fortuna procellas:  
 Sorte nec ulla inea tristior esse potest.  
 Exigis, ut Priamus natorum funere plaudeat,  
 Et Niobe festos ducat ut orba choros.  
 Luctibus, an studio videor debere teneri,  
 Solus in extremos jussus abire Getas?  
 Des licet hic valido pectus mihi robore fultum,  
 Fama refert Anyti quale fuisse reo;  
 Fracta cadet tanta sapientia mole ruinæ.  
 [Plus valet humanis viribus ira Dei.]  
 Sic senex dictus sapiens ab Apolline, nullum  
 Scribere in hoc casu sustinisset opus.  
 [Ut patriæ veniant, veniant oblivia nostri;  
 Omnis ut admissi sensus abesse queat.]  
 At timor officio fungj vetat ipse quieto.  
 Cinctus ab innumero me tenet hoste locus.  
 Adde, quod ingenium longa rubigine læsum  
 Torpet: & est multo, quam fuit ante, minus.  
 Inutilis, assiduo si non renovetur aratro,  
 Nil, nisi cum spinis gramen, habebit ager.  
 Tempore qui longo steterit, male curret, & inter  
 Carceribus missos ultimus ibit equos.  
 Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,  
 Si qua diu solitis cymba vacavit aquis.  
 Me quoque despero, fuerim cum parvus & ante,  
 Illi, qui fueram, posse redire parem.  
 Contudit ingenium patientia longa laborum:  
 Et pars antiqui magna vigoris abest. (est;  
 Saepe tamen nobis, ut nunc quoque, sumta tabella  
 Inque suos volui cogere verba pedes:  
 Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis;  
 Digna sui domini tempore, digna loco.  
 Denique non parvas animo dat gloria vires;  
 Et læcenda facit pectora laudis amor,

Nominis & famæ quondam fulgore trahebar ,  
 Dum tulit antennas aura secunda meas.  
 Non adeo est bene nunc, ut sit mihi gloria curæ :  
 Si liceat, nulli cognitus esse velim.  
 An, quia cesserunt primò bene carmina, suades  
 Scribere, successus ut sequar ipse meos ?  
 Pace novem vestrà liceat dixisse Sorores ;  
 Vos estis nostræ maxima caussa fugæ.  
 Utque dedit justas tauri fabricator aheni ,  
 Sic ego do pœnas artibus ipse meis.  
 Nil mihi debuerat cum versibus amplius esse ;  
 Sed fugerem meritò naufragus omne fretum.  
 At puto, si demens studium fatale retentem ,  
 Hic mihi præbebit carminis arma locus. (rem,  
 Non liber hic ullus, non qui mihi commodet au-  
 Verbaque significant quid mea norit, adest.  
 [Omnia barbaricæ loca sunt, vocisque ferinæ ,  
 Omnia sunt Getici plena timore soni.]  
 Ipse mihi videor jam didicisse Latine :  
 Jam didici Getice Sarmaticeque loqui.  
 Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneris  
 A componendo carmine Musa potest.  
 Scribimus, & scriptos absumimus igne libellos.  
 Exitus est studii parva favilla mei.  
 [Nec possum, & cupio non ullos ducere versus.  
 Ponitur idcirco noster in igne labor.]  
 Nec nisi pars casu flammis erepta dolore  
 Ad vos ingenii pervenit ulla mei.  
 Sic utinam, quæ nil metuentem tale magistrum  
 Perdidit, in cineres Ars mea versa foret.

## ELEGIA XIII.

**H**anc tuus è Getico mittit tibi Naso salutem :  
 Mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.  
 Alger enim traxi contagia corpore mentis ,  
 Libera tormento pars mihi nequa vacet.  
 Perque dies multos lateris cruciatibus uror,  
 Sed quod non modico frigore læsit hyems.  
 Si tamen ipse vales, aliquâ nos parte valemus :  
 Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.  
 Qui mihi cum dederis ingentia pignora, cumque  
 Per numeros omnes hoc tuare caput ;  
 Quod tua me rarò solatur epistola, peccas :

Remque piam præstas, nî mihi verba neges.  
 Hoc precor emenda : quod si correxeris unum,  
 Nullus in egregio corpore nævus erit.  
 Pluribus accusam ; fieri nisi possit, ut ad me  
 Littera non veniat ; missa sit illa tamen.  
 Di faciant, ut sit temeraria nostra querela ;  
 Teque putem falso non meminisse mei.  
 Quod precor, esse liquet. neq; enim mutabile robur  
 Credere me fas est pectoris esse tui.  
 Cana prius gelido desint absinthia Ponto,  
 Et careat dulci Trinacris Hybla thymo ;  
 Immemorem quam te quisquam convincat amici.  
 Non ita sunt fati flamina nigra mei.  
 Tu tamen, ut falsæ possis quoque pellere culpæ  
 Crimina ; quod nou es, ne videre, cave :  
 Utque solebamus consumere longa loquendo  
 Tempora, sermonem deficiente die,  
 Sic ferat ac referat tacitas nunc littera voces :  
 Et peragant linguæ charta manusque vices :  
 Quod fore ne nimium videar diffidere, sitque  
 Vertibus hic paucis admonuisse satis :  
 Accipe, quo semper finitur epistola verbo,  
 Aquæ meis distent ut tua fata ; Vale.

## ELEGIA XIV.

**Q**uanta tibi dederint nostri monumenta libelli,  
 O mihi me conjux carior, ipsa vides.  
 Derrahat auctori multum Fortuna licebit ;  
 Tu tamen ingenio clara ferè re meo.  
 Dumque legar, mecum pariter tua fama legetur :  
 Nec potes in mæstos omnis abire rogos.  
 Cumque viri casu possis miseranda videri ;  
 Inuenies aliquas, quæ quod es, esse velint :  
 Quæ te, nostrorum cum sis in parte malorum,  
 Felicem dicant, inuideantque tibi.  
 [Non ego divitias dando tibi plura dedissem.  
 Nil feret ad manes donavis umbra suos.]  
 Perpetui fructum donavi nominis : idque  
 Quo dare nil potui munere majus, habes.  
 Adde, quod, ut rerum sola es tutela mearum,  
 Ad te non parvi venit honoris onus.  
 Quod nunquam vox est de te mea muta, tuique  
 Iudiciis debes esse superba viri.



Quæ ne quis possit temeraria dicere, persta :  
 Et pariter serua meque piamque fidem.  
 Nam tua, dum stetimus, turpi sine crimine mansit,  
 Et famæ probitas irreprehensa fuit.  
 Par eadem nostrâ nunc est sibi facta ruinâ.  
 Conspicuum virtus hic tua ponat opus.  
 Esse bonam facile est, ubi, quod vetet esse, remo-  
 tum est ;  
 Et nihil officio nupta quod obftet habet.  
 Cum Deus insonuit, non se subducere nimbo,  
 Id demum pietas, id socialis amor.  
 Rara quidem virtus, quàm non Fortuna gubernet;  
 Quæ maneat stabili, cum fugit illa, pede ;  
 Si qua tamen pretii sibi merces ipsa petiti,  
 Inque parum lætis ardua rebus adest ;  
 [Ut tempus numeres, per sæcula nulla tacetur,  
 Et loca mirantur, qua patet orbis iter.]  
 Aspicias, ut longo maneat laudabilis ævo  
 Nomen inextinctum Penelopæa fides ?  
 Cernis, ut Admeti cantetur, ut Hectoris uxor,  
 Ausaque in accensos Iphias ire rogos ?  
 Ut vivat famâ conjux Phylaceia, cujus  
 Iliacam celeri vir pede pressit humum ?  
 Nil opus est letho pro me, sed amore fideque.  
 Non ex difficili fama petenda tibi est.  
 Nec te credideris, quia non facis, ista moneri.  
 Vela damus, quamvis remige puppis eat. /do  
 Qui monet, ut facias quod jam facis, ille monen-  
 Laudat, & hortatu comprobat acta suo.

P. OVIDII NASONIS  
 DE P O N T O  
 LIBER I.

EPISTOLA I. *Bruto.*

**N**aso Tomitanæ jam non novus in  
 terræ  
 Hoc tibi de Getico littore mittit opus  
 Si vacat, hospitio peregrinos, Brute,  
 bellos

Excipe, dumque aliquo, quolibet abde loco.  
 Publica non audent inter monumenta venire,  
 Ne suus hoc illis clausèrit auctor iter.  
 Ah quoties dixi, Certe nil turpe docetis!  
 Ite: patet castis versibus ille locus.  
 Non tamen accedunt: sed, ut aspicias ipse, latere  
 Sub Lare privato tutius esse putant.  
 Quæris, ubi hos possis nullo componere læso?  
 Qua steterant Artes, pars vacat illa tibi.  
 Quid veniant, novitate roges fortasse sub ipsâ.  
 Accipe, quodcumq; est, dummodo non sit amens  
 Invenies, quamvis non est miserabilis index,  
 Non minus hoc illo triste, quod ante dedi.  
 Rebus idem, titulo differt: & epistola cui sit  
 Non occultato nomine missa docet.  
 Nec vos hoc vultis, sed nec prohibere potestis:  
 Musa que ad invitos officiosa venit.  
 Quicquid id est, adjunge meis, nihil impedit ortu  
 Exule, servatis legibus, Urbe frui.  
 Quod metuas non est. Antoni scripta leguntur;  
 Doctus & in promptu ferinia Brutus habet.  
 Nec me nominibus furiosus confero tantis.  
 Sæva Deos contra non tamen arma tuli.  
 Denique Cæsareo, quod non desiderat ipse,  
 Non caret è nostris ullus honore liber.  
 Si dubitas de me; laudes admitte Deorum:  
 Et carmen dempto nomine sume meum.  
 Adjuvat in bello pacatæ ramus olivæ;  
 Proderit Auctorem Pacis habere nihil?  
 Cum foret JEnææ cervix subiecta parenti,  
 Dicitur ipsâ viro flamma dedisse viam.

Fert liber Æneaden : & non iter omne patebit ?

At patriæ pater hic ; ipsius ille fuit.

Ecquis ita est audax , ut limine cogat abire

Jactantem Phariâ tinnula sinistra manu ?

Ante Deum Matrem cornu tibicen adunco

Cum canit ; exiguæ quis stipis œra neget ?

Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ :

Unde tamen vivat vaticinator habet.

Ipsa movent animos Superiorum numina nostros ;

Turpe nec est tali credulitate capi.

En ego , pro sistro Phrygiique foramine buxi ,

Gentis Iulæ nomina sancta sero.

Vaticinor moneoque ; locum date sacra ferenti :

Non mihi , sed magno poscitur ille Deo.

Nec , quia vel merui , vel sensi Principis iram ,

A nobis ipsum nolle putate coli.

Vidi ego linigeræ numen violasse fatentem

Ilidis , Iliacos ante sedere focos.

Alter , ob huic similem privatus lumine culpam ,

Clamabat mediâ se meruisse viâ.

Talia cælestes fieri præconia gaudent ;

Ut , sua quid valeant numina , teste probent.

Sæpe levant pœnas , creptaque lumina reddunt ;

Cum bene peccati prænituisse vident.

Pœnitet ô ( si quid miserorum creditur ulli ) ,

Pœnitet , & factò torqueor ipse meo !

Cumque sit exilium , magis est mihi culpa dolori :

Estque pati pœnas , quam meruisse , minus.

Ut mihi Di faveant , quibus est manifestior ipse ;

Pœna potest demi , culpa perennis erit.

Mors faciet certe , ne sim , cum venerit , exul :

[ Ne non peccariim , mors quoque non faciet . ]

Nil igitur mirum , si mens mihi tabida facta

De nive manantis mors liquefcit aquæ.

Estur ut occultâ vitiata teredine navis :

Æquorei scopulos ut cavat unda falis :

Roditur ut scabrâ positum rubigine ferrum :

Conditus ut tinæ carpitur ore liber :

Sic mea perpetuos curarum pectora morsus ,

Fine quibus nullo conficiantur , habent.

Nec prius hi mentem stimuli , quam vita , relinquent :

Quique dolet citius , quam dolor , ipse cadet.

Hoc mihi si Superi , quorum sumus omnia , credent ;

Dura meant celeri terga per amnis equo.  
 Maxima pars hominum nec te, pulcherrima, curas,  
 Roma; nec Aufonii militis arma timent.  
 Dant animos arcus illis plenaque pharëtræ;  
 Quamque libet longis cursibus aptus equus.  
 Quodque sitim didicere diu tolerare famemque  
 Quodque sequens nullas hostis habebit aquas.  
 Ira Dei mitis non me misisset in istam,  
 Si tatis hæc illi nota fuisset, humum.  
 Nec me, nec quenquam Romanum gaudet ab hoc  
 Meque minus, vitam cui dedit ipse, premi.  
 Noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu.  
 Nil opus est ullis in mea fata Getis.  
 Sed neque, cur morerer, quidquam mihi comp  
 actum:  
 Nec minus infestus, quam fuit, esse potest.  
 Tum quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coe  
 Pæne etiam merito parcior ira in eo.  
 Di faciant igitur, quorum mitissimus ipse est,  
 Alma nihil majus Cæsare terra ferat.  
 Utque diu sub eo sit publica sarcina rerum;  
 Perque manus hujus tradita gentis eat.  
 At tu tam placido, quam nos quoque sensimus  
 Judice pro lacrymis ora resolve meis.  
 Non petito ut bene sit, sed uti male tutius; utque  
 Exsilium sævo distet ab hoste meum.  
 Quamque dedere mihi præsentia numina vitam  
 Non adimat stricto squalidus ense Getes.  
 Denique, si moriar, subeant pacatius arvum,  
 Ossa nec à Scythicâ nostra premantur humo.  
 Nec male compositos ut scilicet exale dignum  
 Bithoni cineres ungula pulset equi.  
 Et ne, si supererit aliquid post funera sensus,  
 Terreat hic manes Sarmatis umbra meos.  
 Cæsaris hæc animi poterant audita movere,  
 Maxime; movissent si tamen aute tuum.  
 Vox precor Augustas pro me tua molliat aures  
 Auxilio trepidis quæ solet esse reis:  
 Afluetaque tibi doctæ dulcedine linguæ  
 Equandi Superis pectora flecte viri.  
 Non tibi Theromedon, crudusve rogabitur Atreu  
 Quique suis homines pabula fecit equis:  
 Sed piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox:

Quique dolet, quoties cogitur esse ferox.  
 Qui vicit semper, victis ut parcere posset;  
 Clausit & æternâ civica bella serâ.  
 Multa metu pœnæ, pœnâ qui pauca coercet;  
 Et jacit invitâ fulmina rara manu.  
 Ergo tam placidas orator missus ad aures,  
 Ut propior patriæ sit fuga nostra, roga.  
 Ille ego sum, qui te colui; quem festa solebat  
 Inter convivas mensâ videre tuos.  
 Ille ego, qui duxi vestros Hymenæon ad ignes;  
 Et cecini fausto carmina digna toro.  
 Cujus te solitum memini laudare libellos,  
 Exceptis, domino qui nocuere suo.  
 Cui tua nonnunquam miranti scripta legebas.  
 Ille ego, de veltra cui data nupta domo.  
 Hanc probat, & primo dilectam semper ab ævo.  
 Est inter comites Marcia censa suas.  
 Inque suis habuit matertera Cæsaris ante:  
 Quarum iudicio si qua probata, proba est.  
 Ipsa sua melior fama, laudantibus istis,  
 Claudia divina non eguisset ope.  
 Nos quoque prætoritos sine labe peregimus annos.  
 Proxima pars vitæ transilienda mex.  
 Sed de me ut sileam, conjux mea sarcina vestra est.  
 Non potes hanc salva dissimulare fide.  
 Confugit hæc ad vos: vestras amplectitur aras,  
 [Jure venit cultos ad sibi quisque Deos.]  
 Flensque rogat, precibus lenito Cæsare vestris,  
 Buita sui fiant ut propiora viri.

EPISTOLA III. *Rufino.*

**H**anc tibi Naso tuus mittit, Rufine, salutem;  
 Qui miser est, ulli si suus esse potest.  
 Reddita confusæ nuper solatia menti  
 Auxilium noltris spesque tulere malis.  
 Utque Machaoniis Pæantius artibus heros  
 Lenito medicam vulnere sensit opem:  
 Sic ego mente jacens, & acerbo faucibus ictu,  
 Admonitu cæpi fortior esse tuo.  
 Et jam deficiens sic ad tua verba revixi,  
 Ut solet infuso vena redire mero.  
 Non tamen exhibuit tantas facundia vires,  
 Ut mea sint dictis pectora sana tuus.

Ut multum nostræ demas de gurgite curæ ;  
 Non minus exhausto, quod superabit, erit.  
 Tempore ducetur longo fortasse cicatrix.  
 Horrent admotas vulnera cruda manus.  
 Non est in medico semper, relevetur ut reger.  
 Interdum doctâ plus valet arte malum.  
 Cernis, ut è molli sanguis pulmone remissus  
 Ad Stygias certo limite ducat aquas.  
 Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas ;  
 Sanabit nullâ vulnera cordis ope.  
 Tollere nodosam nescit medicina podagram ,  
 Nec formidatis auxiliatur aquis.  
 Cura quoque interdum nulla medicabilis arte ;  
 Aut, ut sit, longa est extenuanda mora.  
 Cum bene firmarunt animum præcepta jacente  
 . Sumtaque sunt nobis pectoris arma tui ;  
 Rursus amor patriæ ratione valentior omni ,  
 Quod tua texuerunt scripta, retexit opus.  
 Sive pium vis hoc, sive hoc muliebri vocari ;  
 Confiteor misero molle cor esse mihi.  
 Non dubia est Ithaci prudentia : sed tamen opta  
 Fumum de patriis posse videre focis.  
 Nescio qua natale solum dulcedine captos  
 Ducit, & immemores non sinit esse sui.  
 Quid melius Roma ? Scythico quid lictore pejus  
 Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.  
 Cum bene sit clausæ cavea Pandione natæ ;  
 Nititur in silvas illa redire suas.  
 Assuetos tauri saltus, assueta leones  
 (Nec feritas illos impedit, antra petunt.  
 Tu tamen exsilii morsus è pectore nostro  
 Fomentis speras cedere posse tuis.  
 Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi ,  
 Talibus ut levius sit caruisse malum.  
 At, puto, qua fueram genitus, tellure carenti ,  
 In tamen humano corrigi esse loco.  
 Orbis in extremi jaceo desertus arenis :  
 Fert ubi perpetuas obruta terra nives.  
 Non ager hic pomum; non dulces educat uvas :  
 Non salices ripa, robora monte virent.  
 Neve fretum terra laudes magis ; æquora semper  
 Ventorum rabie, solibus orba, tument.  
 Quocunque aspicias, campi cultore carentes

Vastaque, quæ nemo vindicet, arva jacent.  
 Iovis adest dextra lævaque à parte timendus ;  
 Vicinoque metu terret utrumque latus.  
 Altera Bistonias pars est sensura sarrissas ,  
 Altera Sarmatica spicula missa manu .  
 nunc, & veterum nobis exempla virorum ;  
 Qui forti casum mente tulere, refer.  
 Et grave magnanimi robur mirare Rutili ,  
 Non usi redivitis conditione dati.  
 Smyrna virum tenuit, non Pontus & hostica tellus,  
 Pæne minus nullo Smyrna petenda loco.  
 Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus ;  
 Legit enim sedes , Attica terra, tuas.  
 Arma Neoclides qui Persica contudit armis ,  
 Argolica primam sensit in urbe fugam .  
 Pulsus Aristides patria Lacedæmona fugit :  
 Inter quas dubium, quæ prior esset, erat.  
 Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit ,  
 Thessalicamque adiit hospes Achillis humum .  
 Exul ab Hæmonia Pirenida cessit ad undam ,  
 Quo duce trabs Colchas sacra cucurrit aquas .  
 Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus ,  
 Poneret ut muros in meliore loco .  
 Venit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus ;  
 Et Teucrum Veneri grata recepit humus .  
 Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos  
 Exsulibus tellus ultima Tybur erat ?  
 Persequar ut cunctos ; nulli datus omnibus ævis  
 Tam procul à patria est, horridior e locus .  
 Quo magis ignoscat sapientia vestra dolenti ,  
 Qui facit ex dictis non ita multa tuis .  
 Nec tamen inficior, si possint nostra coïre  
 Vulnera ; præceptis posse coïre tuis .  
 Sed vereor , ne me frustra servare labores ;  
 Neu juver admota perditus æger ope .  
 Nec loquor hæc, quia sit major prudentia nobis ;  
 Sed sim quam medico notior ipse mihi .  
 Ut tamen hoc ita sit, inunus tua grande voluntas  
 Ad me pervenit, consuliturque boni .

E P I S T O L A IV. *Uxori.*

**J**AM mihi deterior canis aspergitur ætas ;  
 Jamque meos vultus ruga senilis arat :

JAM

Jam vigor, & quasso languent in corpore vires ;  
 Nec, juveni lusus qui placuere, placent.  
 Nec si me subito videas, agnoscere possis :  
 Ætatis facta est tanta ruina mee.  
 Confiteor facere hæc annos : sed & altera causa  
 Anxietas animi, continuusque labor.  
 Nam mea per longos si quis mala digerat annos  
 (Crede mihi,) Pylio Nestore major ero.  
 Cernis ut in duris (& quid bove firminus?) arvis  
 Fortia taurorum corpora frangat opus.  
 Quæ nunquam vacuo solita est cessare novali,  
 Fructibus assiduis lassæ senescit humus.  
 Occidet, ad Circi si quis certamina semper,  
 Non intermissis cursibus ibit, equus.  
 Firma sit illa licet, solvetur in æquore navis,  
 Quæ nunquam liquidis sicca carebit aquis.  
 Me quoque debilitat series immensa malorum,  
 Ante meum tempus cogit & esse senem.  
 Otia corpus alunt; animus quoque pascitur illis  
 Immodicus contra carpit utrumque labor.  
 Aspice, in has partes quod venerit Æsone natus  
 Quam laudem à sera posteritate ferat.  
 At labor illius nostro leviorque minorque :  
 Si modo non verum nomina magna premunt.  
 Ille est in Pontum Pelia mittente profectus,  
 Qui vix Thestaliæ sine timendus erat.  
 Casaris ira mihi nocuit; quem Solis ab ortu  
 Solis ad occasus utraque terra tremit.  
 [Junctior Harmonia est Ponto, quam Roma  
 Et brevius, quam nos, ille peregit iter.] (Istus  
 Ille habuit comites primos telluris Achivæ :  
 At nostram cuncti destituere fugam.  
 Nos fragili vastum ligno sulcavimus æquor :  
 Quæ tulit Æsoniden, firma carina fuit,  
 Nec Tiphys mihi rector erat: nec Agenore natus  
 Quas sequerer docuit quas fugeremque vias.  
 Illum rotata est cum Pallade regia Juno :  
 Defendere meum numina nulla caput.  
 Illum furtivæ juvare Cupidinis artes ;  
 Quas à me vellem non didicisset Amor.  
 Ille domum rediit: nos his moriemur in arvis,  
 Persisterit læsi si gravis ira Dei.  
 Durius est igitur nostrum, fidissima conjux.



Illo, quod subijt Æsone natus, onus.  
 Te quoque, quam juvenem discedens Urbe reliqui,  
 Credibile est nostris infenuisse malis.  
 O ego Di faciant, talem te cernere possim,  
 Charaque mutatis oscula ferre genis;  
 Amplectique meis corpus non pingue lacertis;  
 Et, Gracite hoc fecit, dicere, cura mei:  
 Et narrare meos flenti flens ipse labores;  
 Sperato nunquam colloquioque fruî:  
 Thuraque Cæsaribus cum conjage Cæsare digna,  
 Dis veris, memori debita ferre manu!  
 Memnonis hanc utinam lenito Principe mater  
 Quamprimum roseo provocet ore diem!

E P I S T O L A V. *Maximo.*

Ille tuos quondam non ultimus inter amicos,  
 Ut sua verba legas, Maxime, Naso rogat.  
 In quibus ingenium desiste requirere nostrum,  
 Nescius exilii ne videre mei.  
 Cernis, ut ignavum corumpant otia corpus:  
 Ut capiant vitium, nî moveantur, aquæ.  
 Et mihi, si quis erat, ducendi carminis usus  
 Deficit; estque minor factus inerte situ. (dis.)  
 Hæc quoque, quæ legitis, si quid mihi, Maxime, cre-  
 Scribimus invita vixque coacta manu.  
 Non libet in tales animum contendere curas;  
 Nec venit ad duros Musa vocata Getas.  
 Ut tamen ipse vides, luctor deducere versum.  
 Sed non sit fato mollior ille meo.  
 Cum relego, scripsisse pudet: quia plurima cerno,  
 Me quosque, qui feci, iudice digna lini.  
 Nec tamen emendo labor hic quam scribere major.  
 Mensque pati durum, sed in ægra nihil.  
 Scilicet incipiam lima mordacius uti,  
 Et sub iudicium singula verba vocem?  
 Terquet enim Fortuna parum, nisi Nilus in Hebrû  
 Confluat? & frondes Alpibus addat Athos?  
 Parcendum est animo miserabile vulnus habenti.  
 Subducant oneri colla perusta boves.  
 At, puto, fructus adest iustissima laborum:  
 Et fata cum multo tænore reddit ager.  
 Tempus ad hoc nobis repetas licet omnia) nullum  
 Profuit (atque utinam non nocuisset!) opus.

Cur igitur scribam miraris? miror & ipse:  
 Et mecum quæro sæpe, quid inde feram.  
 An populus vere sanos negat esse poëtas;  
 Sumque fides hujus maxima vocis ego?  
 Qui, sterili toties cum sim deceptus ab arvo,  
 Damnosâ persto condere semen humo.  
 Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum;  
 Tempus & assuetâ ponere in arte juvat.  
 Saucius ejurat pugnam gladiator, & idem  
 Immemor antiqui vulneris arina eapit.  
 Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis;  
 Et ducit remos, qua modo navit aquâ.  
 Sic ego constanter studium non utile carpo;  
 Et repeto, nollem quas coluisse, Deas.  
 Quid potius faciam? non sum qui legnia ducam  
 Otia. mors nobis tempus habetur inersa.  
 Nec juvat in lucem nimio marcescere vino:  
 Nec tenet incertas alea blanda manus.  
 Cum dedimus somno, quas corpus postulat, hora  
 Quo ponam vigilans tempora longa modo?  
 Moris an oblitus patrii contendere discam  
 Sarmaticos arcus; & trahar arte loci?  
 Hoc quoque me studium prohibent assumere vires  
 Mensque magis gracili corpore nostra valet.  
 Cum bene quæsieris, quid agam; magis utile nil  
 Artibus his, quæ nil utilitatis habeint.  
 Consequor ex illis casûs obliviam nostri.  
 Hanc satis est messem si mea reddit humus.  
 Gloria vos acuat; vos ut recitata probentur  
 Carmina, Pieriis invigilate choris.  
 Quod venit ex facili, satis est componere nobis:  
 Et nimis intenti causa laboris abest.  
 Cur ego sollicitâ poliam mea carmina cura?  
 An verear, ne non approbet illa Getes?  
 Forsitan audacter faciam, sed gloriôr litrum  
 Ingenio nullum majus habere meo.  
 Hoc ubi vivendum satis est si consequor arvo,  
 Inter inhumanos esse poëta Getas.  
 Quo mihi diversum famâ contendere in orbem?  
 Quem Fortuna dedit, Roma sit ille locus.  
 Hoc mea contenta est infelix Musa theatro.  
 Sic merui; magni sic volare Dei.  
 Nec reor hinc istuc nostris iter esse libellis,

Quo Boreas pennâ deficiente venit.  
 Dividimur caelo; quæque est procul urbe Quirini,  
 Aspicit hirsutos cominus Urfa Getas.  
 Per tantum terræ, tot aquas vix credere possim  
 Indicium studii transiluisse mei.  
 Finge legi, quodque est mirabile, finge placere:  
 Auctorem certe res juvet ista nihil.  
 Quid tibi, si valida positus laudere Syene;  
 Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua?  
 Altius ire libet? si te distantia longe  
 Pleiadum laudent signa, quid inde feras?  
 Sed neque pervenio scriptis mediocribus istuc;  
 Famaque cum domino fugit ab Urbe suo.  
 Vosq; quibus perii, tunc cum mea fama sepulta est,  
 Nunc quoque de nostrâ morte tacere reor.

E P I S T O L A VI. *Græcino.*

**E**Cquid ut audisti (nam te diversa tenebat  
 Terra, meos casus, cor tibi triste fuit?  
 Dissimules, metuasque licet, Græcine, fateri;  
 Si bene te novi, triste fuisse liquet.  
 Non cadit in mores feritas inamabilis istos;  
 Nec minus à studiis dissidet illa tuis.  
 Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,  
 Pectora mollescant, asperitasque fugit.  
 Nec quisquam meliøre fide complectitur illas,  
 Qua sinit officium, militiæque labor.  
 Certe ego, cum primum potui sentire quid essem,  
 (Nam fuit attonito mens mihi nulla diu)  
 Hoc quoque Fortunæ sensi, quod amicus abesses:  
 Qui mihi præsidium grande futurus eras.  
 Tecum tunc aberant ægræ solatia mentis,  
 Magnaque pars animæ consiliique mei.  
 Ar nunc, quod superest, ser opem, precor, eminus  
 unam:

Alloquioque jura pectora nostra tuo.  
 Quæ (non mendaci si quidquam credis amico)  
 Stulta magis dici, quam scelerata, decet.  
 Nec leve, nec tutum, peccati quæ sit origo,  
 Scribere, tractari vulnera nostra timent.  
 Qualicumque modo mihi sint ea facta, rogare  
 Desine. non agites, si qua coire velis.  
 Quicquid id est, ut non facinus, sic culpa vocandum.

Omnis an in magnos culpa Deos, scelus est ?  
 Spes igitur menti pœnæ, Græcine, levandæ  
 Non est ex toto nulla relicta mœx.  
 Hæc Dea, cum fugerent sceleratas numina terra  
 In Dis invisâ sola remansit humo.  
 Hæc facit, ut vivat vincetus quoque compede fossi  
 Liberaque à ferro crura futura putet.  
 Hæc facit, ut, videat cum terras undique nullas  
 Naufragus in mediis brachia jactet aquis.  
 Sæpe aliquem follers medicorum cura reliquit ;  
 Nec spes huic venâ deficiente cadit.  
 Carcere dicuntur clausi sperare salutem :  
 Atque aliquis pendens in cruce vota facit.  
 Hæc Dea quam multos laqueo sua colla ligantes  
 Non est propositâ passa perire nece !  
 Me quoque conantem gladio finire dolorem  
 Arcuit, injectâ continuitque manu. (x)  
 Quidque facis ? lacrymis opus est, non sanguine,  
 Sæpe per has flesti Principis ira solet.  
 Quamvis est igitur meritis indebita rostris,  
 Magna tamen spes est in bonitate Dei.  
 Qui ne difficilis mihi sit, Græcine, precare :  
 Confer & in votum tu quoque verba meum.  
 Inque Tomitanâ jaceam tumulatus arenâ,  
 Si te non nobis ista movere liquet.  
 Nam prius incipiant turres vitare columbæ,  
 Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas :  
 Quam male se præstet veteri Græcinus amico.  
 Non ita sunt fatis omnia versa meis.

EPISTOLA VII. *Messalino.*

**L**ittera pro verbis tibi, Messalline, salutem,  
 Quam legis, a saxis attulit usque Getis.  
 Indicat auctorem locus ? an, nisi nomine lecto,  
 Hæc me Nasonem scribere verba latet ?  
 Ecquis in extremo positus jacet orbe tuorum,  
 Me tamen excepto, qui precor esse tuus ?  
 Di procul à cunctis, qui te venerantur amantiq;  
 Hujus notitiam gentis abesse velint.  
 Non satis est inter glaciem Scythicasque sagittas  
 Vivere : si vita est mortis habenda genus.  
 Nos premat aut bello tellus, aut frigore cælum  
 Truxque Getes armis, gaudine pulset hyems

Nos habeat regio nec poma fœta nec uvis ;  
 Et cuius nullum cesseret ab hoste latus.  
 Cœtera sit sospes cultorum turba tuorum ;  
 In quibus , ut populo , pars ego parua fui.  
 Me miserum , si tu verbis offenderis istis :  
 Nosque negas ullâ parte fuisse tuos !  
 Idque sit ut verum , mentito ignoscere debes.  
 Nil demit laudi gloria nostra tuæ.  
 [Quis se Cæsaribus notus non fingit amicum ?  
 Da veniam falso ; tu mihi Cæsar eris.]  
 Nec tamen irrumpto , quo non licet ire : satisque est ,  
 Atria si nobis non patuisse negas.  
 Utque tibi fuerit mecum nihil amplius ; uno  
 Nempe salutaris , quam prius , ore minus.  
 Nec tuus est genitor nos inficiatus amicos ,  
 Hortator studii caussa que sax que mei.  
 Cui nos & lacrymas , supremum in funere munus ,  
 Et dedimus medio scripta carenda foro.  
 Adde quod est frater tanto tibi iunctus amore ,  
 Quantum in Atridis Tyndaridisque fuit.  
 Is me nec comitem nec dedignatus amicum est :  
 Si tamen hæc illi non nocitura putas.  
 Si minus , hac quoque me mendacem parte fatebor.  
 Clausa mihi potius tota sit ista domus.  
 Sed neque claudenda est ; & nulla potentia vires  
 Præstandi , ne quid peccet amicus , habet.  
 Et tamen ut cuperem , culpam quoque posse negari ;  
 Sic facinus nemo nescit abesse mihi.  
 Quod nisi delicti pars excusabilis esset ;  
 Parua relegari pœna futura fuit.  
 Ipse sed hoc vidit , qui pervidet omnia , Cæsar ;  
 Stultitiam dici crimina posse mea.  
 Quaque ego permisi , quaque est res passa , pepercit :  
 Usus & est modice fulminis igne sui.  
 Nec vitam , nec opes , nec ademit posse reverti :  
 Si sua per vestras victa sit ira preces.  
 At graviter cecidi . quid enim mirabile , si quis  
 A Jove percussus non leve vulnus habet ?  
 Ipse suas ut jam vires iniberet Achilles ,  
 Missa graves ictus Pelias hasta tulit.  
 Judicium nobis igitur cum vindicis adsit ,  
 Non est cur tua me janua nosse neget.  
 Culta quidem ( fateor ) citra , quam debuit , illa :

Sed fuit in fatis hoc quoque, credo, meis.  
 Nec tamen officium sensit magis altera nostrum  
 Hic illic vestro sub Lare semper eram.  
 Quæque tua est pietas; ut te non excolat ipsum  
 Jus aliquod tecum fratris amicus habet.  
 Quid, quod, ut emeritis referenda est gratia semper  
 Sic est fortunæ promeruisse tuæ?  
 Quod si permittis nobis suadere, quid optes:  
 Ut des, quam reddas, plura, precare Deos.  
 Idque facis, quantumque licet meminisse, solebat  
 [Officii causa pluribus esse dati.]  
 Quo libet in numero me, Messalline, reponere:  
 Sim modo pars vestræ non aliena domus.  
 Et mala Nasonem (quoniam meruisse videtur)  
 Si non ferre doles, at meruisse dolo.

E P I S T O L A VIII. *Severo.*

**A** Tibi dilecto missam Nasone salutem  
 Accipe, pars animæ magna, Severe, meæ.  
 Neve roga, quid agam: si persequar omnia, sub  
 Summa fatis nostri si tibi nota mali.  
 Vivimus assiduis expertes pacis in armis,  
 Dira pharetrato bella movente Getâ.  
 Deque tot expulsus sum miles in exsule solus:  
 Tuta (nec invideo) cætera turba jacet.  
 Quoque magis nostros veniâ dignere libellos,  
 Hæc in procinctu carmina facta leges.  
 Stat vetus urbs, ripæ vicina binominis Istri,  
 Mœnibus & politu vix adeunda loci.  
 Caspius Ægyptos de se si credimus ipsis  
 Cordilic; & proprio nomine dixit opus.  
 Hanc ferus Odrysiis inopino Marte perentis  
 Cepit, & in Regem sustulit arma Getes.  
 Ille memor magni generis, virtute quod auget,  
 Proximus in numero milite cinctus adest.  
 Nec prius abcessit, meritâ quam cæde nocentura  
 Se nimis ulciscens extitit ipse nocens.  
 At tibi, Rex ævo, detur, fortissime nostro,  
 Semper honoratâ sceptrâ tenere manu.  
 Teque, quod & præstat, (quid enim tibi pleni  
 optem?)  
 Martia cum magno Casare Roma præbet.  
 Sed memor unde abii, queror, ô jucunde sodalis,  
 Acce-

Accedant nostris sæva quod arma malis.  
 It careo vobis Stygias detrusus in oras,  
 Quatuor autumnos Pleiæis orta facit.  
 Nec tu credideris urbanæ commoda vitæ  
 Quærere Nasonem. quærit & illa tamen.  
 Nam modo vos animo dulces reminiscor amici;  
 Nunc mihi cum carâ conjugè nata subit:  
 Equè domo rursus pulcræ loca vertor ad Urbis,  
 Cunctæque mens oculis pervidet illa tuis.  
 Nunc fora, nunc ædes, nunc marmore tecta theatra,  
 Nunc subit æquatâ porticus omnis humo.  
 Gramina nunc Campi pulcros spectantis in hortos,  
 Stagnaque & Euripi, Virgineusque liquor.  
 At, puto, sic Urbis misero est crepta voluptas,  
 Quolibet ut saltem rure frui liceat.  
 Non meus amissos animus desiderat agros,  
 Ruraque Peligno conspicienda solo:  
 Nec quos piniferis postos in collibus hortos  
 Spectat Flaminie Clodia juncta viæ.  
 Quos ego nescio cui colui, quibus ipse solebam  
 Ad lata fontanas (nec pudet) addere aquas.  
 Sunt ibi, si vivunt, nostrâ quoque conlita quondam,  
 Sed non & nostrâ poma legenda manu.  
 Pro quibus amissis utinam contingere possit  
 Hic saltem profugo gleba colenda mihi!  
 Ipse ego pendentes (liceat modo) rupe capellas,  
 Ipse velim baculo pascere nixus oves.  
 Ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,  
 Ducam ruricolas sub juga panda boves.  
 Et discam Getici quæ norint verba juveni:  
 Assuetas illis adjiciamque minas.  
 Ipse manu capulum prensi moderatus aratri  
 Experiar motâ spargere semen humo.  
 Nec dubitem longis purgare ligonibus arva:  
 Et dare jam, sitiens quas bibit hortus, aquas.  
 Unde sed hoc nobis, minimum quos inter & hostem  
 Discrimen merus clausaque porta facit?  
 At tibi nascenti (quod toto pectore lator)  
 Nerunt fatales fortia fila Deæ. (brâ  
 Te modo Campus habet, densâ modo porticus um-  
 Nunc, in quo ponis tempora rara, Forum.  
 Umbria nunc revocat & nec non Albana petentem  
 Appia serventi ducit in arva rotâ.

Forſitan hic opres, ut juſtam ſupprimat iram  
 Cæſar; & hoſpitium ſit tua villa meum.  
 Ah nimium eſt, quod, amice, petis. moderatius opta  
 Et voti, quaſo, contrahe vela tui.  
 Terra velim propior, nullique obnoxia bello  
 Detur; erit noſtris pars bona deſta malis.

E P I S T O L A I X. *Maximo.*

**Q**Uæ mihi de raptò tua venit epiſtola Celſo,  
 Protinus eſt lacrymis humida facta meis.  
 Quodque nefas dictu, fieri nec poſſe putavi,  
 Inviſis oculis littera lecta tua eſt.  
 Nec quidquam ad noſtras pervenit acerbius aures  
 Ut ſumus in Ponto; perveniatque precor.  
 Ante meos oculos tanquam præſentis imago  
 Hæret: & exſtinctum vivere fingit amor.  
 Sæpe reſert animus luſus gravitate carentes:  
 Seria cum liquidâ sæpe peracta fide.  
 Nulla tamen ſubeunt mihi tempora denſius illis;  
 Quæ velleſm vitæ ſumma fuiſſe meæ.  
 Cum domus ingenti ſubito mea lapſa ruinâ  
 Concidit, in domini procubuitque caput.  
 Adfuit ille mihi, cum pars me magna reliquit,  
 Maxime; Fortunæ nec fuit ipſe comes.  
 Illum ego non aliter ſtudentem mea funera vidi,  
 Ponendus quam ſi frater in igne foret.  
 Hæſit in amplexu, conſolatusque jacentem eſt:  
 Cumque meis lacrymis miſcuit uſque ſuas.  
 O quoties vitæ cuſtos inviſus amaræ  
 Continuit promptas in mea fata manus!  
 O quoties dixit, Placabilis ira Deorum eſt.  
 Vive, nec ignoſci tu tibi poſſe nega.  
 Vox tamen illa fuit celeberrima, Reſpice quantum  
 Debeat auxilii Maximus eſſe tibi.  
 Maximus incumbet; quaque eſt pietate, rogabit,  
 Ne ſit ad extremum Cæſaris ira tenax.  
 Cumque ſuis fratris vires adhibebit, & omnem,  
 Quo levius doleas, experietur opem.  
 Hæc mihi verba malæ minuerunt tædia vitæ.  
 Quæ tu, ne fuerint, Maxime, vana, cave.  
 Huc quoque venturum mihi ſe jurare ſolebat;  
 Non niſi te longæ juſ ſibi dante vitæ.  
 Nam tua non alio coluit penetralia ritu,



Terrarum dominos quam colis ipse Deos.

Crede mihi : multos habeas cum dignus amicos ,  
Non fuit è multis quolibet ille minor.

Si modo nec census, nec clarum nomen avorum ,  
Sed probitas magnos ingeniumque facit.

Jure igitur lacrymas Celso libamus adempto ;  
Cum fugerem, vivo quas dedit ille mihi.

Carmina jure damus raros testantia mores ;  
Ut tua venturi nomina, Celse, legant.

Hoc est , quod possum Geticis tibi mittere ab arvis ;  
Hoc solum est istic, quod liquet esse meum.

Funera nec potui comitare, nec ungere corpus :  
Aque tuis toto dividor orbe rogis.

Qui potuit, quem tu pro numine vivus habebas ,  
Præstitit officium Maximus omne tibi.

Ille tibi exsequias, & magni funus honoris  
Fecit ; & in gelidos versit amoma sinus.

Diluit & lacrymis moerens unguenta profusus ;  
Ossaque vicinâ condita textit humo.

Qui quoniam extinctis, quæ debet, præstat amicis,  
Et nos extinctis annumerare potest.

## EPISTOLA X. Flacco.

**N**aso suo profugus mittit tibi, Flacce, salutem ;  
Mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.

Longus enim curis vitiatum corpus amaris  
Non patitur vires languor habere suas.

Nec dolor ullus adest, nec febris uror anhelis ;  
Et peragit sol. tri vena tenoris iter.

Os hebes est, positæque movent fastidia mensæ ;  
Et queror, invisi cum venit hora cibi.

Quod mare, quod tellus, appone, quod educat aër ;  
Nil ibi, quod nobis esuriatur, erit.

Nectar & ambrosiam, latices epulasque Deorum ,  
Det mihi formosâ nava Juventa manu ;

Non tamen exacuet torpens sapor ille palatum :  
Stabit & in stomacho pondus inerte diu.

Hæc ego non ausim, cum sint verissima, cuivis  
Scribere ; delicias ne mala nostra vocent.

Scilicet is status est, ea rerum forma mearum ,  
Deliciis etiam possit ut esse locus?

Delicias illi precor has contingere, si quis ,  
Ne mihi sit levior Cæsaris ira, timet.

Is quoque, qui gracili oibus est in corpore, somnus  
 Non alit officio corpus inane suo.  
 Sed vigilo, vigilantque mei sine fine dolores ;  
 Quorum materiam dat locus ipse mihi.  
 Vix igitur possis visos agnoscere vultus :  
 Quoque ierit, quæras, qui fuit ante, color.  
 Parvus in exiles succus mihi pervenit artus :  
 Membraque sunt cerâ pallidiora novâ.  
 Non hæc immodico contraxi damna Lyæo :  
 Scis mihi quam solæ pæne bibantur aquæ.  
 Non epulis oneror : quarum si tangar amore ,  
 Est tamen in Geticis copia nulla locis.  
 Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas.  
 Non solet in mæstos illa venire toros.  
 Unda locusque nocent : & caussa valentior istis ,  
 Anxietas animi, quæ mihi semper adest.  
 Hanc nisi tu pariter simili cum fratre lebares ,  
 Vix mens tristitiæ mæsta tulisset onus.  
 Vos estis fragili tellus non dura phælo :  
 Quamque negant multi, vos mihi fertis opem.  
 Ferte, precor, semper, quia semper egebinus illâ :  
 Cæsaris offensum dum mihi numen erit.  
 Qui meritam nobis minuat, non finiat iram ,  
 Suppliciter vestros quisque rogate Deos.

## P. OVIDII NASONIS

## D E P O N T O,

## L I B E R II.

E P I S T O L A I. *Germanico Cæsari.*

**H**Uc quoque Cæsarei pervénit fama trium-  
 phi,  
 Languida quo fessi vix venit aura Noti.  
 Nil fore dulce mihi Scythicâ regione pu-  
 tavi.

Jam minus hie odio est, quam fuit ante, locus.  
 Tandem aliquid pulsâ curarum nube serenum  
 Vidi ; Fortunæ verba dedique mex.  
 Nolit ut ulla mihi contingere gaudia Cæsar ,  
 Velle potest cuivis hæc tamen una dari.  
 Di quoque, ut à cunctis hilariter pietate colantur ,

Tristitiam poni per sua festa iubent.  
 Denique, quod certus furor est audere fateri,  
 Hac ego lætitiã, si vetet ipse, fruar.  
 Jupiter utilibus quoties iuvat imbribus agros,  
 Mixta tenax segeti crescere lappa solet.  
 Nos quoque frugiferum sentimus inutilis herba  
 Numen; & invita sæpe juvatur ope.  
 Gaudia Cæsareæ mentis pro parte virili  
 Sunt mea: privati nil habet illa domus.  
 Gratia, Fama, tibi: per quam spectata triumphi  
 Incluso mediis est mihi pompa Getis.  
 Indice te didicisti, nuper visenda coisse  
 Innumeras gentes ad Ducis ora sui.  
 Quæque capit vastis immensum mœnibus orbem,  
 Hospitiis Romam vix habuisse locum.  
 Tu mihi narraisti, cum multis lucibus ante  
 Fuderit assiduas nubilus Auster aquas,  
 Lumine cælesti Solem fulsisse serenum,  
 Cum populi vultu conveniente die.  
 Atque ita victorem, cum magno vocis honore,  
 Bellica laudatis dona dedisse viris:  
 Claraque sumpturum pietas insignia vestes,  
 Thura prius sanctis imposuisse focis:  
 Justitiamque sui caste placuisse Parentis;  
 Illo quæ templum pectore semper habet.  
 Quaque iterit, felix adjectum plausibus omen;  
 Saxaque roratis erubuisse rosis.  
 Protinus argento versos imitantia muros  
 Barbara cum victis oppida lata viris.  
 Fluminaque, & montes, & in altis pascua silvis;  
 Armaque cum telis in strue mixta suis.  
 Deque triumphato, quod Sol incenderit, auro  
 Aurea Romani teçta fuisse fori.  
 Totque tulisse duces captivis addita collis  
 Vincula, pæne hostes quot satis esse fuit.  
 Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt:  
 In quibus & belli summa caputque Bato.  
 Cur ego posse negem minui mihi Numibus iram,  
 Cum videam mites hostibus esse Deos?  
 Pertulit huc idem nobis, Germanice, rumor,  
 Oppida sub titulo nominis isse tui.  
 Atque ea te contra, nec muri mole, nec armis,  
 Nec satis ingenio tuta fuisse loci.

Dī tibi dent annos ! à te nam cætera fumes ;  
 Sint modo virtuti tempora longa tuæ.  
 Quod precor eveniet. sunt quiddam oracula vatu  
 Nam Deus optanti prospera signa dedit.  
 Te quoque victorem Tarpeias scandere iu arcea  
 Læta coronatis Roma videbit equis.  
 Maturosque Pater nati spectabit honores ,  
 Gaudia percipiens, quæ dedit ipse suis.  
 Jam nunc hæc à me, juvenum belloque togæque  
 Maxime, dicta tibi vaticinante nota.  
 Hunc quoque carminibus referam fortasse trium  
 phum :  
 Sufficiet nostris si modo vita malis.  
 Imbuero Scythicas si non prius ipse sagittas :  
 Abstuleritque ferox hoc caput ense Getes.  
 Quod si, me salvo, dabitur tibi laurea templis ;  
 Omnia bis dices vera fuisse mea.

E P I S T O L A II. *Messalino.*

**I**lle domūs vestræ primis venerator ab annis  
 Pulsus ad Euxini Naso sinistra freti ;  
 Mittit ab indomitis hanc, Messalline, salutem ,  
 Quam solitus præfens est tibi ferre, Getis.  
 Hei mihi, si lecto vultu tibi nomine non est  
 Qui fuit, & dubitas cætera perlegere !  
 Perlege, nec mecum pariter mea verba relega :  
 Urbe licet vestrâ versibus esse meis.  
 Non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset ,  
 Clara meâ tangi sidera posse manu.  
 Nec nos, Enceladi dementia castra secuti ,  
 In rerum dominos movimus arma Deos.  
 Nec, quod Tydidæ temeraria dextera fecit ,  
 Numina sunt telis ulla petita meis.  
 Est mea culpa gravis, sed quæ me perdere solum  
 Ausa sit, & nullum majus adorta nefas.  
 Nil nisi non sapiens possum timidusque vocari :  
 Hæc duo sunt animi nomina vera mei.  
 Esse quidem fateor, meritam post Cæsaris iram ,  
 Difficilem precibus te quoque jure meis.  
 Quæque tua est pietas in totum nomen Iulī ,  
 Te lædi, cum quis læditur inde, putas.  
 Sed licet arma feras, & vulnera sæva mineris ;  
 Non tamenq̄ efficies, ut timeare mihi.

Puppis Achæmeniden Grajum Trojana recepit :

Profuit & Myso Pelias hasta duci.

Confugit interdum templi violator ad aram ,

Nec petere offensi numinis horret opem.

Dixerit hoc aliquis tutum non esse ; fatemur.

Sed non per placidas it mea puppis aquas.

Tuta petant alii. Fortuna miserrima tuta est :

Nam timor eventus deterioris abest.

[Qui rapitur fati, quid præter fata requirat ?

Sæpe creat molles aspera spina rosas.

Qui rapitur spumante salo, sua brachia cauti

Porrigit, & spinas duraque saxa capit.]

Accipitrem metuens pennis trepidantibus alas

Audet ad humanos fessa venire sinus.

Nec se vicino dubitat committere testæ ,

Quæ fugit infestis territa cerva canes.

Da, precor, accessum lacrymis, mitissime, uostris :

Nec rigidam timidis vocibus obde forem.

Verbaq; nostrâ favens Romana ad Numina perfer ,

Non tibi Tarpeio culta Tonante minus.

Mandatique mei legatus suscipe causam :

Nulla meo quamvis nomine causa boua est.

Jam prope depositus, certe jam frigidus æger ,

Servatus per te , si modo server , ero.

Nunc tua pro lapsis nitatur gratia rebus ;

Principis æterni quam tibi præstat amor.

Nunc tibi & eloquii nitor ille domesticus adsit ,

Quo poteras trepidis utilis esse reis.

Vivit enim in vobis facundi lingua parentis ;

Et res hæredem repperit illa suum.

Hanc ego non, ut me defendere tentet, adoro.

Non est confessi causa tuenda rei.

Num tamen excuses erroris imagine factum ,

An nihil expediat tale movere, vide.

Vulneris id genus est, quod cum sanabile non sit ,

Non contrectari tutius esse putem.

Lingua, sile : non est ultra narrabile quidquam.

Posse velim cineres obruere ipse meos.

Sic igitur, quasi me nullus deceperit error ,

Verba face, ut vitâ, quam dedit ipse, fruâr.

Cumque serenus erit, vultusque remiserit illos ,

Qui secum terras imperiumque moveat ;

Exiguam ne me prædam linat esse Getarum ,

Detque solum miseræ mite, precare, fugæ.  
 Tempus adest aptum precibus. valet ipse, videtque  
 Quas fecit vires, Roma, valere tuas.  
 Incolumis conjux sua pulvinaria servat :  
 Promovet Aufonium filius imperium.  
 Præterit ipse suos animo Germanicus annos ,  
 Nec vigor est Drusi nobilitate minor.  
 Adde nurus, neptesque pias, natosque nepotum ,  
 Cæteraque Augustæ membra valere domus ,  
 Adde triumphatos modo Præonas, adde quieti  
 Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.  
 Nec dedignata est abjectis Illyris armis  
 Cæsareum famulo vertice ferre pedem.  
 Ipse super currum placido spectabilis ore  
 Tempora Phœbea virgine nexa tulit.  
 Quem pia vobiscum proles comitavit euntem ,  
 Digna parente suo, nominibusque datis.  
 Fratibus assimilis, quos proxima templa tenentes  
 Divus ab excelsa Julius æde videt.  
 His Messallinus, quibus omnia cedere debent ,  
 Primum lætitiæ non negat esse locum.  
 Quicquid ab his superest, venit in certamen amoris  
 Hac hominum nulli parte secundus eris.  
 Hunc colis, ante diem per quem decreta merenti  
 Venit honoratis laurea digna comis.  
 Felices, quibus hos licuit spectare triumphos ,  
 Et Ducis ore Deos æquiparante frui.  
 At mihi Sauromatæ pro Cæsaris ore videndi ,  
 Terraque pacis inops, undaque vincita gelu.  
 Si tamen hæc audis, & vox mea pervenit istuc ;  
 Sit tua mutando gratia blanda loco.  
 Hoc pater ille tuus, primo mihi cultus ab ævo ,  
 Si quid habet sensus umbra diserta, petit.  
 Hoc petit & frater : quamvis fortasse veretur ,  
 Servandi noceat ne tibi cura mei.  
 Tota domus petit hoc. nec tu potes ipse negare ,  
 Et nos in turbæ parte fuisse tuæ.  
 Ingenii certe, quo nos male sensimus usos ,  
 Artibus exceptis, sæpe probator eras.  
 Nec mea, si tantum peccata novissima demas ,  
 Esse potest domui vita pudenda tuæ.  
 Sic igitur vestræ vigeant penetralia gentis ;  
 Curaque sit Superis Cæsaribusque tui :

Mite, sed iratum merito mihi Numen, adora ;  
 Eximat ut Scythici me feritate loci.  
 Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus :  
 Et talis meriti gratia major erit.  
 Nec tamen Ætnæus vasto Polyphemus in antro  
 Accipiet voces Antiphatesve tuas :  
 Sed placidus facilisque Parens, veniæque paratus ;  
 Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat.  
 Qui, cum triste aliquid statuit, sit tristis & ipse :  
 Cuique fere pœnam sumere pœna sua est.  
 Viستا tamen vitio est hujus clementia nostro :  
 Venit & ad vires ira coacta suas.  
 Qui quoniam patriâ toto sumus orbe remoti ;  
 Nec licet ante ipsos procubuisse Deos ;  
 Quos colis, ad Superos hæc fer mandata sacerdos :  
 Adde sed & proprias in mea verba preces.  
 Sic tamen hæc tenta, si non nocitura putabis.  
 Ignoscas : timeo naufragus omne fretum.

E P I S T O L A III. *Maxime.*

**M**AXIME, qui claris nomen virtutibus æquas,  
 Nec sinis ingenium nobilitate premi ;  
 Culte mihi (quid enim status hic à funere differet ?)  
 Supremum vitæ tempus adusque mee :  
 Rem facis, afflictum non averſatus amicum,  
 Qua non est ævo rarior ulla tuo.  
 Turpe quidem dictu, sed si modo vera fateamur  
 Vulgus amicitias utilitate probat. (stum ;  
 Cura quid expediat prius est, quam quid sit hone-  
 Et cum Fortunâ statque caditque fides.  
 Nec facile invenias multis e milibus unum,  
 Virtutem pretium qui putet esse sui.  
 Ipse decor recti, facti si premia desint,  
 Non movet, & gratis panitet esse probum.  
 Nil, nisi quod prodest, carum est. i. detrahe menti  
 Spera fructus avidæ, nonno petendus erit.  
 At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit  
 Utile, sollicitis supputat articulis.  
 Illud Amicitia quondam venerabile nomen  
 Pretiat, & in quæstu pro meretricæ sedet.  
 Quo magis admiror, non, ut torrentibus undis,  
 Communis vitii te quoque labe trahi.  
 Diligitur vicino, nisi cui fortuna secunda est.

Quæ simul inronuit, proxima quæque fugat.  
 En ego, non paucis quondam munitus ansicis,  
 Dum flavit velis aura secunda meis;  
 Ut fera nimboſo tumuerunt æquora vento,  
 In mediis lacerâ puppe relinquor aquis.  
 Cumque alii nolint etiam me noſſe videri,  
 Vix duo projecto treſve tuliftis opem. (Et  
 Quorum tu princeps. nec enim comes eſſe, ſed  
 Nec petere exemplum, ſed dare dignus eras.  
 Te, nihil exacto, niſi nos peccaſſe fatentem  
 Spoute ſuâ probitas officiumque iuvant.  
 Iudice te mercede caret, per ſequæ petenda eſt  
 Externis virtus incommittata bonis.  
 Turpe putas abigi, quia ſit miſerandus, amicorum  
 Quodque ſit infelix, deſinere eſſe tuum.  
 Mitius eſt laſſo digitum ſupponere mento;  
 Mergere quam liquidis ora natantis aquis.  
 Cerne, quid Æacides poſt mortem præſtet amico  
 Inſtar & hanc vitam mortis habere puta.  
 Pirithoum Theſeus Stygias comitavit ad undas:  
 A Stygiis quantum ſors mea diſtat aquis!  
 Adfuit infano juvenis Phocæus Oreſtæ:  
 Et mea non minimum culpa furoris habet.  
 Tu quoque magnorum laudes admitte virorum;  
 Utque facis, lapſo, quam potes, affer opem.  
 Si bene te novi; ſi, quod prius eſſe ſolebas,  
 Nunc quoque es, atque animi non cecidère tu:  
 Qua Fortuna magis sævit, magis ipſe reſiſtis:  
 Utque decet, ne te vicerit illa, caves.  
 Et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hostis.  
 Sic eadem prodeſt cauſa, nocetque mihi.  
 Scilicet indignum, juvenis rariffime, ducis  
 Te feri comitem ſtantis in orbe Deæ.  
 Firmus es; &, quoniam non ſunt ea qualia velles  
 Vela regis quaſſæ qualiacunque ratis.  
 Quæque ita concuſſa eſt, ut jam caſura putetur,  
 Reſtat adhuc humeris ſulta ruina tuis.  
 Ira quidem primo fuerat tua juſta, nec ipſo  
 Lenior, offenſus qui mihi jure fuit.  
 Quique dolor peſtus terigiſſet Cæſaris atri,  
 Illum jurabas prorius eſſe tuum:  
 Ut tamen audita eſt noſtræ tibi cladis origo;  
 Diceris erratis jagemuiſſe meis.



Tum tua me primum solari litera cœpit ;  
 Et læsum necti spem dare posse Deum.  
 Movit amicitiaæ tum te constantia longæ ;  
 Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit.  
 Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus :  
 Quodque tibi in cunis oscula prima dedi. (annis  
 Quod, cum vestra domus teneris mihi semper ab  
 Culta sit, esse vetus nunc tibi cogor onus.  
 Me tuus ille pater Latiaæ facundia linguæ,  
 Quæ non inferior nobilitate fuit,  
 Primus ut auderem committere carmina Famæ  
 Impulit. ingenii dux fuit ille mei.  
 Nec, quo sit primum nobis à tempore cultus,  
 Contendo fratrem posse referre tuum.  
 Te tamen ante omnes ita sum complexus, ut unus  
 Quolibet in casu gratia nostra fores.  
 Ultima me tecum vidit, mœstisque cadentes  
 Excepit lacrymas Æthalis Ilva genis.  
 Cum tibi quærenti, num verus nuncius esset,  
 Attulerat culpæ quem mala fama meæ ;  
 Inter confessum dubie dubieque negantem  
 Hærebam pavidas dante timore notas :  
 Exemploque nivis, quam solvit aquaticus Auster,  
 Gutta per attonitas abbat oborta genas.  
 Hæc igitur referens ; & quod mea crimina primi  
 Erroris veniâ posse latere vides ;  
 Respicis antiquum lapsis in rebus amicum ;  
 Fomentisque juvas vulnera nostra tuis.  
 Pro quibus optandi si nobis copia fiat,  
 Tam bene promerito commoda mille precer.  
 Sed si sola mihi dentur tua vota ; precabor,  
 Ut tibi sit salvo Cæsare salva parens.  
 Hæc ego, cum faceres altaria pinguis thure,  
 Te solitum memini prima rogare Deos.

## EPISTOLA IV. Attice.

**A**ccipe colloquium gelido Nâsonis ab Istro,  
 Attice, iudicio non dubitande meo.  
 Ecquid adhuc remanes memor infelicitis amici ?  
 Deserit an partes languida cura suas ?  
 Non ita Dî tristes mihi sunt, ut credere possim,  
 Fasque putem jam te non meminisse mei.  
 Ante meos oculos tua stat, tua semper imago est :

Et videor vultus mente videre tuos.  
 Seria multa mihi tecum collata recordor :  
 Nec data jucundis tempora pauca jocis.  
 Sæpe citæ longis visæ sermionibus horæ :  
 Sæpe fuit brevior, quam mea verba, dies.  
 Sæpe tuas factum venit modo carmen ad aures ;  
 Et nova iudicio subdita Musa tuo est.  
 Quod tu laudaras, populo placuisse putabam :  
 Hoc pretium curæ dulce recentis erat.  
 Utque meus limâ rasus liber esset amici ,  
 Non semel admonitu facta litura tuo est.  
 Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis ,  
 Nos via , nos junctis curva theatra locis.  
 Denique tantus amor nobis, carissime, semper ,  
 Quantum in Æacide Nestorideque fuit.  
 Non ego, si biberes securæ pocula Lethes ,  
 Excidere hæc credam pectore posse tuo.  
 Longa dies citius brumali sidere, noxque  
 Tardior hibernâ solstitialis erit.  
 Nec Babylon æstum, nec frigora Pontus habebit  
 Calthaque Pæritanas vincet odore rosas :  
 Quam tibi nostrarum veniant obliviam rerum.  
 Non ita pars fati candida nulla mei.  
 Ne tamen hæc dici possit fiducia mendax ,  
 Stultaque credulitas nostra fuisse, cave ;  
 Constantique fide veterem tutare sodalem  
 Qua licet, & quantum non onerosus ero.

E P I S T O L A V. *Salano.*

**C**ondita disparibus numeris ego Naso Salano  
 Præpositâ mihi verba salute meo.  
 Quæ rata sit cupio, rebusque ut comprobet omen  
 Te precor à salvo possit, amice, legi.  
 Candor, in hoc ævo res intermortua pæne ,  
 Exigit, ut faciam talia vota, tuus.  
 Nam fuerim quamvis modico tibi cognitus usu ,  
 Diceris exiliis ingemuisse meis.  
 Missaque ab extremo legeres cum carmina Pontæ  
 Illa tuus iuvit qualiacunque favor.  
 Optastique bres em salvi mihi Cæsaris iram ;  
 Quod tamen optari, si sciat, ipse sinat.  
 Meritis ista tuis tam mitia vota dedisti :  
 Nec minus idcirco sunt ea grata mihi.

Quoque magis moveare malis, doctissime, nostris,  
 Credibile est fieri conditione loci.  
 Vix hac invenias totum (mibi crede) per orbem,  
 Quæ minus Augustâ Pace fruatur, humum.  
 Tu tamen hic structos inter fera prælia versus  
 Et legis, & lectos ore favente probas.  
 Ingenioque meo, venâ quod paupere manat,  
 Plaudis; & è rivo flumina magna facis.  
 Grata quidem sunt hæc animo suffragia nostro;  
 Vix sibi cum miseros posse placere pates.  
 Dum tamen in rebus tentamus carmina parvis,  
 Materiæ gracili sufficit ingenium.  
 Nuper ut huc magni pervénit Fama triumphî;  
 Ausus sum tantæ sumere molis opus.  
 Obruit audentem rerum gravitasque nitorque:  
 Nec potui cæpti pondera ferre mei.  
 Illic quam laudes, erit officiosa voluntas.  
 Cætera materiâ debilitata jacent:  
 Quod si forte liber vestras pervénit ad aures;  
 Tutelam mando sentiat ille tuam.  
 Hoc tibi facturo, vel si non ipse rogarem,  
 Accedat cumulus gratia nostra levis.  
 Non ego laudandus, sed sunt tua pectora, lacte  
 Et non calcatâ candidiora nive.  
 Mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse;  
 Nec lateant artes, eloquiumque tuum.  
 Te juvenum Princeps, cui dat Germania nomen,  
 Participem studii Cæsar habere solet.  
 Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis,  
 Ingenio mores æquiparante, places.  
 Te dicente prius sit protinus impetus illi:  
 Teque habet, elicias qui sua verba tuis.  
 Cum tu desisti, mortaliaque ora quierunt,  
 Clausaque non longâ conticnere morâ;  
 Surgit lûleo juvenis cognomine dignus,  
 Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.  
 Dumque silens aditat, status est vultusque disertî,  
 Spemque decens doctæ vocis amictus habet.  
 Mox, ubi pulsâ mora est, atque os cæleste solutum,  
 Hoc Superos jures more solere loqui.  
 Atque, Hæc est, dicas, facundia Principe digna:  
 Eloquio tantum nobilitatis inest.  
 Huic tu cum placeas, & vertice sidera tangas,

Scripta tamen profugi vatis habenda putas.  
 Scilicet ingeniis aliqua est concordia junctis,  
 Et servat studii fœdera quisque sui.  
 Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,  
 Rectorem dubiæ navita puppis amat.  
 Tu quoque Pieridum studio, studiose, teneris;  
 Ingenioque faves, ingeniose, meo.  
 Distat opus nostrum, sed fontibus exit ab iisdem:  
 Artis & ingenuæ cultor uterque sumus.  
 [Thyrsus enim vobis, gestata est laurea nobis;  
 Sed tamen ambobus debet inesse calor.]  
 Utque meis numeris tua dat facundia nervos;  
 Sic venit à nobis in tua verba nitor.  
 Jure igitur studio confinia carmina vestro,  
 Et commilitii sacra tuenda putas.  
 Pro quibus ut maneas, de quo censeris, amicus  
 Comprecor ad vitæ tempora summa tuæ:  
 Succedatque tuis orbis moderato habenis.  
 Quod mecum populi vota precantur idem.

E P I S T O L A VI. *Græcino.*

**C**Armine Græcinum, qui præsens voce solebat,  
 Tristis ab Euxinis Naso salutat aquis.  
 Exsulis hæc vox est præbet mihi litera linguam:  
 Et, si non liceat scribere, mutus ero.  
 Corripis, ut debes, stulti peccata sodalis:  
 Et mala me meritis ferre minora doces.  
 Vera facis, sed fera, meæ convicia culpæ.  
 Aspera confessio verba remitte reo.  
 Cum poteram recto transire Ceraunia velo,  
 Ut fera vitarem saxa, monendus eram.  
 Nunc mihi naufragio quid prodest discere factis,  
 Quam mea debuerit currere cymba viam?  
 Brachia de lasso potius prendenda natanti:  
 Nec pigeat mento supposuisse manum.  
 Idque facis, faciasque precor. sic mater & uxor,  
 Sic tibi sint fratres, totaque salva domus.  
 Quodque soles animo, quod semper voce precari  
 Omnia Cæsaribus sic tua facta probes.  
 Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico  
 Auxilium nullâ parte tulisse tuum.  
 Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci:  
 Turpe laborantem deseruisse ratem.

[Tur-

[Tarpe sequi casum, & fortunæ cedere amicum  
 Et, nisi sit felix, esse negare suum.]  
 Non ita vixerunt Strophio atq; Agamemnone nati:  
 Non hæc Ægidæ Pirithoi que ndes.  
 Quos prior est pirata, sequens mirabitur ætas:  
 In quorum plausus tota theatra sonant.  
 Tu quoque, per durum servato tempus amico,  
 Dignus es in tantis nomen habere viris.  
 Dignus es: &, quoniam laudem pietate mereris,  
 Non erit officii gratia surda tui.  
 Crede mihi, (nostrum si non mortale futurum  
 Carmen) in ore frequens posteritatis eris.  
 Fac modo permaneas lapsò, Græcine, fidelis;  
 Duret & in longas impetus iste moras.  
 Quæ tu cum præstes, remio tamen utor in aurâ.  
 Nil nocet admissò subdere calcar equo.

## E P I S T O L A VII. Attico.

**E** Sse salutatam vult te mea littera primum  
 A male pacatis, Attice, missa Getis.  
 Proxima subsequitur, quid agas, audire voluptas.  
 Et si, quicquid agas, sit tibi cura mei.  
 Nec dubito quin sit: sed me timor ipse malorum.  
 Sæpe supervacuos cogit habere metus.  
 Da veniam, quæso, nimioque ignosce timori.  
 Tranquillas etiam naufragus horret aquas.  
 Qui semel est larsus fallaci piscis ab hamo,  
 Omnibus unca cibus æra subesse putat.  
 Sæpe canem longe visum fugit agna, lupumque  
 Credit; & ipsa suam nescia vitat opem.  
 Membra reformidant mollem quoq; saucia tactum:  
 Vanaque sollicitis incutit umbra metum.  
 Sic ego Fortunæ telis confixus iniquis,  
 Pectore concipio nil nisi triste meo.  
 Jam mihi fata liquet cœptos servantia cursus  
 Per sibi consuetas semper itura vias.  
 Observare Deos, ne quid mihi cedat amice;  
 Verbaque Fortunæ vix puto posse dari.  
 Est illi curæ me perdere, quæque solebat  
 Esse levis, constans & bene certa nocet.  
 Crede mihi, si sum veri tibi cognitus oris,  
 Nec fraus in nostris casibus esse potest;  
 Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas,

Altaque quam multis floreat Hybla thymis :  
 Et quot aves motis vitantur in aëra pennis ;  
 Quotque natent pisces æquore, cætus eris :  
 Quam tibi nostrorum statuatur summa laborum ,  
 Quos ego sum terrâ, quos ego passus aquâ.  
 Nulla Getis toto gens est truculentior orbe :  
 Sed tamen hi nostris ingemuere malis.  
 Quæ tibi si memori coner perscribere versu ,  
 Illis est fatis longa futura meis.  
 Non igitur vereor, quod te rear esse verendum ,  
 Cujus amor nobis pignora mille dedit :  
 Sed quia res timida est omnis miser ; & quia longe  
 Tempore lætitiæ janua clausa meæ est.  
 Jam dolor in morem venit meus : utque cadueis  
 Percussu crebro saxa cavantur aquis ;  
 Sic ego continuo Fortunæ vulneror ictu :  
 Vixque habet in nobis jam nova plaga locura.  
 Nec magis assiduo vomer tenuatur ab usu ,  
 Nec magis est curvis Appia trita rotis ;  
 Pectora quam mea sunt ferie cæcata laborum :  
 Et nihil inveni , quod mihi ferret opem.  
 Artibus ingenuis quæsitæ est gloria multis :  
 Infelix perii dotibus ipse meis.  
 Vita prior vitio caret, & sine labe peracta :  
 Auxilii misero nil tulit illa mihi.  
 Culpa gravis precibus donatur sæpe superiorum :  
 Omnis pro nobis gratia muta fuit.  
 Adjuvat in duris alios præsentia rebus :  
 Obruit hoc absens vasta procella caput.  
 Quæ non horruerint tacitam quoque Cæsaris iram ?  
 Addita sunt pœnis aspera verba meis.  
 Fit fuga temporibus leior : projectus in æquor  
 Arcturum subii Pleiadumque minas.  
 Sæpe solent hyemem placidam sentire carinæ :  
 Non Ithacæ puppi lævior unda fuit.  
 Recta fides comitum poterat mala nostra levare :  
 Ditata est spoliis perfida turba meis.  
 Mitius exsilium faciunt loca : tristior ista  
 Terra sub ambobus non jacet ulla polis.  
 Est aliquid patriis vicinam finibus esse :  
 Ultima me tellus, ultimus orbis habet.  
 Præstat & exsulibus pacem tua laurea, Cæsar :  
 Pontica finitimo terra sub hoste jacet.

Tempus in agrorum cultu consumere dulce est :  
 Non patitur verti barbarus hostis humum.  
 Temperie cæli corpusque animusque juvantur :  
 Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.  
 Est in aquâ dulci non invidiosa voluptas :  
 Æquoreo bibitur cum sale mista palus.  
 Omnia deficiunt : animus tamen omnia vincit.  
 Ille etiam vires corpus habere facit.  
 Sustineas ut onus, nitendum vertice pleno est ;  
 At flecti nervos si patiare, cadet.  
 Spes quoque, posse morâ mitescere Principis iram.  
 Vivere ne nolim deficiamque, caver.  
 Nec vos parva datis pauci solatia nobis ,  
 Quorum spectata est per mala nostra fides.  
 Cæpta tene , quæso ; nec in æquore desere navem :  
 Meque simul serva, judiciumque tuum.

E P I S T O L A VIII. *Maximo Cotta.*

**R** Edditus est nobis Cæsar cum Cæsare nuper ,  
 Quos mihi misisti, Maxime Cotta, Deos.  
 Urque tuû munus numerum, quem debet, haberet,  
 Est ibi Cæsaribus Livia juncta suis.  
 Argentum felix , omnique beatius auro ,  
 Quod fuerit pretium cum rude, numen habet.  
 Non mihi divitias dando majora dedisses ,  
 Cælitibus missis nostra sub ora tribus.  
 Est aliquid spectare Deos, & adesse putare ,  
 Et quasi cum vero numine posse loqui.  
 Præmia quanta, Dei! nec me tenet ultima tellus t  
 Utque prius mediâ sospes in Urbe moror.  
 Cæsareos video vultus, velut ante videbam :  
 Vix huius voti spes fuit ulla mihi.  
 Utque salutabam, numen cæleste saluto.  
 Quod reduci tribuas, nil puto, majus habes.  
 Quid nostris oculis nisi sola Palatia defunt ?  
 Qui locus , ablato Cæsare, vilis erit.  
 Hunc ego cum spectem, videor mihi cernere Romæ.  
 Nam patriæ faciem sustinet ille suæ.  
 Fællor ? an irati mihi sunt in imagine vultus ;  
 Torvaque nescio quid forma minantis habet ?  
 Parce , vir immenso major virtutibus orbe ,  
 Justaque vindictæ suppressa lora tuæ.  
 Parce, precor, sæcli decus indelebile nostri ;

Terrarum dominum quem sua cura facit.  
 Per patriæ nomen, quæ te tibi carior ipso est ;  
 Per nunquam surdus in tua vota Deos ;  
 Perque tori sociam, quæ par tibi sola reperta est ,  
 Et cui majestas non onerosa tua est ;  
 Perque tibi similem virtutis imagine natum ,  
 Moribus agnosci qui tuus esse potest ;  
 Perque tuos vel avo vel dignos patre nepotes ,  
 Qui veniunt magno per tua vota gradu ;  
 Parte leva minimâ nostras & contrahe pœnas ;  
 Daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum .  
 Et tua, (si fas est) à Cæsare proxime Cæsar ,  
 Nomina sint precibus non inimica meis.  
 Sic fera quamprimum pavido Germania vultu  
 Ante triumphantes serva feratur equos.  
 Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos  
 Vivant ; & possis filius esse diu.  
 Tu quoque, conveniens ingenti nupta marito ,  
 Accipe non durâ supplicis aure preces.  
 Sic tibi vir sospes, sic iunt cum prole nepotes ,  
 Cumque bonis nuribus quas peperere nurus.  
 Sic, quem dira tibi rapuit Germania , Drusus  
 Pars fuerit partûs sola caduca tui.  
 Sic tibi fraterni mature funeris ultor  
 Purpureus niveis filius instet equis.  
 Annuite ô timidis mitissima numina votis.  
 Præsentem aliquid prosit habere Deos.  
 Cæsaris adventu totâ gladiator arenâ  
 Exit ; & auxilium non leve vultus habet.  
 Nos quoq; vestra juvet quod, qua licet, ora videmus :  
 Intrata est Superis quod domus una tribus.  
 Felices illi , qui non simulacra, sed ipsos ,  
 Quique Deum coram corpora vera vident.  
 Quod quoniam nobis invidis inutile fatum ;  
 Quos dedit ars votis, effigiemque colo.  
 Sic homines novere Deos, quos arduus æther  
 Occulit : & colitur pro Jove forma Jovis.  
 Denique, quæ mecum est, & erit sine fine, cavete,  
 Ne sit in invisio vestra figura loco.  
 Nam caput è nostra citius cervice recidi ,  
 Et patiar fossis lumen abire genis :  
 Quam caream raptis, ô publica numina, vobis.  
 Vos eritis nostræ portus & ara fugæ.



Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis :  
 Vosque meas Aquilas, vos mea signa sequar.  
 Aut ego me fallo, nimiâque cupidine ludor :  
 Aut spes exsilii commodioris adest.  
 Nam minus & minus est facies in imagine tristis ;  
 Visaque sunt dictis annuere ora meis.  
 Vera precor fiant timidæ præfagia mentis :  
 Iustaque quamvis est, sit minor ira Dei.

E P I S T O L A IX. *Coty Regi.*

**R**egia progenies, cui nobilitatis origo  
 Nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty ;  
 Fama loquax vestras si jam pervenit ad aures ,  
 Me tibi finitini parte jacere soli ;  
 Supplicis exaudi, juvenum mitissime, vocem :  
 Quamque potes profugo (nam potes) affer opem.  
 Me Fortuna tibi de qua ne conquerar, hoc est )  
 Tradidit ; hoc uno non inimica mihi.  
 Excipe naufragium non duro littore nostrum ,  
 Ne fuerit terrâ tutior unda tua.  
 Regia (crede mihi) res est, succurrere lapsis :  
 Convenit & tanto, quantus es ipse, viro.  
 Fortunam decet hoc istam : quæ maxima cum sit ,  
 Esse potest animo vix tamen æqua tuo.  
 Conspicitur nunquam meliore potentia causâ ,  
 Quam quoties vanas non sinit esse preces.  
 Hoc nitor ille tui generis desiderat : hoc est  
 A Superis ortæ nobilitatis opus.  
 Hoc tibi & Eumolpus generis clarissimus auctor ,  
 Et prior Eumolpo suadet Erichthonius.  
 Hoc tecum commune Deo : quod uterque rogati  
 Supplicibus vestris ferre soletis opem.  
 Num quid erit, quare solito dignemur honore  
 Numina, si demas velle juvare Deos ?  
 Jupiter oranti surdas si præbeat aures ;  
 Victima pro templo cur cadat ista Jovis ?  
 Si pacem nullam Pontus mihi præstet eunti ,  
 Irrita Neptuno cur ego thura feram ?  
 Vana laborantis si fallat vota coloni,  
 Accipiat gravidæ cur suis extra Ceres ?  
 Nec dabit inonso jugulum caper hostia Baccho ,  
 Musta sub adducto si pede nulla fluant.  
 Cæsar ut imperii moderetur fræna precamur ,

Tam bene quo patriæ consulit ille suæ.  
 Utilitas igitur magnos hominesque Deosque  
 Efficit; auxiliis quoque favente suis.  
 Tu quoque fac pro sis intra tua castra jacenti,  
 O Coty, progenies digna parente tuo.  
 Conveniens homini est, hominem servare, voluptas  
 Et melius nullâ quæritur arte favor.  
 Quis non Antiphaten Læstrygona devovet? aut qui  
 Munifici mores improbat Alcinoi?  
 Non tibi Cassandreu pater est, gentisque Phœææ  
 Quive repertorem torruit arte suâ:  
 Sed quam Marte ferox, & vinci nescius armis,  
 Tam nunquam factâ pace cruoris amans.  
 Adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes,  
 Emollit mores, nec sinit esse feros.  
 Nec Regum quisquam magis est instructus ab illis  
 Mitibus aut studiis tempora plura dedit.  
 Carmina testantur; quæ, si tua nomina demas,  
 Threicium juvenem composuisse negem.  
 Neve sub hoc tractu vates foret unicus Orpheus;  
 Bistonis ingenio terra superba tuo est.  
 Utque tibi est animus, cum res ita postulat, arma  
 Sumere, & hostili tingere cæde manum;  
 Atque ut es excusso jaculum torquere lacerto,  
 Collaque velocis scelerum doctus equi;  
 Tempora sic data sunt studiis ubi iusta paternis,  
 Utque suis humeris forte quievit opus;  
 Ne tua marcescant per inertes otia somnos,  
 Lucida Périâ tendis in astra viâ.  
 Hæc quoque res aliquid tecum mihi fœderis adferam  
 Eiusdem sacri cultor uterque sumus.  
 Ad vatem vates orantia brachia tendo,  
 Terra sit exiliis ut tua fida meis.  
 Non ego cæde nocens in Pontica littora veni;  
 Mistave sunt nostrâ dira venena manu:  
 Nec mea subiectâ convicta est gemma tabellâ  
 Mendacem linis imposuisse notam.  
 Nec quidquam, quod lege veter committere, feci.  
 Et tamen his gravior noxa satenda mihi est.  
 Neve roges quid sit; stultam conscripsimus Artem  
 Innocuas nobis hæc vetat esse manus.  
 Ecquid præterea peccarim, quærere noli  
 Ut pateat solâ culpa sub Arte mea.

Quidquid id est, habui moderatam vindicis iram :  
 Qui nisi natalem nil mihi demsit humum.  
 Hac quoniam careo ; tua nunc vicinia præstet ,  
 Inviso possim tutus ut esse loco.

EPISTOLA X. *Macro.*

**E**Cquid ab impressæ cognoscis imagine ceræ  
 Hæc tibi Nasenem scribere verba, Macer ?  
 Auctorisque sui si non est anulus index ,  
 Cognitane est nostrâ littera facta manu ?  
 An tibi notitiam mora temporis eripit horum ?  
 Nec repetunt oculi signa vetusta tui ?  
 Sis licet oblitus pariter gemmæque manûsque ,  
 Exciderit tantum ne tibi cura mei.  
 Quam tu vel longi debes convictibus ævi ,  
 Vel mea quod conjux non aliena tibi ;  
 Vel studiis, quibus es, quam nos, sapientius usus ;  
 Utque decet, nullâ factus es Arte nocens.  
 Tu canis æterno quicquid restabat Homero ,  
 Ne careant summâ Troica bella manu.  
 Naso parum prudens, Artem dum tradit amandi ,  
 Doctrinæ pretium triste magister habet.  
 Sunt tamen inter se communia sacra poetis ;  
 Diversum quamvis quisque sequamur iter.  
 Quorum te memorem quamquam procul absumus )  
 Suspicio ; & casus velle levare meos. (esse  
 Te duce magnificas Afix perspeximus urbes :  
 Trinacris est oculis te duce nota meis.  
 Vidimus Ætneâ cælum splendescere flammâ ;  
 Suppositus monti quam vomit ore gigas :  
 Hennæosque lacus, & olentia stagna Palici ,  
 Quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.  
 Nec procul hinc Nymphen, quæ , dum fugit Elidis  
 annem ,  
 Testa sub æquorea nunc quoque currit aquâ.  
 Hic mihi labentis pars anni magna peracta est.  
 Eheu, quam dispar est locus ille Getis !  
 Et quota pars hæc sunt rerum, quas vidimus amba,  
 Te mini jucundas efficiente vias !  
 Seu rate caruleas pictâ sulcavimus undas :  
 Esseda nos agili sive tulere rotâ.  
 Sæpe brevis nobis vicibus via visa loquendi ;  
 Pluraque , si nuxeres, verba fuere grad .

Sæpe dies sermone minor fuit ; inque loquendum  
 Tarda per æstivos defuit hora dies.  
 Est aliquid, casus pariter timuisse marinos ;  
 Junctaque ad æquoreos vota tulisse Deos :  
 Et modo res egisse simul ; modo rursus ab illis ,  
 Quorum non pudeat, posse referre jocos.  
 Hæc tibi si subeant (absim licet), omnibus horis  
 Ante tuos oculos , ut modo visus, ero.  
 Ipse quidem extremi cum sim sub cardine mundi  
 Qui semper liquidis altior extat aquis ;  
 Te tamen intueor, quo solo pectore possum :  
 Et tecum gelido sæpe sub axe loquor.  
 Hic es, & ignoras : & ades celeberrimus absens  
 Inque Getas mediâ visus ab Urbe venis.  
 Redde vicem : & , quoniam regio felicior ista est  
 Illic me memori pectore semper habe.

EPISTOLA XI. *Rufo.*

**H**oc tibi, Rufe, brevi properatum tempore  
 mittit  
 Naso parum faustæ conditor Artis opus :  
 Ut, quanquam longe toto sumus orbe remoti ,  
 Scire tamen possis nos meminisse tui.  
 Nominis ante mei veniant obliviam nobis ,  
 Pectore quam pietas sit tua pulsa meo.  
 Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras  
 Quam fiat meriti gratia vana tui.  
 Grande voco lacrymas meritum, quibus ora rigabunt  
 Cum mea concreto sicca dolore forent.  
 Grande voco meritum, mœstæ solatia mentis ;  
 Cum pariter nobis illa tibi que dares.  
 Sponte quidem, per seque mea est laudabilis uxor  
 Admonitu melior sit tamen illa tuo.  
 Namque quod Hermiones Castor fuit, Hector Iliæ  
 Hoc ego te lætor conjugis esse meæ.  
 Quæ , ne dissimilis tibi sit probitate, laborat ;  
 Seque tui vitæ sanguinis esse probat.  
 Ergo, quod fuerat stimulis factura sine ullis ,  
 Plenius auctorem te quoque nacta facit.  
 Acer, & ad palmæ per se cursurus honores ,  
 Si tamen horteris, fortius ibit equus.  
 Adde, quod absentis curâ mandata fideli  
 Perfecis, & nullum ferre gravarijs onus.

● referant grates, quoniam non possumus ipsi,  
 Di tibi: qui referent, si pia facta vident.  
 Sufficiatque diu corpus quoque moribus istis,  
 Maxima Fundani gloria, Ruse, soli.

P. OVIDII NASONIS  
 DE P O N T O,

LIBER III.

EPISTOLA I. *Uxori.*

**Æ** Quor Iasonio pulsatum remige primum,  
 Quæque nec hoste fero, nec nive terra  
 cares,  
 Ecquod erit tempus, quo vos ego Nase  
 relinquam,

In minus hostilem iussus abire locum?  
 An mihi Barbaria vivendum semper in istâ?  
 Inque Tomitanâ condar oportet humo?  
 Pace tua, si pax ulla est tibi, Pontica tellus,  
 Finitimus rapido quam terit hostia equo;  
 Pace tuâ dixisse velim; tu pessima duro  
 Pars es in exilio, tu mala nostra gravas.  
 Tu neque ver sentis cinctum florente coronâ:  
 Tu neque messorum corpora nuda vides.  
 Noc tibi pampineas autumnus porrigit uvas:  
 Cuncta sed immodicum tempora frigus habent.  
 Tu glaci freta vineta tenes: & in æquore piscis  
 Inclusus tectâ sæpe natavit aquâ.  
 Nec tibi sunt fontes, laticis nisi pæne mariui:  
 Qui potus dubium sistat alatne sitini.  
 Rara, neque hæc felix, in apertis eminet arvis  
 Arbor; & in terrâ est altera forma maris.  
 Non avis obloquitur: silvis nisi si qua remotis  
 Æquoreas rauco gutture potat aquas.  
 Tristia per vacuos horrent absinthia campos,  
 Conveniensque suo messis amara loco.  
 Adde metus, & quod murus pulsatur ab hoste;  
 Tinctaque a mortifera tabe sagitta madet.  
 Quod procul hæc regio est, & ab omni devia cur-  
 su:

Nec

Nec pede quo quisquam, nec rate tutus *est*.  
 Non igitur mirum, finem quærentibus horum  
 Altera si nobis usque rogatur humus.  
 Te magis est mirum non hoc evincere, conjux ;  
 Inque meis lacrymas posse tenere malis.  
 Quid facias, quæris ? quæras hoc scilicet ipsum  
 Invenies, vere si reperire voles.  
 Velle parum est : cupias, ut re potiaris, oportet  
 Et faciat somnos hæc tibi cura breves.  
 Velle reor multos. quis enim mihi tam sit iniquus  
 Optet ut exsilium pace carere meum ?  
 Pectore te toto cunctisque incumbere nervis,  
 Et niti pro me nocte dieque decet.  
 Utque juvent alii, tu debes vincere amicos,  
 Uxor ; & ad partes prima venire tuas.  
 Magna tibi imposita est nostris persona libellis  
 Conjugis exemplum diceris esse bonæ.  
 Hanc cave degeneres. ut sint præconia nostra  
 Vera vide ; Famae quo tuearis opus.  
 Ut nihil ipse querar ; tacito me Fama queretur  
 Quæ debet, fuerit ni tibi cura mei.  
 Exposuit mea me populo Fortuna videndum ;  
 Et plus notitiæ, quam fuit ante, dedit.  
 Notior est factus Capaneus de fulminis ictu :  
 Notus humo meritis Amphiaraiis equis.  
 Si minus errasset, notus minus esset Ulysses ;  
 Magna Philoctetæ vulnere fama suo est.  
 Si locus est aliquis tanta inter nomina parvis ;  
 Nos quoque conspicuos nostra ruina facit.  
 Nec te nesciri patitur mea pagina ; qua non  
 Inferius Coa Battide nomen habes.  
 Quicquid ages igitur, scena spectabere magna :  
 Et pia non parvis testibus uxor eris.  
 Credo mihi ; quoties laudaris carmine nostro,  
 Qui legit has laudes, an mereare rogat.  
 Utque favere reor plures virtutibus istis,  
 Sic tua non paucæ carpere facta volent.  
 Quare, tu præsta, ne livor dicere possit ;  
 Hæc est pro miseri lenta salute viri.  
 Cumque ego desiciam, nec possim ducere currus  
 Fac tu sustineas debile sola jugum.  
 Ad medicum specto venis fugientibus æger :  
 Ut una pars animæ dum mihi restat, ades.

Quodque ego præstarem, si te magis ipse valerem,  
 Id mihi, cum valeas fortius, ipsa refer.  
 Exigit hoc socialis amor, fœdusque maritum:  
 Moribus hoc, conjux, exigis ipsa tuis.  
 Hoc domui debes, de qua censeris, ut illam  
 Non magis officiis, quam probitate, colas.  
 Cuncta licet facias; nisi sis laudabilis, uxor,  
 Non poterit credi Marcia culta tibi.  
 Nec sumus indigni, nec (si vis vera fateri)  
 Debetur meritis gratia nulla meis.  
 Redditur illa quidem grandi cum fœnore nobis,  
 Nec te, si cupiat lædere, livor habet.  
 Sed tamen hoc factis adjuuge prioribus unum;  
 Pro nostris ut sis ambitiosa malis.  
 Ut minus infesta jaceam regione, labora:  
 Clauda nec officii pars erit ulla tui.  
 Magna peto, sed non tamen invidiosa roganti.  
 Utque ea non teneas, ruta repullâ tua est.  
 Nec mihi succense, toties si carmina nostro,  
 Quod facis, ut facias, teque irritere, rogo.  
 Fortibus assuevit tubicen prodesse; suoque  
 Dux bene pugnantes incitat ore viros.  
 Nota tua est probitas, testataque tempus in omne:  
 [Sit virtus etiam non probitate minor.]  
 Non tibi Amazonia est pro me sumenda securis,  
 Aut excisa levi pelta gerenda manu.  
 Numen adorandum est; non ut mihi fiat amicum,  
 Sed sit ut iratum, quam fuit ante, minus.  
 Gratia si nulla est, lacrymæ tibi gratia fient.  
 Hac potes, aut nulla, parte movere Deos.  
 Quæ tibi ne desint, bene per mala nostra cavetur:  
 Meque viro flendi copia dives adest.  
 Utque meæ res sint; omni (puto) tempore flebis.  
 Has Fortuna tibi nostra ministrat opes.  
 Si mea mors redimenda tua (quod abominor) esset:  
 Admeti conjux, quam sequereris, erat.  
 Æmula Penelopes fieres, si fraude pudica  
 Instantes velles fallere nupta procos.  
 Si comes extincti manes sequerere mariti,  
 Effet dux facti Laodamia tui.  
 Iphias ante oculos tibi erat ponenda, volenti  
 Corpus in accensos mittere forte rogos.  
 Nâ opus est letho, nil Icariorum tela.

Cæsaris at conjux ore precanda tuo.  
 Quæ præstat virtute sua, ne prisca vetustas  
 Laude pudicitiaæ sæcula nostra premat.  
 Quæ Veneris formam, mores Junonis habendo,  
 Sola est cælesti digna reperta toro.  
 Quid trepidas, & adire times? non impia Progne  
 Filiave Æetæ voce movenda tua est:  
 Nec nurus Ægypti, nec sæva Agamemnonis uxo  
 Scyllaque, quæ Siculas inguine terret aquas:  
 Telegonive parens vertendis nata figuris;  
 Nexaque nodosas angue Medusa comas.  
 Fœmina sed Princeps; in qua Fortuna videre  
 Se probat, & cæcæ crimina falsa tulit.  
 Qua nihil in terris, ad finem Solis ab ortu  
 Clarius, excepto Cæsare, mundus habet.  
 Eligito tempus captatum sæpe rogandi,  
 Hæreat adversa ne tua navis aqua.  
 [Non semper sacras reddunt oracula sortes:  
 Ipsaque non omni tempore fana patent.]  
 Cum status Urbis erit, qualem nunc auguror esse  
 Et nullus populi contrahet ora dolor;  
 Cum domus Augusti, Capitoli more colenda,  
 Læta, quod est, & sit, plenaque pacis erit;  
 [Tum tibi Di faciant adeundi copia fiat,  
 Profectura aliquid tum tua verba puta.]  
 Si quid aget majus, differ tua cœpta; caveque  
 Spem restinando præcipitare meam.  
 [Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima quæras.]  
 Corporis ad curam vix vacat illa sui.  
 [Curia cum patribus fuerit stipata verendis;  
 Per rerum turbam tu quoque oportet eas.]  
 Cum tibi contigerit vultum Junonis adire,  
 Fac sis personæ, quam tueare, memor.  
 Nec factum defende meum: mala causa silenda est  
 Nil nisi sollicitæ sint tua verba preces.  
 Tum lacrymis demenda mora est: submissaque terra  
 Ad non mortales brachia tende pedes.  
 Tum pete nil aliud, sævo nisi ab hoste recedam:  
 Hostem Fortunam sit satis esse mihi.  
 Plura quidem subeunt: sed jam turbata timore  
 Hæc quoque vix poteris ore tremente loqui.  
 Suspicio hoc damno tibi non fore: sentiat illa  
 Te majestatem portisuisse suam.



[Nec tua si fletu scindentur verba, nocebit.

Interdum lacrymæ pondera vocis habent.]

Lux etiam cæptis facito bona talibus adsit :

Horaque conveniens, auspiciumque favens.

Sed prius imposito sanctis altaribus igni,

Thura fer ad magnos vinaque pura Deos.

E quibus ante omnes Augustum numen adora ;

Progeniemque piam, participemque tori.

Siat utinam mites solito tibi more ; tuasque

Nou duris lacrymas vultibus aspiciant.

E P I S T O L A I I. *Cotta.*

Q Uam legis à nobis missam tibi, Cotta, salutem,

Missâ sit ut vere, perveniatque, precor.

Namque meis sospes multum cruciatibus auferis ;

Utque sit è nobis pars bona salva, facis.

Cumque labent alii, jactataque vela relinquunt ;

Tu laceræ remanes anchora sola rati.

Grata tua est igitur pietas. ignoscimus illis,

Qui cum Fortunâ terga dedere fugæ.

Cum feriant unum, non unum fulmina terrent :

Junctaque percusso turba pavere solet.

Cumque dedit paries venturæ signa ruinæ,

Sollicito vacuus fit locus ille metu.

Non è timidis ægri contagia vitat ?

Vicinum metuens ne trahat inde malum ?

Me quoque amicorum nimio terrore metuque,

Non odio, quidam destituere mei.

Non illis pietas, non officiosâ voluntas

Defuit : adversos extimuerè Deos.

Utque magis cauti possunt timidique videri,

Sic appellari non meruere mali.

At meus excusat caros ita candor amicos ;

Utque habeant de me crimina nulla, favet.

Sint hac contenti veniâ, signentque licebit

Purgari factum me quoque teste suum.

Pars estis pauci potior, qui rebus in arctis

Ferre mihi nullam turpe putastis opem.

Tunc igitur meriti morietur gratia vestri,

Cum cinis absumto corpore factus ero.

Fallar, & illa meâ superabit tempora vitæ.

Si tamen à memori posteritate legar.

Corpora debentur mæstis exsanguia bustis :

R r r

Esa

Effugiunt structos nomen honorque regos.  
 Occidit & Theseus, & qui comitavit Oresteu:  
 Sed tamen in laudes vivit uterque suas.  
 Vos etiam feri laudabunt sæpe nepotes;  
 Claraque erit scriptis gloria vestra meis.  
 Hic quoque Sauromatæ jam vos novère Getæque  
 Et tales animos barbara turba probat.  
 Cumque ego de vestra nuper probitate referrem  
 (Nam didici Getice Sarmaticeque loqui)  
 Forte senex quidam, cœtu cum staret in illo,  
 Reddidit ad nostros talia verba sonos:  
 Nos quoque amicitia nomen bene novimus, hospes  
 Quos procul à vobis frigidus Ister habet.  
 Est locus in Scythia, (Tauros dixère priores)  
 Qui Getica longe non ita distat humo.  
 Hac ego sum terra (patriæ nec prænitet) ortus.  
 Consortem Phœbi gens colit illa Deam.  
 Tempa manent hodie vastis innixa columnis:  
 Perque quater denos iter in illa gradus.  
 Fama refert illic signum cæleste fuisse.  
 Quoque minus dubites, stat basis orba Dea.  
 Araque, quæ fuerat natura candida saxi,  
 Decolor affuso tincta cruore rubet.  
 Fœmina sacra facit tædæ non nota jugali:  
 Quæ superat Scythicas nobilitate nurus.  
 Sacrifici genus est, (sic instituère priores)  
 Advena virgineo cæsus ut ense cadat.  
 Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora:  
 Nec fuit Euxinis notior alter aquis.  
 Sceptra tenente illo, liquidas fecisse per auras  
 Nescio quam dicunt Iphigenian iter.  
 Quam levibus ventis sub nube per æquora vectant  
 Creditur his Phœbe deposuisse locis.  
 Præfuerat templo multos ea rite per annos,  
 Invita peragens tristitia sacra manu.  
 Cum duo veliterâ juvenes venere carinâ;  
 Presserantque suo littora nostra pede.  
 Par fuit his ætas, & amor: quorum alter Orestes  
 Alter erat Pylades. nomina fama tenet.  
 Protinus immitem Trivia ducuntur ad aram,  
 Evincti geminas ad sua terga manus.  
 Spargit aqua captos lustrali Graja sacerdos,  
 Ambiat ut fulvas insula longa comas.

Dumque parat sacrum, dum velat tempora vittis ;  
 Dum tardæ caussas invenit usque moræ ,  
 Non ego crudelis , juvenes ignoscite, dixit ;  
 Sacra suo facio barbariora loco.  
 Ritus is est gentis, qua vos tamen urbe venitis ?  
 Quove parum fausta puppe petistis iter ?  
 Dixit : & , audito patriæ pia nomine virgo ,  
 Consortes urbis comperit esse suæ.  
 Alteruter votis , inquit, cadat hostia sacris ;  
 Ad patrias sedes nuncius alter eat.  
 Ire jubet Pylades carum periturus Oresten.  
 Hic negat : inque vicem pugnat uterque mori.  
 Exstitit hoc unum, quo non convenerit illis.  
 Cætera par concors & sine lite fuit.  
 Dum peragunt pulchri juvenes certamen amoris ;  
 Ad fratrem scriptas exarat illa notas.  
 Ad fratrem mandata dabat, cuique illa dabantur ,  
 (Humanos casus aspice) frater erat.  
 Nec mora ; de templo rapiunt simulacra Dianæ :  
 Clamque per immensas puppe feruntur aquas.  
 Mirus amor juvenum, quamvis abiûre tot anni ,  
 In Scythia magnum nunc quoque nomen habet.  
 Fabula narrata est postquam vulgaris ab illo :  
 Laudarunt omnes facta piæque fidem.  
 Scilicet hac etiam (qua nulla ferocior) ora  
 Nomen amictiæ barbara corda movet.  
 Quid facere Ausonia geniti debetis in Urbe ,  
 Cum tangant diros talia facta Getas ?  
 Adde, quod est animus semper tibi mitis ; & altè  
 Indicium mores nobilitatis habet ;  
 Quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor ;  
 Quos Numa maternus non neget esse suos :  
 Adjectique probent genitiva ad nomina Cortæ ,  
 Si tu non esses , interitura domus.  
 Digne vir hac serie, lapsò succurrere amico  
 Conveniens istis moribus esse puta.

E F I S T O L A III. *Fabio Maximo.*

S I vacat exiguum profugo dare tempus amico ,  
 S O fidus Fabiæ Maxime gentis, ades :  
 Dum tibi quæ vidi referam ; seu corporis umbra ,  
 Seu veri species , seu fuit ille sopor.  
 Nox erat : & bifores intrabat Luna fenestras ,

168  
Mense fere medio quanta nitere solet.  
Publica me requies curarum somnus habebat,  
Fusaque erant toto languida membra toro:  
Cum subito pennis agitated inhorruit aer;  
Et genuit parvo mota fenestra sono.  
Territus in cubitum relevo mea membra sinistram  
Pulsus & è trepido pectore somnus abit.  
Stabat Amor vultu, non quo prius esse solebat,  
Fulcra tenens lævâ tristis acerna manu.  
Nec torquem collo, nec habens crinale capillis;  
Nec bene dispositas comtus, ut ante, comas.  
Horrida pendebant molles super ora capilli;  
Et visa est oculis humida penna meis.  
Qualis in aëriæ tergo solet esse columbæ,  
Tractantum multæ quam tetigere manus.  
Hunc, simul agnovi, neque enim mihi notior alter:  
Talibus affata est libera lingua sonis:  
O puer, exsiliî decepto caussa magistro,  
Quem fuit utilius non docuisse mihi;  
Huc quoque venisti, pax est ubi tempore nullo,  
Et coit adstrictis barbarus Ister aquis?  
Quæ tibi caussa viæ? nisi uti mala nostra videres?  
Quæ sunt, si nescis, invidiosa tibi.  
Tu mihi dictasti juvenilia carmina primus:  
Apposui senis te duce quinque pedes.  
Nec me Mzonio consurgere carmine, nec me  
Dicere magnorum passus es acta ducum.  
Forsthan exiguas, aliquas tamen, arcus & ignis  
Ingenii vires comminuere mei.  
Nanique ego dum canto tua regna, tuæque parentis,  
In nullum mea mens grande vacavit opus.  
Nec satis id fuerat; stultus quoque carmina feci,  
Artibus ut posses non rudis esse meis.  
Pro quibus exsiliû misero mihi reddita merces:  
Id quoque in extremis, & sine pace, locis.  
At non Chionides Eumolpus in Orphea talis;  
In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.  
Præmia nec Chiron ab Achilli talia cepit,  
Pythagoræque ferunt non nocuisse Numam.  
Nomina neu referam longum collecta per ævum,  
Discipule perii solus ab ipse meo.  
Dum dantes arma tibi, dum te, lascive, docemus;  
Hæc te discipulo dona magister habet.

Scis tamen ; ut liquido juratus dicere possis ;  
 Non me legitimos sollicitasse toros.  
 Scripsimus hæc istis, quarum nec vitta pudicos  
 Contingit crines, nec stola longa pedes.  
 Dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas ;  
 Et facere incertum per mea iussa genus ?  
 An sit ab his omnis rigide submota libellis ,  
 Quam lex furtivos arcet habere viros ?  
 Quid tamen hoc prodest, vetiti si lege severâ  
 Credor adulterii composuisse notas ?  
 At tu sic habeas ferientes cuncta sagittas ;  
 Sic nunquam rapido lampades igne vacent ;  
 Sic regat imperium, terrasque coercet omnes  
 Cæsar , ab Æneâ qui tibi fratre nepos ;  
 Effice, sit nobis non implacabilis ira ;  
 Meque loco plecti commodiore velit.  
 Hæc ego visus eram puero dixisse volucri.  
 Hos visus nobis ille dedisse sonos.  
 Per mea tela faces, & per mea tela sagittas ,  
 Per matrem juro, Cæsareumque caput ;  
 Nil, nisi concessum, nos te didicisse magistro ;  
 Artibus & nullum crimen inesse tuis.  
 Utque hoc, sic utinam defendere cætera posses !  
 Scis aliud , quod te læserit , esse magis.  
 Quicquid id est (neque enim debet dolor ille refer-  
 Non potes à culpâ dicere abesse tuâ. (ri)  
 Tu licet erroris sub imagine crimen obumbres ,  
 Non gravior merito vindicis ira fuit.  
 Ut tamen aspicerem, consolarerque jacentem ,  
 Lapsa per immensas est mihi penna vias.  
 Hæc loca tum primum vidi, cum matre rogante.  
 Phasias est telis fixa puella meis.  
 Quæ nunc cur iterum post sæcula longa revisam,  
 Tu facis , ô castris miles amice meis.  
 Pone metus igitur ; mitescet Cæsaris ira :  
 Et veniet votis mollior hora tuis. (stat :  
 Neve moram timeas , tempus, quod quaerimus, in-  
 Cunctaque lætitiæ plena triumphus habet.  
 Dum domus, & nati, dum mater Livia gaudet :  
 Dum gaudes Patriæ magne Ducisque Pater :  
 Dum tibi gratatur populus, totamque per Urbem  
 Omnis odoratis ignibus ara calet :  
 Dum faciles aditus præbet venerabile templum ;

Sperandum nostras posse valere preces.  
 Dixit ; & aut ille est tenues dilapsus in auras ;  
 Cœperunt sensus aut vigilare mei.  
 Si dubitem, quin his faveas ô, Maxime, dictis,  
 Memnonio cygnos esse colore putem.  
 Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor :  
 Nec, quod erat candens, sit terebinthus, ebur.  
 Conveniens animo genus est tibi : nobile namque  
 Peſus & Herculeæ simpliciteris habes.  
 Livor iners vitium mores non exit in istos ;  
 Utque latens ima vipera serpit humo.  
 Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum :  
 Grandius ingenio nec tibi nomen inest.  
 Ergo alii noceant miseris, optentque timeri :  
 Tinctaque mordaci spicula felle gerant.  
 At tua supplicibus domus est assueta juvandis :  
 In quorum numero me precor esse velis.

E P I S T O L A I V. *Rufino.*

**H**Æc tibi non vanam portantia verba salutem,  
 Naso Tomitana mittit ab urbe tuus ;  
 Utque suo faveas mandat, Rufine, Triumpho ;  
 In vestras venit si tamen ille manus.  
 Est opus exiguum, vastisque parasibus impar.  
 Quale tamen cunque est, ut tueare rogo.  
 Firma valent per se, nullumque Machaona quærunt ;  
 Ad medicam dubius confugit æger opem.  
 Non opus est magnis placido lectore poetis :  
 Quamlibet invitum difficilemque tenent.  
 Nos, quibus ingenium longi minuere labores,  
 Aut etiam nullum forsitan ante fuit,  
 Viribus infirmis, vestro candore valemus.  
 Quem mihi si demas, omnia rapta putem.  
 Cunctaque cum mea sint propenso nixa favore,  
 Præcipuum veniæ jus habet ille liber.  
 Spectatum vates alii scripsere triumphum.  
 Est aliquid memori visa notare manu.  
 Nos ea vix ayidam vulgo captata per aurem  
 Scripsimus : atque oculis fama fudere mei.  
 Scilicet affectus similes, aut impetus idem,  
 Rebus ab auditis conspicuisque venit ?  
 Nec nitor argenti, quem vos vidistis, & auti,  
 Quod mihi defuerit, purpuraque illa, queror.

Sed loca, sed gentes formatae mille figuris  
 Nutrissent carmen, præliaque ipsa, meum.  
 Et Regum vultus, certissima pignora mentis,  
 Juissent aliqua forsitan illud opus.  
 Plausibus ex ipsis populi lætoque favore  
 Ingenium quod is incaluisse potest.  
 Tamque ego sum sissem tali clangore vigorem,  
 Quam rudis audita miles ad arma tuba.  
 Pectora sint nobis nivibus glacieque licebit,  
 Atque hoc, quem patior, frigidiora loco:  
 Illa Ducis facies in curru stantis eburno  
 Excuteret frigus sensibus omne meis.  
 His ego defectus, dubiisque auctoribus usus,  
 Ad vestri venio jure favoris opem.  
 Nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum  
 Nomina: materiam vix habuere manus.  
 Pars quota de tantis rebus, quam Fama referre,  
 Aut aliquis nobis scribere posset, erat?  
 Quo magis, o lector, debes ignoscere, si quid  
 Erratum est illic, præteritumve mihi.  
 Adde, quod assiduam domini meditata querelam  
 Ad lætum carmen vix mea versa lyra est.  
 Vix bona post tanto quærenti verba subibant:  
 Et gaudere aliquid, res mihi visa nova est.  
 Utque reformidant insuetum lumina Solem,  
 Sic ad lætitiã mens mea segnis erat.  
 Est quoque cunctarum novitas carissima rerum:  
 Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.  
 Cætera certatim de magno scripta triumpho  
 Jam pridem populi suspicor ore legi.  
 Illa bibit sitiens, lector mea pocula plenus:  
 Illa recens pota est, nostra tepescit aqua.  
 Non ego cessavi, nec fecit inertia seruin:  
 Ultima me vasti sustinet ora freti.  
 Dum venit huc rumor, properataque carmina fiunt,  
 Factaque eunt ad vos, annus abisse potest.  
 Nec minimum refert, intacta rosaria primus,  
 An sera carpas pæne relicta manu.  
 Quid mirum, lectis exhausto floribus horto,  
 Si Duce non facta est digna corona suo?  
 Deprecor, hæc vatum contra sua carmina ne quis  
 Dicta putet, pro se Musa locuta mea est.  
 Sunt mihi vobiscum communia sacra, poetæ;

In vestro miseris si licet esse choro.  
 Magnaque pars animæ mecum vixistis, amici:  
 Hac ego vos absens nunc quoque parte colo.  
 Sint igitur vestro mea commendanda favori  
 Carmina, non possum pro quibus ipse loqui.  
 Scripta placent à morte fere: quia lædere vivos  
 Livor, & injusto carpere dente solet.  
 Si genus est mortis male vivere; terra moratur:  
 Et desunt fatis sola sepulcra meis.  
 Denique opus nostræ culpetur ut undique curæ,  
 Officium nemo qui reprehendat erit.  
 Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas:  
 Hac ego contentos auguror esse Deos.  
 Hæc facit, ut veniat pauper quoque gratus ad aras;  
 Et placeat cæso non minus agna bove.  
 Res quoque tanta fuit, quantæ subsistere summo  
 Æneidos vati grande fuisset onus.  
 Ferre etiam molles elegi tam vasta triumphii  
 Pondera disparibus non potuere rotis.  
 Quo pede nunc utar, dubia est sententia nobis.  
 Alter enim de te, Rhene, triumphus adest.  
 Irrita verorum non sunt præfagia vatùm.  
 Danda Jovi laurus, dum prior illa viret.  
 Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Istrum,  
 Non bene pacatis flumina pota Getis:  
 Ista Dei vox est: Deus est in pectore nostro.  
 Hæc duce prædico vaticinorque Deo.  
 Quid cessas currum pompamque parare triumphis,  
 Livia? jam nullas dant tibi bella moras.  
 Perfida damnatas Germania projicit hastas.  
 Jam pondus dices omen habere meum.  
 Crede, brevique fides aderit; geminabit honorem  
 Filius, & junctis, ut prius, ibit equis.  
 Prome, quod injicias humeris victoribus, ostrum.  
 Ipsa potest solitum nosse corona caput.  
 Scuta, sed & galeæ gemmis radientur & auro,  
 Stentque super vinctos trunca tropæa viros.  
 Oppida turritis cingantur eburnea muris:  
 Fictaque res vero more putetur agi.  
 Squallidus immixtos fracta sub arundine crines  
 Rhenus, & infectas sanguine portet aquas.  
 Barbara jam capti possunt insignia Reges,  
 Textaque fortunâ divitiora suâ.



Et quæ præterea virtus invicta tuorum  
 Sæpe parata tibi, sæpe paranda facit.  
 Di quorum monitu sumus eventura locuti,  
 Verba (precor) celeri nostra probate fide.

E P I S T O L A V. *Maximo Cottæ.*

Quam legis, unde tibi mittatur epistola, quæris?  
 Hinc, ubi cæruleis jungitur Ister aquis.

Ut regio dicta est, succurrere debet & auctor,  
 Læsus ab ingenio Naso poeta suo.

Qui tibi, quam mallet præsens adferre salutem,  
 Mittit ab hirsutis, Maxime Cotta, Getis.

Legimus, ô juvenis, patrii non degener oris,  
 Dicta tibi pleno verba diserta foro.

Quæ, quanquam linguâ mihi sunt properante per  
 horas

Lectâ satis multas, pauca fuisse queror.

Flura sed hæc feci relegendo sæpe; nec unquam  
 Non mihi, quam primò, grata fuere magis.

Cumque nihil toties lectâ è dulcedine perdant,  
 Viribus illa suis, non novitate, placent.

Felices, quibus hæc ipso cognoscere in actu,  
 Et tam facundo contigit ore frui!

Nam quanquam sapor est allatâ dulcis in undâ,  
 Gratus ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Et magis adducto pomum decerpere ramo,  
 Quam de cæclata suinere lance juvat.

At nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset,  
 Quod legi, tua vox exhibuisset opus.

Utque fui solitus, sedissem forsitan unus  
 De centum iudex in tua verba viris.

Major & impleisset præcordia nostra voluptas,  
 Cum traherer dièlis annueremque tuis.

Quem quoniam fatum, vobis patriâque relictis,  
 Inter inhumanos maluit esse Getas:

Quod licet, ut videar tecum magis esse, legendo,  
 Sæpe, precor, studii pignora mitte tui:

Exemploque meo, nisi dedignaris id ipsum,  
 Utere: quod nobis rectius ipse dares.

Namq; ego, qui perû jam pridem, Maxime, vobis,  
 Ingenio nitor non periisse meo.

Redde vicem: nec rara tui monumenta laboris  
 Accipiant nostræ grata futura manus.

Dic tamen, ô juvenis studiorum plene meorum ;  
 Ecquid ab his ipsis admonere mei ?  
 Ecquibus ut recitas factum modo carmen amicis  
 Aut, quod sæpe soles, exigis ut recitent,  
 Interdum queritur tua mens, oblita quid absit ?  
 (Nescio quid certe sentit abesse sui.)  
 Urque loqui de me multum præsentem solebas,  
 Nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est ?  
 Ipsè quidem Getico peream violatus ab arcu,  
 (Et sit perjuri quam præpe pœna vides)  
 Te nisi momentis video præne omnibus absens.  
 Gratia Dis, menti quolibet ire licet.  
 Hac ubi perveni, nulli cernendus, in Urbem,  
 Sæpe loquor tecum ; sæpe loquente fruor. (que  
 Tum, mihi difficile est, quam sit bene, dicere ; quam  
 Candida judiciis illa sit hora meis.  
 Tum me (si qua fides) cælesti sede receptum  
 Cum fortunatis suspicor esse Deis.  
 Rursus, ut huc redii, cælum Superosque relinquo.  
 A Styge nec longè Pontica distat humus.  
 Unde ego si fato nitior prohibente reverti ;  
 Spem sine profectu, Maxime, tolle mihi.

EPISTOLA VI. *Amicorum cuidam.*

**N**aso suo, nomen posuit cui præne, sodali  
 Mittit ab Euxinis hoc breve carmen aquis.  
 At, si cauta parum scripssisset dextra, quis esses,  
 Forsitan officio parta querela foret.  
 Cur tamen, hoc aliis tutum credentibus, unus,  
 Appellent ne te carmina nostra, rogas ?  
 Quanta sit in mediâ clementia Cæsaris irâ,  
 Ex me, si nescis, certior esse potes.  
 Huic ego, quam patior, nil possem demere pœnae,  
 Si iudex meriti cogere esse mei.  
 Non vetat ille sui quinquam meminisse sodalis :  
 Nec prohibet tibi me scribere, teque mini.  
 Nec scelus admittas, si consoleris amicum :  
 Mollibus & verbis aspera fata leves.  
 Cur, dum tata times, facis ut reverentia talis  
 Fiat in Augustos invidiosa Deos ?  
 Fulminis afflatus interdum vivere telis  
 Vidimus, & refici non prohibente Jove.  
 Nec, quia Neptunus navem lacerarat Ulyssis,

Leucothœe nanti ferre negavit opem.  
 Crede mihi, miseris cœlestia numina parcunt :  
 Nec semper laesos & sine fine premunt.  
 Principe nec nostro Deus est moderatior ullus.  
 Justitia vires temperat ille suas.  
 Nuper eam Cæsar facto de marmore templo ,  
 Jampridem posuit mentis in æde suæ.  
 Jupiter in multos temeraria fulmina torquet ,  
 Qui pœnam culpa non meruere pari.  
 Obruerit sævis cum tot Deus æqueris undis ,  
 Ex illis mergi pars quota digna fuit ?  
 Cum pereant acie fortissima quæque, vel ipso  
 Judice dilectus Martis iniquus erit.  
 At, si forte velis in nos inquirere, nemo est  
 Qui se, quod patitur, commeruisset neget.  
 Adde, quod extinctos vel aqua, vel Marte, vel igne,  
 Nulla potest iterum restituisset dies.  
 Restituit multos, aut pœnæ parte levavit  
 Cæsar ; & in multis me velit esse precor.  
 An tu, cum tali populus sub Principe simus ,  
 Alloquio profugi credis inesse metum ?  
 Forsitan hæc domino Busiride jure timeres ,  
 Aut solito clausos urere in ære viros.  
 Desine mitem animum vano infamare timore.  
 Sæva quid in placidis saxa vereris aquis ?  
 Ipse ego, quod primò scripsi sine nomine vobis ,  
 Vix excusari posse mihi videor.  
 Sed pavor attonito rationis ademerat usum :  
 Cesserat omne novis consiliumque malis.  
 Fortunamque meam metuens, non vindicis iram,  
 Terrebar titulo nominis ipsæ mei.  
 Hactenus admonitus memori concede poetæ ,  
 Ponat ut in chartis nomina cara suis.  
 Turpe erit ambobus, longo mihi proximus usu  
 Si nulla libri parte legare mei.  
 Ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit ;  
 Nou ultra, quam vis, officiosus ero.  
 Teque tegam, qui sis : nisi cum permiseris ipse.  
 Cogetur nemo munus habere meum.  
 Tu modo, quem poteras vel apertè tutus amare ,  
 Si res est anceps ista, latenter ama.

E P I S T O L A VII. *Amicis.*

**V**erba mihi defunt eadem tam sæpe roganti,  
 Jamque pudet vanas sine carere preces.  
 Tædia consimili fieri de carmine vobis,  
 Quidque petam, cunctos edidicisse reor.  
 Nostraq; quid portet jam nostis epistola, quamvis  
 Charta sit à vinclis non labefacta suis.  
 Ergo mutetur nostri sententia scripti,  
 Ne toties contra, quam rapit annis, eam.  
 Quod bene de vobis speravi, ignoscite, amici:  
 Talia peccandi jam mihi finis erit.  
 Nec gravis uxori dicar: quæ scilicet in me  
 Quam proba, tam timida est, experiensq; parum.  
 Hæc quoque, Naso, feres: etenim pejora tulisti.  
 Jam tibi sentiri sarcina nulla potest.  
 Ductus ab armento taurus detrectat aratrum:  
 Subtrahit & duro colla novella jugo.  
 Nos, quibus assuevit fatum crudeliter uti,  
 Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes.  
 Venimus in Geticos fines; moriamur in illis:  
 Parcaque ad extremum, qua mea cœpit, eat.  
 Spem juvet amplecti; quæ non juvat irrita semper;  
 Et fieri cupias si qua, futura putes.  
 Proximus huic gradus est; bene desperare salutem,  
 Seque semel verâ scire perisse fide.  
 Curando fieri quædam majora videmus  
 Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.  
 Mitius ille perit, subitâ qui mergitur undâ;  
 Quam sua qui tumidis brachia lassat aquis.  
 Cur ego concepi Scythicis me posse carere  
 Finibus, & terrâ prosperiore frui?  
 Cur aliquid de me speravi lenius unquam?  
 An Fortuna mihi sic mea nota fuit?  
 Torqueor en gravius; repetitaque forma locorum  
 Exsilium renovat triste, recensque facit.  
 Est tamen utilius, studium cessasse meorum:  
 Quam, quas admōrint, non valuisse preces.  
 Magna quidem res est, quam non audetis, amici:  
 Sed si quis peteret, qui dare vellet, erat.  
 Duminodo non vobis hoc Cæsaris ira negarit;  
 Fortiter Euxinis immoriemur aquis.

EPISTOLA VIII. *Maximo.*

**Q**Uæ tibi quærebam memorem testantia curam  
 Dona Tomitanus mittere posset ager.  
 Dignus es argento, fulvo quoque dignior auro :  
 Sed te, cum donas, ista iuvare solent.  
 Næc tamen hæc loca sunt ullo pretiosa metallo.  
 Hostis ab agricolâ vix sinit illa fodi.  
 Purpura sæpe tuos fulgens prætexit amictus :  
 Sed non Sarmatico tingitur illa mari.  
 Vellera dura ferunt pecudes, & Palladis uti  
 Arte Tomitanæ non didicere nurus.  
 Fœmina pro lanâ Cerealia munera frangit ;  
 Suppositoque gravem vertice portat aquam.  
 Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus :  
 Nulla premunt ramos pondere poma suo.  
 Tristia deformes pariunt absinthia campi,  
 Terraque de fructu quam sit amara docet.  
 Nil igitur totâ Ponti regione sinistri,  
 Quod mea sedulitas mittere posset, erat.  
 Clausa tamen missi Scythicâ tibi tela pharetrâ :  
 Hoste precor fiant illa cruenta tuo.  
 Hos habet hæc calamos, hos hæc habet ora libellos.  
 Hæc viget in nostris, Maxime, Musa locis.  
 Quæ quanquam misisse puder, quia parva videntur,  
 Tu tamen hæc, quæso, consule missa boni.

EPISTOLA IX. *Bruto.*

**Q**UOD sit in his eadem sententia, Brute, libellis,  
 Carmina nescio quem carpere nostra refers ;  
 Nil nisi me terrâ fruar ut propiore rogare ;  
 Et, quam sim denso cinctus ab hoste, queri.  
 O quam de multis vitium reprehenditur unum !  
 Hoc peccat solum si mea Musa, bene est.  
 Ipse ego librorum video delicta meorum ;  
 Cum sua plus justo carmina quisque probet.  
 Auctor opus laudat. sic forsitan Agrius olim  
 Thersten facie dixerit esse bonâ.  
 Judicium tamen hîc nostrum non decipit error ;  
 Nec quicquid genui, protinus illud amo.  
 Cur igitur, si me videam delinquere, peccem,  
 Et patiar scripto crimen inesse, rogas ?  
 Non eadem ratio est, sentire & demerere morbos.

Sensus inest cunctis; tollitur arte malum.  
 Sæpe aliquod cupiens verbum mutare, relinquo;  
 Judicium vires destituuntque meum.  
 Sæpe piget (quid enim dubitem tibi vera fateri?)  
 Corrigitur, & longi ferre laboris onus.  
 Scribentem iuvat ipse favor, minuitque laborem;  
 Cumque suo crescens pectore fervet opus.  
 Corrigitur at res est tanto magis ardua, quanto  
 Magnus Aristarcho major Homerus erat.  
 Sic animum lento curarum frigore lædit,  
 Ut cupidi cursor fræna retentat equi.  
 Atque ita Di mites minuant mihi Casaris iram,  
 Ossaque pacata nostra tegantur humo;  
 Ut mihi conanti nonnunquam intendere curas,  
 Fortunæ species obstat acerba meæ.  
 Vixque mihi videor, faciam quod carmina, sanus;  
 Inque feris curem corrigere illa Getis.  
 Nil tamen è scriptis magis excusabile nostris,  
 Quam sensus cunctis præne quod unus inest.  
 Lata ferè lætus cecini, cano tristia tristis.  
 Conveniens operi tempus utrumque suo est.  
 Quid, nisi de vitio scribam regionis amaræ?  
 Utque solo moriar commodiore, precer?  
 Cum toties eadem dicam, vix audior ulli:  
 Verbaque profectu dissimulata carent.  
 Et tamen hæc eadem cum sint, non scribimus isdem:  
 Unaque per plures vox mea tentat opem.  
 An, ne bis sensum lector reperiret eundem,  
 Unus amicorum, Brute, rogandus erat?  
 Non fuit hoc tanti; confesso ignoscite, docti.  
 Vilior est operis fama salute meâ.  
 Denique materix, quam quis sibi finxerit ipse,  
 Arbitrio variat multa poeta suo.  
 Musa mea est index nimium quoque vera malorum;  
 Atque incorruptæ pondera testis habet.  
 Nec liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur  
 Littera, propositum curaque nostra fuit.  
 Postmodo collectas, utcunque sine ordine, junxi:  
 Hoc opus electum ne mihi sorte putes.  
 Da veniam scriptis, quorum non gloria nobis  
 Causa, sed utilitas officiumque, fuit.

171

P. OVIDII NASONIS  
DE P O N T O  
LIBER IV.

EPISTOLA I. *Sexto Pompeio.*

**A**ccipe, Pompei, deductum carmen ab illo,  
Debitor est vitæ qui tibi, Sexte, suæ.  
Qui seu non prohibes a me tua nomina  
poni,

Accedet meritis hæc quoque summa tuis.  
Sive trahis vultus; equidem peccasse fatebor.  
Delicti tamen est causa probanda mei.  
Non potuit mea mens, quin esset grata, teneri.  
Sit precor officio non gravis ira pio.  
O quoties ego sum libris mihi visus in istis  
Impius, in nullo quod legerere loco!  
O quoties, alii vellem cum scribere, nomen  
Rettulit in ceras inscia dextra tuum!  
Ipse mihi placuit mendis in talibus error;  
Et vix invita facta litura manu est.  
Viderit ad summum, dixi. licet ipse queratur;  
Ah pudet offensam non meruisse prius!  
Da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Le-  
then;

Oblivus potero non tamen esse tui.  
Idque sinas oro; nec fastidita repellas  
Verba: nec officio crimen inesse putes.  
Et levis hæc meritis referatur gratia tantis.  
Sin minus; invito te quoque gratus ero.  
Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus:  
Nec mihi munificas arca negavit opes  
Nunc quoque nil subitis clementia territa fatis  
Auxilium vitæ fertque feretque meæ.  
Unde, roges forsitan, fiducia tanta futuri  
Sit mihi. quod fecit quisque tuetur opus.  
Ut Venus artificis labor est & gloria Cœi,  
Æquoreo madidas quæ premit imbre comas:  
Arcis ut Aethææ vel eburnæ vel ænea custos  
Bellica Phidiaca: stat Dea facta manu;  
Vendicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum;  
Ut similis veræ vacca Myronis opus;

Sic

272 DE PONTIS  
Sic ego pars rerum non ultima, Sexte, tuarum ;  
Tutelæque feror munus opusque tuæ.

EPISTOLA II. Severo.

Q uod legis, ô Vates magnorum maxime Regum  
Venit ab intonsis usque, Severe, Getis.  
Cujus adhuc nomen nostros tacuisse libellos,  
Si modo permittis dicere vera, pudet.  
Orba tamen numeris cessavit epistola nunquam  
Ire per alternas officiosa vices.  
Carmina sola tibi memorem testantia curam  
Non data sunt. quid enim, quæ facis ipse, darent?  
Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerno,  
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?  
Fertile pectus habes, interque Heliconæ colentes  
Uberius nulli provenit ista seges.  
Mittere carmen ad hunc, frondes erat addere silvis  
Hæc mihi cunctandi causa, Severe, fuit.  
Nec tamen ingenium nobis respondet, ut ante:  
Sed siccum sterili vomere litus aræ.  
Scilicet ut limus venas excæcat in undis,  
Læsaque suppresso fonte resistit aqua;  
Pectora sic mea sunt limo vitata malorum:  
Et carmen venâ pauperiore fuit.  
Si quis in hac ipsum terrâ posuisset Homerum;  
Ësset, crede mihi, factus & ille Getes.  
Da veniam fasso; studiis quoque fræna remisit:  
Ducitur & digitis littera rara meis.  
Impetus ille sacer, qui vatum pectora nutrit,  
Qui prius in nobis esse solebat, abest.  
Vix venit ad partes, vix fuintæ Musa tabellæ  
Imponit pigras pæne coacta manus.  
Parvaque, ne dicam scribendi nulla voluptas  
Est mihi: nec numeris neçtere verba juvat.  
Sive quod hinc fructus adeo non cepimus ullos,  
Principium nostri res sit ut ista mali:  
Sive quod in tenebris numerosos ponere gressus,  
Quodque legas nulli, scribere carmen, idem est.  
Excitat auditor studium; laudatæque virtus  
Crescit; & immensum gloria calcæ habet.  
Hic mea cui recitem, nisi flavis scripta Corallis,  
Quasque alias gentes barbarus Ister habet?  
Sed quid solus agam? quasque infelicia perdam



Otia materiâ, surripiamque diem?

Nam quia nec vinum, nec me tenet alea fallax,

Per quæ clam tacitum tempus abire solet;

Nec me, quod cuperem, si per fera bella liceret,

Oblestat cultu terra novata suo:

Quid, nisi Piærides solatia frigida, restat,

Non bene de nobis quæ meruere Deæ?

At tu, cui bibitur felicius Aonijs fons,

Utiliter studium quod tibi cedit, ama.

Sacraque Musarum meritò cole: quodque legamus;

Huc aliquod curæ mitte recentis opus.

E P I S T O L A III. *Amico instabili.*

**C**ONquerar, an taceam? ponam sine nomine cri-  
men?

An notum, qui sis, omnibus esse velim?

Nomine non utar, ne commendere querelâ,

Quæreturque tibi carmine fama meo.

Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ,

Qui mecum velles curere, primus eras.

Nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis;

Auxilio postquam scis opus esse tuo.

Dissimulas etiam, nec me vis nosse videri:

Quique sit, audito nomine, Naso, rogas.

Ille ego sum, quanquam non vis audire, vetustâ

Pæne puer puero junctus amicitia.

Ille ego, qui primus tua seria nosse solebam,

Qui tibi jucundis primus adesse jocus.

Ille ego convictor, densoque domesticus usu:

Ille ego judiciis unica Musa tuis.

Idem ego sum, qui nunc an vivam, perfide, nescis:

Cura tibi de quo quærere nulla fuit.

Sive sui nunquam carus, simulasse fateris:

Seu non fingebas, inveniêre levis.

Eia age dic aliquam, quæ te mutaverit, iram:

Nam nisi justa tua est, justa querela mea est.

Quæ te consimilem res nunc vetat esse priori?

An crimen, cœpi quod miser esse, vocas?

Si mihi rebus opem nullam fractisque ferebas;

Venisset verbis charta notata tribus.

Vix equidem credo, sed & insultare jacenti

Te mihi, nec verbis parcere, fama refert.

Quid facis, ah demens? cur si Fortuna recedat,

Naufragio lacrymas eripis ipse tuo?  
 Hæc Dea non stabili quam sit levis orbe fatetur,  
 Quem summum dubio sub pede semper habet.  
 Quolibet est folio, quavis incertior aura.  
 Par illi levitas, improbe, sola tua est.  
 Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:  
 Et subito casu, quæ valere, ruunt.  
 Divitis audita est cui non opulentia Cræsi?  
 Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.  
 Ille Syracosia modo formidatus in urbe,  
 Vix humili duram reppulit arte famem.  
 Quid fuerat Magno majus? tamen ille rogavit  
 Submissa fugiens voce clientis opem.  
 [Cuique viro totus terrarum paruit orbis,  
 Indigus effectus omnibus ipse magis.]  
 Ille Jugurthino clarus Cimbroque triumpho,  
 Quo victrix toties Consule Roma fuit;  
 In cæno latuit Marius cannæque palustri:  
 Pertulit & tanto multa pudenda viro.  
 Ludit in humanis divina potentia rebus;  
 Et certam præsens vix habet hora fidem.  
 Littus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,  
 Et metues arcu ne feriare Getæ;  
 I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos:  
 Quicquid & in totâ nascitur Anticyrâ.  
 Sumi tamen hæc passus: nec si mortalia possem,  
 Et summi poteram tela cavere Dei.  
 Tu quoque tac timeas; &, quæ tibi læta videntur  
 Dum loqueris, fieri tristitia posse puta.

E P I S T O L A I V. *Sexto Pompeio.*

**N**ulla dies adeo est australibus humida nimbis,  
 Non intermissis ut fluat imber aquis.  
 Nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo  
 Mistâ fere duris utilis herba rubis.  
 Nil adeo Fortuna gravis miserabile fecit,  
 Ut minuant nulla gaudia parte malum.  
 Ecce domo, patriaque carens, oculisque meorum,  
 Naufragus in Getici littoris actus aquas;  
 Quâ tamen inveni vultum diffundere causâ.  
 Possem, Fortunæ nec meminisse meæ.  
 Nam mihi cum fulva tristis spatiarer arena,  
 Visa est à tergo penna dedisse sonum.

Respicio: nec corpus erat, quod cernere possem :  
 Verba tamen sunt hæc aures recepta mea :  
 En ego lætarum venio tibi nuncia rerum ,  
 Fama per immensas aëre lapsa vias.  
 Consule Pompcio, quo non tibi carior alter ,  
 Candidus & felix proximus annus erit.  
 Dixit : & , ut læto Pontum rumore replevit ,  
 Ad gentes alias hinc Dea vertit iter.  
 At mihi, dilapsis inter nova gaudia curis ,  
 Excidit asperitas hujus iniqua loci.  
 Ergo ubi, Jane biceps, longum referaveris annum ,  
 Pulsus & a sacro mense Decemher erit ;  
 Purpura Pompeium summi velabit honoris :  
 Ne titulis quicquam debeat ille suis.  
 Cernere jam videer rumpi penetralia turba ;  
 Et populum lædi deficiente loco.  
 Templaque Tarpeia primùm tibi sedis adiri ;  
 Et fieri faciles in tua vota Deos.  
 Colla boves niveos certæ præbere securi ,  
 Quos aluit campis herba Falisca sctis.  
 Cumque Deos omnes, tum quos impensius æquos  
 Esse tibi cupias, cum Jove Cæsar erit.  
 Curia te excipiet, Patresque è more vocati .  
 Intendent aures ad tua verba suas.  
 Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore :  
 Urque solet, tulerit prospera verba dies ;  
 Egeris & meritas Superis cum Cæsare grates :  
 Qui causam, facias cur ita sæpe, dabit :  
 Inde domum repetes toto comitante Senatu ;  
 Officium populi vix capiente domo.  
 Me miserum, turbâ quod non ego cernor in illâ :  
 Nec poterunt istis lamina nostra frui !  
 Quamlibet absentem, qua possum, mente videbo :  
 Aspiciet vultus Consulis illa sui.  
 Di faciant, aliquo subeat tibi tempore nostrum  
 Nomen ; & , Heu, dicas, quid miser ille facit ?  
 Hæc tua pertulerit si quis mihi verba, fatebor  
 Protinus exsilium mollius esse meum.

E P I S T O L A V. *Eidem jam Consuli.*

I Te, leves elegi, doctas ad Consulis aures ;  
 Verbaque honorato serate legenda viro.  
 Longa via est, nec vos pedibus proceditis æquo :

Testaque brumali sub nive terra latet. (mos,  
 Cum gelidam Thracen, & opertum nubibus Hæ-  
 Et maris Iōnii transferitis aquas ;  
 Luce minus decimâ dominam venietis in Urbem ,  
 Ut festinatum non faciatis iter.  
 Protinus inde domus vobis Pompeia petatur.  
 Non est Augusto junctior ulla Foro.  
 Si quis, ut in populo, qui sitis, & unde, requiret :  
 Nomina deceptâ quælibet aure ferat.  
 Ut sit enim tutum, sicut reor esse, fateri ;  
 Verba minus certè ficta timoris habent.  
 Copia nec vobis ullo prohibente videndi  
 Consulis, ut limen contigeritis, erit.  
 Aut reget ille suos dicendo jura Quirites ;  
 Conspicuum signis cum præmet altus ebur :  
 Aut, populi reditus positam componet ad hastam ,  
 Et minui magnæ non sinet Urbis opes.  
 Aut, ut erunt Patres in Julia templa vocati ,  
 De tanto dignis Consule rebus aget.  
 Aut feret Augusto solitam natoque salutem :  
 Deque parum noto consulet officio.  
 Tempus ab his vacuum Cæsar Germanicus omne  
 Auferet. a magnis nunc colit ille Deis.  
 Cum tamen à turbâ rerum requieverit harum ;  
 Ad vos mansuetas porriget ille manus :  
 Quidque parens ego vester agam, fortasse requiret.  
 Talia vos illi reddere verba velim.  
 Vitæ adhuc, vitamque tibi debere fatetur ,  
 Quam prius à miti Cæsare munus habet.  
 Te sibi, cum fugeret, memori solet ore referre ,  
 Barbaricæ turas exhibuisse vias.  
 Sanguine Bistonium quod non tepefecerit ensen ,  
 Effectum curâ pectoris esse tui.  
 Addita præterea vitæ quoque multa tuendæ  
 Munera, ne proprias attenuaret opes.  
 Pro quibus ut meritis referatur gratia, jurat ,  
 Se fore mancipii tempus in omne tui.  
 Nam prius umbrosâ carituros arbore montes ,  
 Et treta velivolâs non habitura rates ,  
 Fluminaque in fontes cursu reditura supino ;  
 Gratia quam meriti possit abire tui.  
 Hæc ubi dixeritis, servet sua dona, rogate.  
 Sic fuerit vestræ causâ peracta viæ.

EPISTOLA VI. *Bruto.*

QUAM legis, ex illis tibi venit epistola, Brute,  
 Nasonem nolles in quibus esse locis.  
 Sed, tu quod nolles, voluit miserabile fatum.  
 Hei mihi, plus illud, quam tua vota, valet!  
 In Scythiâ nobis quinquennis Olympias acta est:  
 Jam tempus lustrî transit in alterius.  
 Paritat enim Fortuna tenax, votisque malignum  
 Opponit nostris insidiosa pedem.  
 Certus eras pro me, Fabiæ laus, Maxime, gentis,  
 Numen ad Augustum supplice voce loqui.  
 Occidis ante preces; caussamq; ego, Maxime, mortis  
 (Nec fueram tanti) me reor esse tuæ.  
 Jam timeo nostram cuiquam mandare salutem:  
 Ipsum morte tua concidit auxiliunt.  
 Cæperat Augustus deceptæ ignoscere culpæ;  
 Spem nostram terras deseruitque simul.  
 Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti  
 Vestra procul positus carmen in ora dedi.  
 Quæ prosit pietas utinam mihi; sitque in alorum  
 Jam modus, & sacræ mitior ira domûs!  
 Te quoque idem, liquido possum jurare, precari,  
 O mini non dubiâ cognite Brute notâ.  
 Nam cum præstiteris verum mihi semper amorem;  
 Hic tamen adverso tempore crevit amor.  
 Quique tuas pariter lacrymas nostrasque videret;  
 Passuros prænam crederet esse duos.  
 Lenem te miseris genuit Natura, nec ulli  
 Mitius ingenium, quam tibi, Brute, dedit.  
 Ut qui, quid valeas, ignoret, Marte forensi,  
 Possè tuo peragi vix putet ore reos.  
 Scilicet ejusdem est, quamvis pugnare videtur,  
 Supplicibus facilem, fontibus esse trucem.  
 Cum tibi suscepta est legis vindicta severæ;  
 Verba velut tinctum singula virus habent.  
 Hostibus eveniat, quam sis violentus in armis  
 Sentire, & linguæ tela subire tuæ.  
 Quæ tibi tam tenui curâ limantur, ut omnes  
 Istius ingenium corporis esse negent.  
 At si quem lædi Fortunâ cernis iniquâ,  
 Mollior est animo fœmina nulla tuo.  
 Hoc ego præcipue sensi, cum magna meorum

Notitiam pars est insciata mei.  
 Inmemor illorum, vestri non immemor unquam,  
 Qui mala solliciti nostra levastis, ero.  
 Et prius (heu nobis nimium conterminus!) iter  
 In caput Euxino de mare verter iter:  
 Utque Thyestæ redeant si tempora mensæ,  
 Solis ad Eoas currus agetur aquas:  
 Quam quisquam vestrum, qui me doluistis adempto,  
 Arguat ingratum non ineminisse sui.

EPISTOLA VII. *Vestali.*

**M**issus es Euxinas quoniam, Vestalis, ad un-  
 das,  
 Ut possitis reddas jura sub axe locis;  
 Aspicias en, Præses, quali jaceamus in arvo:  
 Nec me testis eris falsa solere queri.  
 Accedet voci per te non irrita nostræ,  
 Alpini juvenis regibus orbe, fides.  
 Ipse vides certè glacie concrescere Pontum.  
 Ipse vides rigido stantia vana gelu.  
 Ipse vides, onerata ferox ut ducat Iazyx  
 Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.  
 Aspicias & mitti sub adunco toxica ferro,  
 Et telum causas mortis habere duas.  
 Arque utinam pars hæc tantum spectata fuisset,  
 Non etiam proprio cognita Marte tibi!  
 Tenditis ad primum per densa pericula pilum:  
 Contigit ex merito qui tibi nuper honos.  
 Sit licet hic titulus plenis tibi fructibus ingens,  
 Ipsa tamen virtus ordine major erit.  
 Non negat hoc Ister: cujus tua dextera quondam  
 Puniceam Getico sanguine fecit aquam.  
 Non negat Ægyptos, quæ te subeunte recepta  
 Sensit in ingenio nil opis esse loci.  
 Nam dubium, posito melius defensâ manuve,  
 Urbs erat in summo nubibus æqua iugo.  
 Sathonjo Regi ferus interceperat illum  
 Hostis, & ereptas victor habebat opes.  
 Donec sumineâ devecta Vitellius undâ  
 Intulit exposito milite signa Getis.  
 At tibi, progenies alti fortissima Dauni,  
 Venit in adversos impetus ire viros.  
 Nec mora; conspicuus longè fulgentibus armis,  
 For-

Fortia ne possint facta latere, caves :  
 Ingentique gradu contra ferrumque locumque ,  
 Saxaque brumali grandine phura, subis.  
 Nec te missa super jaculorum turba moratur ,  
 Nec quæ vipereo tela cruore madent  
 Spicula cum pictis hærent in casside pennis :  
 Parsque fere scuti vulnere nulla vacat.  
 Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus ;  
 Sed minor est acri laudis amore dolor.  
 Talis apud Trojam Danaïs pro navibus Ajax  
 Dicitur Hæctoreas sustinuisse faces.  
 Ut propius ventum est, admotaque dextera dextræ ;  
 Resque fero potuit cominus ense geri ;  
 Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illis ,  
 Quotque neci dederis, quosque, quibusq, modis  
 Ense tuo factos calcabas victor acervos ;  
 Impositoque Getes sub pede multus erat.  
 Pugnat ad exemplum Primi minor ordine Pili :  
 Multaque fert miles vulnera, multa facit.  
 Sed tantum virtus alios tua præterit omnes ,  
 Ante citos quantum Pegasus ibat equos.  
 Vincitur Ægyptos : testataque tempus in omne  
 Sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

EPISTOLA VIII. *Suill. o.*

**L**ittera sera quidem, studiis excolte Suilli ,  
 Huc tua pervenit, sed mihi grata tamen.  
 Qua, pia si possit Superos lenire rogando  
 Gratia, laturum te mihi dicis opem.  
 Ut jam nil præstes, animi sam factus amici  
 Debitor ; & meritum, velle juvare, voco.  
 Impetus iste tuus longum modo dūret in ævum ;  
 Neve malis pietas sit tua lasa meis.  
 Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis ;  
 Quæ semper maneant illabefacta precor.  
 Nam tibi quæ conjux, eadem mihi filia parte est :  
 Et quæ te generum, me vocat illa virum.  
 Hei mihi, si lætis vultum tu versibus illis  
 Ducis, & affinem te pudet esse meam !  
 At nihil hinc dignum poteris reperire pudore ,  
 Præter fortunam, quæ mihi cæca fuit.  
 Seu genus excutias ; Equites, ab origine priava ,  
 Ulque per innumeros inveniatur avos :

Sive velis, qui sunt, mores inquirere nostros;  
 Errorem misero detrahe, labe carent.  
 Tu modo, si quid agi sperabis posse precando,  
 Quos colis, exora supplice voce Deos.  
 Di tibi sunt Cæsar juvenis. tua numina placa.  
 Hac certè nulla est notior ara tibi.  
 Non sunt illa sui vanas antistitis unquam  
 Esse preces. nostris hinc pete rebus opem.  
 Quamlibet exiguâ si nos ea juverit aurâ,  
 Obruta de mediis cymba resurget aquis.  
 Tunc ego thura feram rapidis sollempnia flammis;  
 Et, valeant quantum numina, testis ero.  
 Nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum  
 Marmore. carpsit opes illa ruina meas.  
 Tempa domus vobis faciant urbesque beatæ;  
 Naso suis opibus carmine gratus erit.  
 Parva quidem fateor pro magnis munera reddi,  
 Cum pro concessa verba salute damus. (est;  
 Sed qui, quam potuit, dat maxima, gratus abunde  
 Et finem pietas contigit illa suum.  
 Nec, quæ de parvâ Dis pauper libat acerrâ,  
 Thura minus, grandi quam data lance, valent.  
 Agnaque tam lactens, quam gramine pasta Falisco,  
 Victima Tarpeios inficit icæta focos.  
 Nec tamen, officio vatum per carmina facto,  
 Principibus res est gratior ulla viris.  
 Carmina vestrarum peragunt præconia laudum:  
 Neve sit actorum fama caduca cavent.  
 Carmine sit vivax virtus; expertisque sepulcri,  
 Notitiam seræ posteritatis habet.  
 Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas;  
 Nullaque res majus tempore robur habet.  
 Scripta ferunt annos: scriptis Agamemnona nosti;  
 Et quisquis contra, vel simul arma tulit.  
 Quis Thebas septemque duces sine carmine nosset,  
 Et quicquid post hæc, quicquid & ante fuit?  
 Di quoque carminibus (si fas est dicere, sunt):  
 Tantaque majestas ore cauentis eget.  
 Sic Chaos, ex illâ naturæ mole prioris,  
 Digestum partes scimus habere suas:  
 Sic affectantes cælestia regna Gigantas,  
 Ad Styga nimbifero vindicis igne datos.  
 Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,



Aleides captâ traxit ab Oechaliâ.

Et modo, Cæsar, Avum, quem virtus addidit astris,  
Sacrarunt aliqua carmina parte tuum.

Si quid adhuc igitur vivi, Germanice, nostro  
Restat in ingenio, serviet omne tibi.

Non potes officium vatis contemnere vates :  
Judicio pretium res habet ista tuo.

Quod nisi te nomen tantum ad majora vocasset ,  
Gloria Pieridum summa futurus eras.

Sed dare materiam nobis, quam carmina, mavis :  
Nec tamen ex toto deferere illa potes. (ces,

Nam modo bella geris, numeris modo verba coer-  
Quodque aliis opus est, hoc tibi ludus erit.

Utq; nec ad citharam, nec ad arcum sægnis Apollo  
Sed venit ad sacras nervus uterque manus; (est;

Sic tibi nec docti, nec defunt principis artes :  
Mista sed est animo cum Jove Musa tuo.

Quæ quoniam nec nos undâ submovit ab illâ ,  
Ungula Gorgonei quam cava fecit equi ;

Prosit, opemque ferat communia sacra tueri :  
Atque isdem studiis imposuisse manum.

Litora pellitis nimium subjecta Corallis  
Ut tandem sævos effugiamque Getas ,

Clausaque si misero patria est, ut ponar in ullo ,  
Qui minus Ausonia distet ab Urbe, loco.

Unde tuas possim laudes celebrare recentes ,  
Magnaque quàm minimâ facta referre morâ.

Tangat ut hoc votum cælestia, care Sullii ,  
Numina, pro focero pæne precare tuo.

EPISTOLA IX. *Græcino.*

U<sup>N</sup>de licet, non unde juvat, Græcine, salutem  
Mittit ab Euxinis hanc tibi Naso vadis.

Missaque Di faciant Auroræ occurat ad illam ,  
Bis senos fascēs quæ tibi prima dabit.

Ut, quoniam sine me tanges Capitolia Consul ,  
Et siam turbæ pars ego nulla tuæ ,

In domini subeat partes, & præstet amici  
Officium iusto littera nostra die.

Atque ego si fatis genitus melioribus essem ,  
Et mea sincero curret axe rota ; (set

Quo nunc nostra manus per scriptum fuagitur , ef-  
Lingua salutandi munere functa tui.

Gratusque darem cum dulcibus oscula verbis :  
 Nec minus ille meus, quam tuus, esset honor.  
 Illi confiteor, sic essem luce superbus,  
 Ut caperet fastus vix domus ulla meos.  
 Dumque latens sancti cingit tibi turba Senatus,  
 Consulis ante pedes ire viderer Eques.  
 Et quanquam cuperem semper tibi proximus esse,  
 Gauderem lateri non habuisse locum.  
 Nec querulus, turba quamvis eliderer, essem :  
 Sed foret à populo tum mihi dulce premi.  
 Prospicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,  
 Densaque quam longum turba teneret iter.  
 [Quoque magis noris quam me vulgaria tangant,  
 Spectarem, qualis purpura te regeret.]  
 Signa quoque in sella nossem formata curuli ;  
 Et totum Numidæ sculptile dentis opus.  
 At cum Tarpeias esses deductus in arces,  
 Dum caderet jussu victima sacra tuo ;  
 Me quoque secreto grates sibi magnus agentem  
 Audisset, media qui sedet æde, Deus.  
 Thuraque mente magis, plena, quam lance, dedissem  
 Ter quater, imperii lætus honore tui.  
 Hic ego præsentem inter numerarer amicos ;  
 Mitia jus Urbis si modo fata darent.  
 Quæque mihi sola capitur nunc mente voluptas,  
 Tunc oculis etiam percipienda foret.  
 Non ita cælitibus visum est, & forsitan æquis :  
 Nam quid me poenæ causa negata juvet ?  
 Mente tamen, quæ sola loco non exfulat, utar  
 Prætextam, fasces aspiciamque tuos.  
 Hæc modo te populo reddentem jura videbit ;  
 Et se secretis finget adesse locis.  
 Nunc longi reditus hastæ supponere lustrum  
 Cernet, & exacta cuncta locare fide.  
 Nunc facere in medio sacundum verba Senatu,  
 Publica quærentem quid petat utilitas.  
 Nunc, pro Caesariibus, Superis decernere grates ;  
 Albave opimorum colla ferire boum.  
 Atque utinam, cum jam fueris potiora precatus,  
 Ut mihi placetur numinis ira, roges !  
 Surgat ad hanc vocem plena pius ignis ab arâ ;  
 Detque bonum voto lucidus omen apex.  
 Interea, qua parte licet, ne cuncta queramus,

Hic quoque te festum Consule tempus agam.  
 Altera lætitiæ, nec cedens causâ priori,  
 Successor tanti frater honoris, erit.  
 Nam tibi finitum summo, Græcine, Decembri  
 Imperium, Jani suscipit ille die.  
 Quæque est in vobis pietas, alterna feretis  
 Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.  
 Sic tu bis fueris Consul, bis Consul & ille;  
 Inque domo bimus conspicietur honor.  
 Qui quanquam est ingens, & nullû Martia summo  
 Altius imperium Consule Roma videt;  
 Multiplicat tamen hunc gravitas auctoris honorem:  
 Et majestatem res data dantis habet.  
 Judiciis igitur liceat Flaccoque tibi que  
 Talibus Augusti tempus in omne frui.  
 Ut tamen à rerum cura propiore vacabit;  
 Vota precor votis addite vestra meis.  
 Et, si quem dabit aura sinum, laxate rudentes;  
 Exeat è Stygiis ut mea navis aquis.  
 Præfuit his, Græcine, locis modo Flaccus; & ille  
 Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.  
 Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli:  
 Hic arcu fisos terruit ense Getas.  
 Hic captam Trosin celeri virtute recepit,  
 Infecitque fero sanguine Danubium.  
 Quære loci faciem, Scythicique incommoda cæli;  
 Et quam vicino terrear hoïste, roga.  
 Sintne litæ tenues serpentis felle sagittæ:  
 Fiat an humanum victima dira caput.  
 Mentiar, an coeat duratus frigore pontus;  
 Et teneat glacies jugera multa freti.  
 Hæc ubi narrarit, quæ sit mea fama, require;  
 Quoque modo peragam tempora dura, roga.  
 Nec sumus hic odio, nec scilicet esse meremur:  
 Nec cum Fortunâ mens quoque versa meâ est.  
 Illa quies animo, quam tu laudare solebas,  
 Ille vetus solito perstat in ore pudor.  
 [Sic ego sum longe, sic hic, ubi barbarus hostis,]  
 Ut fera plus valeant legibus arma, facit;  
 Re queat ut nullâ tot jam, Græcine, per annos  
 Fœmina de nobis virve puerve queri.  
 Hoc facit, ut misero saveant adsintque Tomitæ;  
 Hæc quoniam tellus testificanda mihi est.

Illi me, quia velle vident, discedere malunt :  
 Respectu cupiunt hic tamen esse sui.  
 Nec mihi credideris : exstant decreta, quibus  
 Laudat, & immunes publica cera facit.  
 Conveniens miseris hæc quanquam gloria non est  
 Proxima dant nobis oppida munus idem.  
 Nec pietas ignota mea est : videt hospita tellus  
 In nostra sacrum Cæsaris esse domo.  
 Stant pariter natusque pius, conjuxque sacerdos,  
 Numina jam facto non leuiora Deo.  
 Neu desit pars ulla domûs : stat uterque nepotum  
 Hic avix lateri proximus, ille patris.  
 His ego do toties cum thure precantia verba,  
 Eo quoties surgit ab orbe dies.  
 Tota, licet quæras, hoc me non fingere dicet,  
 Officii testis Pontica terra mei.  
 Pontica me tellus, quantis hæc possumus orâ,  
 Natalem ludis scit celebrare Dei.  
 Nec minus hospitibus pietas est cognita talis,  
 Misit in has si quos longa Propontis aquas.  
 Is quoque, quo lævus fuerat sub Præside Pontus,  
 Audierit frater forsitan ista tuus.  
 Fortuna est impar animo, talique libenter  
 Exiguas carpo munere pauper opes.  
 Nec vestris damus hæc oculis, procul Urbe remotis  
 Contenti tacitâ sed pietate sumus.  
 Et tamen hæc tangent aliquando Cæsaris aures.  
 Nil illum, toto quod fit in orbe, latet.  
 Tu certè scis hoc, Superis adscite, videsque,  
 Cæsar ; ut est oculis subdita terra tuis.  
 Tu nostras audis inter convexa locatus  
 Sidera, sollicito quas damus ore, preces.  
 Perveniant istuc & carmina forsitan illa,  
 Quæ de te nisi cælitæ facta novo.  
 Auguror his igitur thecti tua numina; nec tu  
 Inmerito nomen mite Parentis habes.

E P I S T O L A X. *Albinovano.*

**H**ic mihi Cimmerio bis tertia ducitur æstas  
 Littore pellitis inter agenda Getas.  
 Ecquos tu silices, ecquod, carissime, ferrum  
 Duritiæ confers, Albinovane, meæ?  
 Gatta cavat lapidem; consumitur anulus usu;

Et teritur pressâ vomer aduncus humo.

Tempus edax igitur, præter nos, omnia perdet ?

Cessat duritia mors quoque victa mea.

Exemplum est animi nimium patientis Ulysses,

Jactatus dubio per duo Iultra mari.

Tempora solliciti sed non tamen omnia fati

Pertulit ; & placidæ sæpe fuere moræ.

An grave sex annis pulcrâ fovisse Calypso,

Æquoreæque fuit concubuisse Dææ ?

Excipit Hippotades ; qui dat pro munere ventos,

Curvet ut impulsos utilis aura sinus.

Nec bene cantantes labor est audisse puellas ;

Nec degustanti lotos amara fuit.

Hos ego, qui patriæ faciant obliviam, succos

Parte meæ vitæ, si modo dentur, emam.

Nec tu contuleris urbem Læstrygonis unquam

Gentibus, obliquâ quas obit Ister aquâ.

Nec vincet sævum Cyclops feritate Phyacen :

Qui quota terroris pars solet esse mei !

Seylla feris trunco quod latrat ab inguine monstribus ;

Heniochæ nautis plus nocuere rates.

Nec potes infestis conferre Charybdi Achæis ;

Ter licet epotum ter vomat illa fretum.

Qui quamquam dextra regione licentius errant ;

Securum latus hoc non tamen esse sinunt.

Hic agri infrondes, hinc spicula tincta venenis :

Hic freta vel pediti pervia reddit hyems.

Ut, qua remus iter pulsus modo fecerat undis,

Siccus contempta nave viator eat.

Qui veniunt istinc, vix vos ea credere dicant.

Quam miser est, qui fert asperiora fide !

Crede tamen : nec te causas nescire sinemus,

Horrida Sarmaticum cur mare duret hyems.

Proxima sunt nobis plaustris præsentia formam,

Et quæ præcipuum sidera frigus habent.

Hinc oritur Boreas, oræque domesticus huic est ;

Et sumit vires à propiore loco.

At Notus, adverso tepidum qui spirat ab axe,

Est procul ; & rarus languidiorque venit.

Adde quod hic clauso miscentur flumina Ponto,

Vimque fretum multo perdit ab anne suam.

Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusq;, Hypanisq;, Cra-

Insruit, & crebro vorace tortus Halys: (tesque

Par-

Partheniusque rapax, & volvens saxa Cynapes  
 Labitur; & nullo tardior amne Tyras.  
 Et tu, foemineæ Thermodon cognite turmæ,  
 Et quondam Grajis Phasi petite viris.  
 Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspe  
 Et tacitè peragens lene Melanthus iter.  
 Quique duas terras, Asiam Cadmique forem  
 Separat, & cursus inter utramque facit.  
 Innumerique alii, quos inter maximus omnes  
 Cedere Danubius se tibi, Nile, negat.  
 Copia tot laticum, quas auger, adulterat undas;  
 Nec patitur vires æquor habere suas.  
 Quin etiam stagno similis pigræque paludi  
 Cæruleus vix est, diluiturque color.  
 Innatat unda freto dulcis, levior que marina est;  
 Quæ proprium misto de sâle pondus habet.  
 Si roget hæc aliquis, cur sint narrata Pedoni,  
 Quidve loqui certis joverit ista modis;  
 Detinui, dicam, tempus, curasque sefelli.  
 Hunc fructum præsens attulit hora mihi.  
 Absumimus solito, dum scribimus ista, dolori:  
 In mediis nec nos sensimus esse Getis.  
 At tu, non dubito, cum carmine Thesea laudes,  
 Materie titulos quin tueare tuæ;  
 Quemque refers, imitere virum. vetat ille profecto  
 Tranquilli comitem temporis esse fidem.  
 Qui quanquam est factis ingens, & conditur à te.  
 Vir tanto, quanto debuit ore cani;  
 Est tamen ex illo nobis inimitabile quiddam,  
 Inque fide Theseus quilibet esse potest.  
 Non tibi sunt hostes ferro clavæque domandi,  
 Per quos vix ulli pervius Isthmos erat:  
 Sed præstandus amor, res non operosa volenti.  
 Quis labor est puram non temerasse fidem?  
 Hæc tibi, qui perstas indeclinatus amico,  
 Non est quod lingua dicta querente putes.

## E P I S T O L A X I. Gallieni.

**G**allio, crimen erit vix excusabile nobis,  
 Carmine te nomen non habuisse meo.  
 Tu quoque enim (memini cælesti cuspe facta  
 Fovisti lacrymis vulnera nostra tuis.  
 Atque utinam, rapti jacturâ læsus amici;

Sensisses ultra, quod quererere, nihil!  
 Non ita Dis placuit, qui te spoliare pudicâ  
 Coniuge crudeles non habuere nefas.  
 Nuncia nam luctûs mihi nuper epistola venit:  
 Lectaque cum lacrymis sunt tua damna meis.  
 Sed neque prudentem solari stultior ausim,  
 Verbaque doctorum nota referre tibi:  
 Finitumque tuum, si non ratione, dolorem  
 Ipsâ jam pridem suspicor esse morâ.  
 Dum tua pervenit, dum littora nostra recurrens  
 Tot maria ac terras permeat, annus abit.  
 Temporis officium solatia dicere certi est:  
 Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem.  
 At cum longa dies sedavit vulnera mentis;  
 Intempestivè qui fovet illa, novat.  
 Adde quod atq; utinam verum tibi venerit omen!  
 Conjugio felix jam potes esse novo.

EPISTOLA XII. *Tuticano.*

Quo minus in nostris ponaris, amice, libellis,  
 Nominis efficitur conditione tui.  
 Ast ego non alium prius hoc dignarer honore:  
 Est aliquis nostrum si modo carmen honos.  
 Lex pedis officio naturaque nominis obstant:  
 Quaque meos adeas, est via nulla, modos.  
 Nam pudet in geminos ita nomen findere versus,  
 Desinat ut prior hoc, incipiatque minor:  
 Et pudeat, si te, qua syllaba parte moratur,  
 Arctius appellem, Tuticanumque vocem.  
 Nec potes in versum Tuticani more venire;  
 Fiat ut è longa syllaba prima brevis.  
 Aut producatur, quæ nunc correptius exit;  
 Et sit porrectâ longa secunda morâ.  
 His ego si vitiis ausim corrumpere nomen,  
 Ridear, & merito peccatus habere neger.  
 Hæc mihi caussa fuit dilati muneris hujus,  
 Quod meus adjecto fœnore reddet ager.  
 Teque canam quacumq; nota: tibi carmina mittam,  
 Pæne mihi puero cognite pæne puer.  
 Perq; tot annorum seriem, quot habemus uterque,  
 Non mihi, quam fratri frater, amate minus.  
 Tu bonus hortator, tu duxque comesque fuisti,  
 Cum regerem tenera fræna novellâ manu.

Sæpe

Sæpe ego correxi sub te censore libellos ;  
 Sæpe tibi admonitu facta litura meo est :  
 Dignam Mæoniis Phæacida condere chartis  
 Cum te Piérides perdocuère tuæ.  
 Hic tenor, hæc viridi concordia cæpta iuventa  
 Venit ad albentes illabefacta comas.  
 Quæ nisi te moveant, duro tibi pectora ferro  
 Esse, vel inducto clausa adamante putem.  
 Sed prius huic desint & bellum & frigora terræ,  
 Invisus nobis quæ duo Pontus habet ;  
 Et tepidus Boreas, & sit præfrigidus Auster,  
 Et possit fatum mollius esse meum ;  
 Quam tua sunt lapsæ præcordia dura sodali.  
 Hic cumulus nostris absit, abestque, malis.  
 Tu modo per Superos, quorum certissimus ille est,  
 Quo tuus assiduè Principe crevit honor ;  
 Effice, constanti profugum pietate tuendo,  
 Ne sperata meam deserat aura ratem.  
 Quid mandem, quæris? peream, nisi dicere vix est.  
 Si modo, qui perit, ille perire potest.  
 Nec quid agam invenio, nec quid nolimve velimve:  
 Nec satis utilitas est mea nota mihi.  
 Crede mihi ; miseros prudentia priina relinquit :  
 Et sensus cum re consiliumque fugit.  
 Ipse precor quæras, qua sum tibi parte iuvandus :  
 Quoque viam facias ad mea vota vado.

## E P I S T O L A XIII. Care.

O Mihi non dubios inter memorande sodales,  
 Qui, quod es, id verè, Care, vocaris, ave.  
 Unde saluteris, color hic tibi protinus index,  
 Et structura mei carminis esse potest.  
 Non quia mirifica est, sed quod nec publica certè:  
 Qualis enim cunque est, non latet esse meam.  
 Ipse quoque ut chartæ titulum de fronte revellas,  
 Quod sit opus, videor dicere posse, tuum.  
 Quamlibet in multis positus noscère libellis ;  
 Perque observatas invenière notas.  
 Prodent auctorem vires, quas Hercule dignas  
 Novimus, atque illi, quem canis, esse pares.  
 Et mea Musa potest proprio depressa colore  
 Insignis vitis torsitan esse suis.  
 Tunc mala Therpsicor prohibebat forma latère,  
 Quam



269

Quam pulcrâ Nireus conspiciendus erat.  
 Nec te mirari, si sint vitiosa, decebit  
 Carmina, quæ faciam pæne poeta Getes.  
 Ah, pudet! & Getico scripsi sermone libellum:  
 Structæque sunt nostris barbara verba modis.  
 Et placui gratare mihi, cæpique poetæ  
 Inter innumeros nomen habere Cetas.  
 Materiam quæris? laudes de Cæsare dixi.  
 Adjuta est novitas numine nostra Dei.  
 Nam patris Augusti docui mortale fuisse  
 Corpus; in ætherias numen abisse domos:  
 Esse parem virtute patri, qui fræna coactus  
 Sæpe recusati ceperit imperii.  
 Esse pudicarum te Vestam, Livia, matrum,  
 Ambiguum nato dignior, anne viro.  
 Esse duos juvenes firma adjumenta Parentis,  
 Qui dederint animi pignora certa sui.  
 Hæc ubi non patriâ perlegi scripta Camœnâ,  
 Venit & ad digitos ultima charta meos,  
 Et caput & plenas omnes movère pharetras,  
 Et longum Getico murmur in ore fuit.  
 Atque aliquis, Scribas hæc cum de Cæsate, dixit  
 Cæsaris imperio restituendus eras.  
 Ille quidem dixit, sed me jam, Care, nivali  
 Sexta relegatum bruma sub axe videt.  
 Carmina nil profunt, nocuerunt carmina quondam.  
 Primaque tam miseræ causâ fuère fugæ.  
 At tu per studii communia fœdera sacri,  
 Per non vile tibi nomen amicitia;,  
 Sic capto Læis Germanicus hoste catenis,  
 Materiam veitris afferat ingenii;  
 Sic valeant pueri, votum commune Deorum;  
 Quos laus formandos est tibi magna datos;  
 Quanta potes præbe nostræ momenta salutis:  
 Quæ nisi mutato nulla futura loco est.

E P I S T O L A XIV. Tuticano.

**H**æc tibi mittuntur, quem sum modo carmine  
 questus  
 Non aptum numeris nomen habere meis.  
 In quibus, excepto quod adhuc utcunque valeamus,  
 Nil, te præterea quod juvet, invenies.  
 Ipsa quoque est invisa salus: suntque ultima vota,

Quolibet ex istis scilicet ire locis.  
 Nulla mihi cura est, terram quam muter ut ista :  
 Hac quia, quam video, gratior omnibus erit.  
 In medias Syrtas, mediam mea vela Charybdin  
 Mittite, presenti dum careamus humo.  
 Styx quoque, si quid ea est, bene commutabitur Istro  
 Si quid & inferius, quam Stygia, mundus habet  
 Gramina cultus ager, frigus unius odit hirundo  
 Proxima Marticolis quam loca Naso Getis.  
 Talia succensent propter mihi verba Tomitæ,  
 Iraque carminibus publica mota meis.  
 Ergo ego cessabo nunquam per carmina lædi,  
 Plectar & incauto semper ab ingenio?  
 Ergo ego, ne scribam, digitos incidere cunctor;  
 Telaque adhuc demens, quæ nocuere, sequos?  
 Ad veteres scopulos iterum devertor, & illas,  
 In quibus offendit naufraga puppis, aquas.  
 Sed nihil admisi: nulla est mea culpa, Tomitæ;  
 Quos ego, cum loca sim vestra perosus, amo.  
 Quilibet excutiat nostri monumenta laboris;  
 Littera de vobis est mea quæstus nihil.  
 Frigus, & incurfus omni de parte timendus,  
 Et quod pulsetur murus ab hoste, queror.  
 In loca, non homines, verissima crimina dixi.  
 Culpatis vestrum vos quoque sæpe solum.  
 Effet perpetuo sua quam vitabilis Asera,  
 Ausa est agricolæ Musæ docere senis.  
 At fuerat terræ genitus, qui scripsit, in illa.  
 Intumuit vati nec tamen Asera suo.  
 Quis patriam sollerte magis dilexit Ulyssæ?  
 Hoc tamen asperitas indice nota loci est.  
 Non loca, sed mores scriptis vexavit amaris  
 Scepsum Ausonios, ætæque Roma rea est.  
 Falsa tamen passa est æqua convicia mente,  
 Obsuit auctori nec fera lingua suo.  
 At malus interpres, populi mihi concitat iram,  
 Inque novum crimen carmina nostra vocat.  
 Tam felix utinam, quam pectore candidus essem!  
 Exstat adhuc nemo saucius ore meo.  
 Adde, quod Illyrica si iam pice nigrior essem,  
 Non mordenda mihi turba fidelis erat.  
 Molliter à vobis mea sors excepta, Tomitæ,  
 Tam mites Grajos indicat esse viros.

Gens mea Peligni, regioque domestica Sulmo ,  
 Non potuit nostris lenior esse malis.  
 Quem vix incolumi cuiquam salvoque daretis ,  
 Is datus à vobis est mihi nuper honor.  
 Solus adhuc ego sum vestris immunis in oris ;  
 Exceptis, si qui munera legis habent.  
 Tempora sacratâ mea sunt velata coronâ ,  
 Publicus invito quam favor imposuit.  
 Quàm grata est igitur Latonæ Delia tellus ,  
 Erranti tutum quæ dedit una locum ;  
 Tam mihi cara Tomis : patriâ quæ sede fugatis  
 Tempus ad hoc nobis hospita fida manet.  
 Di modo fecissent, placidæ spem possent habere  
 Pacis, & à gelido longius axe foret.

E P I S T O L A XV. *Sexto Pompeio.*

**S**I quis adhuc usquam nostri non immemor extat,  
 Quidve relegatus Naso, requirit, agam ;  
 Cæsaribus vitam, Sexto debere salutem  
 Me sciat. à Superis hic mihi primus erit.  
 Tempora nam miseræ complectar ut omnia vitæ ;  
 A meritis ejus pars mihi nulla vacat.  
 Quæ numero tot sunt, quot in horto fertilis arvi  
 Punica sub lento cortice grana rubent.  
 Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos ,  
 Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.  
 Confiteor. testere licet. signate Quirites.  
 Nil opus est legum viribus : ipse loquor.  
 Inter opes & me rem parvam pone paternas.  
 Pars ego sum census quantulacunque tui.  
 Quam tua Trinacria est, regnataque terra Philippe,  
 Quàm domus Augusto continuata Foro ;  
 Quam tua rus oculis domini Campania gratum ,  
 Quæque relicta tibi, Sexte, vel emta tenes :  
 Tam tuus en ego sum. cujus te munere tristi  
 Non potes in Ponto dicere habere nihil.  
 Atque utinam possis, & detur amicus arvom ;  
 Remque tuam ponas in meliore loco !  
 Quod quoniam in Dis est, tenta lenire precando  
 Numina, perpetua quæ pietate colis.  
 Erroris nam tu, vix est decernere, nostri  
 Sis argumentum majus in auxilium.  
 Nec dubitans oro : sed flumine sæpe secundo.

Augetur remis cursus euntis aquæ.  
 Et pudet, & metuo, semperque eademque precari;  
 Ne subeant animo tædia justa tuo.  
 Verùm quid faciam? res immoderata cupido est.  
 Da veniam vitio, mitis amice, meo.  
 Scribere sæpe aliud cupiens delabor eodem:  
 Ipsa locum per se littera nostra rogat.  
 Seu tamen effectus habitura est gratia; seu me  
 Dura iubet geïdo Parca sub axe mori;  
 Semper inoblitâ repetam tua munera mente:  
 Et mea me telius audiet esse tuum.  
 Audiet & cælo posita est quæcunque sub illo:  
 Transit nostra feros si modo Musa Getas.  
 Teque mea caussam servatoremque salutis:  
 Meque tuum libra norit & ære minus.

E P I S T O L A X V I. *Ad invidum.*

**I**nvide, quid laceras Næfonis carmina rapti?  
 Non solet ingeniis summa nocere dies.  
 Famaque post cineres major venit: & mihi nomen  
 Tunc quoque, cum vivis annumerarer, erat.  
 Cum foret & Marsus, magnique Rabirius otis,  
 Iliacisque Mæcer, sidereusque Pædo:  
 Et, qui Junonem læsisset in Hercule, Carus;  
 Junonis si non jam gener ille foret  
 Quique dedit Latio carmen regale Severus;  
 Et cum subtili Priscus uterque Numâ.  
 Quique vel imparibus numeris, Montane, vel æquis  
 Sufficis; & gemino carmine nomen habes.  
 Et qui Penelopæ referere iussit Ulyssen,  
 Errantem sævo per duo lustra mari:  
 Quique suam Trœzena, imperiectumque dierum  
 Deseruit celeri morte Sabinus opus.  
 Ingeniique sui dictus cognomine Largus,  
 Gallica qui Phrygium duxit in arva senem.  
 Quique canit domitam Camerinus ab Hercule  
 Trojan;  
 Quique suâ nomen Phyllide Tuscus habet.  
 Velivolique maris vates, cui credere possis  
 Carmina caruleos composuisse Deos.  
 Quique acies Libycas Romanaque prælia dixit;  
 Et Marius, scripti dexter in omne genus.  
 Trinacriusque suæ Perseïdos auctor, & auctor

Tantalidæ reducis Tyndaridosque Lupus.  
 Et qui Mæoniâ Phæacida vertit, & unâ  
 Pindaricæ fidicen tu quoque, Rufe, lyrz.  
 Musæque Turranî Tragicis innixa cõthurnis:  
 Et tua cum socco Musa, Melisse, levis.  
 Cum Varus Gracchusque darent fera dicta tyranni;  
 Callimachi Proculus molle teneret iter:  
 [Tityrus antiquas & erat qui pasceret herbas,]  
 Aptaque venanti Gratius arma daret.  
 Naudas à Satyris caneret Fontanus amatas,  
 Clauderet imparibus verba Capella modis.  
 Cùmque forent alii, quorum mihi cuncta referre  
 Nomina longa mora est, carmina vulgus habet,  
 Essent & juvenes, quorum quod inedita cura est,  
 Appellandorum nil mihi juris adest;  
 Te tamen in turba non ausim, Cotta, silere;  
 Pieridum lumen, præsidiumque fori.  
 Maternos Cottas cui Messallasque paternos  
 Maxima nobilitas ingeminata dedit.  
 Dicere si fas est, clare mea nomine Musa,  
 Atque inter tantos, quæ legeretur, erat.  
 Ergo submotum patria proscindere, livor,  
 Desine, neu cineres sparge, cruenta, meos.  
 Omnia perdidimus. tantummodo vita relicta est,  
 Præbeat ut sensum materiamque malis.  
 Quid juvat extinctos ferrum dimittere in artus?  
 Non habet in nobis jam nova plaga locum.

P. OVIDII NASONIS  
I N I B I N,

EX EDITIONE

*Andrea Naugerii.*

**T**EMPUS ad hoc, lustris jam bis mihi  
quinque peractis,  
Omne fuit Musæ carmen in cruce meæ:  
Nullaque, quæ possit, scriptis tot millibus  
exstat

Littera Nasonis, sanguinolenta legi.  
Nec quemquam nostri, nisi nos, læsere libelli:  
Artificis periit cum caput Arte suâ.  
Unus (& hoc ipsum est injuria magna) perennem  
Candoris titulum non sinit esse mei.  
Quisquis is est nam nomen adhuc utcumq; taccho),  
Cogit inasfluetas sumere tela manus.  
Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus  
Non sinit exsilio delituiffe suo.  
Vulneraque immitis requiem quærentia vexat:  
Jactat & in toto verba canina foro:  
Perpetuoque mihi sociatam fœdere lecti  
Non patitur miseri funera flere viri. (na;  
Cumque ego quassa meæ complectar membra cari-  
Naufragii tabulas pugnat habere mei.  
Et qui debuerat subitas exstinguere flammâs;  
Is prædam medio raptor ab igne tulit.  
Nititur ut profugæ desint alimenta senectæ;  
Heu quanto nostris dignior ipse malis!  
Dî melius! quorum longe mihi maximus ille,  
Qui nostras inopes noluit esse vias.  
Huic igitur meritas grates, ubicunque licebit,  
Pro tam mansueti pectore semper agam.  
Audiet hæc Pontus, faciat quoque forsitán idem,  
Terra sit ut propior testificanda mihi.  
At tibi, calcasti qui me, violente, jacentem,  
Quamlibet & misero debitus hostis ero.  
Desinet esse prius contrarius ignibus humor;  
Junctaque cum Luna lumina Solis erunt;  
Parsque eadem cæli Zephyros emittet & Euros;

Et tepidus gelido flabit ab axe Notus ;  
 Et nova fraterno veniet concordia fumo ,  
 Quem vetus accensa separat ira pyra ;  
 Et Ver Autumnno, Brumæ miscbitur Æstas ;  
 Atque eadem regio Vesper & Ortus erunt :  
 Quam mihi sit tecum positus, quæ summus, armis  
 Gratia, commissis, improbe, rupta tuis.  
 Faxerit hæc nobis, donec mihi vita manebit ,  
 Cum pecore infirmo quæ solet esse lapis.  
 Prim. quidem cæpto committam prælia versu :  
 Nos soleant quamvis hoc pede bella geri.  
 Utque retit primo plenum daventis arenæ  
 Nondum calfacti velitis hasta solum ;  
 Sic egre te ferro nondum jaculabor acuto :  
 Protinus invisum nec petet hasta caput.  
 Et nequonomen in hoc, nec dicam facta libello :  
 Teque revi, qui sis, dissimulare sinam.  
 Postmodo si perges, in te mihi liber Iambus  
 Tincta Leambeo sanguine tela dabit.  
 Nunc, quo Latiades inimicum devovet Ibin ,  
 Hoc ego deoveo teque tuosque modo.  
 Utque ille, historiis involvam carmina cæcis :  
 Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.  
 Illius ambages iuratus in Ibide dicar ;  
 Oblitus moris iudicii que mei.  
 Et quoniam, qui si, nondum quærentibus edo ,  
 Ibidis interea tu quoque nomen habe.  
 Utque mei versus aliquid noctis habebant ;  
 Sic vitæ series tota tæ atra tuæ.  
 Hæc tibi natali faxo Jaque Kalendis  
 Non mentituro quilibet ore legat.  
 Di maris & terræ, quique his meliora tenetis  
 Inter diversos cum Jovæ regna polos ;  
 Huc precor, huc vestras omnes advertite mentes,  
 Et sinite optatis pondus esse meis.  
 Ipsaque tu Tellus, ipsum cui bustibus Equor ,  
 Ipse meas Æther accipe summe preces :  
 Sideraque, & radiis circumdat Solis imago ;  
 Lunaque, quæ nunquam, quæ prius, orbe micat ;  
 Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum ;  
 Quæque ratum triplici pollice etis opus ;  
 Quique per internas horrendo murmure valles  
 Imperjuratæ laberis amnis aquæ.

Quasque ferunt torto vittatis angue capillis  
 Carceris obscuras ante sedere fores ; (resque,  
 Vos quoque plebs. Superum Fauni, Satyrique, La-  
 Fluminaque, & Nymphæ, Semideumque genus,  
 Denique ab antiquo Divi veteresque novique ,  
 In nostrum cuncti tempus adeste, Chao.  
 Carmina dum capiti malefido dira canuntur ,  
 Et peragunt partes ira dolorque suas :  
 Annuite optatis omnes ex ordine nostris ;  
 Et pars sit voti nulla caduca mei.  
 Quæque precor, fiant : ut non mea dicta, sed ille  
 Pæiphaës generi verba fuisse putet.  
 Quasque ego transiero pœnas, patiatur & istas  
 Plenus ingenio sit miser ille meo.  
 Neve minus valeant ~~sciam~~ execrantia nomen  
 Vota, minus magnos commoveantve Deo ;  
 Illum ego devoveo, quem mens intelligit, bin ;  
 Qui se scit factis has meruisse preces.  
 Nulla mora est in me: peragam rata vota sacerdos.  
 Quisquis ades sacris, ore favete, mei  
 Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba,  
 Et fletu madidis lacin adite genis:  
 Ominibusque malis pedibusque occutite lævis ;  
 Et nigræ vestes corpora vestra tegat.  
 Tu quoque, quid dubitas ferales sinere vittas ?  
 Jam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.  
 Pompa parata tibi est : votis mox tristibus absit.  
 Da jugulum cultris, hostia diæ, meis.  
 Terra tibi fruges, annis tibi doneget undas :  
 Deneget afflatus ventus & ara suos.  
 Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phœbe :  
 Destituant oculos sidera ancta tuos.  
 Nec se Vulcanus, nec se tibi præbeat aer:  
 Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.  
 Exul inops erres, alienaque limina lustras :  
 Exiguumque petas te tremente cibum.  
 Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore :  
 Noxque die gravis sit tibi, nocte dies.  
 Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli.  
 Gaudeat adversis æmina virque tuis.  
 Accedat lacrymis dium, dignusque putere ,  
 Qui mala, cum tuleris plurima, plura feras.  
 Sitque, quod est aram, solito defecta favore



*Ærumnæ facies invidiosa tuæ.*

Canſaque non deſit, deſit tibi copia mortis.

Optatam fugiat vita coacta necem.

Luſtatufque dñm cruciatos ſpiritus artus

Deſerat ; & longã torqueat ante morã.

Evenient. dedit ipſe mihi modo ſigna futuri

Phœbus : & à lævâ mœſta volavit avis.

Certe ego, quæ voveo, Superos motura putabo ;

Speque tuæ mortis, perinde, ſemper alar.

[Finiet illa dies, quæ te mihi ſubtrahet olim :

Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.]

Et prius hanc animam, nimium tibi sæpe petitam

Auferet illa dies, quæ mihi ſera venit ;

Quam dolor hic unquam ſpatio evaneſcere poſſit :

Leniat aut odium tempus & hora meum.

Pugnabunt jaculis dum Thraces, Iazyges arcu ,

Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit ;

Robora dum montes, dum pabula mollia campi ,

Dum Tiberis ſtãas Tuſcus habebit aquas ;

Bella geram tecum : nec mors mihi finiet iras ;

Sæva ſed in manes manibus arma dabit.

Tum quoque, cum vacuas fuero dilapſus in auras

Exanimis mores oderit umbra tuos.

Tum quoque factorum veniam memor umbra tuo-

rum :

Inſequar & vultus offea larva tuos.

Sive ego, quod nolim, longis conſumtus ab annis ;

Sive manu factã morte ſolutus ero :

Sive per imenſas jactabor naufragus undas ;

Noſtraque longinquus viſcera piſcis edet :

Sive peregrinæ carpent mea membra volucres ,

Sive meo tingent ſanguine roſtra lupi :

Sive aliquis dignatus erit ſupponere terræ ,

Et dare plebeio corpus inane rogo.

Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris ,

Et tendam gelidas ultor in ora manus.

Me vigilans cernes : tacitis ego noctis in umbris

Excitiam ſomnos, viſus adeſſe, tuos.

Denique quidquid ages, ante os oculosque volabo ;

Et querar, & nullã ſede quietus eris.

Verbera torta dabunt ſonitum ; nexæque colubris

Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.

Hic vivus furiis agitabere : mortuus iſdem.

Et brevior pœnâ vita futura tuâ est.  
 Nec tibi contingent funus lacrymæque tuorum.  
 Indeploratum projiciere caput.  
 Carnificisque manu populo plaudente trahêris ;  
 Iunxusque tuis ossibus uncus erit.  
 Ipsæ te fugient, quæ carpunt omnia, flammæ :  
 Respuet invisum justa cadaver humus.  
 Unguibus & rostro tardus trahet ilia vultur ;  
 Et scindent avidæ perfida corda canes.  
 Deque tuo fiet (licet hac sis laude superbus)  
 Insatiabilibus corpore rixa lupis.  
 In loca ab Elysiis diversa fugabere campis ;  
 Quasque tenet sedes noxia turba, coles.  
 Sisyphus est illic saxum volvensque petensque ;  
 Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ :  
 Quæque gerunt humeris perituras Belides undas ,  
 Exsulis Ægypti turba cruenta nurus.  
 Poma pater Pelopis præsentia quærit, & idem  
 Semper eget, liquidis semper abundat aquis ;  
 Jugeribusque novem qui summus distat ab imo ,  
 Visceraque assidua debita præbet avi.  
 Hic tibi de Furiis scindet latus una flagello ,  
 Ut sceleris numeros confiteare tui :  
 Altera Tartareis sectos dabit anguibus artus :  
 Tertia fumantes incoquet igne genas.  
 Noxia mille modis lacerabitur umbra ; tuasque  
 Æacus in pœnas ingeniosus erit.  
 In te transcribet veterum tormenta reorum :  
 Manibus antiquis caussa quietis eris.  
 Sisyphæ, cui tradas revolubile pondus, habebis :  
 Versabunt celeres nunc nova membra rotæ.  
 Hic erit, & ramos frustra qui capret & undas  
 Hic inconsumto viscere pascet avem.  
 Nec mortis pœnas mors altera siniet hujus :  
 Horaque erit tantis ultima nullis malis.  
 Inde ego pauca canam ; frondes ut si quis ab Idæ ,  
 Aut summam Libyco de mare carpat aquam.  
 Nam neque quot flores Siculâ nascantur in Hyblâ,  
 Quotve ferat dicam terra Cilissa crocos,  
 Nec cum tritibus hyems Aquilonis inhorruit alis ,  
 Quàm multa fiat grandine canus Athos.  
 Nec mala voce mea possint tua cuncta referri ;  
 Ora licet tribuas multiplicata mihi.

Tot tibi vœ misero venient talesque ruinae ,  
 Ut cogi in lacrymas me quoque posse putem .  
 Illæ me lacrymæ facient sine fine beatum :  
 Dulcior hic risu tum mihi fletus erit .  
 Natus es infelix ita Di voluere ; nec ulla  
 Commoda nascenti stella levissime fuit .  
 Non Venus affulsit, non illâ Jupiter horâ :  
 Lunave non apto Solve fuere loco .  
 Nec satis utiliter positos tibi præbuit ignes ,  
 Quem peperit magno lucida Maja Jovi .  
 Te fera, nec quicquam placidum spondentia, Martis  
 Sidera presserunt, falciferique senis .  
 Lux quoque natalis (ne quid, nisi triste, videres)  
 Turpis & inductis nubibus atra fuit .  
 Hæc est, in Fastis cui dat gravis Allia nomen ;  
 Quæque dies Ibin publica damna tulit .  
 Qui simul impura matris prolapsus ab alvo  
 Cinyphiam fœdo corpore pressit humum ;  
 Sedit in adverso nocturnus culmine bubo ,  
 Funereoque graves edidit ore sonos .  
 Protinus Eumenides lavere palustribus ulvis ,  
 Qua cava de Stygiis fluxerat unda vadis ;  
 Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ :  
 Terque cruentatas increpuere manus :  
 Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino .  
 Hic primus, pueri venit in ora cibus .  
 Perbibit inde suæ rabiem nutricis alumnus ;  
 Latrat & in toto verba canina foro .  
 Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis ,  
 A male deserto quos rapuere rogo .  
 Et, ne non sultum nudâ tellure jaceret ,  
 Molle super silices imposuere caput .  
 Jamque recessuræ viridi de stipite factas  
 Admôrunt oculis usque sub ora faces .  
 Flebat, ut est infans fumis contactus amaris ;  
 De tribus est cum sic una locuta soror :  
 Tempus in immensum lacrymas tibi vovimus istas,  
 Quæ semper causa sufficiente cadant .  
 Dixerat. at Clotho jussit promissa valere :  
 Nevit & infausa stamina pulla manu .  
 Et ne longa suæ præfagia diceret horæ ;  
 Fata eanet vates qui tua, dixit, erit .  
 Ille ego sum vates. ex me tua vulnera disces .

Di modo dent vires in mea verba suas.  
 Carminibusque meis accedant pondera rerum,  
 Quæ rata per luctus experiare tuos.  
 Neve sine exemplis ævi cruciere prioris;  
 Sint tua Trojanis non leviora malis.  
 Quantaque clavigeri Præantius Herculis hæres,  
 Tanta venenato vulnere crure geras.  
 Nec levius doleas, quam qui bibit ubera cervæ,  
 Armatusque tulit vulnus, inermis opem.  
 Quique ab equo præceps in Aleia decidit arva;  
 Exitio facies cui sua pœne fuit. (strof.)  
 Id, quod Amyntorides, videas; trepidumque mini-  
 Præterentes baculo luminis orbis iter.  
 Nec plus aspicias, quam quem sua filia rexit;  
 Expertus scelus est cujus uterque parens.  
 Qualis erat, postquam est iudex de lite jocosa  
 Sumtus, Apollineâ clarus in arte senex.  
 Qualis & ille fuit, quo præcipiente columba  
 Est data Palladiæ prævia duxque rati.  
 Quique oculis caruit, per quos male viderat aurum,  
 Inferias nato quos dedit orba parens.  
 Pastor ut Ætnæus, cui casus ante futuros  
 Telemus Eurymedes vaticinatus erat.  
 Ut duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit,  
 Qui dedit: ut Thamyra, Demodocique caput.  
 Sic aliquis tua membra fecet; Saturnus ut illas.  
 Subsecuit partes, unde creatus erat.  
 Nec tibi sit melior timidus Neptunus in undis,  
 Quam cui sunt subitæ frater & uxor aves.  
 Sollertique viro, laceræ quem fracta tenentem.  
 Membra ratis Semeles est miserata soror.  
 Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognoverit unus,  
 Viscera diversis scissa ferantur equis.  
 Vel quæ, qui redimi Romano tarpe putavit,  
 A duce Puniceo pertulit, ipse feras.  
 Nec tibi subsidio sit præsens numen: ut illi,  
 Cui nihil Hercæi profuit ara Jovis.  
 Utque dedit saltus è summo Thessalus Ofsâ;  
 Tu quoque saxoso præcipitere iugo.  
 Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,  
 Sint artus avidis anguibus esca tui.  
 Vel tua maturet, sicut Minoïa fata,  
 Per caput infusæ fervidus humor aquæ:

Utque parum miti, sed non impune, Prometheus,  
 Aërias volucres sanguine fixus alas.  
 Ac, velut Etracides magno ter ab Hercule quintus,  
 Cæsus in immensum projiciare fretum.  
 Aut, ut Amyntiaden, turpi dilectus amore  
 Oderit, & sævo vulneret ense puer.  
 Nec tibi fida magis misceri pocula possint,  
 Quam qui cornigero de Jove natus erat.  
 More vel intereas capti suspensus Achæi,  
 Qui miser auriferâ teste pependit aquâ.  
 Aut ut Achilliæ cognato nomine clarum  
 Opprimat hostili tegula jacta manu.  
 Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant;  
 Sparsa per Ambracias quæ jacuere vias.  
 Nataque ut Æacidæ, jaculis moriaris adactis:  
 Non licet hoc Cereri dissimulare nefas.  
 Utque nepos dicti nostro modo carmine regis  
 Cantharidum succos dante parente bibas.  
 Aut pia te cæso dicatur adultera: sicut,  
 Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.  
 Inque pyram tecum carissima pignora mittas;  
 Quam finem vitæ Sardanapallus habet.  
 Utque Jovis Libyci templum violare parantes,  
 Acta Noto vultus condat arena tuos.  
 Utque necatorum Daræi fraude secundi,  
 Sic tua subsidens devoret ora cinis.  
 Aut, ut oliviferâ quondam Sicyone fugato,  
 Sic frigus mortis causâ famæque tuæ.  
 Aut, ut Atarnites, insutus pelle juvenci  
 Turpiter ad dominum præda ferare tuum.  
 Inque tuo thalamo ritu jugulære Pheræi:  
 Qui datus est leto conjugis ense suæ.  
 Quosque putas fidos, ut Larissæus Alevas,  
 Vulnere non fidos experiare tuo.  
 Utque Milon, sub quo cruciata est Pisâ tyranno,  
 Vivus in occultas præcipiteris aquas.  
 Quæque in Adimantum Phliasia regna tenentem  
 Ab Jove venerunt, te quoque tela petant.  
 Aut ut Amastriacis quondam Lenæus ab oris  
 Nudus Achilleâ destituaris humo.  
 Utque vel Eurydamas ter circum busta Thrasylli  
 Est Larissæis raptus ab hoste rotis.  
 Vel qui quæ fuerat tutatus mania saxo

Corpore lustravit non diuturna suo :  
 Utque novum passa genus Hippomeneide pœnæ ,  
 Tractus in Actæa fertur adulter humo :  
 Sic , ubi vita tuos invisâ reliquerit artus ,  
 Ultiores rapiant turpe cadaver equi.  
 Viscera sic aliquis scopulus tua figat ; ut olim  
 Fixa sub Eubœico Graja fuere sinu.  
 Utque ferox periit & fulmine & æquore raptor ;  
 Sic te merfuras adjuvet ignis aquas.  
 Mens quodque sic Furiis vecors agitetur , ut illi  
 Unum cui toto corpore vulnus erat.  
 Utque Dryantidæ Rhodopeia regna tenenti ,  
 In gemino dispar cui pede cultus erat.  
 Ut fuit Oetæo quondam , generoque draconum ,  
 Tisamenique patri , Callirhoësque viro.  
 Nec tibi contingat matrona pudicior illâ ,  
 Qua potuit Tydeus erubuisse nuru.  
 Quæque sui Venerem junxit cum fratre mariti ,  
 Locris in ancillæ dissimulata necem.  
 Di quoque tam faciant possis gaudere fideli  
 Conjuge , quam Talai Tyndareique gener.  
 Quæque parare suis letum patruelibus ausæ  
 Belides assiduâ colla premuntur aqua.  
 Zbylidos & Canaces , sicut facit , ardeat igne :  
 Nec , nisi per crimen , sit tibi nota soror.  
 Filia si fuerit ; sit quod Pelopœa Thyestæ ;  
 Myrrha suo patri , Nyctimeneque suo.  
 Neu pia , neve magis capiti sit fida paterno ,  
 Quam tibi vel , Pterela , vel tibi , Nise , fuit.  
 Infamemque locum sceleris quæ nomine fecit ,  
 Pressit & inductis membra paterna rotis.  
 Ut juvenes pereas , quorum fastigia vultus  
 Olim Pisææ sustinuere foris.  
 Ut qui perfusam miserorum sæpe procorum  
 Ipse suo melius sanguine tinxit humum.  
 Proditor ut sævi periit auriga tyranni ,  
 Qui nova Myrtæ nomina fecit aquæ.  
 Ut qui velocem frustra petiere pnellam ;  
 Dum capta est pomis tardior illa tribus.  
 Ut qui tectâ novî formam celantia monstri  
 Intrarunt cæcæ non redeunda domus.  
 Ut quorum Æacides misit violentus in altos  
 Corpora cum senis altera sena rogos.

Ut quos, obscuro lusos ambagibus oris ,  
 Legimus infandæ Sphingæ dedisse neci .  
 Ut qui Bistonæ templo cecidere Minervæ :  
 Propter quod facies nunc quoque testæ Dex est .  
 Ut qui Threïcii quondam præsepia regis  
 Fecerunt dapibus sanguinolenta suis .  
 Therodamantæos ut qui pavere leones :  
 Quique Thoontææ Taurica sacra deæ .  
 Ut quos Scylla vorax , Scyllæque adversa Charyb-  
 dis ,  
 Dulichiæ pavidos eripere rati :  
 Ut quos dimisit vastam Polyphemus in alvum :  
 Ut Læstrygonias qui subiere domos .  
 Ut quos dux Pœnus inersit putealibus undis ,  
 Et jacto canas pulvere fecit aquas .  
 Sex bis ut Icaridos famulæ periùre procique ,  
 Inque caput domini qui dabat arma procis .  
 Ut jacet Aonio luctator ab hospite fufus ,  
 Qui (mirum) victor, cum cecidisset, erat .  
 Ut quos Antæi fortes pressere lacerti ;  
 Quosque feræ morti Lemnia turba dedit .  
 Ut qui post longum sacri monstrator iniqui  
 Elicit pluvias victima cæsus aquas .  
 Frater ut Antæi, quo sanguine debuit, aras  
 Tinxit ; & exemplis occidit ipse suis .  
 Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis  
 Impius humano viscere pavit equos .  
 Ut duo diversis sub eodem vindice cæsi  
 Temporibus Nessus , Dexamenique gener .  
 Ut pronepos, Saturne, tuus : quem reddere vitam  
 Urbe Coronides vidit ab ipse suâ .  
 Ut Sinis, & Sciron, & cum Polypemone natus ,  
 Quique homo parte sui, parte juveneus erat .  
 Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras ,  
 Equoris aspiciens hujus & hujus aquas .  
 Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu  
 Corpora Thesea Cercyonæa manu .  
 Hæc tibi, quem meritis precibus mea devovet ira ,  
 Eveniant , aut his non leviora malis .  
 Qualis Achæmenides Sicula desertus in Ætna ,  
 Troica cum vidit vela venire , fuit .  
 Qualis erat nec non fortuna binominis Iri ,  
 Quique tenent pontem, quæ tibi pejor erit .

Filius & Cereris frustra tibi semper ametur ;  
 Destituatque tuas usque petitus opes.  
 Utque per alternos undâ labente recursus  
 Subtrahitur presso mollis arena pedi ;  
 Sic tua nescio quo semper fortuna liqueat :  
 Lapsaque per medias effluat usque manus.  
 Utque pater solitæ varias mutare figuras  
 Plenus inextinctâ deficiare fame.  
 Nec dapis humanæ venient fastidia : quaque  
 Parte potes, Tydeus temporis hujus eris.  
 Atque aliquid facias, à vespere rursus ad ortus  
 Cur exsternati Solis agantur equi.  
 Fœda Lycaonia repetes convivium mensæ,  
 Tentabisque cibi fallere fraude Jovem.  
 Teque aliquis posito tentet vim numinis opto :  
 Tantalides tu sis, Tereidesque puer.  
 Et tua sic lato spargantur membra per agros ;  
 Tanquam quæ patrias definuere vias.  
 Ære Perillæo veros imitere juvencos,  
 Ad formam tauri conveniente sono.  
 Utve ferox Phalaris, linguâ prius esse refectâ,  
 More bovis, Paphio clausus in ære gemas.  
 Dumque redire voles ævi meliôris in annos,  
 Ut vetus Admei decipiare socer.  
 Atque eques in mediis mergare voragine cœni,  
 Dummodo sint fati nomina nulla tui.  
 Atque utinam pereas, veluti de dentibus orti  
 Sidoniâ jactis Graja per arva manu.  
 Et quæ Penthides fecit, fraterque Medusæ,  
 Eveniant capiti vota sinistra tuo.  
 Et quibus exiguo volucris devota libello est,  
 Corpora projectâ quæ sua purgat aquâ.  
 Vulnere totque feras, quot dicitur ille tulisse,  
 Cuius ab inferiis culter abesse solet.  
 Attonitusque feces, ut quos Cybeleia mater  
 Incitat ad Phrygios vilia membra modos.  
 Deque viro fias nec sœmina nec vir, ut Artys ;  
 Et quatias molli tympana rauca manu.  
 Inque pecus subito Magnæ vertare Parentis :  
 Victor ut est celeri victaque versa pede.  
 Solaque Limone pœnam ne senserit illam,  
 Et tua dente fero viscera carpat equus.  
 Aut, ut Cassandreus, domino non mitior illo,



Saucius ingestâ contumuleris humo.  
 Aut, ut Abantiades, aut ut Cygneius heros,  
 Clausus in æquoreas præcipiteris aquas.  
 Victimâ vel Phœbo sacras mactæris ad aras,  
 Quam tulit à sævo Theudorus hoste necem.  
 Aut te devoveat certis Abdera diebus,  
 Saxaque devorum grandine plura petant.  
 Aut Jovis infesti telo ferrare trifulco:  
 Ut satus Hipponoo, Dosithoësque pater.  
 Ut soror Autoñoës, ut cui matertera Maia est:  
 Ut temere optatos qui male rexit equos.  
 Ut ferus Æolides, ut sanguine cretus eodem,  
 Quo genita est, liquidis quæ caret Arctos aquis.  
 Ut Macedo rapidis ieta est cum conjuge flammis;  
 Sic precor ætherei vindicis igne cadas.  
 Prædave sis illis, quibus est Latonia Delos  
 Ante diem rapti non adeunda Thrafo.  
 Quique verecundæ speculantem labra Dianæ,  
 Quique Crotopiaden diripuere Linon.  
 Neve venenato levius feriaris ab angue,  
 Quam senis Oeagri Calliopesque nurus;  
 Quam puer Hypsipyles: quam qui cava primus æ-  
 Cuspide suspecti roborâ fixit equi. (cutâ  
 Neve gradus adeas Elpenore cautius altos:  
 Vimque feras vini, quo tulit ille modo.  
 Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma  
 vocantem  
 Juvit inhumanum Thiodamanta Dryops.  
 Quam ferus ipse suo periit mactatus in antro  
 Proditus inclusæ Cacus ab ore bovis.  
 Quam qui dona tulit Lernæo tincta veneno,  
 Euboicæque suo sanguine tinxit aquas.  
 Vel de præcipiti venias in Tartara saxo,  
 Ut qui Socraticum de nece legit opus.  
 Ut qui Thesææ fallacia vela earinæ:  
 Vidit: ut Iliacâ missus ab arce puer.  
 Ut teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi:  
 Ut cui causâ necis ferra reperta fuit.  
 Lydia se scopolis ut virgo misit ab altis,  
 Dixerat invito quæ mala verba deo.  
 Fœta tibi occurrat patrio popularis in arvo,  
 Sitque Paphagææ causâ læna necis.  
 Obique Lycurgiden letavit & arbore natum,

Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.  
 Isaque vel exanimis faciat tibi vulnus: ut illi,  
 Ora super fixi quem cecidere suis.  
 Sive idem simili pinus quem morte peremit:  
 Phryx & venator sis Bercynthiades.  
 Si tua contigerit Minos puppis arenas;  
 Te Corcyraeum Cressia turba puter.  
 Lapsuramque domum subeas; ut sanguis Alevs:  
 Stella Leoprepidae cum fuit aqua viro.  
 Utque vel Evenus torrenti flumine merfus  
 Nomina des rapidae, vel Tyberinus, aquae.  
 Astacidæque modo decisa cadavere trunco,  
 Digna feris, homini sit caput esca tuum.  
 Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis,  
 Des tua succensæ inembra cremanda pyræ.  
 Inclususque necem caveâ patiaris, ut ille  
 Non profecturæ conditor historiæ.  
 Utque repertori nocuit pugnacis Iambi,  
 Sic sit in exitium lingua proterva tuum.  
 Utque parum stabili qui carmine læsit Athenas,  
 Invisus pereas deficiente cibo.  
 Utve lyrae vates fertur periisse severæ;  
 Causa sit exitii dextera læsa tui.  
 Utque Agamemnonio vulnus dedit anguis Orestæ  
 Tu quoque de morsu virus habente cadas.  
 Sit tibi conjugii nox prima novissima vitæ.  
 Eupolis hoc periit & nova nupta modo.  
 Utque cothurnatum cecidisse Lycophrona narran  
 Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.  
 Aut lacer in silvis manibus spargare tuorum:  
 Sparsus ut est Thebis angue creatus avo.  
 Perque feros montes tauro rapiente traharis:  
 Ut tracta est conjux imperiosa Lyci.  
 Quodque sua passa est pellex invita sorori,  
 Excidat ante pedes lingua resecta tuos.  
 Conditor ut taræ læsus cognomine Myrrhæ,  
 Orbis in innumeris invenire locis.  
 Inque tuis opifex, vati quod fecit Achæo,  
 Noxia luminibus spicula condat apis.  
 Fixus & in duris carparis viscera saxi:  
 Ut cui Pyrrha sui filia fratris erat.  
 Ut puer Harpagides referas exempla Thyestæ;  
 Inque tui cæsus viscera patris eas.

Trunca geras sævo mutilatis partibus ense ,  
 Qualia Mimnermi membra fuisse ferunt .  
 Utve Syracosio præstrieta fauce poetæ ,  
 Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ .  
 Nudave dereptâ pateant tua viscera pelle ;  
 Ut Phrygium cuius nomina flumen habet .  
 Saxificæ videas infelix ora Medulæ ,  
 Cephenum multos quæ dedit una neci .  
 Potniadam morsus subeas , ut Glaucus , equarum :  
 Inque maris salias , Glaucus ut alter , aquas .  
 Urque duobus idem dictis modo nomen habenti ,  
 Præfocent animæ Gnosia mella viam .  
 Sollicitoque bibas , Anyti doctissimus olim  
 Imperturbato quod bibit ore reus .  
 Nec tibi , siquid amas , felicius Hæmone cedat :  
 Urque suâ Macareus , sic potiare tua .  
 Vel videas , quod jam , cum flammæ cuncta tenerent ,  
 Hectoreus patria vidit ab arce puer .  
 Sanguine probra luas , ut avo genitore creatus ;  
 Per facinus soror est cui sua facta parens .  
 Ossibus inque tuis teli genus hæreat illud ,  
 Traditur Icarii quo cecidisse gener .  
 Utque loquax in equo est elifus guttur acerno ,  
 Sic tibi claudatur pollice vocis iter .  
 Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta ,  
 Jactaque pro solitis frugibus ossa sonent .  
 Utque patrem Psamathes , condat te Phœbus in imâ  
 Tartara ; quod natæ fecerat ille suæ .  
 Inque tuos ea pestis eat , quam dextra Chorœbi  
 Vicit , opem miseris Argolicisque tulit .  
 Urque nepos Æthræ , Veneris periturus ob iram ,  
 Exsul ab attonitis excutiaris equis .  
 Propter opes magnas ut perdidit hospes alumnum ;  
 Perdat ob exiguas te tuus hospes opes .  
 Utve ferunt fratres sex cum Damascithone cæsos ;  
 Intereat tecum sic genus omne tuum .  
 Addidit ut fidicen miseris sua funera natis ;  
 Sic tibi sint vitæ tardia iusta tuæ .  
 Utve soror Pelopis , saxo dureris oborto ,  
 Et læsus lingua Battus ab ipse sua .  
 Aëra si misso vacuum jaculabere disco ;  
 Quo puer Oebalides , ictus ab orbe cadas .  
 Siqua per alternos pulsabitur unda lacertos ,

Omnis Abydena sit tibi peior aqua.  
 Comicus ut mediis periit, dum nabat, in undis ;  
 Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.  
 Aut ubi ventosum superaris naufragus æquor ,  
 Contacta pereas , ut Palinurus, humo.  
 Utque cothurnatum vatem tutela Dianæ ,  
 Dilanient vigilum te quoque turba canum.  
 Aut tu Trinacrii falas super ora gigantis ,  
 Plurima qua flammis Sicanis Ætna vomit.  
 Diripiantque tuos insanis unguibus artus  
 Strymonix matres ; Orpheos esse ratæ.  
 Natus ut Althææ flammis absentibus arsit ,  
 Sic tuus ardeat stipitis igne rogas.  
 Ut nova Phasiaca compressa est nupta corona ,  
 Utque pater nuptæ, cumque parente domus.  
 Ut cruor Herculeos abiit distulus in artus ;  
 Copora pestiferum sic tua virus edat.  
 Qua sua Penthiden proles est ulta Lycurgum ,  
 Hæc maneat teli te quoque plaga novi.  
 Utque Milon, robur diducere fissile tentes ;  
 Nec possis captas inde referre manus.  
 Muneribusque tuis lædaris, ut Icarus ; in quem  
 Intulit armatas ebria turba manus.  
 Quodque dolore necis patriæ pia filia fecit ,  
 Vincula per laquei fac tibi guttur eant.  
 Constructoque famem patiaris limine tecti ,  
 Ut legem pœnæ cui dedit ipsa parens.  
 Illius exemplo violes simulacra Dianæ ,  
 Aulidis a portu qui leve vertit iter.  
 Naupliadæve modo flecto pro crimine pœnas  
 Morte luas ; nec te non meruisse iuvat.  
 Ethalon vita spoliavit ut Iudis hospes ,  
 Quem memor à sacris nunc quoque pellit Ion.  
 Utque Melanthea tenebris à cæde latentem  
 Prodidit officio luminis orba parens ;  
 Sic tua conjectis fodiantur pectora telis ;  
 Sic precor auxiliis impediare tuis.  
 Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles ,  
 Acta Phrygi timido ; nox tibi talis eat.  
 Nec tu quam Rhesus somno meliore fruaris ;  
 Quam comites Rheso tum necis, ante viæ :  
 Ut quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt  
 Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæque comes.

Clinadæve modo circumdatus ignibus atris  
Membra feras Stygiæ semicremata rati,  
Utve Remo muros auso transire recentes ,  
Noxia sint capiti rustica tela tuo.  
Denique, Sarmaticas inter Geticasque sagittas ,  
His precor ut vivas & moriare locis.  
Hæc tibi tantisper subito sint missa libello ;  
Immemores ne nos esse querare tui.  
Pauca quidem, fateor; sed Dî dent plura rogatis ,  
Multiplicentque suo vota favore mea.  
Postmodo plura leges ; & nomen habentia verum :  
Et pede quo debent acria bella geri.

F I N I S .



Este livro he de  
Antonio de Melho  
Goyner

Rosa Maria  
Rini

---

Renees Paulista  
12. Novembro  
1964

---

B. M. Origens  
Lessa

---

10.15 horas.

---



9066666666666666

Joseph  
Soporester

E

E

Wad

10001

22x26

10001





Handwritten cursive text, possibly a signature or initials, located in the upper portion of the page.

Large, faint, handwritten cursive characters, possibly the word "Lull" or similar, arranged vertically in the center of the page.

